

A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

BIBLIOTHECA S. J.
Maison Saint-Augustin
ENGHIEN

E - 342/2

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PHIL.

SAINTE BIBLE

I

Digitized by Google

BESANÇON. — IMPRIMERIE D'OUTHENIN CHALANDRE FILS.

Digitized by Google

SAINTE BIBLE

CONTENANT

L'ANCIEN ET LE NOUVEAU TESTAMENT

AVEC

UNE TRADUCTION FRANÇAISE EN FORME DE PARAPHRASE

PAR LE R. P. DE CARRIÈRES

ET LES

COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS

DE LA COMPAGNIE DE JÉSUS

NOUVELLE ÉDITION REVUE AVEC SOIN

TOME PREMIER

GENÈSE. EXODE. LÉVITIQUE. NOMBRES. DEUTÉRONOME.

Se vend chez les Éditeurs :

A BESANÇON
OUTHENIN CHALANDRE FILS
rue des Granges, 23.

A LILLE
J. LEFORT, IMPRIMEUR-LIBRAIRE
rue Esquermoise, 55.

A PARIS

GAUME FRÈRES ET J. DUPREY
rue de l'Abbaye, 3.

A. JOUBY ET ROGER, LIBRAIRES
rue des Grands-Augustins, 7.

MDCCCLXX

Digitized by Google

Digitized by Google

AVERTISSEMENT DE L'ÉDITEUR.

Aplanir les difficultés nombreuses qu'on rencontre dans l'étude de l'Ecriture sainte par une explication claire, naturelle et précise du texte sacré, tel a été le but que nous nous sommes proposé en publiant une édition de la *Bible de Carrières avecles Commentaires de Menochius.* Cette entreprise, que nous n'avons commencée qu'à la sollicitation de MM. de Saint-Sulpice et d'un grand nombre de directeurs de séminaires, est digne de fixer l'attention de tous ceux qui, par devoir ou par goût, veulent acquérir la science des Livres saints. L'Ouvrage est composé du Texte latin ou de la Vulgate, d'une Traduction française en forme de paraphrase, des Commentaires de Menochius sur toute l'Ecriture, de Préfaces au commencement de chaque livre, des Prolégomènes de Menochius, et d'une Table générale des matières.

La version latine ou la Vulgate occupe une colonne de la page; elle a été revue avec la plus scrupuleuse exactitude, sur les meilleures éditions; et l'on a donné tous les soins possibles pour qu'il ne se glissât pas de fautes dans l'impression.

L'autre colonne est consacrée à la Traduction française, dans laquelle est inséré, en caractère italique, le Commentaire littéral du Père de Carrières. Son ouvrage a été si généralement goûté, et il s'en est fait tant d'éditions, qu'il est inutile d'entrer dans aucun détail à ce sujet.

Les Commentaires de Menochius, justement célèbres par leur précision et leur clarté, sont placés au bas de la page où sont les versets de la Bible auxquels ils ont rapport. Ainsi, dans la même page, sans qu'il soit besoin d'avoir plusieurs livres ouverts à la fois, on aura le Texte latin, la Traduction française avec le Commentaire littéral de Carrières, et les Commentaires de Menochius. En sorte que le sens du verset est préparé par la Traduction française, déterminé et lié avec ce qui précède et ce qui suit par le travail de Carrières, et se trouve enfin entièrement éclairci et développé par les Commentaires de Menochius. Bien plus, ce qui aurait pu échapper au Père de Carrières est heureusement expliqué par Menochius; comme aussi la paraphrase de Carrières donne l'intelligence du mot ou du verset obscur que Menochius laisserait passer sans développement. En un mot ces deux ouvrages, ainsi

Digitized by Google

réunis, se prêtent un mutuel appui et ne laissent rien à désirer pour l'intelligence de l'Ecriture sainte.

Comme les philosophes du dernier siècle, dans leur haine contre la Religion de Jésus-Christ, ont fait revivre une foule d'objections usées contre les Livres saints, leur ont donné une couleur nouvelle et spécieuse, et en ont enfanté quelques autres, il ne convenait pas de passer sous silence les réponses péremptoires des apologistes de la Religion; et comme il eût été trop long de citer les passages à mesure qu'ils auraient dû naturellement trouver place, et que nous craignions, en les abrégeant, de nuire à leur force et à leur solidité, nous avons jugé qu'il était beaucoup plus convenable de citer l'ouvrage où l'on trouvera la réponse à l'objection proposée. C'est ce que nous avons fait, en insérant au bas du texte des Notes en petit caractère. Parmi les nombreux ouvrages que nous aurions pu citer, nous avons choisi de préférence la *sainte Bible vengée des attaques de l'incrédulité*, par l'abbé *Du Clot*; les *Livres saints vengés*, par J.-B. Glaire, 2 vol. in-8, Paris 1845; les *Lettres de quelques Juifs portugais, allemands, etc., à M. de Voltaire*, 3 vol. in-12; les *Réponses critiques de Bullet*, 4 vol. in-12; l'*Histoire véritable des temps fabuleux*, par Guérin du Rocher; les *Helviennes de Barruel*, 4 vol. in-12.

Les préfaces du Père du Carrières placées à la tête de chaque livre en donnent une idée sommaire, font connaître le but de l'Ecrivain sacré, et de plus les instructions qu'on peut en retirer.

Nous avons mis au commencement de tout l'Ouvrage les Prolégomènes de Menochius, qui serviront d'introduction à l'Ecriture sainte. Le dernier volume sera terminé par une Table générale des matières.

Nous joignons à cet Avertissement une Notice des ouvrages à consulter pour l'étude plus approfondie de l'Ecriture sainte. Cette pièce nous a été communiquée par un Professeur de Saint-Sulpice.

Enfin nous osons espérer que les soins tout particuliers que nous avons donnés à cette entreprise, sous le rapport de la correction, et sous celui de l'exécution typographique, la feront rechercher et lui mériteront un accueil favorable.

Puisse cet Ouvrage que nous offrons spécialement à MM. les Ecclésiastiques, en dévoilant les trésors cachés de l'Ecriture, procurer la gloire de Dieu et le triomphe de sa Religion sainte!

Digitized by Google

ELENCHUS

OPERUM A TYRONIBUS THEOLOGIS PRÆCIPUE CONSULENDORUM CIRCA SCRIPTURÆ SACRÆ INTERPRETATIONEM.

Notandum est 1° præsentem indicem non ea mente evulgari, ut βιβλιοφιλοις, multo minus ut doctis dirigendis inserviat, sed ea tantum, ut tyronum theologorum studiis prosit. Ad hunc porro scopum attingendum probatissima tantum, etsi numero paucissima, opera notare curavimus, ea sedulo omittentes, quæ, etsi aliquo sub respectu forte commendanda, falsæ tamen vel temerariæ doctrinæ famem subeunt. Locupletiorem indicem exhibent multi auctores, imprimis P. Calmet, in Bibliotheca sacra quam biblico suo Dictionario auxit. 2° Quamvis numero paucissimis operibus constet indiculus noster, non abs re tamen fore visum est nonnulla magis utilia vel necessaria asterisco notare, quæ absolute sufficiunt sive tyronibus theologis, sive sacerdotibus permultis, sacro ministerio sic addictis ut pro sacris scientiis excolendis vix aliquam partem de solido die demere valeant.

I. PROLEGOMENA ET ALIÆ INTRODUCTIONES AD SCRIPTURAM SACRAM.

J. Hermanni Janssens Hermeneutica sacra, *Leodii*, 1818, 2 vol. in-8°.

Introduction à l'Ecriture sainte, par le P. Lami, de l'Oratoire, in-4° et in-12.

* Introduction historique et critique aux livres de l'ancien et du nouveau Testament, par J.-B. Glaire; 6 vol. in-12, 2e édit., *Par.* 1843.

* Introduction aux livres canoniques du nouveau Testament, par le P. de Valroger; 2 vol. in-8, *Par.*

* Mœurs des Israélites et des Chrétiens, par Fleury, in-12.

* Histoire abrégée de la Religion avant la venue de J.-C., par Lhomond, in-12.

Rob. Lowth de sacra Poesi Hebræorum prælectiones academicæ, *Oxonii*, 1753, in-8°; et *Goettingæ*, 1770, 2 vol. in-8°.

Les mêmes en français, par Sicard, sous le titre de Leçons sur la Poésie sacrée des Hébreux, Lyon, 1812, 2 vol. in-8°.

II. VERSIONES ET CONCORDIÆ.

* Commentaire littéral sur les livres de l'ancien et du nouveau Testament par le R. P. de Carrières, 10 vol. in-12 et in-8°.

Digitized by Google

Le Psautier français, traduction nouvelle, par M. de Laharpe, in-12.

Le sens propre et littéral des Psaumes de David, exposé brièvement dans une interprétation suivie, avec le sujet de chaque psaume, in-12.

Le nouveau Testament, traduit en français selon la Vulgate, par les PP. Bouhours, Leceiller et Besnier, *Paris*, 1697 et 1703, 2 vol. in-12.

* Histoire de la vie de J.-C., par le P. de Ligny, 2 vol. in-4°.

Harmonie ou concorde évangélique, suivant la méthode et avec les notes de feu M. de Toinard, *Paris*, 1716, 1 vol. in-8°.

III. IN UNIVERSAM SCRIPTURAM COMMENTARII.

* J. Steph. Menochii Commentarii totius Scripturæ, *Parisiis*, 1719, 2 vol. in-fol.

Jacob Tirini in sacram Scripturam Commentarius, *Antuerpiæ*, 1632, 2 vol. in-fol.

Concordantiæ Bibliorum, 2 vol. in-8°.

Thesaurus biblicus, 2 vol. in-8°.

La sainte Bible vengée des attaques de l'incrédulité, par du Clot, 6 vol. in-8°, *Lyon*, 1830.

Réponses critiques aux difficultés des incrédules contre les Livres saints, par Bullet, 4 vol. in-12.

Livres saints vengés, par J.-B. Glaire, 2 vol. in-8°.

IV. IN PRÆCIPUOS SCRIPTURÆ LIBROS COMMENTARII ET TRACTATUS VARII.

1° *In libros veteris Testamenti.*

* Lettres de quelques Juifs à M. de Voltaire, par l'abbé Guénée, 3 vol. in-12.

* Liber Psalmorum vulgatæ editionis, cum notis F. B. (Bellenger), in-4° et in-12.

Les Psaumes traduits en français, avec des notes et des réflexions, par le P. Berthier, 8 vol. in-12.

Isaïe, traduit en français, avec des notes et des réflexions, par le même, 5 vol. in-12.

Dissertation sur les prophéties, par le cardinal de la Luzerne, in-12.

2° *In libros novi Testamenti.*

Analyse de l'Evangile, selon l'ordre historique de la concorde, par le P. Mauduit, 4 vol. in-12.

Analyse des Actes des Apôtres, par le même, 2 vol. in-12.

Analyse des Epîtres de saint Paul et des Epîtres canoniques, par le même, 2 vol. in-12.

Digitized by Google

Réflexions morales sur le nouveau Testament par le P. Lallemant, 5 vol. in-8°.

Joannis Maldonati Commentarii in quatuor Evangelia, *Mussiponti*, 1796; *Lugduni*, 1707, in-fol.

F. X. Patritii e Soc. Jesu De Evangeliis libri III. 2 vol. in-4, *Friburg Brisg.*, 1838.

L'Evangile médité et distribué pour tous les jours de l'année, suivant la concorde des Evangélistes; par le P. Giraudeau, 8 vol. in-8°, et 12 vol. in-12.

Epistolarum B. Pauli triplex expositio, auct. Bernard. a Piconio, 1 vol. in-fol. et 3 vol. in-12.

* Explication des Epîtres de saint Paul, par le P. Bernardin de Picquigny, 4 vol. in-12.

In canonicas Apostolorum septem Epistolas collatio, per Claudium Guilliaudum, *Parisiis*, 1550, in-8°.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOTICE SUR MENOCHIUS.

Jean-Etienne Menochius naquit à Pavie en 1576. Son père Jacques Menochius, jurisconsulte célèbre, surnommé le *Balde* et le *Barthole* de son siècle, et président du Conseil de Milan, a laissé sur la jurisprudence divers ouvrages recherchés et estimés. Le jeune Menochius entra dans la compagnie de Jésus, le 25 mai 1593, à l'âge de 17 ans, et s'y distingua par son savoir et ses vertus. Lorsqu'il eut fait sa profession religieuse au collége de Milan, il y professa l'Ecriture sainte et la Théologie morale. Dans la suite, il remplit successivement différentes charges importantes dans la société, et mourut à Rome, dans la maison professe, le 4 février 1655, à l'âge de 79 ans.

Les ouvrages qu'il a laissés prouvent l'étendue de son érudition, et montrent qu'il s'attacha principalement à l'étude de l'Ecriture sainte. Nous avons de lui :

1° *Hieropolitica sive institutiones politicæ è sacris Scripturis*, Lugduni 1625, in-8°.

2° *Institutiones œconomicæ ex sacris Litteris depromptæ*, Lugduni 1627, in-8°.

3° *Brevis explicatio sensûs litteralis totius Scripturæ*, imprimée pour la première fois à Cologne en 1630. C'est l'ouvrage qui lui a fait le plus d'honneur, et que nous réimprimons avec la Bible de Carrières. Le Père Tournemine en a donné une édition à laquelle il a ajouté différents traités et dissertations sur l'Ecriture sainte, tiré des auteurs les plus généralement estimés.

Digitized by Google

4° *De republica Hebræorum*, in-fol.; Paris, 1648.

5° *Historia vitæ Christi*, in-4°; *Historia sacra ex libro Actuum Apostolorum*, in-4°.

6° *Diatribæ eruditæ, quibus plura Scripturæ loca disertè exponuntur*, etc., 6 vol. in-4°, Rome, 1647.

7° Des œuvres posthumes, sous le titre de *OEconomia christiana*; Venise, in-4°, 1656, et *Historia sacra miscella ex variis auctoribus*, Venise, 1657.

Digitized by Google

J. STEPHANUS MENOCHIUS

SOCIETATIS JESU,

AD LECTOREM.

Nemo mihi, arbitror, jure succenseat, amice Lector, si post tam multos sacrarum Litterarum interpretes, quorum maximum sane proventum nostra hæc ætas tulit, ego etiam earumdem interpretationem aggredi non sum veritus. Hæc enim sacrorum Librorum prærogativa est, ut, quemadmodum ab ipsius Ecclesiæ ortu splendidissima quæque ingenia in iis illustrandis elaborarunt; ita et nostro ævo, et iis quæ subsequentur sæculis, haud dubiè defuturi non sint, qui in illis explicandis laborem et industriam conferant. Tanta est enim, ut cum Augustino loquar, christianarum profunditas Litterarum, ut in eis quotidie proficere possimus, si eas solas ab ineunte pueritia, ad decrepitam senectutem, maximo otio, summo studio, meliore ingenio conaremur addiscere. Tam multa enim semper tamque multiplicibus mysteriorum umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaque non solùm in verbis, quibus ista dicta sunt, verùm etiam in rebus, quæ intelligendæ sunt, latet altitudo sapientiæ, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimisque cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem Scriptura quodam loco habet : *Cùm consummaverit homo, tunc incipiet.* Neque verò maximis tantum ingeniis in sacrarum explicatione Litterarum locus est; sed quemadmodum in magnorum molitione ædificiorum, præter summos architectos, minorum etiam gentium artifices subserviunt, cæmentarii, calcarii, latomi; ita post sanctos Patres Ecclesiæ magistros, ac Doctores; Augustinum, Hieronymum et alios hujusmodi, multi semper extiterunt, qui ingenio et facultate præsertim, si cum illis summis componantur, fortasse mediocri, non tamen mediocriter profuerunt, et qua erant cupiditate incensi de sacrarum Litterarum studiosis bene merendi, rationem aliquam excogitarunt, quâ sacro huic studio cum sua æquè aliorumque utilitate operam navare possent : quorum conatus, ut ab optima mente profectos, secundus etiam (quemadmodum ex eorum lucu-

Digitized by Google

brationibus, quæ passim omnium manibus teruntur apparet) et quem ipsi optaverant eventus excepit. In horum ego numerum, qui quantùm per alias occupationes licuit, hisce Litteris addictus fuissem, ut venire possem, ea mens incidit, ut breves in universam sacram Scripturam vulgatæ editionis explicationes darem, quibus litteralem quem appellant, sacri contextûs sensum, ambagibus, digressionibusque resecatis, facilè et non multi temporis impendio, quilibet assequi posset. Quod opus qnanquam ab aliis tentatum est, primùm ab Emmanuele Sa, deinde a Joanne Mariana, nostræ societatis hominibus, et a Guillelmo etiam Estio (ut de recentioribus tantùm verba faciam), adhuc tamen a divinarum Litterarum studiosis aliquid magis absolutum desiderari sentiebam. Nam Mariana integros aliquot libros intactos reliquit : nec tam in eo, ut bene sacri Codices intelligerentur elaboravit, quàm, quæ ipse notaverat ad lectionum varietatem spectantia, aut hebraici textûs cum latina editione, ac septuaginta virorum interpretatione concordiam, ad publicam utilitatem evulgavit. Estius, quod consilium ipsius fuisse profitentur qui posthumas ejus notas in Scripturam ediderunt carptim multa delibavit, omnia persequi vel noluit, vel aliis exclusus occupationibus, non potuit. Emmanuel verò Sa, licèt nullam paginæ divinæ partem interpretatus non sit, brevis tamen adeo est, ut multorum votis, qui paulo uberiorem desiderant explicationem, locum fecerit. Hanc ego, Lector, aggredior voluntate sanè majori quàm facultate. Spes tamen est non ingratum fore sacrarum Litterarum candidatis conatum hunc nostrum; nam brevitatem cum perspicuitate, quantùm licuit, conciliare conati sumus, et ex optimis quibusque scriptoribus ea selegimus quæ sacri textûs sententiam planam facerent; et nisi quid de nostro, quod ad loci faceret interpretationem haberemus, fusè ab aliis disputata, in pauca, quantùm fieri potuit, contraximus; illudque universè spectavimus ut in notationibus hisce, quamvis brevibus, nulla tamen esset iners, et cujus nullum esset operæ pretium. Hæc est, amice Lector, operis hujus nostri ratio, hoc consilium. Faxit Deus ut quod ad ipsius gloriam et legentium profectum institutum est, ad finem etiam, Numine bene favente, perducatur. Vale.

Digitized by Google

PROLEGOMENA

IN SACRAM SCRIPTURAM.

CAPUT PRIMUM.

De nominibus sacræ Scripturæ.

Variis nominibus appellari solet sacra Scriptura. Præcipua sunt *sacræ Litteræ*, *sacræ Scripturæ*, *Scriptura*, *Biblia*, *Testamentum*, *Instrumentum*. Dicuntur *sacræ Litteræ* tum ratione auctoris, tum argumenti; ille enim Deus est, qui est ipsa sanctitas; hoc autem pariter sacrum est et sanctum, quia idem Deus, et quæ ad illum aliquâ ratione referuntur, qualia sunt ea quæ credenda proponuntur, et quæ ad Sacramenta spectant, et religionem, et quæ ad mores sanctè et juxta divinæ legis præscriptum instituendos. Eadem ratio est cur *sacræ Scripturæ* dicantur, aut *sanctæ*, ut illas appellat D. Paulus ad Rom. 1. 2 : *Quod ante promiserat*, inquit, *per prophetas suos in Scripturis sanctis*. Frequenter tamen sine addito *Scriptura* tantùm dicitur, aut *Scripturæ*, ut Psal. 86, 6 : *Dominus narrabit in Scripturis*; et Joan. 2. 22 : *Crediderunt Scripturæ*. Apellantur etiam sacræ Scripturæ *Biblia*, quæ vox, licèt cujusvis generis libros significare possit, tamen facta est quasi proprium nomen sacrorum voluminum, propter illorum excellentiam. Sicut eas appellavit S. Chrysost. homil. 9. ad Colossens. cùm ait : *Comparate vobis* βιβλία *medicamenta animæ*, seu, ut in græco est, κτάσθε βιβλία φάρμακα τῆς ψυχῆς. Sic in præfatione Ecclesiastici dicuntur, πάτρια βιβλία. *Testamentum* dicuntur eædem sacræ Litteræ : primò quia generatim Dei mentem ac voluntatem nobis testantur; secundò quia speciatim varia Dei cum hominibus fœdera, pactaque de terrenis cœlestibusque bonis, de præceptorum et ceremoniarum suarum observatione, præmio ac pœna certò ac firmè patefaciunt ac contestantur; tertiò quia speciatim item in hisce libris Deus hæreditatem legat hominibus tanquam filiis. Sic Matth. 25. 34, ubi latinè habemus : *Possidete paratum vobis regnum*, græcè est κληρονομήσατε, hæreditate possidete, et D. Paulus, ad Coloss. 3. 24 : *A Domino*, inquit, *accipietis retributionem hæreditatis*. Tandem a Patribus Tertulliano, Hieronymo, Cassiano, et aliis, *Instrumentum* appellatur sacra Scriptura, aut *divinum*, *sacrumve Instrumentum*, cujus nominis ratio esse potest; primò quia nos instruit juxta S. Davidis votum, cujus ea illa vox in Psal. 118;

Sacræ litteræ.

Sacræ Scripturæ. Scriptura. Biblia.

Testamentum.

Instrumentum.

Digitized by Google

27. *Viam justificationum tuarum instrue me,* et dictum S. Pauli II. ad Timoth. 3. 15, cùm ait: *Quæ* (sacræ nimirum Litteræ) *te possunt instruere ad salutem;* secundò quia instrumenta dicuntur Scripturæ quæ in pactis conventisque ac rebus omnibus, quas valde certas, ratas, firmasque esse oportet, authenticè docent et instruunt; in Scripturis autem maximus est et præstantissimus hic authenticæ certitudinis modus; tertiò quia Deus utitur sacris Litteris tanquam instrumento quo nos suî cognitione et amore, salutaribusque vitæ præceptis imbuat.

CAPUT II.

Quinam sint libri, ex quibus sacrorum Bibliorum volumen coaluit.

Catalogus Bibliorum juxta Judæos.

Duplex est sacrorum librorum veteris Testamenti catalogus. Judaicus alter, alter christianus. Judaicus tempore Esdræ, vel ab ipso Esdra, vel a concilio sacerdotum, cui ipse interfuit, confectus est. In isto catalogo hi libri continentur; Pentateuchus Mosis, liber Josue, Judicum, Ruth, Regum quatuor, Paralipomenon duo, Esdræ duo, Job, Psalterium centum quinquaginta Psalmorum, Proverbia, Ecclesiastes, Canticum canticorum, Prophetæ majores quatuor, Prophetæ minores duodecim. An verò liber Esther in hoc catalogo annumeratus fuerit, inter auctores est dissensio; alii enim affirmant, alii negant. Catalogus christianus, auctoritate Innocentii primi confectus, præter libros jam enumeratos continet etiam hos: Tobiam, Judith, Esther, Sapientiam, Ecclesiasticum, Baruch, et duos libros Machabæorum. Porro omnes hi libri tam qui priore Hebræorum, quàm posteriore christianorum catalogo comprehenduntur, canonici sunt, et inter sacras Scripturas numerantur, quemadmodum definit Conc. Trident. sess. 4, statim initio, ut de aliis Conciliis nihil dicamus; aut Patribus, qui idem senserunt et tradiderunt.

Catalogus Bibliorum juxta Christianos.

Catalogus librorum novi Testamenti.

Libri ad novum Testamentum spectantes his verbis ab eodem concilio recensentur loco indicato. Quatuor Evangelia, secundùm Matthæum, Marcum, Lucam, et Joannem; Actus Apostolorum a Luca evangelista conscripti; quatuordecim Epistolæ Pauli Apostoli, ad Romanos, duæ ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duæ ad Thessalonicenses, duæ ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebræos; Petri apostoli duæ; Joannis apostoli tres; Jacobi apostoli una; Judæ apostoli una; et Apocalypsis Joannis apostoli.

CAPUT III.

An præter hos aliqui alii fuerint aliquando sacri libri, qui perierint.

Catalogus sacrorum librorum

Respondeo fuisse plures qui variis sacrarum Scripturarum locis memorantur, quos Serarius in Prolegomenis, c. 8, q. 14, recenset.

Digitized by Google

Primus, *liber Bellorum Domini*, num. 21. 14; secundus, *liber Justorum*, seu *liber Recti*, Josue 10. 13, et II. Reg. 1. 18; tertius, *liber verborum* seu rerum gestarum *Salomonis*, III. Reg. 11. 41; quartus, *liber verborum regum Israel*, III. Reg. 14. 19; quintus, *liber verborum regum Juda*, ib. n. 19; sextus, *Samuelis libri*, I. Paral. ult.; septimus, alius quidam ejusdem *Samuelis liber*, I. Reg. 10. 25; octavus, *Nathanis*, I. Paral. 29. 29, et II. Paral. 9. 29; nonus, *Gad prophetæ*, ib.; decimus, *Ahiæ prophetæ*, III. Reg. 14. 18, et apertiùs II. Paral. 9. 29, *in libris Ahiæ prophetæ*; undecimus, *Addo prophetæ*, II. Paral. 9. 29; duodecimus, *Jehu prophetæ*, II. Paral. 20. 34; decimus tertius, *Chozai prophetæ*, II. Paral. 33. 19; decimus quartus, *Salomonis tria millia Parabolarum*, III. Reg. 4. 32; decimus quintus, *ejusdem Cantica quinque et mille*, III. Reg. 4. 32; decimus sextus, *ejusdem physica de plantis, jumentis, volucribus, etc.* ib.; decimus septimus, *liber Enoch*, ut ex Judæ apostoli epistola, S. Aug. lib. de Civit. 23, colligit, et l. 18. c. 18, aliique; decimus octavus, *Epistola Eliæ prophetæ*, quam ad Regem Israelis misit, II. Par. 21. 12; decimus nonus, *Jeremiæ descriptiones*, II. Mach. 2. 1; vigesimus, *J. Hircani liber dierum*, I. Mach. ult. n. 24.

Quorum qui non extant.

Notandum probabiliter dici posse, si non omnes enumeratos, certè aliquos fuisse canonicos, et auctoritatis divinæ, ac eos præsertim, qui non simpliciter citantur, sed cum elogio, et titulo prophetæ. Vide Serar. in Proleg. c. 8, q. 15, et Bonfrer. in Præloquiis ad Scripturam, c. 6, sect. 3, 4 et 5. Quâ verò ratione hi libri perierint non facilè possumus divinare. Videntur tamen intercedisse, primò eorum qui eos custodiebant negligentiâ, quo modo parum abfuit quin ipse liber Legis Mosis, hoc est, Deuteronomium periret, quod sub Josia inventum narratur, IV. Reg. 22. 8; secundò aliquorum impietate et malitiâ, quo modo Joachim Jeremiæ prophetæ librum scalpello scidit, et in ignem projecit, ut habemus Jerem. c. 36, n. 23; tertiò divinâ voluntate, ob peccata Judæorum, quemadmodum tabulas legis digito suo scriptas, a Mose confringi voluit, Exod. 32, 19.

An omnes numerati libri fuerint canonici.

Quomodo perierint.

Non est hoc loco prætereunda antiquorum opinio, qui tradiderunt divinos omnes libros, captâ Jerusalem a Nabuchodonosor, temploque incenso periisse; solutâ verò captivitate eosdem ab Esdra ex memoria fuisse restitutos. Ita veteres aliquot Patres tradiderunt. Sed hanc opinionem rejiciunt recentiores, qui aiunt Esdram libros sacros in meliorem tantùm ordinem redegisse, a mendis expurgasse, et characterem mutasse, ne cum Samaritanis conveniret; non verò penitus Biblia restituisse. Vide Perer., Præfat. in Gen., Bellarm. Controv. tom. 1, l. 20, c. 1. Bonfrer. in Præloquiis, c. 6, sect. 8. Serar. Proleg. c. 22, q. 1.

An Esdras restituerit libros Scripturæ qui perierant.

Digitized by Google

CAPUT IV.

Quisnam sit sacræ Scripturæ auctor primarius, quis instrumentarius.

Scripturæ auctor Deus.

Primarius sacrorum librorum auctor est ipse Deus, cujus instrumenta fuerunt homines, quorum operâ et manu dignata est uti princeps illa causa Deus. Itaque S. Paulus, II. ad Tim. 3. 16, Scripturam *divinitus iuspiratam* appellat; et D. Petrus, ep. 2. c. 1, 21 : *Non voluntate*, inquit, *allata est aliquando prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati* (φερομένοι) *locuti sunt sancti Dei homines*; et rursus S. Paulus ad Hebr. 1. 1 : *Multifariam*, inquit, *multisque modis locutus est Deus olim per prophetas*, qui amanuenses quidam Dei fuerunt, intelligentes tamen quæ illis suggerebat Spiritus, et quæ dictabat excipientes, nimirum *calami scribæ velociter scribentis*, Psal. 44. 2.

Etiam minuta et humilia, quæ in Scripturis habentur, a Deo sunt auctore.

Itaque non audiendi hæretici Anomœi, qui, ut tradit Epiphanius hæresi 76, contendebant ab auctoribus Bibliorum interdum nonnulla scripta fuisse secundùm hominem, in quibus aut memoriâ laberentur, aut minùs certa scriberent. Nec etiam illi audiendi qui sacros hosce auctores vera quidem semper scripsisse dixerunt, nonnulla tamen in his esse, quæ Spiritûs sancti majestate et peculiari illâ directione digna non sint, ut v. g., quod dicitur II. ad Timoth. 4. 13, de penula relicta Troade, aut de cane Tobiæ caudam movente, Tob. c. 11. 9. Alioqui si vel minimum aliquid sit in Scriptura, quod sine directione illa scriptum sit, jam etiam de aliis dubitare poterimus, sicque *tota Scripturarum vacillaret auctoritas, ideoque et fides nostra*, ut ait D. August. 1 de doctrina christiana, 2. 27. Nec tamen quæ videntur minutiora, suâ carent utilitate, sic cum majoribus conjungantur; ac proinde nec divinâ majestate indigna censeri debent. Vide Serar. in Proleg. c. 4. Bonfrer. in Præloq. c. 8.

CAPUT V.

Quisnam sacrorum Bibliorum finis.

Finis remotus. Propinquus generalis. Propinquus particularis.

Finis remotus est divina gloria, et nostra felicitas. *Hæc*, inquit S. Joan. c. 20. 31, *scripta sunt ut credatis quia Jesus est Christus Filius Dei, et ut credentes vitam habeatis*. Finis propinquus, sed generalis, est partim Dei cognitio potissimùm, supernaturalis, partim verò et præcipuè ejusdem amor, et amor proximi. Finis verò particularis, qui ad generalem conducit, varius est, et ab Apostolo ad quatuor quasi capita revocatur, hoc est, ad doctrinam, redargutionem, correctionem et eruditionem, cum ait II. ad Tim. 3. 16, 17 : *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum in-*

Digitized by Google

structus. Pertinent autem priora duo ad dogmata, cùm et vera docentur, et falsa redarguuntur; posteriora verò duo ad mores, quorum qui pravi sunt corriguntur, qui boni ac recti traduntur. Vide Serar. c. 5. Proleg.

CAPUT VI.

De sacrarum Scripturarum veritate et auctoritate.

Biblia verissima.

Quæcumque sacris Bibliis continentur, verissima sunt, quia ejus verbum sunt, qui est summa veritas, quique mentiri nequit. *Non enim est Deus quasi homo, ut mentiatur.* Num, 23. 19. *Et Deus verax est, omnis autem homo mendax.* Rom. 3. 4.

Auctoritatem unde habeant.

Eadem verò Biblia libri authentici vocantur, quòd ab Ecclesia sacrorum et divinorum librorum auctoritatem habeant : id enim authenticum dicitur quod auctoritatem habet. Porro licèt Scripturæ sacræ libri, hoc ipso quòd scripti sunt, et a Spiritu sancto dictati, in se sint authentici, utpote qui ab ipso Deo auctoritatem divinorum librorum habeant; quia tamen illa auctoritas, utpote nobis ignota, non sufficit, ut a nobis pro talibus recipiantur, nisi accedat Ecclesiæ auctoritas; idcirco non dicuntur, simpliciter, quoad nos authentici, nisi hæc auctoritas accesserit. Ita Bonfrer. c. 3, sect. 3.

CAPUT VII.

Quid sit librum aliquem esse canonicum vel apocryphum.

Canonici libri qui.

Libri canonici illi dicuntur, qui in canonem sive catalogum sacrorum librorum aliquando relati sunt. Itaque hic differt liber canonicus ab authentico, quòd omnis canonicus etiam authenticus est; nulli enim libri in catalogum divinorum Bibliorum inscribuntur, qui authentici non sint. Libri verò authentici non hoc ipso quòd authentici, etiam canonici sunt; nam etiamsi nullus texeretur illorum catalogus, non tamen propterea authentici nobis essent.

Apocryphi libri qui.

Libri apocryphi illi dicuntur, qui vel omnino rejiciuntur ut falsi, vel non sunt admissi, ut divinam auctoritatem habentes. Dicuntur apocryphi, hoc est, occulti, absconditi, quòd non producerentur, nec in Ecclesia legerentur. Ex secundi generis apocryphis, quos Ecclesia non rejicit positivè tanquam errores continentes, sed tantùm non admisit, judicium de illis suspendendo, donec certiùs constet an in canonem inscribendi sint, fieri potest ut aliqui in catalogum recipiantur, ut de aliquibus, qui priùs tales fuerant, factum est. Hinc orta illa distinctio in libros protocanonicos, et deuterocanonicos. Protocanonici illi dicuntur, de quorum auctoritate nunquam dubitatum est. Deuterocanonici, de quibus aliqua fuit aliquando controversia. Hi verò sunt liber Esther totus, vel certè septem ejus postrema capita; Tobias, Judith, Sapientia, Ecclesiasticus, Baruch, Machabæorum libri, epistola ad Hebræos, epistola Jacobi, epistola Judæ, epistola Petri secunda, Joannis epistola

Libri protocanonici. Libri deuterocanonici.

Digitized by Google

secunda et tertia, et Apocalypsis. Addi eis debent partes quorumdam librorum, ut in Daniele trium puerorum hymnus, cum oratione Azariæ antecedenti, Susannæ historia, Belis et draconis a Daniele interfecti narratio, Marci caput ultimum et Lucæ 22 de Christi sudore sanguineo, Angelique apparitione, et consolatione historia, et Joannis Evangelii c. 8. de adulteræ historia. Licèt autem de hisce libris dubitare licuerit olim ante definitionem Ecclesiæ, tam per conciliorum decreta omnis exclusa est dubitatio, et omnes libri tam proto quam deuterocanonici ejusdem auctoritatis censendi sunt. Vide Serar. in Proleg. c. 7 et 8. Bonfrer. 3.

CAPUT VIII.

De stylo sacræ Scripturæ, an scilicet sit eloquens, an simplex, an rusticus.

Scripturæ stylus eloquens est.

Huic quæstioni respondent S. August. l. 4 de Doctrina christiana, c. 8. Ribera Præfatione in Nahum prophetam, Serar. in Proleg. c. 22. Bonfrer. in Præloq. c. 10. Summa responsionis est eloquentem esse, quia quæ in illa continentur aptè scripta sunt ad eum finem quem sibi Spiritus sanctus et scriptores sacri præfixerunt, consideratis circumstantiis locorum, temporis, personarum, quibus ista scribebantur, decorum in omnibus servando. Cùm enim eloquentia pars sit sapientiæ, neque possint viri sapientes non benè, propriè et aptè dicere, sequitur scriptores sacros qui procul dubio sapientissimi fuerunt, fuisse etiam valde eloquentes. « Audeo dicere, inquit S. August. loco citato, omnes qui rectè intelligunt quod illi loquuntur, simul intelligere non eos aliter loqui debuisse. Sicut enim quædam est eloquentia, quæ magis ætatem juvenilem decet, quàm senilem; nec jam dicenda est eloquentia, si personæ non congruat loquentis : ita est quædam, quæ viros summâ auctoritate dignissimos, planèque divinos decet. Hàc illi locuti sunt, nec ipsos decet aliâ, nec alios ipsâ : ipsis enim congruit, aliis autem quantò videtur humilior, tantò altiùs non ventositate, sed soliditate transcendit. Ubi verò non eos intelligo, minùs quidem mihi apparet eorum eloquentia; sed eam tamen non dubito esse talem, qualis est ubi ego intelligo. » Hæc August. Vide Riber. loco cit.

An ubique æque elegans.

Quod si Scriptura non semper et ubique eumdem servat eloquentiæ tenorem, ideo fit, vel quia Spiritus sanctus sacro scriptori, historico, v. g., assistens ne erret, ipsi permittit ut dictionem formet, vel quia, si dicamus singula verba dictare, in verbis tamen suggerendis sese scriptorum ingenio et modo attemperat, ac proinde aliqua inter eos styli existit inæqualitas. Sic Isaias cultus esse dicitur et politus, Jeremias rusticior; Ezechiel ex utroque mediè temperatus.

An vulgata editio latina rudis sit.

Nostram Vulgatam editionem latinam ut olim ethnici, ita nunc hæretici incultam, impolitam, barbaram criminantur. Sed hâc simplicitate nec S. Hieronymus vir doctissimus, et trium linguarum peritissimus offensus est, qui cùm novum Testamentum re-

Digitized by Google

cognosceret, sublatis erroribus qui irrepserant, quæ a græco fonte discrepabant, et sensum corrumpebant, correxit, reliqua reliquit intacta, ut ipse testatur præfatione in quatuor Evangelia ad Damasum. Et sane cum rudi sermone stare potest eloquentia, cùm nihil prohibeat, quominus ii etiam eloquentes sint, qui lingua vernacula loquuntur in iis urbibus in quibus aut pronuntiatio, aut voces et phrases a puro linguæ regionis illius sapore desciscunt. Adde multas Scripturæ voces ab aliquibus barbaras censeri, quæ tamen latinæ sunt, et a bonis auctoribus usurpatæ; quod egregiè ostendit Gretserus noster in defensione Controversiarum Bellarmini tom. 1. l. 2, c. 14, ubi de solœcismis et barbarismis, qui vulgato interpreti tribuuntur.

CAPUT IX.

Quo idiomate primum conscripti sint Libri canonici.

Quo idiomate scripti sint libri veteris Testamenti.

Triplicem linguam (præter græcam) hoc loco distinguere possumus. Puram hebraicam, puram chaldaicam, et ex utraque mixtam, quam syriacam vocant. Judæi ante captivitatem babylonicam usi sunt linguâ purè hebraicâ. Tempore captivitatis cœperunt loqui chaldaice, non quidem perfecte, sed partim chaldaice, partim hebraice. Hinc orta est tertia lingua, qua Judæi post captivitatem babylonicam usi sunt usque ad Christum, et deinceps; et hæc tertia vocabatur vel syriaca, ut dixi, vel hebraica, latè sumendo nomen linguæ hebraicæ. Omnes ergo libri veteris Testamenti, qui habentur in canone Hebræorum, quem supra habes, c. 2, scripti sunt linguâ pure hebraicâ; nisi quod in libro Esdræ et Danielis quædam partes sermone chaldaico annexæ sunt. De aliis libris qui sunt extra canonem Judæorum sic sentiendum est. Liber Esther scriptus est pure hebraice; libri Tobiæ et Judith pure chaldaice; liber Sapientiæ, Ecclesiastici, Baruch et duo Machabæorum exstant græce. An autem aliqui ex illis primo syriace scripti sint, dubium est. Vide Serar. in Proleg. c. 3, q. 2; Bellarm. l. 2. de Verbo Dei, c. 4; Bonfrer. in Præloq. c. 12.

Quo idiomate scriptum fuerit novum Testamentum.

Quod ad novum Testamentum spectat, convenit inter omnes illud græcâ linguâ fere scriptum esse. Dixi *fere*; nam de Evangelio Matthæi et Marci, et de Epistolis ad Hebræos et Romanos controversia est. Et quidem de Evangelio Matthæi communis opinio docet scriptum esse hebraice, quod sentit etiam D. Hieron. lib. de Scriptoribus ecclesiasticis, et illa probat conjectura, quod Matthæus veteris Testamenti loca non juxta LXX græcam interpretationem citet, ut alii faciunt evangelistæ, sed juxta hebraicum textum. Evangelium Marci creditur ab eo Romæ latine conscriptum, quod tamen certissimum non est, cum Romani græcæ linguæ studiosi essent, ut nunc plerique latinæ. Addunt non pauci ab eodem ipso Marco in latinum idioma conversum Epistola ad Hebræos eorum idiomate scripta videtur; sic enim facilior illis ad intelligendum esset, et clarior. Postea græce reddita vel a S. Luca, vel a Clemente Romano, quorum stylum disertum sapere videtur, ipsumque græcum autographum a Paulo lectum, et pro-

Digitized by Google

batum. Epistolam ad Romanos quidam censent scriptam latinè utpote quæ ad Romanos scriberetur. Attamen probabilior opinio censet græce scriptam fuisse : suadent frequentes idiotismi græcanici, quibus abundat. Vide plura apud Bonfrer. c. 12. citato.

CAPUT X.

An hebraicus sacræ Scripturæ textus, qui nunc exstat, sincerus sit et incorruptus.

Menda per incuriam irrepserunt.

Respondeo dubium non esse quin in textu hebræo (quod in omnibus Scripturis usu venit aut calamo exaratis, aut typis impressis) menda per incuriam aliquando irrepserint, præsertim cum in hujus linguæ alphabeto aliquæ litteræ sint inter se multum similes, beth scilicet, et caph; ghimel, et nun, daleth, et res; he, et cheth; vau, et zain; thet, et mem finale; hain, et tsade; vau, et nun finale; samech, et mem finale. Adde exiguam hujus linguæ peritiam, quæ describentibus facile ansam errandi præbere potuit, præsertim si quis ex alterius ore quæ dictantur, calamo excipiat.

Judæorum etiam malitia.

Præter hæc autem menda, quibus sacer textus data opera corruptus non est, alia in eo reperiuntur, quæ Hebræorum vitio sunt illi adspersa ad obscurandam in eo eminentem de Christi adventu veritatem; quod post S. Hieronymi tempora factum censet Bonfrer. in Præloq. ad Scripturam, c. 13, sect. 3; ante tamen quam hebraico textui puncta ab ipsis inventa appingerent Masorethæ, qui centum, aut paulo plus annis post S. Hieronymum fuerunt. Porro locorum aliquot depravatio ex D. Hieron. et ex LXX virorum interpretatione, ex Aquilæ, Symmachi, et Theodotionis fragmentis, et ex Paraphraste chaldæo deprehenditur. Vide Salmeronem Prolegomeno quarto, ubi late de corrupto textu hebraico disserit, et nonnulla affert loca a Judæis depravata, quod etiam facit Bonfrer. c. 13, sect. 4. Vide etiam Serar. Proleg. c. 12, q. 2. Exceptis vero locis quæ christianæ religionis odio Hebræio corruperunt, in reliquis incorruptis servandis diligentes admdum, et minuti etiam fuerunt; nam, ut notat Serar. loco cit. eorum rabbini singulorum librorum versus omnes, singulorum versuum vocabula omnia, singulorum vocabulorum litteras omnes dinumerarunt, annotarunt, et ad posteros transmiserunt. Itaque eo etiam descenderunt, ut quoties unaquæque littera in sacris libris ab ipsis receptis repeteretur, annotarent, et summam inirent, v. g., aleph esse 24377; beth, 38218, ghimel, 29937, et sic de reliquis. Ex quo fit textum hebraicum versioni nostræ magnam lucem afferre posse, et linguæ sanctæ cognitionem magno esse adjumento Bibliorum interpretibus, ut verum illius sensum assequi possint, quod tamen ea reverentia faciendum est, ut non conemur ex hebraico textu latinam nostram versionem temere emendare, aut damnare; hoc enim esset minus Ecclesiæ catholicæ diligentiæ fidere, quam rabbinis Hebræorum, qui ut diligentes fuerint, non tamen publica auctoritate, vel ea Spiritus sancti ope, qua id fecit Ecclesia, ab ipsis præstari potuit.

Digitized by Google

CAPUT XI.

De Septuaginta virorum græca versione.

Quæ occasio versionis LXX.

Ptolemæus Philadelphus, rex Ægypti, librorum studiosissimus, cùm locupletissimam bibliothecam Alexandriæ construxisset, Judæorum etiam sacros libros habere optavit. Itaque ab Eleazaro pontifice septuaginta duos viros impetravit, senes ex qualibet tribu, qui non solam legem mosaicam, ut ait S. Hieronymus in Traditionibus hebraicis, et alibi, sed omnes libros veteris Testamenti in linguam græcam transtulerunt, quæ est sententia S. August. l. 18. de Civ. c. 42, et alibi, Irenæi, Clementis, Epiphanii, et aliorum quorum sententiam Bellarminus sequitur l. 2 de Verbo Dei c. 6 et alii, et probatur, quia Ptolemæum colligendorum librorum admodum studiosum alios Hebræorum libros neglexisse non est probabile; deinde quia Apostoli testimonia citant juxta græcam translationem, quæ illo tempore non alia fuit quam LXX: tandem quia miraculo adscribitur quod suam interpretationem septuaginta duorum dierum spatio absolverint; at nullum esse miraculum si nihil aliud vertissent quam legem Mosis.

Quomodo facta hæc versio.

Quoad modum hujus versionis multi Patres et alii auctores admodum graves et docti tradunt singulos in diversis cellulis suam interpretationem elaborasse, in qua omnes plane ad verbum consentientes divino miraculo reperti sint. Vide Salmeron. Proleg. 5, Serar. Proleg. 17. q. c. 10, Bonfrer. in Præloq. c. 16, sect. 3, qui hanc sententiam probabiliorem existimat.

Quantæ auctoritatis.

Ex his sequitur magnam esse debere versionis hujus auctoritatem, si incorrupta ad nos pervenisset, de quo mox dicam. Nam non tam interpretes fuerunt, quam, ut loquitur Philo, καπερ ἐνθουσιῶντες προεφήτευον, *tanquam divino Spiritûs afflatu prophetarunt*, eosque non interpretes, sed ἱεραφάντας et προφήτας, apellare non dubitat. Accedit quod apostoli et evangelistæ in citandis Scripturæ testimoniis ea usi sunt, et Ecclesia græca semper, universalis vero catholica totis 600 annis pro authentica vulgata illam adhibuit, et multi Patres antiquiores eamdem commentariis suis illustrarunt.

An modo sit corupta.

Porro corruptam esse multis locis hanc LXX interpretationem D. Hier. præfatione in lib. Paral. affirmat his verbis: « Si LXX » interpretum pura, et ut ab eis in græcum versa est, editio per» maneret, superflue me impelleres, ut hebræa tibi volumina la» tino sermone transferrem. Nunc vero cùm pro varietate regio» num diversa ferantur exemplaria, et germana illa antiquaque » translatio corrupta sit atque violata, etc.» Verum autem esse quod ait D. Hieronym. confirmari potest ex D. Justino, qui dialogo cum Triphone Judæo affirmat multis locis ab ipsis Judæis depravatam fuisse, et ex eo quod cum tradat Aristæus hanc interpretationem in omnibus cum hebræo consensisse, jam non solum discordat in multis, sed multa habet quæ non sunt in hebræo, quemadmodum vicissim non pauca hebræus habet, quæ in illa non reperiuntur.

Digitized by Google

Quanti jam fieri debeat.

Quanquam verò, ut dixi, mendosa nunc sit LXX virorum interpretatio, tamen post editionem nostram Vulgatam præ aliis omnibus maximæ est auctoritatis; nam olim authentica fuit expresso vel tacito Ecclesiæ decreto, nec unquam improbata, aut rejecta, quanquam ob eam causam, quæ D. Hieron. movit ut novam interpretationem moliretur, relicta sit. Imo si pura inveniretur, nec rejici posset, cum sacra aliqua Scriptura eadem immutata permanens, modo admitti ut canonica, modo repudiari non possit.

Quomodo dicatur hæc interpretatio cum hebræo consensisse.

Tandem quia in locis etiam illis, quæ constat non esse corrupta, qualia ea sunt quæ ab apostolis, aut in Evangelio citantur, LXX interpretum versio diversa aliquando videtur a textu hebræo, dicendum est vel non dissentire, licet ita prima fronte videtur, vel LXX subinde paraphrastas egisse, sententia tamen retenta; vel hebræas voces plures habere significationes, ita ut varietati occasionem præbeant, vel tandem etiamsi diversum sonet editio LXX, nihilominus esse authenticam, quia nihil habet contrarium ei quod habetur in fonte, idemque ipsum voluit addi, demi, mutari per hos interpretes, qui Scripturæ auctor est Deus. Vide plura Bonfrer. in Præloq. c. 16, sect. 5 et 6.

CAPUT XII.

De aliis græcis ex hebræo Versionibus.

Quænam sint aliæ græcæ Bibliorum versiones.

Præter LXX virorum interpretationem aliæ fuerunt ex hebræo in græcum translationes, nimirum Aquilæ, Symmachi, Theodotionis, duæque aliæ incertis auctoribus, quæ quintæ et sextæ editionis nomine citari solent. Aquila ita textui hebraico adhæsit, ut verbum verbo reddere sit conatus; Symmachus sensum sensu, Theodotion mediam viam inter utrumque extremum ingressus est.

Quæ auctoritas illarum.

Aquilæ, Symmachi, et Theodotionis exigua vel potius nulla auctoritas est in iis quæ ad Christum spectant, et christianam religionem. Nam Aquila ex gentili christianus, et ex christiano judæus factus in odium christianæ religionis, quam reliquerat, quæ de Christo sunt de industria corrupit aut obscuravit. Nec melior fides Symmachi samaritani, nimirum hominis qui e samaritano judæus, iterumque circumcisus, tum ex judæo christianus, tandem ex catholico hæreticus ebionita factus est. Theodotion reliquis duobus scelere pejor post suscepta christiana sacra, Tatiani, Marcionis, Ebionisque hæreses amplexatus est, tandemque proselytus factus, transiit ad Judæos. Itaque merito S. Hier. in c. 3 Habacuc, Aquilam, Symmachum et Theodotionem semichristianos appellat. Porro in iis, quæ ad christianam religionem non spectant, non parva illorum est auctoritas tum apud cæteros, tum apud Origenem et Hieronymum, quorum versionibus et in sacris Litteris interpretandis, et in adornanda sua latina editione dubio procul adjutus est; nec ipse diffitetur, aut dissimulat. Ex tribus verò memoratis interpretibus cæteris prælatus videtur Theodotion, quod medium illum, qui optimus est, interpretandi modum sit secutus; et Ecclesiæ etiam testimonio quæ olim totum Danielem

Digitized by Google

ex Theodotionis versione legebat, et etiamnum duo postrema capita, cum hymno trium puerorum, et oratione antecedente c. 2. legit. Quinta et sexta editio non damnantur ab antiquis, ut parum fideles, minusve sinceræ; imo Athanasius in Synopsi quintam, Hieronymus non uno loco utramque laudat. Nunc harum omnium versionum fragmenta reliqua sunt, integræ versiones perierunt.

Tandem notandum est Lucianum martyrem et Hesychium non novas edidisse versiones, sed emendasse eam quæ erat LXX virorum. Luciani emendationem Constantinopolis et Græcia; Hesychii Ægyptus amplexa est. Vide Serar. c. 16; Bonfrer. cap. 17. In editionibus Luciani et Hesychii.

CAPUT XIII.

De Origenis tetraplis, hexaplis, octaplis.

Ex superioribus editionibus, quas memoravimus, Origenis tetrapla, hexapla et octapla coaluerunt, in eadem pagina quatuor vel pluribus interpretationibus per columellas descriptis, et inter sese compositis, ut in quo discreparent, aut convenirent, facili comparatione agnosci posset. Similis industria adhibita est superiori sæculo in editione Bibliorum regiorum, in quibus hebraicus textus, græcus, chaldæusque eodem modo, et ad eumdem usum et finem dispositus est. Addiderat Origenes ad textum obeliscos et asteriscos, quibus, quæ deessent, aut redundarent notata, facilius a legentibus internosci possent. Tetrapla dicuntur quæ quatuor, hexapla quæ sex, octapla quæ octo interpretationes complectuntur, horum tetraplorum, etc., non infrequens mentio apud veteres, ac præsertim apud S. Hieronymum, ideoque, ut quid fuerint percipiatur, non inutiliter explicata sunt. Vide Bonfrer. c. 16, sect. 9. Quid fuerint, et in quem usum conciunata.

CAPUT XIV.

De græco textu Testamenti novi.

Idem dicendum est de græco textu Testamenti novi, quod de hebraico et græco veteris dictum est, scilicet corruptum esse alicubi sive librariorum et typographorum negligentia et incuria, sive malitia et perfidia hæreticorum. Serar. in Proleg. cap. 13, et Bonfrer. in Præloq. cap. 14, aliqua loca proferunt corrupta, quæ apud ipsos vide. Nobis satis est scire menda in textum illum irrepsisse, ac proinde potius ex latino græcum textum, quam ex græco latinum emendandum esse. Quanquam non negaverim posse ex græco Vulgatæ editionis latinæ textum emendari, si aliunde suppetant argumenta quibus evincatur aut latinam editionem esse corruptam, aut græcam incorruptam. Est etiam, ut omnium bonorum interpretum usus docet, usui græcus contextus ad ambiguitates tollendas, et locorum multorum vim melius assequendam, cùm nimirum latinæ linguæ inopia græcæ fœcunditatem ac ener- Corruptus est aliquibus in locis.

Digitized by Google

giam æquare non potuit. Vide exempla apud Canum de locis theologicis, cap. 15.

CAPUT XV.

De Paraphrasi chaldæa.

In quos libros exstet Chaldæa paraphrasis.

Chaldæa lingua editi sunt libri Tobiæ et Judith, et ex paret libri Esdræ et Danielis. Præterea in omnes libros veteris Testamenti, qui Judæorum canone continentur, exstat chaldaicu-Thargum, ut vocant, quæ vox interpretationem sive paraphrasim significat, exceptis tamen libris Paralipomenon, Esdræ et Danielim

Quinam illius auctores.

Hujus paraphrasis auctores tres nominantur : Onchelos, Jonas. than, et Joseph cæcus. Vox ista Onchelos Aquilam significat, atque ideo putant aliqui hunc eumdem illum Aquilam esse, qui ex Hebræo in græcum sacros libros convertit. Paraphrasis Oncheli sive Aquilæ est tantum in Pentateuchum. Jonathan significat *donum Dei*, ut etiam vox græca *Theodotion*; quare non desunt qui hujus partis Thargum auctorem faciant Theodotionem græcæ editionis, de qua supra diximus, auctorem, Jonathæ paraphrasis exstat in libros Josue, Judicum, Regum, et prophetas omnes. Rabbi Joseph cæci (quem aliqui dubitant fueritne Didymus ille cæcus, quem laudat S. Hier. et *videntem* suum vocat in proœmio epistolæ ad Galatas) est paraphrasis in Job, Ruth, Esther et in libros Salomonis.

Quæ paraphrasis hujus utilitas.

Utiles sunt hæ paraphrases ad convincendos Judæos, a quibus magnifiunt, ad explicationem etiam sacri textûs, ejusque sententiam melius assequentem. Paraphrasis Chaldæa, excepta illa, quæ est in Pentateuchum, thalmudistarum fabulis conspersa est, nec plane incorrupta Oncheli in Pentateuchum, ut allatis aliquot exemplis ex singulis Pentateuchi libris probat Bellarminus tom. 1; Controv. l. 2. de Verbo Dei c. 3. Vide Serar. in Proleg. c. 14. Bonfrer. in Præloq. 19, sect. 1.

CAPUT XVI.

De syriaca novi Testamenti versione.

In quos libros exstet.

Exstat in Bibliis regiis totius novi Testamenti syriaca interpretatio præter epistolam secundam Petri, secundam et tertiam Joannis, epistolam Judæ et Apocalypsim. Serar. in Proleg. c. 15, q. 1, ait a Maronitis Romam quæ deerant, esse delata.

Quis auctor.

Versionis hujus auctor a Syris putatur S. Marcus evangelista, quod tamen Bellarm. 1. 2 de Verbo Dei c. 4. et Serar. loc. cit. q. 2, non probant, et certum est saltem quoad evangelium S. Joannis, et Apocalypsim, qui libri post S. Marci obitum scripti sunt.

Quæ utilitas.

Hujus editionis duplex est utilitas. Altera communis, quod scilicet in multis nostram editionem Vulgatam firmat stabilit,

Digitized by Google

eique lucem affert, quod versionum collatio facere solet. Altera utilitas peculiaris est contra hæreticos nostri temporis, quia adjunctos habet titulos, et inscriptiones varias quibus significatur quid ex novo Testamento legi soleret in hujus, aut illius sancti festo die, in veneratione sanctæ Crucis, in quadragesima, in jejuniis aliis, in Commemoratione fidelium defunctorum, etc., ex quibus Ecclesiæ ritus stabiliuntur, et consensio ostenditur cum romana Ecclesia.

Quæ auctoritas.

Hujus versionis non est tanta auctoritas, quanta latinæ nostræ editionis, imo nec quanta græci textûs, nam sunt in ea nævi quidam, qui merito viris doctis displicent. Vide Serar. in Prolegom. toto c. 15; et Bonfrer. in Præloq. c. 19, sect. 2; Bellarm. loco citato.

CAPUT XVII.

De auctore Vulgatæ nostræ editionis latinæ.

Quæ sit vulgata editio.

Cùm loquimur de Vulgata editione latina, sermo est de ea quæ nunc in manibus omnium versatur, et a Conc. Trid. et passim *Vulgata editio* appellatur. Nam fuerunt quidem aliæ latinæ editiones ante D. Hieron. ac præsertim illa, cujus cum laude meminit S. Aug. l. 2. de Doctrina christiana, c. 15. et *Italam* vocat. *In ipsis*, inquit, *interpretationibus Itala cæteris præfertur. Nam est verborum tenacior cum perspicuitate sermonis.* Verùm cùm D. Hieron. novam suam ex hebræo versionem edidit, hæc paulatim Doctorum et Patrum consensione tacita admissa est, priore illa relicta, quæ prius Ecclesiæ usu passim terebatur.

Quis auctor vulgatæ editionis veteris Testamenti.

Hujus porro Vulgatæ nostræ editionis quoad vetus Testamentum auctor S. Hieronymus, qui illud totum ex hebræo in latinum transtulit, excepto libro Sapientiæ, Ecclesiastico, Machabæis, et Baruch, et Epistola Jeremiæ. Et quidem quod ipse verterit ex hebræo vetus Testamentum præter alios, qui id affirmant, ipsemet profitetur in fine libri de Ecclesiasticis Scriptoribus: *Novum*, inquit, *Testamentum græcæ fidei reddidi: vetus juxta hebraicum transtuli*: cui consentit D. Aug. l. 18 de Civitate Dei, c. 43: *Non defuit*, inquit, *temporibus nostris presbyter Hieronymus, homo doctissimus, et omnium trium linguarum peritus, qui nonex græco, sed ex hebræo in latinum eloquium easdem Scripturas converterit.*

Quod vero illos libros, quos excepimus, non converterit, ex eo probatur, quia nunquam a se hos libros conversos memorat ipse S. Hieronym., cum tamen hoc in aliis libris facere consueverit; 2. quia phrases ac verba, quæ in his libris habet Vulgata nostra versio, inveniuntur eadem in Patribus D. Hieronymo vetustioribus, v. g., in S. Cypriano. Credibile autem est hos non vertisse, quia vel canonicos non putavit, ut Ecclesiasticum, vel hebraicos non invenit, ut Sapientiam, ut significat præfatione in Proverbia; nam Baruch a se ideo prætermissum diserte narrat ipsemet in præfatione in Jeremiam. Vide plura apud Serar. in Proleg. c. 19 q. 1, 2, 3 et 4.

Digitized by Google

Psalterii versionis quis auctor.

Notandum autem est Hieronymum etiam Psalterium ex hebræo in latinum convertisse, quod etiamnum exstat inter opera D. Hieronymi; sed hanc Hieronymi versionem Ecclesia non recepit, ea fortasse de causa, quia, cum in ecclesiis quotidie Psalmi juxta LXX canerentur, iisque fidelium aures assuevissent, durum ac propemodum violentum fuisset Hieronymianam versionem inducere. Retenta ergo est antiqua ab ipso tamen D. Hieronymo, et prius a Luciano martyre emendata. De quo vide D. Hieron. Epist. ad Suniam et Fretellam. Vide Serar. loco cit. q. 3, et Bonfrer. in Præloq. c. 15, sect. 1 et 2.

Quis latinæ Testamenti novi.

Quod attinet ad novi Testamenti interpretationem, auctor illius ignoratur. S. Marcus, ut supra dictum est, Evangelium suum latine scripsisse creditur. Cæterorum, licet interpres ignoretur, non dubium tamen eam interpretationem factam, statim initio Ecclesiæ, planeque verisimile est ab apostolis visam et probatam. Hanc a mendis quæ vel per imprudentiam irrepserant, vel ab aliquibus temere inserta erant, Damasi pontificis auctoritate D. Hieronymus emendavit. Vide Bonfrer. cap. 15, sect. 2.

CAPUT XVIII.

De Vulgatæ latinæ editionis auctoritate.

Magna hujus editionis auctoritas, et cur.

Vulgatæ nostræ editionis auctoritas apud catholicos summa esse debet, et reipsa est. Primo quia antiqua et multorum sæculorum usu in Ecclesia usurpata; 2 quia D. Hieron. illius auctor, ut linguarum peritissimus perite, ut sanctissimus fideliter et diligenter interpretatus, et divino auxilio ad opus bene perficiendum peculiariter adjutus est; 3. propter Conc. Trid. decr. sess. 4, quod est hujusmodi: « Insuper eadem sacrosancta Synodus considerans non » parum utilitatis accedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omnibus » latinis editionibus quæ circumferuntur sacrorum librorum, quæ» nam pro authentica habenda sit, innotescat: statuit et declarat » ut hæc ipsa vetus, et Vulgata editio, quæ longo tot sæculorum » usu in ipsa Ecclesia probata est, in publicis lectionibus, dispu» tationibus, prædicationibus et expositionibus pro authentica ha» beatur; et ut nemo illam rejicere quovis prætextu audeat, vel » præsumat. » Ita Concil.

Quid sit editionem vulgatam esse authenticam.

Cum vero nostra versio a Concilio dicitur authentica, significatur absolute et simpliciter esse fidelem et sinceram; nihil continere quod fidei repugnet aut bonis moribus; nihil in ea esse quod aperte falsitatis, vel contradictionis alicujus possit revinci, etiamsi ad fidem, vel mores nihil pertineat, et omnibus aliis latinis interpretationibus anteponendam. Et quanquam ipsis fontibus hebræis et græcis non anteponatur (quia Concilium nullam comparationem facit), nec si puri sint, anteponi possit: tamen de facto, ut nunc res se habent, pluris illis a nobis facienda est; rivus enim purus et minime turbatus fonti turbato et impuro prudenter anteponi potest et debet.

An melior fieri possit.

Nihil tamen contra Concilii mentem ageret, qui non temere, sed solidis ductus rationibus diceret aliquid melius verti potuisse,

Digitized by Google

vel clarius, cum et ipse Hieronymus nonnulla in sua versione emendarit, fassusque sit rectius aliter potuisse. Vide Serar. in Proleg. c. 19, q. 13, et Bonfrer. in Præloquiis c. 15, sect. 3.

CAPUT XIX.

De sacræ Scripturæ obscuritate.

Sacram Scripturam obscuram esse. Unde hæc obscuritas.

Negant hæretici sacram Scripturam obscuram esse, et intellectu difficilem : sed negant quod experientia evidenter docet, quod aperte colligitur ex tam multis in sacra Biblia commentariis, quæ quotidie prodeunt; quodque communi consensu Patres docent. Vide Salmeron. late de hoc disputantem, Prolegom. 2, Serar. in Prolegom. c. 12; Bonfrer. in Præloq. c. 9.

Causæ obscuritatis duæ præcipuæ sunt : prima petitur ex rebus ipsis, secunda ex modo illas proponendi et explicandi. Et quidem quod ad res attinet, agit frequenter de rebus sublimibus, cœlestibus, et quæ sub sensum non cadunt, atque ideo illas imbecillitas nostra non capit, ut locum habeat quod ait Christus, Joan. 3. 12 : *Si terrena dixi vobis, et non creditis; quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis?* ad quæ scilicet humana intelligentia non ascendit. Rursus agit de rebus longinquitate temporis a nobis distantibus, quæ propterea suam inde difficultatem et obscuritatem habent : talia sunt quæ futura extremis Antichristi temporibus, talia quæ olim fuerunt in veteri lege et ante illam, quæ propter morum illius ævi a nostris discrepantiam, aliarumque circumstantiarum ignorationem difficilia intellectu nobis redduntur. Secunda ex modo loquendi sacræ Scripturæ quæ metaphoris abundat, allegoriis, catachresibus, antiphrasibus, quæque multa symbolis involuta de industria proponit.

Cur Deus Scripturas voluerit esse obscuras.

Nec desunt causæ cur Deus Scripturas voluerit esse obscuras : primo, ne vilescerent, quæ enim facilia contemnuntur; secundo, ut honestam haberent homines occupationem dum in assequenda Scripturarum sententia laborant; tertio, ut ex difficultate cresceret studii illius delectatio, cum enim in alicujus veritatis indagatione laboravimus, plus delectamur, cum illam percipimus; quarto, ut diuturno labore et tempore quæsita et versata, altius mentibus nostris infigerentur, nec facile exciderent.

CAPUT XX.

De variis sensibus sacræ Scripturæ.

Duplex sensus litteralis et mysticus.

Duplex sensus sacræ Scripturæ assignari solet : litteralis scilicet, sive historicus, et mysticus, sive, ut alii appellant, figuratus. Sensus litteralis est ille quem verba sive proprie, sive metaphorice accepta ex Spiritus sancti loquentis intentione, primo et immediate significant. Dixi *metaphorice*, quia quod metaphora aut alio

Digitized by Google

tropo sensus aliquis exprimatur, non facit quominus sensus sit litteralis, v. g., cum dixit Christus, Matth. 16. 6 : *Cavete a fermento Pharisæorum*, idem est secundum litteram, ac si remota fermenti metaphora dixisset, cavete a doctrina Pharisæorum, ut ipsemet statim apostolis non intelligentibus explicavit. Dixi *ex Spiritus sancti loquentis intentione*, nam ex ea pendet ut verba vel proprie sumantur, vel metaphorice, ut si quis dicat : *Cave, leo rugiens circuit*. Ambiguum est simpliciterne, et ut verba sonant, an vero tropice intelligenda sint, de leone, an de dæmone. Verum quidem est ex antecedentibus et consequentibus ex subjecta materia, et aliis adjunctis frequenter colligi posse quem sensum exhibere velit qui loquitur; tamen hæc distinctio primario et per se pendet ex mente ipsius loquentis.

Mysticus sensus quis.

Mysticus sensus est qui non proxime per voces, sed mediate et remote, mediantibus scilicet rebus per voces sensu litterali significatis, a Spiritu sancto indicatur, v. g., in Deut. c. 25 præcipitur: *Non alligabis os bovi trituranti*. Sensus litteralis est is quem verba sonant. Sensus vero mysticus ille est qui, supposito sensu litterali, ex eo, et rebus per ipsum significatis ulterius intenditur a Spiritu sancto, hoc est, ut explicat S. Paulus I. Cor. 9, doctoribus, concionatoribus necessarium et honestum victum suppeditandum.

Mysticus sensus quotuplex.

Porro mysticus sensus triplex est : allegoricus, tropologicus sive moralis, et anagogicus. Allegoricus spectat Christum et Ecclesiam militantem, sive res omnes fidei, quæ viæ in patriam tendentis sunt propriæ iis exceptis quæ ad patriam spectant : hæc enim ad anagogicum sensum pertinent, qui ideo dicitur anagogicus, nam ἀναγειν græce sursum vehere, aut ducere significat. Tropologicus est, qui versatur circa mores quos Græci τρόπους appellant. Uno verbo sensus allegoricus est de rebus credendis; tropologicus, de rebus agendis; anagogicus, de rebus sperandis. Hinc vulgati illi versus :

Littera gesta docet : quid credas allegoria ;
Moralis, quid agas : quo tendas anagogia.

Notandum tamen frequenter a Patribus et aliis quemlibet sensum mysticum allegoricum appellari. De sensibus Scripturæ, vide Serar. c. 21 ; Bonfrer. c. 20.

CAPUT XXI.

Quomodo sensus litteralis investigandus sit.

Quæ juvent ad assequendum sensum litteralem.

Ad assequendum sacræ Scripturæ sensum litteralem, juvant primo alia loca similia Scripturæ, quibus idem clarius dicatur, vel ex quorum collatione lux aliqua obscuriori accedat; 2. traditiones Ecclesiæ; 3. Conciliorum definitiones; 4. interpretationes Patrum; 5. theologia scholastica; 6. linguarum peritia; 7. cognitio aliarum scientiarum, philosophiæ, astrologiæ, etc.; 8. diligens

Digitized by Google

consideratio antecedentium et consequentium, et adjunctorum, quod tamen in Prophetis, Proverbiis, Ecclesiastico, et Psalmis locum non habet; nam Prophetæ, et Psaltes, pro affectu et lumine prophetico quo agebantur, frequenter a figura ad rem figuratam transiliunt; aut etiam longius evolant ad alia, prout spiritus vult quo reguntur. Proverbia vero et Ecclesiasticus sunt collectio quædam præceptorum quæ necessarium inter se ordinem nec requirunt, nec servant.

CAPUT XXII.

Quomodo mystici sensus eruendi sint.

Difficultas investigandi sensum mysticum.

In primis sciendum est difficilius esse investigare verum sensum mysticum, quam sensum litteralem. Ratio est quia litteralis sensus percipitur iis adjumentis quæ diximus, ac præsertim consideratione antecedentium et consequentium, etc. In sensu autem mystico, qui totus abstractus est, et ex Spiritus sancti intentione pendet, pauciora habemus adminicula quibus juvemur, et frequenter quæ intenduntur ab iis quæ nobis veniunt in mentem multum distant. Itaque S. Greg. Hom. 15 in Evang. parabolam seminantis explicans, quæ habetur Luc. 8, quam ipsemet Dominus quomodo intelligenda esset exposuerat: *Quis enim mihi unquam crederet*, inquit, *si spinas divitias interpretari voluissem, maxime cum illæ pungant, istæ delectent? et tamen spinæ sunt, etc.*

Ex hoc sequitur multos sensus mysticos afferri solere, qui sola aliqua tenui eonjectura nituntur, quorum proinde exigua veritas et utilitas est, in quo præsertim peccatur ab iis, qui sensus mysticos quærunt, priusquam litteralem assecuti sint, cum ille in hoc, ut solidus sit, fundari debeat.

CAPUT XXIII.

De comparatione sensus litteralis cum sensu mystico.

An omnes sensus ex quolibet loco erui possint.

Præter hactenus dicta de sensu litterali et mystico notandum est primo cujuslibet loci sacræ Scripturæ sensum aliquem litteralem esse. Sensum vero mysticum in aliquibus quidem reperiri, in aliis vero non item, v. g., cum dicitur: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, etc.* Nullus enim hic est mysticus sensus. Rursus alia loca esse, in quibus triplex sensus mysticus assignari possit, v. g., sabbati institutio. Allegorice significare potest requiem Christi in sepulcro; tropologice, cessationem a peccato; anagogice, quietem sanctorum in cœlo: in aliis locis aliquando duo sensus, aliquando unus tantum locum habere potest pro varietate rei de qua loquitur Scriptura; itaque ex omnibus locis omnes sensus extundere velle non solum supervacaneum, sed etiam ineptum est.

Digitized by Google

Sensus mysticus pro priùs veteris Testamenti.

Secundo notandum sensum mysticum fere erui ex veteri Testamento, quod figuris, allegoriis, symbolisque rerum futurarum abundat. Sunt tamen etiam in novo, quæ hunc sensum admittunt, nam v. g., navicula Petri undis jactata Ecclesiæ persecutiones significat, etc.

Quis sensus dignior.

Tertio notandum sensum mysticum digniorem esse si cum ejusdem loci sensu litterali conferatur; figuræ enim præstat figuratum, quod intellige de eo mystico sensu quem Spiritus sanctus intendit. Patet enim præstantius esse quod sensu mystico docetur de suppeditando concionatoribus necessaria, quam quod cortex legis exhibet, cum prohibet alligari os bovi trituranti. Si tamen non de subordinatis sensibus per modum figuræ, et figurate loquamur, sed absolute, tunc dicendum sensum litteralem æque præstantem ac mysticum esse posse, cum de rebus præstantissimis esse possit, ut de Trinitate, Incarnatione, Christi passione, etc. Imo absolute, omnibus pensatis, dicendum sensum litteralem mystico anteferendum: primo, quia de rebus æque præstantibus esse potest; secundo, quia in omnibus Scripturæ locis reperitur; tertio, quia est certior, et ad probandum utilior, de quo mox dicemus. Vide Serar. Prolegom. c. 21, q. 10; Bonfrer. in Præloq. cap. 20, sect. 3.

CAPUT XXIV.

An sensus mysticus vim habeat ad probandum.

Qui sensus mystici apti ad probandum.

Ex sensu mystico æque firmum argumentum peti potest atque ex litterali, si constet eum sensum verum esse, et a Spiritu sancto intentum. Plerumque autem ex hoc sensu desumpta argumenta infirma sunt, quia nescimus an ille sit verus sensus mysticus. Constat autem aliquem esse verum sensum mysticum vel ex Scriptura, ut de illo quem supra attulimus, de bove triturante constat ex D. Paulo, vel ex Conciliis, vel ex consensu Patrum et Ecclesiæ Doctorum: v. g. (ut rem alio exemplo illustrem) Matth. c. 2, n. 15, dicitur: *Ut adimpleatur quod dictum est a Domino per prophetam dicentem: Ex Ægypto vocavi filium meum.* Locus qui citatur est Oseæ 11, et sensus litteralis est de filiis Israel ex Ægypti et Pharaonis servitute eductis. Sensus mysticus a Spiritu sancto intentus, de Christo ex Ægypto revocato. Nec satis est dicere hæc sensu accommodatitio tantum Christo, v. g., aut argumento, de quo agitur, aptari; nam citatis testimoniis evangelistæ et apostoli aliquid probare intendunt efficaciter, quod tamen sensu accommodatitio fieri non potest, ut dicemus. Vide Serar. c. 21, q. 10; Bonfrer. c. 20, sect. 4.

CAPUT XXV.

An ejusdem loci plures sensus litterales esse possint.

Ejusdem.

Eumdem locum Scripturæ posse aliquando plures habere sensus

Digitized by Google

litterales docent Patres, D. Hieron. Ep. 103, Chrysost. Hom. 7. in 1. ad Cor., Aug. l. 2 de Doctrina christiana, c. 27, et l. 12 Confes. c. 26 et apertius c. 31, multique theologi apud Serar. in Prolegom. c. 21, q. 12, et apud Bonfrer. in Præloq. c. 20, sect. 5; et ratio peti potest tum ex sacræ Scripturæ fœcunditate, tum ex eo quod in signis ab hominibus institutis eadem res duo simul significare potest, ut v. g. in sono campanæ, aut clangore tubæ signum dari soleat in adventu hostium, et etiam cum aliquod incendium excitatur; si accedat ut eodem tempore hostes adsint, et partem aliquam civitatis flamma corripiat, signum campana editum utrumque significare poterit eodem tempore. Pari ratione si scripsero : *Lege facienda disces*, et nullam adscripsero interpunctionem, more veterum Hebræorum, duplicem exhibebo sensum; cum vox *lege*, et imperativus verbi *lego*, et ablativus nominis *lex* esse possit.

loci plures sensus litterales aliquando esse possunt.

Porro probabile est sacros scriptores cum locum aliquem scribebant, in quo duplex, aut multiplex sensus latebat sive litteralis, sive mysticus, eosdem sensus Domino revelante cognovisse, quamvis in rigore necesse non sit, cum sufficiat si unum bonum sensum concipiant et intendant. Imo nihil repugnat Spiritum sanctum ita alicui Scripturas sacras dictare, ut nihil intelligat, sed tantum se habeat ut amanuensis, quæ ab alio dicuntur non percipiens. Nec rursus repugnat Spiritum aliquid dictare, et bonum sensum intendere, eum vero qui scribit vel loquitur falsum aliquid, absonum, et impium intendere. Sic Caiphas, Joan. 11, sensu politico, impio et falso dixit : *Expedit vobis ut moriatur unus homo pro populo, et non tota gens pereat*, qui tamen ab evangelista dicitur prophetasse, quia illius voce Spiritus sanctus verum et bonum sensum expressit.

An sacer scriptor dum scribit omnes sensus litterales, aut mysticos cognoscat.

CAPUT XXVI.

De sensu accommodatitio.

Quis sensus accommodatitius.

Sensus accommodatitius est, cum ea quæ litterali aut mystico alia occasione dicuntur in Scriptura, transferimus ad res alias. Sic quod de Noe dicitur in Ecclesiastico, cap. 44. 17 : *Inventus est justus, et in tempore iracundiæ factus est reconciliatio*, Ecclesia omnibus confessoribus accommodat. Pulcherrime hoc sensu et convenientissime usus est S. Bernardus, et ex recentioribus Baronius in suis præfationibus ad singulos annalium tomos. Sacri concilii Tridentini gravissimum exstat decretum contra eos qui verba Scripturarum ad res profanas, ad facetias, aut significationes obscœnas traducunt, quod vide sess. 4 extrema.

Non est utilis ad probandum.

Porro e sensu accommodatitio nullum quasi divinum, necessarium, ac firmum argumentum ad probandum duci potest. Quia Spiritus sanctus neque proxime et immediate, neque remote id significare voluit per verba Scripturæ, cum pro cujusque ingenio, cum quadrant, alio ut libuerit, torqueantur, et alteri argumento quod nihil cum sacræ Scripturæ argumento habet commune, adaptentur. Vide Serar. c. 12, q. 14, late de sensu accommodatitio disserentem.

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

De Cabala.

Quid sit cabala.

Cabala קבלה vox est hebraica, et idem est quod *receptio*, a radice קבל *cabal*, recipere; significatque arcanam Scripturæ intelligentiam, a majoribus ad posteros quasi per manus transmissam. Sunt autem sensus, qui cabala explicantur similes sensibus mysticis, de quibus supra diximus; hoc autem maxime differunt, quod sensus cabalistici non planis verbis, et quæ facile percipiantur, explicari solent, sed obscuris et ænigmaticis, ut olim solebat Pythagoras sua dogmata symbolis obvelare. Exempla propositionum cabalisticarum habes multa apud Bonfr. in Præloq. c. 21, sect. 1; unum sufficiat: *Nisi nomini Abram littera* he *addita fuisset, Abraham non generasset.* Et hæc quidem est veterum cabala.

Alterum genus cabalæ.

Alia est recentiorum cabala, quæ fere in dictionibus, et litteris verborum Scripturæ ludit, ad eum modum, quo anagrammatismi fieri solent, vel aliquo alio simili, v. g., resolvendo litteras, transponendo, unam cum alia commutando, figuram aut vim arithmeticam illarum perpendendo. Videtur hæc cabala ex aliquibus Scripturæ locis, quæ symbolice, et non sine mysterio, quod in litteris lateat, proponuntur, occasionem sumpsisse, ut cum prodigiosa illa manus tres obscuras illas voces, aut initiales earum litteras scripsit in pariete: *Mane, Thecel, Phares*, Dan. c. 5. Item cum Jeremias, c. 25, n. 26, per litterarum mutationem cum *Babel* dicere vellet, dixit *Sesac*, ut eo loco interpretatur D. Hieron., quem vide.

Simile mysterium est in Apocalypsi, c. 13, cum agitur de numero nominis bestiæ. Si ergo cabala hæc referatur ad mysteria hæc Scripturæ quæ dixi, aut alia hujusmodi enodanda, rejici non potest: si vero in aliis per mutationem, v. g. litterarum sensus bonos et pios exprimat, laudem merebitur, sed in re tenui versabitur labor, qui similis illorum industriæ erit, qui anagrammatismos concinnant; nam de iis nihil attinet dicere qui sensus malos eruunt, aut, quod pejus est, qui ad magiam hebraicis characteribus Scripturæ abutuntur; hi enim gravissime peccant rei sacræ abusu, et usurpatione damnatarum artium, ut res ipsa per se loquitur. De cabala vide Galatinum lib. 1, c. 6; Rhodiginum l. 10, 1; Tholosan. de Rep. l. 12, c. 5; Picum Mirand. in Apologet.; Serar. l. 1 in Josue, q. 2; Bonfrer. in Præloq. c. 21.

CAPUT XXVIII.

De sacrorum Bibliorum discendorum modo.

Quomodo dispositus esse debet, qui sacris Scripturis studet.

Ad sacras litteras intelligendas præter bonitatem ingenii, reverens animi demissio, et mentis puritas afferenda est, quia *sapientia longe abest a superbia*, ut ait Ecclesiasticus c. 15. 7, *et in*

Digitized by Google

malevolam animam non introibit, Sap. 1. Addenda oratio ex Jacobi monito : *Si quis*, inquit, *indiget sapientia, postulet a Deo*, Jacob. 5. Adhibendum studium diligens et pertinax, ex magna discendi cupiditate profectum, sanctos Patres, et optimos quosque interpretes legendo, bonos præceptores in sacris litteris diligenter versatos consulendo, et cum aliis eidem studio addictis conferendo. Habet etiam ad hanc rem momenti plurimum linguarum hebraicæ et græcæ cognitio, et universe quo plus quis in quocumque scientiarum genere profecerit, eo majora habebit ad hoc studium adjumenta. Vix enim est rei alicujus cognitio, etiam mechanicarum artium, quæ in Scriptura interpretanda usui non sit, et quibusdam locis etiam maxime necessaria. De sacrorum Bibliorum discendorum modo late Serar. in Prolog. c. ult. per multas quæstiones.

Digitized by Google

Digitized by Google

AVERTISSEMENT.

Genèse est un mot grec qui signifie *naissance, origine.* C'est le nom qu'on a donné à ce livre, parce qu'il contient l'histoire de la création du monde et de la naissance des patriarches.

Moïse en est l'auteur, aussi bien que des quatre livres suivants. Il les écrivit lorsqu'il était dans le désert avec le peuple d'Israël. Ce fut par l'inspiration du Saint-Esprit qu'il composa cet ouvrage; et il paraît, par le prophète Isaïe, que Dieu même s'en rendit l'auteur. On peut croire néanmoins que Moïse ne négligea pas les secours qu'il pouvait tirer de la tradition de ses pères. Lévi, son aïeul, avec lequel il avait vécu assez long-temps, avait vécu lui-même trente-trois ans avec Isaac. Isaac avait vécu cinquante ans avec Sem, et Sem en avait vécu quatre-vingt-dix-huit avec Mathusalem, qui avait aussi vécu quarante-trois ans avec Adam. De sorte que la création du monde et tout ce qui est rapporté dans la Genèse pouvait être venu à la connaissance de Moïse par le récit que lui en avaient fait ses pères. Peut-être même qu'il s'en conservait des mémoires parmi les Israélites, et que c'est de ces mémoires que Moïse a tiré le temps de la naissance et de la mort des patriarches, le dénombrement de leurs enfants et de leurs familles, et les noms des pays différents où chacun d'eux alla s'établir, étant conduit en cela par le Saint-Esprit, qu'on doit toujours regarder comme le principal auteur des livres sacrés.

Celui de la Genèse nous donne une haute idée de la puissance de Dieu, en nous apprenant la facilité avec laquelle il donna l'être à tout ce qui n'était point. Il dit : Que la lumière soit faite, et la lumière fut faite : paroles que les païens mêmes ont admirées, et qui ne fournissent pas une preuve peu solide de l'inspiration de ce livre; car il semble qu'il n'y a que l'esprit de Dieu qui puisse exprimer si dignement l'action de Dieu.

Les autres attributs divins ne paraissent pas avec moins d'éclat dans ce livre. L'ordre constant et invariable que Dieu établit entre ses créatures fait éclater sa sagesse. Les faveurs dont il comble l'homme, les dons excellents dont il l'enrichit, la félicité dont il le fait jouir, sont

Digitized by Google

des preuves illustres de sa bonté infinie. Sa justice paraît dans la pénitence qu'il impose à Adam, et dans les divers châtiments qu'il exerce sur les pécheurs. Sa providence se fait sentir dans le soin qu'il prend de régler tout ce qui se passe parmi les hommes, et de faire servir leurs passions insensées à l'exécution de ses sages desseins.

Mais on peut dire que la miséricorde de Dieu y éclate au-dessus de toutes ses œuvres ; elle paraît particulièrement dans la promesse qu'il fait à l'homme de réparer sa faute, et dans le moyen qu'il choisit pour l'exécuter. Le démon lui avait promis que, s'il mangeait du fruit défendu, il deviendrait semblable à Dieu ; et Dieu, pour confondre cet esprit de mensonge, se rend semblable à l'homme, et fait ainsi que l'homme devient semblable à Dieu ; et parce que le démon s'était servi de la femme pour séduire l'homme et le porter à désobéir à Dieu, Dieu veut aussi faire naître de la femme l'Homme-Dieu qui doit sauver l'homme, et réparer l'injure que sa désobéissance a faite à Dieu.

Dieu ne se contente pas de promettre à Adam ce divin libérateur ; il veut que tout ce qui se passe parmi ses enfants leur annonce sa venue, et soit une figure de ce qui le regarde. Ainsi la mort violente et injuste qu'il devait souffrir par l'envie de ses propres frères est figurée dans celle d'Abel ; sa vie cachée, dans celle d'Énoch ; sa qualité de Sauveur, dans le salut que Noé procure au monde ; sa vie voyageuse, dans celle d'Abraham ; son sacerdoce, dans celui de Melchisédech ; son sacrifice, dans celui d'Isaac ; ses travaux, dans ceux de Jacob ; ses souffrances et sa résurrection glorieuse, dans les humiliations de Joseph, et dans la gloire dont elles furent suivies.

Ces mystères, qui sont renfermés dans la Genèse, nous n'avons pas prétendu les développer dans notre commentaire. Il n'est destiné qu'à donner de la suite et de la liaison aux endroits obscurs et embarrassés. Les livres historiques, qui sont plus liés et plus suivis que les autres, ont moins besoin de ce secours ; aussi a-t-on travaillé d'abord sur tous ceux qui étaient plus susceptibles de ce dessein, comme Job, les Psaumes, les Livres Sapientiaux, les Prophètes et les Épîtres des Apôtres. C'est dans ces livres qu'on sent l'utilité de cette manière d'expliquer l'Écriture. Il en est peu qui en rendent l'intelligence si claire et si facile, et qui présentent si nettement à l'esprit le sens propre de chaque verset, qui montrent si clairement la liaison qu'il a avec ce qui suit et ce qui précède, qui étouffent moins les beautés du texte, et qui en conservent mieux l'onction et la force. En effet, la traduction du texte y demeure

Digitized by Google

en tout son entier; et on a eu soin de mettre d'un caractère différent les liaisons qu'on y a insérées, afin de ne pas confondre la parole de Dieu avec celle de l'homme.

Ce commentaire a encore cet avantage, qu'il ne fatigue point le lecteur par des explications hors d'œuvre. Il ne l'oblige pas d'interrompre la lecture du texte sacré pour aller chercher dans des notes ou dans de longues dissertations l'explication des endroits difficiles. Il ne l'avertit point qu'un tel passage est obscur et embarrassé; il ne lui rapporte point les sens différents que les interprètes lui donnent; il ne le met point dans la nécessité de les comparer ensemble pour juger lequel est le meilleur : mais il lui présente tout d'un coup le sens propre et naturel du texte, et il le lui présente sous une forme directe: c'est l'auteur sacré qui s'explique lui-même, et qui s'explique le plus souvent par des paroles de l'Écriture; en sorte que, dans ce commentaire, on trouve presque toujours la parole de Dieu expliquée par la parole de Dieu même.

Ces avantages, qui se trouvent dans cette manière d'expliquer l'Écriture, se font à la vérité moins sentir dans la Genèse et dans les autres livres historiques. Cependant les courtes explications qu'on a insérées dans la version de ces livres leur donnent une suite et une liaison qui ne laissent pas d'éclaircir beaucoup de difficultés. On s'est servi pour ces explications des meilleurs interprètes. On s'est particulièrement attaché à Vatable, Tirin, Ménochius, Bonfrérius, Jansénius et la Synopse.

On a partagé les chapitres par sections, où l'on voit en abrégé tout ce qui est contenu dans le chapitre. On a marqué les années du monde selon la chronologie d'Ussérius. On a désigné les pays et les peuples dont il y est parlé sous les noms qu'ils portent aujourd'hui, lorsqu'on l'a pu faire avec quelque certitude, ou au moins avec quelque apparence de vérité. Enfin on n'a rien omis de tout ce qu'on a cru pouvoir contribuer, sans s'écarter de son dessein, à rendre la lecture des Livres saints plus agréable, et l'intelligence plus facile. On prie Dieu de bénir cet ouvrage, et de le faire servir à sa gloire et à l'édification de son Église.

Digitized by Google

Digitized by Google

SAINTE BIBLE

EN LATIN ET EN FRANÇAIS,

AVEC

LES COMMENTAIRES DE MÉNOCHIUS

ET DES NOTES.

LA GENÈSE.

CHAPITRE PREMIER.

§ I. *Création du ciel et de la terre, de la nuit et du jour, du firmament, des eaux, des plantes et des arbres.*

L'AN DU MONDE 1. — AVANT J.-C. 4004.

1. In principio creavit Deus cœlum et terram (1).

2. Terra autem erat inanis et vacua, et tenebræ erant super fa-

1. Au commencement *de tous les temps*, Dieu, *qui de toute éternité avait résolu de faire de rien les choses qu'il a faites*, créa le ciel et la terre.

2. La terre, *en sortant du néant*, était informe et toute nue, *sans arbres, sans*

(1) Réponses critiques par Bullet, *Besançon*, 1819, tome I, page 1.—La sainte Bible vengée, *Lyon*, 1830, tome I, page 381, *note première*. — Les livres saints vengés, par J.-B. Glaire, tom. I, page 2.

CAP. I. — 1. *In principio.* Id est in primordio seu initio, non æternitatis, nec ævi, sed temporis. — *Creavit.* Ex nihilo. — *Deus.* Hebr. אֱלֹהִים *Elohim*, quæ vox, pluralis numeri, Trinitatem indicat. — *Cœlum.* Empyreum, quod S. Paulus vocat tertium cœlum, unà cum agelis, qui simul cum mundo conditi sunt. — *Et terram.* Globum terræ, cum aquarum mole terræ infusâ et superfusâ, seseque porrigente usque ad cœlum empyreum : cœli et terræ nomine intelligitur universum hoc, quale nunc est.

2. *Terra autem erat inanis et vacua.* Vacua hominibus, animantibus, plantis, etc. — *Tenebræ.* Non lucis privatio; nam lux postea creata, sed luminis defectus, obscuritas, caligo. — *Abyssi.* Ἄβυσσον Græcis est, quod

Digitized by Google

fruits, et sans aucun ornement; les ténèbres couvraient la face de l'abîme *d'eau, où la terre était comme absorbée;* et l'Esprit de Dieu était porté sur les eaux, *les disposant à produire les créatures qu'il en voulait former.*

2. Or Dieu, *voulant tirer cette matière informe des ténèbres où elle était ensevelie,* dit : Que la lumière soit (2). Et *à l'instant* la lumière fut.

4. Dieu vit *ensuite* que la lumière était bonne *et conforme à ses desseins; ainsi il l'approuva,* et il sépara la lumière d'avec les ténèbres, *ordonnant qu'elles se succédassent l'une à l'autre.*

ciem abyssi : et Spiritus Dei ferebatur super aquas (1).

3. Dixitque Deus : Fiat lux. Et facta est lux.

4. Et vidit Deus lucem quod esset bona : et divisit lucem a tenebris (3).

(1) Les Helviennes, ou Lettres provinciales philos., tome I, *Lettre I à XV.* — Bible vengée, tome I, page 301. — (2) *Que la lumière soit, etc.* La science démontre aujourd'hui que la lumière est le résultat de la vibration d'un fluide extrêmement subtil répandu dans l'espace, comme le son est le résultat de la vibration de l'air. La vibration du fluide lumineux « peut être occasionnée par différentes causes, comme le soleil ou les étoiles, l'électricité, la combustion, ou même des actions chimiques quelconques. Aussi, en l'absence du soleil et à des profondeurs telles qu'il est impossible d'y supposer l'action de ses rayons, la lumière se révèle et éclate de mille manières diverses. Plus on descend vers le centre de la terre même, plus l'impression de la chaleur dénonce l'existence de ce fluide, et fait supposer que la température et la lumière primitives, dont la terre a joui aux premiers âges de sa formation, étaient assez considérables pour qu'elle pût se passer de celles que le soleil lui envoie maintenant. Ce n'est que lorsque, par l'effet du rayonnement, cet excès s'est dissipé à travers les espaces célestes, que le soleil a reçu une atmosphère lumineuse, propre à compenser, pour la terre, la lumière et la chaleur que sa surface avait perdues par suite de sa consolidation. De sorte que, d'après les résultats les plus positifs des sciences physiques, non-seulement la lumière proprement dite *a pu,* mais elle *a dû* précéder le soleil, qui n'en est qu'un des principaux moteurs. » (A. Nicolas, *Etud. philos. sur le Christ.*, tome I.)

En devançant ainsi les découvertes de la science moderne, Moïse a imprimé au frontispice de son œuvre le sceau d'une révélation manifeste, et le ridicule que les esprits forts ont jeté si longtemps sur son récit retombe aujourd'hui sur eux-mêmes. — (3) Bible vengée tom. I, page 193.

---

fundo caret, vel ad cujus fundum penetrari non potest. Abyssum autem vocat totam illam molem terræ et aquæ. — *Spiritus Dei.* Spiritus sanctus. — *Ferebatur super aquas.* Fovebat, incubabat aquis, vitali infuso calore prolificam vim aquis largiebatur. Vox hebræa מרחפת *merachepheth,* est volucrum, dum super ova et pullos quasi pendulæ volitant, dein iis incubant, calorem aspirant, fovent, et animant.

3. *Fiat lux.* Lux hæc videtur fuisse corpus lucidum, quod in tenebris illis fulgeret. Fortasse nubes lucida, ut Exod. 14. 19; Deut. 1. 23. Sunt qui putent fuisse solem informem adhuc et imperfectum. Ita multi.

4. *Lucem quod esset bona.* Vox hebræa טוב *tob* significat bonum, pulchrum, jucundum, utile, commodum. — *Divisit lucem a tenebris.* 1. Divisit loco; nam dum apud nos est lux, apud antipodas est nox et tenebræ. 2. Tempore; quia sibi succedunt. 3. Causâ; nam causa lucis est corpus lucidum, tenebrarum vero corpus opacum.

Digitized by Google

5. Appellavitque lucem Diem, et tenebras Noctem : factumque est vespere et mane, dies unus.

6. Dixit quoque Deus : Fiat firmamentum in medio aquarum, et dividat aquas ab aquis.

7. Et fecit Deus firmamentum, divisitque aquas quæ erant sub firmamento ab his quæ erant super firmamentum. Et factum est ita.

8. Vocavitque Deus firmamentum, Cœlum : et factum est vespere et mane, dies secundus.

9. Dixit vero Deus : Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt in locum unum : et appareat arida. Et factum est ita.

10. Et vocavit Deus aridam, Terram; congregationesque aquarum appellavit Maria. Et vidit Deus quod esset bonum.

11. Et ait : Germinet terra herbam virentem et facientem se-

5. Il donna à la lumière le nom de Jour, et aux ténèbres le nom de Nuit. Et du soir et du matin se fit le premier jour.

6. Dieu dit aussi : Que le firmament soit fait au milieu des eaux, et qu'il sépare les eaux *de la terre* d'avec les eaux *du ciel.*

7. Et Dieu fit le firmament; et il sépara les eaux qui étaient sous le firmament de celles qui étaient au-dessus du firmament. Et cela se fit ainsi.

8. Et Dieu donna au firmament le nom de Ciel. Et du soir et du matin se fit le second jour.

9. Dieu dit encore : Que les eaux qui sont *restées* sous le ciel, *et qui couvrent la face de la terre,* se rassemblent en un seul lieu, et que l'*élément* aride paraisse. Et cela se fit ainsi.

10. Dieu donna à l'*élément* aride le nom de Terre, et il appela Mers toutes ces eaux rassemblées. Et il vit que cela était bon *et conforme à ses desseins.*

11. Dieu dit encore : Que la terre produise de l'herbe verte qui porte de la

---

5. *Appellavitque.* Non sic Deus locutus, sed sancivit ut hæc rebus convenientia nomina Adam imponeret, et iis posteri uterentur. — *Lucem diem.* Nam lux illa ita ferebatur, ut nunc sol, distinguens dies ac noctes. — *Vespere et mane.* Circa meridiem hæc lux creata : exinde suo motu vesperam fecit, et mane sequens. — *Dies unus.* Dies primus, phrasi Scripturæ ; sic *una Sabbati*, apud D. Joan., c. 20, primam hebdomadæ diem significat.

6. *Firmamentum*, רָקִיעַ *raqiah.* Quæ vox proprie, et ut plurimum, significat *expansionem,* seu *extensionem,* eam maxime, quæ extensione ipsâ corpus fluidum firmat solidatque. LXX, στερέωμα. Complectitur autem firmamentum cœlum stellatum, omnesque orbes cœlestes illi vicinos, tam inferiores quam superiores, usque ad empyreum. Imo complectitur etiam aerem vicinum a cœlo in terram expansum, et suo loco quasi firmatum. — *In medio.* Non mathematice, sed rudi minervâ sumpto. — *Dividat aquas ab aquis.* Aquas veras et naturales, quæ sunt proxime sub cœlo empyreo, ab istis aquis inferioribus. Ita Patres.

8. *Vocavitque Deus firmamentum, Cœlum.* Cœli nomen merito tributum firmamento, quia hujus firmamenti major et melior pars sunt cœli.

9. *Arida,* Terra : dicitur autem arida, quia quæ prius limosa, et aquis cooperta, nunc fuit ad congruam siccitatem perducta.

10. *Vocavit Deus.* Vide supra numerum 5. — *Terram* Hebraice אֶרֶץ *rets* a radice רָצַץ *ratsats,* id est calcare, ut apud Latinos terra a terendo. — *Congregationes quæ aquarum.* Multarum aquarum conceptacula vocantur maria ab Hebræis, etiam stagna et lacus.—*Appellavit Maria.* Vide sup. n. 5.

11. *Germinet terra.* Materiam suppeditet germinationi; nam terra duntaxat passive hâc vice, Deus solus activè et efficienter germina produxit. — *Her-*

Digitized by Google

graine, et des arbres fruitiers qui portent du fruit, chacun selon son espèce, et qui renferment leur semence en eux-mêmes *pour se reproduire* sur la terre. Et cela se fit ainsi.

12. La terre produisit donc de l'herbe verte qui portait de la graine selon son espèce, et des arbres fruitiers qui renfermaient leur semence en eux-mêmes, chacun selon son espèce. Et Dieu vit que cela était bon *et conforme à ses desseins.*

13. Et du soir et du matin se fit le troisième jour.

men, et lignum pomiferum faciens fructum juxta genus suum, cujus semen in semetipso sit super terram. Et factum est ita.

12. Et protulit terra herbam virentem, et facientem semen juxta genus suum, lignumque faciens fructum, et habens unumquodque sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quod esset bonum.

13. Et factum est vespere et mane, dies tertius.

§ II. *Création du soleil et de la lune, des poissons et des oiseaux, des animaux domestiques, des reptiles et des bêtes sauvages.*

14. Dieu dit aussi : Que des corps de lumière soient faits dans le firmament du ciel, afin que, *par l'inégalité de leur éclat,* ils séparent le jour et la nuit, et que, *par leurs mouvements réglés,* ils servent de signes pour marquer les temps et les saisons, les jours et les années.

15. Qu'ils luisent dans le firmament du ciel, et qu'ils éclairent la terre. Et cela fut fait ainsi.

16. Dieu fit donc deux grands corps lumineux, l'un plus grand pour présider au

14. Dixit autem Deus : Fiant luminaria in firmamento cœli, et dividant diem ac noctem, et sint in signa et tempora, et dies et annos (1) :

15. Ut luceant in firmamento cœli, et illuminent terram. Et factum est ita.

16. Fecitque Deus duo luminaria magna : luminare majus, ut

(1) Les Helviennes, tom I.

---

bam virentem. Ex hebræo significatur omne genus herbarum et plantarum : dicit *virentem,* non coloris tantum significandi causâ, sed vigoris etiam, et succi.—*Lignum pomiferum.* Id est *arborem fructiferam,* ut habent hebræa. Pomum ergo ponitur pro quovis arborum fructu. *Lignum* dicunt Hebræi pro arbore. — *Cujus semen in semetipso sit.* Quod sibi simile gignendi vim habeat, per semen quod habet in semetipso, puta in suo fructu, vel folio, vel radice, vel ramis.

12. *Et protulit terra.* Illo ipso quo Deus jussit momento, terra omnes plantarum species, easque adultas et cum fructu maturo, produxit. Basil., Ambros. et alii.

14. *Dividant diem ac noctem.* Sermo est de artificiali die ; et hæc rudi minervâ proponuntur, quasi luna noctem adducat, sicut sol diem : cum sol utriusque causa sit, diei præsentiâ suâ, noctis absentiâ suâ a nostro hemispherio. — *In signa.* 1. Non vana judiciariorum, sed naturalia prognostica pluviæ, serenitatis, gelu, ventorum, etc. 2. In signa serendi, plantandi, metendi, navigandi, etc., 3. In signa temporum, dierum scilicet, mensium, annorum, qui solis cursu describuntur.

16. *Duo luminaria magna.* Luna minor est omnibus astris, excepto Mercurio ; vocatur tamen luminare magnum, quia nobis, propter vicinitatem, major sideribus videtur ; et quia majore vi et efficacitate pollet quam

Digitized by Google

præesset diei, et luminare minus, ut præesset nocti : et stellas (1).

17. Et posuit eas in firmamento cœli, ut lucerent super terram,

18. Et præessent diei ac nocti, et dividerent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quod esset bonum.

19. Et factum est vespere et mane, dies quartus.

20. Dixit etiam Deus : Producant aquæ reptile animæ viventis, et volatile super terram sub firmamento cœli (2).

21. Creavitque Deus cete grandia, et omnem animam viventem atque motabilem, quam produxerant aquæ in species suas, et omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum (3).

22. Benedixitque eis, dicens : Crescite, et multiplicamini, et replete aquas maris; avesque multiplicentur super terram.

23. Et factum est vespere et mane, dies quintus.

24. Dixit quoque Deus : Producat terra animam viventem in

jour, et l'autre moindre pour présider à la nuit. Il fit aussi les étoiles.

17. Et il les mit dans le firmament du ciel, *où il les créa*, pour luire sur la terre.

18. *Or Dieu fit ces corps de lumière* pour présider au jour et à la nuit, et pour séparer la lumière d'avec les ténèbres. Et Dieu vit que cela était bon *et conforme à ses desseins.*

19. Et du soir et du matin se fit le quatrième jour.

20. Dieu dit encore : Que les eaux produisent des animaux vivants qui nagent dans l'eau, et des oiseaux qui volent sur la terre sous le firmament du ciel.

21. Dieu créa donc les grands poissons et tous les animaux qui ont vie et mouvement *dans les eaux*, que les eaux produisirent *par son ordre*, chacun selon son espèce ; et il créa aussi tous les oiseaux, *que les eaux produisent de même*, chacun selon son espèce. Et il vit que cela était bon *et conforme à ses desseins.*

22. Et il les bénit en disant : Croissez et multipliez-vous, et remplissez les eaux de la mer ; et que les oiseaux se multiplient *aussi* sur la terre.

23. Et du soir et du matin se fit le cinquième jour.

24. Dieu dit aussi : Que la terre produise des animaux vivants, chacun selon son

(1) Bible vengée, tome I, page 321. — (2) Réponses critiques, tome II, page 33.— (3) Rép. crit., tome II, page 31. — Bible vengée, tome I, page 326.

---

stellæ. — *Præesset.* Lucis principatu : nihil sole interdiu, nec noctu lunâ atrique splendidius.

20. *Producant aquæ reptile....., et volatile.* Nam tam pisces, qui reptilis nomine significantur, quam aves, ex aquis creatæ. Vocantur autem pisces reptilia, quia carent pedibus, et ventre incubant aquis, quasi repentes.

21. *Cete grandia.* Vox hebræa תַּנִּינִם *thanninim*, significat dracones et omnia ingentia animalia, tam terrestria quàm aquatica, cujusmodi sunt balænæ, quæ sunt quasi draconis aquatici. — *Viventem atque motabilem.* Conjunctio, *atque*, vim habet explicandi id quod præcessit. Significat Moses se vocâsse animam viventem quodvis animal quod naturâ, seu ab intrinseco, præditum est vi se movendi. — *In species suas.* Juxta species suas. — *Secundum genus.* Hoc est secundum species suas.

22. *Benedixitque eis.* Dei benedicere est benefacere : benefecit autem Deus piscibus et avibus, cum iis dedit appetitum, et potentiam generandi sibi simile.—*Crescite.* Numero scilicet, non mole corporis.—*Multiplicamini, et replete aquas maris.* Sane piscium summa est copia. — *Super terram.* Quia volucres in terra nidificant, somnificant, et somnum capiunt.

24. *Jumenta, et reptilia, et bestias terræ.* Jumenta sunt animalia do-

1.

Digitized by Google

espèce, les animaux domestiques, les reptiles et les bêtes *sauvages* de la terre, selon leurs différentes espèces. Et cela se fit ainsi.

25. Dieu fit donc les bêtes *sauvages* de la terre, selon leurs espèces, les animaux domestiques et tous les reptiles, chacun selon son espèce. Et Dieu vit que cela était bon *et conforme à ses desseins.*

genere suo, jumenta et reptilia, et bestias terræ secundum species suas. Factumque est ita (1).

25. Et fecit Deus bestias terræ juxta species suas, et jumenta et omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quod esset bonum.

§ III. *Dieu crée l'homme et la femme, et il leur assujettit toutes les autres créatures. Il leur donne les fruits de la terre pour leur servir de nourriture, à eux et à tous les animaux.*

26. Il dit ensuite : Faisons l'homme à notre image et à notre ressemblance; *donnons-lui un esprit intelligent, immortel, capable de connaître et d'aimer;* et qu'il commande aux poissons de la mer, aux oiseaux du ciel, aux bêtes, à toute la terre et à tous les reptiles qui se meuvent sur la terre.

27. Dieu créa donc l'homme à son image : il le créa à l'image de Dieu, *l'ayant rendu capable de béatitude, de*

26. Et ait : Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram : et præsit piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis, universæque terræ, omnique reptili quod movetur in terra (2).

27. Et creavit Deus hominem ad imaginem suam : ad imaginem Dei creavit illum ; mascu-

(1) Bible vengée, tom. I, page 325. — (2) Lettres de quelques Juifs, par Guénée, *Lyon*, 1830, tome I, page 337.

---

mestica, et mansueta; reptilia dicuntur quæcumque non sunt gressilia, sed repentia, vel saltitantia; bestiæ terræ omnia reliqua animantia, præsertim quæ fera sunt, θηρία.

26. *Faciamus.* Mysterium SS. Trinitatis indicatur, quia non alloquitur angelos, quorum ministerio in creatione Deus nec eguit, nec usus est. Solet tamen Scriptura de Deo ut rege loqui. Reges autem res magnas agunt de consilio primorum : vide III. Reg. 12. 6. II. Paral. 10. 9. III. Reg. 22. 10. — *Hominem. Adam,* quod non est proprium uni homini, sed commune nomen toti speciei. — *Ad imaginem et similitudinem.* Totus homo est imago Dei, sed non ratione corporis, verum ratione intellectûs et voluntatis. Ideo hæc imago vere spiritualis est, eaque duplex, una naturalis, altera supernaturalis. Naturalis seu essentialis vocatur, quâ homo est animal intellectu et libero arbitrio pollens, quâ dignitate gradum naturæ supremum, in quo sunt mentes cœlicæ, attingit. Supernaturalis imago, seu accidentalis, in gratiâ et justificatione consistit, quæ demum in glorià plane solidabitur perficieturque. Nihil autem diversum significat imago a similitudine, quia sacra Scriptura de hâc re loquens promiscue hisce vocabulis utitur, aliquando utrumque vocabulum conjungens, ut hic et Genes. 5. 3, aliquando alterum solum ponens, ut Genes. 5. 1, et 9. 6; et ad Colossenses 3. 10. In corpore vero hominis proprie non est imago Dei, sed tamen in eo relucet quodammodo, quatenus corpus est imago mentis. — *Præsit.* In hebræo est vox pluralis numeri, *præsint,* tam scilicet Adam quam Eva.

27. *Masculum et feminam creavit eos.* Non simul, sed successive;

Digitized by Google

lum et feminam creavit eos (1).

28. Benedixitque illis Deus, et ait: Crescite, et multiplicamini, et replete terram, et subjicite eam, et dominamini piscibus maris, et volatilibus cœli, et universis animantibus quæ moventur super terram (2).

29. Dixitque Deus : Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, et universa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ut sint vobis in escam :

30. Et cunctis animantibus terræ, omnique volucri cœli, et universis quæ moventur in terra, et in quibus est anima vivens, ut habeant ad vescendum. Et factum est ita (3).

31. Viditque Deus cuncta quæ fecerat : et erant valde bona. Et factum est vespere et mane, dies sextus (4).

connaissance et d'amour ; et il les créa mâle et femelle, *comme on le dira dans la suite.*

28. Et Dieu, *après les avoir créés,* les bénit, et leur dit : Croissez et multipliez-vous ; remplissez la terre et vous l'assujettissez, et dominez sur les poissons de la mer, sur les oiseaux du ciel, et sur tous les animaux qui se meuvent sur la terre.

29. Dieu *leur* dit encore : Je vous ai donné toutes les herbes qui portent leur graine sur la terre, et tous les arbres qui renferment en eux-mêmes leur semence, chacun selon son espèce, afin qu'ils vous servent de nourriture, *à vous,*

30. Et à tous les animaux de la terre, et à tous les oiseaux du ciel, et à tout ce qui se meut sur la terre, et qui est vivant et animé, afin qu'ils aient de quoi se nourrir. Et cela se fit ainsi.

31. Dieu vit toutes les choses qu'il avait faites, et *il les approuva, parce qu'*elles étaient très-bonnes, *étant conformes aux desseins de sa sagesse et de sa bonté.* Et du soir et du matin se fit le sixième jour.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 338. — Bible vengée, tome I, page 330. — (2) Bible vengée, tome I, page 332. — (3) Bible vengée, tome I, page 334. — (4) Bible vengée, tome I, page 340.

---

non ergo Adam hermaphroditus, quod quidam hæreticus ausus est dicere.

28. *Crescite, et multiplicamini.* Vide sup. n. 22. His verbis benedictio continetur, non præceptum singulis hominibus datum de prole procreandâ. — *Subjicite eam.* Habitationis vestræ, domitis aut pulsis feris idoneam facite.

29. *Ecce dedi, etc.* Id est do, attribuo. Homines usque ad diluvium, herbis fructibusque contenti, carnibus ac vino abstinuerunt, non peculiari aliquo mandato prohibente, sed nonnullâ religione inde natâ, quod Deus usum carnium et vini nondum diserte concessisset, ut postea carnis concessit, Genes. 9. 2. — *Ligna.* Arbores pomiferas.

30. *In quibus est anima vivens.* Quæcumque aliquo sensu sunt prædita, etiam solo tactu, ut quædam vilissima saxis adhærentia.

31. *Valde bona.* Id est optima; carent enim Hebræi superlativo, et pro eo utuntur nonnumquam additamento hujus vocis, *valde.*

Digitized by Google

CHAPITRE II.

§ I. *Dieu se repose le septième jour. Il bénit et il sanctifie ce jour. Il met l'homme dans un jardin délicieux, planté de toutes sortes d'arbres excellents, et arrosé de plusieurs fleuves.*

LA MÊME ANNÉE.

1. Le ciel et la terre, avec tous leurs ornements, furent donc *ainsi* achevés *en six jours;*

1. Igitur perfecti sunt cœli et terra, et omnis ornatus eorum;

2. Et Dieu accomplit, *ayant* le septième jour, tout l'ouvrage qu'il avait fait *résolution de créer :* et il se reposa le septième jour, après avoir achevé tous ses ouvrages, *ne créant plus rien de nouveau.*

2. Complevitque Deus die septimo opus suum quod fecerat : et requievit die septimo ab universo opere quod patrarat.

3. Il bénit le septième jour, et il le sanctifia, *voulant qu'il fût regardé dans la suite comme un jour saint et particulièrement consacré au Seigneur*, parce qu'il avait cessé en ce jour de produire tous les ouvrages qu'il avait créés pour faire *éclater sa puissance, sa sagesse et sa bonté.*

3. Et benedixit diei septimo, et sanctificavit illum, quia in ipso cessaverat ab omni opere suo quod creavit Deus ut faceret (1).

4. Telle a été l'origine du ciel et de la terre, et c'est ainsi qu'ils furent créés au jour que le Seigneur fit l'un et l'autre;

4. Istæ sunt generationes cœli et terræ, quando creata sunt in die quo fecit Dominus Deus cœlum et terram :

5. *Et qu'il créa* toutes les plantes des champs, avant qu'elles fussent sorties de

5. Et omne virgultum agri, antequam oriretur in terra, omnem-

(1) Bible vengée, tome I, page 346.

CAP. II. — 1. *Omnis ornatus.* Angeli et sidera : pro ornatus hebraice est צבא *tsaba* exercitus, militia; angeli enim et astra Deo militant, jussa illius faciunt, et suos ordines tuentur. Dicuntur *ornatus*, quia cœlum summopere exornant.

2. *Die septimo.* Exclusive. Itaque dominico die opus creationis inchoatum. — *Opus suum.* Creationis. — *Requievit.* Non defatigatione, ut nos solemus, sed solâ omissione operationis. Hoc etiam significat vox hebræa שבת *schabath*, cessavit. Hinc factum Sabbato nomen, qui dies quietis Hebræis.

3. *Benedixit.* Laudavit, approbavit. — *Sanctificavit.* Divino cultui segregavit, seu dedicavit, exemplo quietis suæ venerabile reddidit, et inviolabili præcepto servari statuit, non actu et reipsa, sed decreto et destinatione suâ : dies enim Sabbati postea a Mose institutus est. Exod. 20. 8. Ita aliqui. Alii vero sentiunt actu tunc festum instituisse, coluique voluisse ab Adamo ejusque posteris sacro otio et cultu Dei maxime recolendo beneficium creationis suæ, totiusque mundi illo die completæ.— *Quod creavit Deus, ut faceret.* Id est quod creavit faciendo, et creando fecit atque perfecit. Hebraismus.

4. *Generationes.* Creationes.—*In die.* Toto sex dierum spatio. Beda. Dies aliquando in Scripturis sacris tempus simpliciter significat; sic *Bajom.* בּיוֹם, Num. 8. 17, dicitur de tempore nocturno : *Ex die quo percussi, etc.*

5. *Et omne virgultum.* Ex hebræo sic verti posset : In die (*primo mundi*)

Digitized by Google

que herbam regionis, priusquam germinaret : non enim pluerat Dominus Deus super terram, et homo non erat qui operaretur terram :

6. Sed fons ascendebat e terra, irrigans universam superficiem terræ (1).

7. Formavit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, et inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ, et factus est homo in animam viventem (2).

la terre, et toutes les herbes de la campagne, avant qu'elles eussent poussé. Car le Seigneur Dieu n'avait point encore fait pleuvoir sur la terre, et il n'y avait point d'homme pour la labourer. *Ainsi la terre, privée de ses secours, ne produisait rien.*

6. Mais, *quand Dieu eut créé les graines et les semences*, il s'élevait de la terre *une vapeur abondante comme* une fontaine *d'eau vive*, qui en arrosait toute la surface, *et qui, suppléant aux pluies, qui ne tombaient point encore, lui faisait produire au dehors les plantes que Dieu avait créées dans son sein.*

7. Le Seigneur Dieu, *après avoir ainsi perfectionné la terre, pensa à créer l'homme, qui devait l'habiter. Mais au lieu qu'il avait donné l'être aux autres animaux, en commandant aux eaux et à la terre de les produire, il voulut que le plus parfait d'entre eux fût formé d'une manière plus parfaite; il* forma donc *lui-même le corps de* l'homme du limon de la terre, et il répandit sur son visage un souffle de vie, *en unissant à ce corps une âme raisonnable*, et *ainsi* l'homme devint vivant et animé.

(1) Bible vengée, tome I, page 348. — (2) Bible vengée, tome I, page 349.

---

quo fecit Deus cœlum et terram, omne virgultum agri nondum erat in terrâ et omnis terra regionis nondum germinabat, sed fons ascendebat de terrâ.

6. *Sed fons.* Quidam vaporem intelligunt. August., 5. de Gen. c. 10, ait fortasse fontem pro fontibus positum. Cornelius putat vocem אד *ed* significare inundationem, hoc est abyssum illam primigeniam aquarum, de quâ dixit, c. 1. n. 2; hæc enim e terrâ videbatur emergere et ascendere, irrigabatque et tegebat totam terram.

7. *Formavit igitur.* Redit Moses ad opus sextæ diei, ut formationem hominis luculentius explicet. Hebræa ad verbum sic habent: *Plasmavit Deus hominem pulverem, vel lutum de terrâ.* Vox hebræa יצר *Itser*, et græcum πλασεν proprie ad figulinam pertinet, idemque est quod plasmavit. Solet Scriptura Deum figulo, hominem argillæ comparare. Lege Jerem. c. 18. a n. 2. — *Hominem.* Ipsum corpus. — *De limo terræ.* Quamvis corpus humanum aliis etiam constet elementis, tamen terræ tantum prædominantis fit mentio. LXX legunt : *Pulverem accipiens e terrâ.* Additus ergo liquor, et lutum factum, formatusque protoplastus *de terrâ terrenus*, ut eum appellat D. Paul., I. Cor. 15. 47. אדמה *Adama* (ex quâ formatus et dictus est Adam) significat terram rubram. — *Inspiravit.* Non igitur anima fuit educta ex materiâ, sed ab extrinseco a Deo infusa. — *In faciem ejus.* In hebræo est באפיו *beappau*, quod Aquila et Symmachus verterunt εἰς μυκτῆρας, in nares. In naribus enim viget respiratio, quæ signum est animæ latentis. Verum melius vertit noster interpres *in faciem;* non enim in solis naribus, sed in facie totâ, et consequenter in toto homine anima est et relucet. — *Spi-*

Digitized by Google

8. Or, le Seigneur Dieu avait planté dès le commencement, *c'est-à-dire dès qu'il eut séparé les eaux d'avec la terre,* un jardin délicieux dans lequel il mit l'homme qu'il avait formé.

8. Plantaverat autem Dominus Deus paradisum voluptatis a principio : in quo posuit hominem quem formaverat.

9. Le Seigneur Dieu avait aussi produit, de la terre *de ce jardin,* toutes sortes d'arbres, beaux à la vue, et dont le fruit était agréable au goût. Et *il avait fait naître* au milieu de ce *jardin de délices, qui était comme un* paradis, *deux arbres : l'un appelé* l'arbre de vie, *parce que son fruit la devait conserver à ceux qui en mangeraient; et l'autre, qui fut depuis appelé* l'arbre de la science du bien et du mal, *parce que le serpent fit croire à la femme que si son mari et elle mangeaient du fruit de cet arbre, ils auraient cette science du bien et du mal, comme Dieu la possédait.*

9. Produxitque Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave, lignum etiam vitæ in medio Paradisi, lignumque scientiæ boni et mali (1).

10. Dans ce lieu de délices il sortait *de là* un fleuve pour arroser le paradis;

10. Et fluvius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum pa-

(1) Bible vengée, tome I, page 351.

---

raculum vitæ. Hebraice est *vitarum,* quia rationalis anima eadem est sensitiva et vegetativa, et ita largitur homini quasi triplicem vitam, plantarum, brutorum et angelorum. — *Factus est in animam viventem.* Hebraismus, pro factus est animal vivens.

8. *Paradisum.* Paradisus, sive vox græca sit, sive persica, sive, quod aliis placet hebraica, hortum, significat aut viridarium conseptum, ac diligenter consitum omnis generis plantis. — *Voluptatis.* LXX retinent vocem hebraicam, et vertunt in *Eden,* quod est nomen proprium loci. Verum noster interpres et Symmachus *Eden* accipiunt ut appellativum, tuncque significat voluptatem. — *A principio.* Scilicet die tertio mundi. LXX vertunt *ad orientem;* unde patet respectu Judææ (Judææ enim respectu Moses scribit, et consignat plagas mundi) Paradisum fuisse ad orientem, et plagam orientalem primo ab hominibus incoli cœptam.

9. *Lignum pulchrum visu, et ad vescendum suave, etc. Et* non copulat, sed disjungit. Sive frugiferum, sive infructiferum et ad oculos tantum pascendos idoneum. — *Lignum etiam vitæ.* Arbor vitalis, seu vivifica, cujus illa erat naturalis facultas, ut ex ejus fructibus comedenti vita diutissime, ac sine morbis, prorogaretur.—*In medio.* Vel situm designat, vel ad arboris excellentiam refertur. Nam Hebræi in medio illud esse dicunt, quod inter alia est magis eximium. Gen. 23. 10 : *Habitabat Ephron in medio filiorum Heth.* — *Scientiæ boni et mali.* Quod comedenti de fructu ejus tribuebat scientiam discernendi inter bonum et malum. Vel sic appellatur quod ex illâ comedentibus dæmon dolose et falso pollicitus sit scientiam boni et mali. Aliqui putant hanc arborem fuisse ficum, quod statim ab ejus folia ficûs Adam consuerit ad tegendam nuditatem. Alii malum sive pomum, quod in Cant. 8. 5. dicatur : *Sub arbore malo suscitavi te.* Nihil certo asseri potest.

10. *Fluvius egrediebatur.* In Paradiso vere exstitit fluvius quatuor horum maximorum amnium origo, licet hi nunc in longe dissitis regionibus, diversis

Digitized by Google

radisum, qui inde dividitur in quatuor capita (1),

11. Nomen uni Phison : ipse est qui circuit omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum :

12. Et aurum terræ illius optimum est : ibi invenitur bdelium, et lapis onychinus.

13. Et nomen fluvii secundi, Gehon : ipse est qui circumit omnem terram Æthiopiæ.

14. Nomen vero fluminis tertii, Tigris : ipse vadit contra Assyrios. Fluvius autem quartus, ipse est Euphrates.

15. Tulit ergo Dominus Deus

et ce fleuve est celui *qui, sortant* de là, se divise en quatre canaux, *ou quatre autres fleuves.*

11. L'un s'appelle Phison, et c'est celui qui coule tout autour du pays d'Hévilath, où il vient de l'or ;

12. Et l'or de cette terre est très-bon ; c'est là *aussi* que se trouvent le bdellion, *ou la perle,* et la pierre d'onyx, *ou l'émeraude.*

13. Le second fleuve s'appelle Géhon ; et c'est celui qui coule autrefois du pays *de Chus, d'où sont venus les peuples* d'Ethiopie.

14. Le troisième fleuve s'appelle le Tigre, qui se répand vers les Assyriens. Et l'Euphrate est le quatrième de ces fleuves.

15. Le Seigneur Dieu prit donc l'homme,

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 343. — Bible vengée, tome I, page 354.

---

cernantur locis scaturire. Id enim contigisse potuit, quia post multos et longos annorum terrarumque tractus, se alicubi sub terram abdiderint, et postea iis locis emerserint ubi nunc fontes habere creduntur. Absorbuerit ergo tellus hanc eorum originem, et postea divisim effuderit.

11. *Phison.* Est Ganges, ita dictus ab aquarum multitudine, quia, teste Plinio, augetur amnibus viginti quinque : פּוֹשׁ *phos* autem Hebræis est crescere et multiplicari. — *Hevilath.* Multi volunt esse Indiam; sed Hevila potius hic est regio vicina Susianæ, Bactrianæ et Persidi, jacens inter Assyriam et Palæstinam, opposita Sur. Sic enim accipitur Hevila I. Reg. 15. 7; Gen. 25. 18; et ita dicta est ab Hevila filio Jectan, de quo Gen. 10. 28.

12. *Bdellium.* LXX hic vertunt *carbunculum;* at Num. 11. 7, *crystallum.* Bdellium ex Plinio, lib. 12. cap. 9, genus est gummi, sive lacrymæ pellucidæ, quam stillat arbor nigra magnitudine oleæ, folio roboris, fructu naturaque caprifici. Vatabl. et Eugubinus vertunt, *unionem.* — *Lapis onychinus.* In Hebr. שֹׁהַם *schoam,* quod quid sit vix sciri potest. Aliqui vertunt, *smaragdum,* alii *sardonychem,* alii *lapidem prasinum,* alii, ut Vulgatæ auctor, *lapidem onychinum;* alii dicunt esse viridis coloris, alii candidi, alii mixtum candori ruborem habere. Vide Pined. Job. 28. 16.

13. *Gehon.* Nilus, quem etiamnum Abyssini vocant *Guyon,* videtur dici ab hebraico גָּחוֹן *gachon,* id est venter vel potius pectus, quod sit quasi venter sordidus lutoque plenus, vel quod quasi ventre et pectore incubet Ægypto, eamque fecundet. — *Circumit.* Per mæandros perlabitur, id est non recto prorsus cursu. — *Æthiopiæ,* Proprie dictæ, quæ vocatur occidentalis, ad distinctionem Madianitidis quæ Chananeæ vicina.

14. *Tigris.* Ita dictus a velocitate cursûs; Medi enim sagittam Diglatth appellant; vel ita dictus Tigridis feræ velocitate. Jam corrupte dicitur *Tigel.* — *Euphrates.* A radice פָּרָה *para,* id est fructificavit; quia, instar Nili exundans, terras rigat et fecundat. Nunc ab indigenis dicitur *Phrat;* alii a Græco εὐφραίνεσθαι derivarunt, quod est lætari.

15. *Posuit eum in Paradiso.* Extra Paradisum creaverat, ut colligitur etiam ex cap. 3. 23. — *Ut operaretur.* Non ad victum comparandum, sed

Digitized by Google

et le mit dans le paradis de délices, afin qu'il le cultivât et qu'il le gardât *comme le lieu qui lui était donné pour sa demeure.*

hominem, et posuit eum in paradiso voluptatis, ut operaretur et custodiret illum.

§ II. *Dieu défend à l'homme de manger du fruit de l'arbre de la science du bien et du mal. Il lui amène tous les animaux, afin qu'il leur impose des noms. Il forme Eve des côtes d'Adam, et la lui donne pour femme. Union des personnes mariées.*

16. Il lui fit aussi ce commandement, et il lui dit : Mangez de tous les *fruits des* arbres du paradis.

16. Præcepitque ei dicens : Ex omni ligno Paradisi comede :

17. Mais ne mangez point *du fruit* de l'arbre de la science du bien et du mal; car en même temps que vous en mangerez, vous mourrez très-certainement.

17. De ligno autem scientiæ boni et mali ne comedas. In quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris (1).

18. Le Seigneur Dieu dit aussi : Il n'est pas bon que l'homme soit seul; faisons-lui une aide semblable à lui, *afin que par son secours il puisse conserver son espèce sur la terre, et s'y multiplier.*

18. Dixit quoque Dominus Deus : Non est bonum esse hominem solum; faciamus ei adjutorium simile sibi.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 352. — Rép. crit., tome II, page 58. — Bible vengée, tome I, page 362 et 364.

---

ad honestam exercitationem, voluptatem et experientiam; ita ut nec fatigaretur, nec otio labasceret. — *Et custodiret illum.* Tum a feris, quæ extra Paradisum erant, tum ab ipsis animalibus quæ erant in Paradiso, ne ejus decorem et amœnitatem læderent. — *Illum.* Hortum, nam in hebr. est affixum femininum.

17. *Ne comedas*, pro *ne comedatis*. Enallage, singularis pro plurali; nam præceptum datum est etiam Evæ, ut colligitur ex c. 3. 3 : *Præcepit nobis Deus ne comederemus*, ait Eva; quod etiam ex pœna colligitur, quæ fuit utrique communis : itaque LXX habent in plurali, *ne comedatis*. Est autem Eva condita ante hoc præceptum, licet ejus formatio postea narretur, ut docet S. Greg. 35. Moral. c. 10. — *Morte morieris*. Homo in statu innocentiæ, naturæ lege mortalis erat, nunquam tamen moriturus fuisset, si non peccasset; quia esu ligni vitæ, eo vel semel gustato, ut quidam volunt, vel ut alii sæpius et subinde sumpto, vitam prorogare potuisset, quod indicat satis clare c. 5. n. 22. Deus ipse dicens : *Ne sumat forte de ligno vitæ, et comedat, et vivat in æternum.* Mortuus autem est statim morte spirituali propter peccatum, et etiam corporis morte, cujus debitum incurrit. Præterea calor naturalis humidum, ut vocant, radicale, quod esu fructus arboris vitæ reparari potuisset in Paradiso, depasci cœpit, et absumere absque remedio, atque ita ad mortem disponere.

18. *Non est bonum.* Non est aptum, congruum, conveniens, ut genus humanum propagetur, et hoc animal sociale vitam jucunde transigat. —*Adjutorium.* Ad procreationem, et cæteras vitæ necessitates. — *Simile sibi.* Chaldæus, *quod sit penes eum*; LXX, *secundum eum.* Est autem mulier viro similis, in natura, statura, loquela, etc. In hebræo est *coram ipso;* quod significare potest, *ut ministret ei.* Sic ponitur I. Reg. 29, 8, et III. Reg. 10. 8, et sensum expressit D. Paul. I. ad Cor. 11. 9.

Digitized by Google

19. Formatis igitur, Dominus Deus, de humo cunctis animantibus terræ, et universis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, ut videret quid vocaret ea: omne enim quod vocavit Adam animæ viventis, ipsum est nomen ejus (1).

20. Appellavitque Adam nominibus suis cuncta animantia, et universa volatilia cœli, et omnes bestias terræ; Adæ vero non inveniebatur adjutor similis ejus.

21. Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam : cumque obdormisset, tulit unam de costis ejus, et replevit carnem pro ea (2).

22. Et ædificavit Dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem : et adduxit eam ad Adam (3).

23. Dixitque Adam : Hoc nunc, os ex ossibus meis et caro de carne mea : hæc vocabitur Virago,

19. Le Seigneur Dieu ayant donc formé de la terre tous les animaux terrestres, et *de l'eau* tous les oiseaux du ciel, il les amena devant Adam, afin qu'il vît comment il les appellerait; et le nom qu'Adam donna à chacun des animaux est son nom véritable, *et celui qu'il porte encore aujourd'hui.*

20. Adam appela donc tous les animaux d'un nom qui leur convenait, tant les oiseaux du ciel, que les bêtes de la terre. Mais *parmi tous les animaux* il ne se trouva point d'aide pour Adam, qui lui fût semblable, *et par le secours de laquelle il pût se multiplier sur la terre.*

21. Le Seigneur Dieu envoya donc à Adam un profond sommeil; et, lorsqu'il était endormi, il tira une de ses côtes, et mit de la chair à la place.

22. Et le Seigneur Dieu, de la côte qu'il avait tirée d'Adam, forma *le corps* de la femme; et *y ayant uni une âme*, il l'amena à Adam.

23. Alors Adam dit : Voilà maintenant l'os de mes os, et la chair de ma chair; *c'est pourquoi* celle-ci s'appellera d'un

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 337. — Bible vengée, tome I, page 365. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 350. — Bible vengée, tome I, page 368. — (3) Lettres de quelques Juifs, tome, I, page 357.

---

19. ***Formatis igitur de humo cunctis animantibus terræ, et universis volatilibus cœli.*** Volatilia ex aquis creata sunt, ut patet ex c. I. n. 20. Itaque vox *volatilibus* conjungenda est cum voce *formatis*, non autem cum voce *de humo.*—***Adduxit.*** Vel insito illis *occulto* quodam motu, ut sponte accederent, et subjectionem suam quodammodo profiterentur, vel adducta angelorum ministerio. — ***Ipsum est nomen ejus.*** Naturæ animantis illius conveniens.

20. ***Cuncta animantia.*** Præter pisces, qui extra aquas sine miraculo adduci non poterant.

21. ***Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam.*** Hebraica vox gravem et profundum somnum significat. LXX pro soporem, verterunt, *extasim;* nec tantum somnus Adæ immissus, ne sentiret costam sibi detrahi, ac proinde ne exhorresceret et doleret : sed cum somno in extasim raptus est, ut videret quæ gerebantur, et spiritu prophetico cognosceret mysterium significatum, matrimonium scilicet suum naturale cum Eva, et mysticum Christicum Ecclesia. — ***Tulit unam de costis ejus.*** Non superfluam, vel supernumerariam aliquam, sed unam de requisitis ad individui integritatem, — ***Replevit carnem.*** Costam non sine carne abstulerat; nunc etiam carnem reponit, non sine costa.

23. ***Hoc nunc os.*** Quasi dicat : Apage a me animantia prius adducta! non placent, non congruunt mihi, quia specie dissimilia, et prono vertice in terram vergentia et rationis expertia. Hæc mihi simillima est, imo carnis et

Digitized by Google

nom qui marque *qu'elle vient* de l'homme, parce qu'*en effet* elle a été prise de l'homme.

24. C'est pourquoi l'homme quittera son père et sa mère, et s'attachera à sa femme; et *l'homme et la femme demeureront si étroitement unis, qu'ils* seront deux dans une seule chair.

25. Or Adam et sa femme étaient *alors* tous deux nus; et *comme ils étaient innocents*, ils n'en rougissaient point.

quoniam de viro sumpta est.

24. Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhærebit uxori suæ; et erunt duo in carne una.

25. Erat autem uterque nudus, Adam scilicet et uxor ejus: et non erubescebant (1).

CHAPITRE III.

§ I. *Le démon, caché sous la figure du serpent, séduit Eve, et la porte à manger du fruit défendu. Eve en donne à son mari, qui en mange aussi. Suites funestes de cette désobéissance.*

LA MÊME ANNÉE.

1. Mais *ils ne demeurèrent pas longtemps dans cet heureux état. Le démon, jaloux de leur bonheur, résolut de le leur*

1. Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit

(1) Bible vengée, tome I, page 371.

---

ossis mei portio. — *Vocabitur Virago.* Quasi dicat : Substantiam habet a me; nomen etiam accipiat. Viras olim Latini mulieres vocabant, ut tradit Festus.

24. *Relinquet homo patrem et matrem.* Verba sunt Dei : Deo enim ea tribuit Christus, Matth. 19, 5. Hæc ergo conjugii lex est, et societatis conditio, ut, si res exigat, conjux conjugis causa patrem et matrem deserere teneatur; quod intellige de cohabitatione et vitæ consortio. Nam in pari casu famis, vel alterius similis necessitatis, potius patri et matri, quasi auctoribus vitæ, quam conjugi subveniendum, ut docet D. Thom. 2. 2. q. 26. art. 11. ad 1.—*Adhærebit uxori.* LXX, *conglutinabitur.* Vox hebraica דָּבַק *dabaq,* denotat arctissimam adhæsionem.—*Erunt duo in carne una,* 1. per copulam carnalem; 2. synecdochice, id est erunt unus homo, erunt una persona civilis; 3. quia conjux est dominus corporis sui comparis, et sic unius caro est alterius caro. I. Corinth. 7. 3; — 4. effective, quia unam carnem, scilicet prolem, generant.

25. *Erat autem uterque nudus...., et non erubescebant.* Quia in statu innocentiæ nulla erat libido, nulla concupiscentia; ex hoc enim oritur pudor et erubescentia, si membra in quibus regnat libido, nudentur et pateant.

Cap. III. — 1. *Serpens erat callidior cunctis animantibus.* In serpentem, natura sua callidum et vafrum, vafer diabolus congrue ingressus; in ejus ore, quasi in organo certa ratione moto, vocem humanam effinxit : et admirata quidem est Eva eum loquentem, et suspicata id quod erat, altiori nimirum vi id fieri; sed metus aberat, quia necdum peccarat, et sciebat se

Digitized by Google

ad mulierem : Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno Paradisi (1) ?

ravir. *Il prit pour cela la figure au* serpent, *qui* était le plus fin de tous les animaux que le Seigneur Dieu avait formés sur la terre, et il dit à la femme, *qui lui paraissait plus aisée à séduire :* Pourquoi Dieu vous a-t-il commandé de ne pas manger du fruit de tous les arbres du paradis ?

2. Cui respondit mulier : De fructu lignorum quæ sunt in Paradiso vescimur :

2. La femme lui répondit : Nous mangeons du fruit des arbres qui sont dans le paradis ;

3. De fructu vero ligni, quod est in medio Paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, et ne tangeremus illud, ne forte moriamur.

3. Mais pour ce qui est du fruit de l'arbre qui est au milieu du paradis, Dieu nous a commandé de n'en point manger, et de n'y point toucher, de peur que nous ne mourions.

4. Dixit autem serpens ad mulierem : Nequaquam morte moriemini.

4. Le *démon, toujours caché sous la figure du serpent*, répondit à la femme : Assurément, *quand vous en mangerez*, vous ne mourrez point ; *et ce n'est pas pour cette raison que Dieu vous a fait cette défense ;*

5. Scit enim Deus quod in quocumque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri : et eritis

5. Mais c'est que Dieu sait qu'aussitôt que vous aurez mangé de ce fruit, vos yeux seront ouverts, et vous serez comme

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 352. — Bible vengée, tome I, page 372 *et suiv.* — Livres saints vengés, tome I, page 98.

Deo curæ esse. — *Cur præcepit?* Quasi dicat : Cum omnes suavissimi sint et salutares. — *De omni.* Ambiguum est an dicat de ullo, an vero de aliquo tantum neget ; sic verba temperans, ut posset deprehensus dicere se de una tantum arbore sensisse, non de omnibus ; et hinc recognosce a quo didicerint hæretici sacram Scripturam citare et corrumpere.

3. *De fructu vero.* De illo tamen pretiosissimo non licet. Hebraice, arbori articulus additur, ut videas jam nonnihil commotam. — *Et ne tangeremus.* Tædio et odio præcepti addens de suo, invidiose exaggerat. Deus enim nec aspectum, nec tactum, sed esum tantum, prohibuerat. Ita D. Ambr. lib. de Paradis. cap. 12. Vel Eva adhuc integra et sancta ex religione et reverentia divini præcepti hoc dixit, quasi ne tangendum quidem pomum, quo vesci non liceret. — *Ne forte moriamur.* Deus absolute affirmarat, *Moriemini ;* mulier dubitat, diabolus negat.

4. *Nequaquam morte moriemini.* In hoc diaboli sermone, quem cum Eva habuit, aliquot mendacia continentur : 1. non moriemini ; 2. aperientur oculi vestri ; 3. eritis sicut dii : 4. scietis bonum et malum.

5. *Scit enim Deus,* etc. Sensus est : Deus non ignorat hanc arborem vobis utilissimam esse, utpote quæ rerum omnium cognitionem possit solo esu afferre. Cumque bonus sit, et vestri curam gerat, non est putandus voluisse vos hoc bono privare. — *In quocumque die.* In quocumque momento. — *Aperientur oculi vestri.* Adeo perspicacis intelligentiæ efficiemini, ut merito sitis existimaturi vos antea cæcos fuisse. — *Eritis sicut dii.* Similitudine quadam sapientiæ et omnis scientiæ. Divinum est quiddam scire quamplu-

Digitized by Google

des dieux, connaissant le bien et le mal ; *et il ne veut pas que vous deveniez semblables à lui.*

6. La femme donc *séduite par ces paroles, qui flattaient sa vanité,* considéra que le fruit de cet arbre était bon à manger, *puis*qu'il était beau et agréable à la vue ; et en ayant pris, elle en mangea, et en donna à son mari qui, *par une lâche complaisance pour elle,* en mangea *aussi.*

7. En même temps leurs yeux furent ouverts à tous deux. Ils reconnurent *le bien qu'ils venaient de perdre par leur désobéissance, et le mal qu'elle leur avait attiré. Leur chair se révoltant contre eux, ils aperçurent* qu'ils étaient nus ; *et en ayant eu une confusion qui était la peine de leur péché,* ils entrelacèrent des feuilles de figuier, et s'en firent des *espèces de* ceintures *pour couvrir en eux ce qu'ils sentaient devoir être caché.*

sicut dii, scientes bonum et malum.

6. Vidit igitur mulier quod bonum esset lignum ad vescendum, et pulchrum oculis, aspectuque delectabile, et tulit de fructu illius et comedit : deditque viro suo, qui comedit.

7. Et aperti sunt oculi amborum : cumque cognovissent se esse nudos, consuerunt folia ficûs, et fecerunt sibi perizomata (1).

§ II. *Adam et Eve entendent la voix de Dieu ; ils en sont si effrayés qu'ils se cachent. Dieu leur reproche leur désobéissance. Au lieu de s'humilier à la vue de leur crime, ils cherchent à l'excuser. Dieu maudit le serpent, et promet un Rédempteur.*

8. Et comme ils eurent entendu la voix du Seigneur Dieu qui, *sous une figure*

8. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in Para-

(1) Rép. crit., tome III, page 9.

---

rima; de Jove Homerus, πλείονα ἤδει, *plura sciebat.* — *Scientes bonum et malum.* Est hebraismus : scietis omnia quæcumque vel bona sunt, vel mala; vera, vel falsa; necessaria, vel contingentia, etc.

6. *Vidit igitur mulier.* Non simplici ut ante aspectu, sed concupiscens; cupida gustandi, curiose et attente pomum considerans. — *Pulchrum oculis.* Hebr. *desiderium oculorum.* Chald. *sanitas oculorum*, hoc est cibus, pastusque oculorum. — *Aspectuque delectabile.* Dignam esse arborem attenta pulchritudinis ejus consideratione. Chald. *Arbor delectabilis ad intuendum in eam.*—*Comedit.* Primum sola, cum placeret pomum : tulit aliud ad virum, vel Adam supervenit comedenti.

7. *Aperti sunt oculi amborum.* Ut adverterent suam nuditatem, motus concupiscentiæ rebelles rationi experirentur, intelligerent se bonum justitiæ originalis amisisse per peccatum, cognoscerentque Dei sententiam esse veram, dæmonem autem mendacem. — *Cumque cognovissent se.* Viderant ante, sed non adverterant. — *Nudos.* Amictu corporis (hoc oculis corporis viderunt) et ex motu membrorum; oculis mentis viderunt se stola gratiæ nudatos. — *Consuerunt.* Ramusculos teneriores circum latera plectentes, ut foliis pendulis verenda occultarentur. — *Ficus.* Quia est arbor latifolia, et fortassis erat in proximo. — *Perizomata.* Lumbaria, seu ventralia, subligacula.

8. *Vocem Domini.* Strepitum ex concussione arborum a Deo excitatum; nam quasi ad vestigia Dei venientis a longe, et per arbores gradientis con-

Digitized by Google

diso ad auram post meridiem, abscondit se Adam et uxor ejus a facie Domini Dei in medio ligni Paradisi.

9. Vocavitque Dominus Deus Adam, et dixit ei : Ubi es ?

10. Qui ait : Vocem tuam audivi in Paradiso : et timui eo quod nudus essem, et abscondi me.

11. Qui dixit : Quis enim indicavit tibi quod nudus esses, nisi quod ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti ?

12. Dixitque Adam : Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, et comedi.

13. Et dixit Dominus Deus ad mulierem : Quare hoc fecisti ? Quæ

sensible, se promenait dans le paradis, après midi *vers le soir*, lorsqu'il s'élève un vent doux; *troublés par les remords de leur conscience*, ils se retirèrent au milieu des arbres du paradis, *comme* pour se cacher de devant sa face.

9. Alors le Seigneur Dieu appela Adam, et, *voulant le porter à rentrer en lui-même*, il lui dit : Où êtes-vous ?

10. Adam lui répondit : J'ai entendu votre voix dans le paradis, et j'ai eu peur de *paraître devant vous*, parce que j'étais nu; c'est pourquoi je me suis caché.

11. Le Seigneur lui repartit : Et d'où avez-vous su (1) que vous étiez nu, *et que vous deviez en rougir*, sinon de ce que vous avez mangé du fruit de l'arbre dont je vous avais défendu de manger ?

12. Adam, *au lieu de reconnaître sa faute et de s'en humilier, tâcha de la rejeter sur Dieu même; car il* lui répondit : La femme que vous m'avez donnée pour compagne m'a présenté du fruit de cet arbre, et j'en ai mangé.

13. Le Seigneur Dieu dit à la femme : Pourquoi avez-vous fait cela ? Elle,

(1) *Et d'où avez-vous su*, etc. Cette pressante et miséricordieuse interrogation a pour but d'amener Adam à se rendre digne de pardon en avouant son péché, qui est la cause de sa honte.

---

cutiebantur. Alii accipiunt pro voce loquentis, et irati Dei dicentis : *Adam, ubi es ? — Ad auram, post meridiem.* Puta inclinante die, quando aspirare solent lenes zephyri, et aura ab hominibus diurno æstu fatigatis captari. Significatur etiam motus quidam insolitus, index divinæ præsentiæ. Vide III Reg. 19. 12. et Act. 2. 2. — *Abscondit se..... in medio ligni.* Id est lignorum, inter arbores densissimas Paradisi : Enallage numeri singularis pro plurali.

9. *Ubi es?* S. Ambr. lib. de Parad. c. 14. *Ubi est*, inquit, *tua bene tibi conscia confidentia? Timor iste culpam fatetur, latebræ prævaricationem. Ubi es ergo? non in quo loco quæro, sed in quo statu, quo te deduxerunt peccata tua, ut fugias Deum tuum quem ante quærebas?*

10. *Timui.* Erubui.

12. *Mulier.* Justus in principio est accusator sui. Nobis Adam præit quærere excusationes in peccatis : deinde culpam in uxorem, quin et in ipsum Deum derivat. Peccavi quidem, sed non peccassem, nisi tu mihi talem vitæ sociam adjunxisses; non fecisses adeo pellacem, et persuadere aptam : debebas prævidere.

13. *Dixit Dominus Deus ad mulierem.* Adæ excusationem ut frivolam; et pœna quam excusatione digniorem, sicut et mox Evæ, præterit. — *Serpens decepit me.* Quasi dicat : Serpens, quem tu creasti, et inter nos hic de-

Digitized by Google

imitant son mari, et voulant aussi rejeter sa faute sur un autre, répondit : Le serpent *que vous avez créé* m'a trompée, *en m'assurant que je pourrais, sans rien craindre, manger de ce fruit;* et *j'en* ai mangé, *comme il me l'a dit.*

respondit : Serpens decepit me, et comedi.

14. Alors le Seigneur Dieu dit au serpent, *dont le démon avait pris la figure :* Parce que tu as fait cela, tu es maudit entre tous les animaux et toutes les bêtes de la terre ; tu ramperas sur le ventre, et tu mangeras la terre tous les jours de ta vie.

14. Et ait Dominus Deus ad serpentem : Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animantia et bestias terræ : super pectus tuum gradieris, et terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ (1).

15. Je mettrai une inimitié *éternelle* entre toi et la femme, entre sa race et la tienne : elle te brisera la tête *par le Sauveur qui naîtra d'elle :* et tu tâcheras de la mordre par le talon, *et de la faire tomber dans les piéges que tu lui tendras.*

15. Inimicitias ponam inter te et mulierem, et semen tuum et semen illius : ipsa conteret caput tuum, et tu insidiaberis calcaneo ejus.

16. Dieu dit aussi à la femme : Je vous affligerai de plusieurs maux pendant votre grossesse : vous enfanterez dans

16. Mulieri quoque dixit : Multiplicabo ærumnas tuas, et conceptus tuos : in dolore paries filios,

(1) Rép. crit., tome II, page 61.

---

gere permisisti, cui tantum versutiæ tribuisti. Itaque etiam mulier culpam in Deum derivare videtur.

14. *Maledictus es inter omnia animantia.* Conveniunt hæc et serpenti et dæmoni. Serpens est maledictus, quia abominabilis, horridus, venenatus, noxius animalibus, et præsertim homini. Pariter dæmon veneno peccati infectus, et infestus hominibus.—*Super pectus tuum gradieris.* Quæ prius erant serpenti naturalia, jam illi in pœnam et infamiam versa ; sic mors humano corpori, ex elementis contrariis composito est naturalis, post peccatum est etiam pœna peccati. Sic iris, ante naturalis, post Noe cœpit esse signum pacti inter Noe hominesque, et inter Deum initi. Porro dæmon, serpens antiquus, super pectus graditur, quia jam non cœlestia, ut olim cum esset angelus, sed terrena et humilia cogitat. — *Terram comedes. Pulverem,* ut alibi solet vertere Isa. 65. 25. *Serpenti pulvis panis ejus.* Mich. 7. 17. *Lingent pulverem sicut serpentes.*

15. *Inimicitias.* Apertas, et in nocendi actum erumpentes. Mulier autem ad talia viro magis est meticulosa. — *Conteret caput tuum.* Ipsa, et semen ipsius, conteret caput tuum, quod potissimum petendum, cum serpens necandus est. Dæmoni etiam ista conveniunt ; nam mulier per semen suum, scilicet per Christum, caput serpentis inferni contrivit. — *Insidiaberis.* Nam serpens humi reptans, et calcatus plantam petat necesse est, si se ulcisici velit. *Caput serpentis conterimus* (inquit S. Gregorius lib. 1. Moral. cap. 38.) *cum initia tentationis a corde extirpamus ; et tunc ipse insidiatur calcaneo nostro, quia finem bonæ actionis callidius et potentius oppugnat.*

16. *Ærumnas tuas, et conceptus.* Id est ærumnas conceptuum. Notum quam multa sint mulierum incommoda, cum uterum gerunt. — *In dolore paries.* Hunc dolorem alioquin naturalem mulier in statu innocentiæ, Dei

Digitized by Google

et sub viri potestate eris, et ipse dominabitur tui.

la douleur; et, *pour vous punir de n'avoir pas été soumise à votre Créateur*, vous serez sous la puissance de votre mari, et il vous dominera.

17. Adæ vero dixit : Quia audisti vocem uxoris tuæ, et comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo : in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ.

17. Il dit ensuite à Adam : Parce que vous avez écouté la voix de votre femme *plutôt que la mienne*, et que vous avez mangé *du fruit* de l'arbre dont je vous avais défendu de manger, la terre sera maudite à cause de ce que vous avez fait; *je la rendrai stérile;* et vous n'en tirerez de quoi vous nourrir pendant toute votre vie, qu'avec beaucoup de travail.

18. Spinas et tribulos germinabit tibi, et comedes herbam terræ.

18. Elle vous produira des épines et des ronces *que vous serez obligé d'arracher;* et vous vous nourrirez de l'herbe de la terre, *qui ne viendra que par le pénible soin que vous aurez de la cultiver.*

19. In sudore vultûs tui vesceris pane, donec revertaris in terram de qua sumptus es : quia pulvis es, et in pulverem reverteris.

19. *En sorte que* vous mangerez votre pain à la sueur de votre visage, jusqu'à ce que vous retourniez en la terre d'où vous avez été tiré; car *si je veux bien différer de vous faire subir la peine de mort que vous avez mérité par votre péché, ce n'est que pour un temps :* vous êtes poudre, et vous retournerez en poudre.

20. Et vocavit Adam nomen uxoris suæ, Eva : eo quod mater esset cunctorum viventium.

20. Adam, *pour se consoler de la mort, à laquelle il se voyait condamné, par l'espérance de se voir revivre dans sa postérité*, donna à sa femme le nom d'Eve, parce qu'elle était *destinée à être* la mère de tous les vivants.

21. Fecit quoque Dominus Deus

21. Le Seigneur Dieu fit aussi à Adam

---

beneficio effugisset. — *Sub viri potestate eris.* Parebis viro, non ut prius, semper sponte, sed interdum ingratis et invita.

17. *Maledicta terra.* Privata benedictione fertilitatis spontaneæ, qualis in Paradiso. — *In opere tuo.* Hebraice, *propter te*, id est propter peccatum tuum. Theodotion vertit, *in transgressione tua.* — *Ex ea.* Ex ejus proventu.

18. *Spinas et tribulos.* Non ut antea paucas, et paucis locis, sed copiose et passim. — *Herbam terræ.* Hebræi herbam terræ vel agri vocant viliores herbas, quæ cum jumentis et aliis bestiis communes. Nomine tamen herbæ etiam triticum comprehenditur, opponiturque illis beatarum animarum fructibus.

19. *In sudore vultus.* Quia hinc copiosus sudor erumpit. — *Pane.* Panis quemvis cibum significat. — *Quia pulvis es, etc.* En pœna peccati : mors. *Deus creavit hominem inexterminabilem,..... invidia autem diaboli mors introivit in orbem terrarum.* Sap. 2. 23. 24.

20. *Eva. Viva, seu vivens.* LXX vertant, ζωή *vita.* Se et uxorem ad mortem a Deo damnatos solatur Adam, quod per Evam gignet posteros viventes, in quibus ipsi quasi parentes in filiis victuri sint perenniter.

21. *Tunicas pelliceas.* Vel Deus de nihilo creavit, vel Adam animanti-

Digitized by Google

et à sa femme des habits de peaux, dont il les revêtit, *afin qu'ils se souvinssent qu'ayant été créés pour être semblables à Dieu par la sainteté de leur vie, ils s'étaient rendus semblables aux bêtes par leur péché.*

Adæ et uxori ejus tunicas pelliceas, et induit eos :

22. Et *pour leur faire sentir cette vérité humiliante, par une raillerie salutaire,* il *leur* dit : Voilà Adam devenu comme l'un de nous, sachant le bien et le mal, *par sa propre expérience : empêchons* donc maintenant qu'il ne porte sa main à l'arbre de vie, qu'il ne prenne aussi de son fruit, et qu'en mangeant *de ce fruit* il ne vive éternellement *comme nous.*

22. Et ait : Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum et malum : nunc ergo ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vitæ, et comedat, et vivat in æternum.

23. Le Seigneur Dieu le fit sortir ensuite du jardin délicieux *où il l'avait mis,* afin qu'il allât travailler à la culture de la terre, dont il avait été tiré.

23. Et emisit eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, ut operaretur terram, de qua sumptus est.

24. Et l'en ayant chassé, il mit des Chérubins devant le jardin de délices, qui faisaient étinceler une épée de feu pour garder le chemin qui conduisait à l'arbre de vie, *et empêcher l'homme d'y entrer.*

24. Ejecitque Adam, et collocavit ante paradisum voluptatis Cherubim, et flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

---

bus mactatis pelles detraxit, vel angelorum ministerio id Deus effectum dedit.

22. *Adam.* Homo, vir et femina. Deus, more hominis irati, per ironiam superbam spem protoplastorum increpat ad efficaciorem medicinam morbi, et ad futuri cautelam. Sententia est : Cernite in quantas miserias venerit homo, ad similitudinem divinæ scientiæ ausus aspirare : quæsitis potitus est scilicet.—*Ne forte mittat.* Verisimile est Adamum adhuc non modo non gustasse, sed et ignorasse ubi sita, et quæ esset arbor vitæ, quod et diabolum latuerit. Qua ignoratione belle Deus et misericorditer Adamo consuluit, ne qui miser futurus, æternum miser fieret. — *Vivat in æternum.* Quam illi vim fructus arboris largiri poterant.

23. *Et emisit eum Dominus.* Ignominiose et violenter expulit. Probabile id factum eodem quo peccavit die, sub solis occasum. Quamdiu Adam fuerit in Paradiso non constat. Videtur opus fuisse aliquot dierum intervallo, ut beatum illum statum nonnihil experiretur. — *De qua sumptus.* Igitur extra Paradisum creatus, quia extra eum in terra missus.

24. *Cherubim.* Est numeri pluralis. Causa vero collocandi Cherubinos, ut et homines et dæmones ab ingressu arcerent, illos ne de ligno vitæ sumerent, hos ne ingressi decerperent, et homini darent, et tali munere, pollicitatione immortalis vitæ, vecordes aliquos ad sui obsequium et idololatriam pellicerent. — *Flammeum gladium.* Adeo splendentem, ut vibratus flammas vomere videatur. Alibi quoque tales angelis gladii tribuuntur. Num. 22. 23; et I. Paral. 2. 16, 27. Potest accipi de vero gladio æreo, vel chalybeio, vel de flamma in gladii figuram conformata. — *Versatilem.* Aptum verti in omnem partem, quia anceps et utrinque secans.

Digitized by Google

CHAPITRE IV.

§ I. *Naissance de Caïn et d'Abel. Leurs occupations différentes, leurs sacrifices. Dieu rejette celui de Caïn, et agrée celui d'Abel.*

L'AN DU MONDE 2. — AVANT J.-C. 4003.

1. Adam vero cognovit uxorem suam Evam : quæ concepit et peperit Cain, dicens : Possedi hominem per Deum.

1. Or Adam, *chassé du paradis, et séparé de son Créateur, commença à s'attacher à la créature; ainsi il* connut Eve sa femme, *afin de se multiplier sur la terre, selon l'ordre que Dieu lui en avait donné,* et elle conçut et enfanta *un fils qu'elle nomma* Caïn, *pour se consoler de sa mortalité,* en disant : Je possède un homme, par la grâce de Dieu, *qui, en me succédant après ma mort, me fera revivre en quelque sorte sur la terre.*

2. Rursumque peperit fratrem ejus Abel. Fuit autem Abel pastor ovium, et Cain agricola.

2. Elle enfanta de nouveau, *et elle mit au monde* son frère, *qu'elle nomma* Abel, *c'est-à dire vanité, pour marquer que rien n'est stable sous le soleil.* Or Abel fut pasteur de brebis, et Caïn s'appliqua à l'agriculture.

3. Factum est autem post multos dies, ut offerret Cain de fructibus terræ munera Domino (1).

3. Il arriva longtemps après que *les deux frères, étant dans un âge plus avancé, offrirent leurs dons au Seigneur; mais ils les offrirent d'une manière bien différente : car* Caïn offrit au Seigneur des fruits de la terre *qu'il avait soin de cultiver; mais il n'offrit pas les plus beaux ni les plus excellents.*

(1) Rép. crit. tome IV, page 2. — Bible vengée, tome I, page 413.

CAP. IV.—1. *Cognovit.* Virgo Hebræis dicitur עלמה *Alma;* quæ vox absconditam, seu *incognitam*, significat. Hinc factum ut qui cum muliere congreditur, eam cognoscere dicatur. — *Caïn.* Dicitur a קנה *kana,* possedit. — *Possedi hominem.* Aucta sum homine, acquisivi sobolem. — *Per Deum.* Divino munere ac beneficio.

2. *Rursumque peperit.* Rabbini putant ex eodem conceptu Evam peperisse gemellos, quia non repetitur, *concepit,* sed tantum *peperit :* sed temere ita sentiunt; Moyses enim hic compendio utitur, et in verbo *peperit* præsupponit et subaudit *concepit.* — *Abel.* Proprie *Abel,* vel ut hebr. dicitur, הבל *Hebel,* significat vanitatem. Vel Eva nato suo celerem necem præsagiit, vel omnium hominum morti obnoxiorum conditionem significavit, quasi diceret : *Universa vanitas est omnis homo vivens.*

3. *De fructibus terræ.* Secundos et viliores fructus. Hi enim vocantur in Scriptura fructus terræ; contra quam Abel, qui primogenita et adipes obtulit.

Digitized by Google

4. Abel offrit aussi *au Seigneur* des premiers-nés de son troupeau, *selon sa profession; mais il offrit ce qu'il avait de meilleur* et ce qu'il avait de plus gras; et *ainsi* le Seigneur regarda *favorablement* Abel et ses présents.

4. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, et de adipibus eorum: et respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus (1).

5. Mais il ne regarda point Caïn, ni ce qu'il lui avait offert. C'est pourquoi Caïn entra dans une très-grande colère, et *il en conçut tant de chagrin, que* son visage en fut tout abattu.

5. Ad Cain vero, et ad munera illius, non respexit: iratusque est Cain vehementer, et concidit vultus ejus (2).

6. Alors le Seigneur lui dit: Pourquoi êtes-vous en colère? et pourquoi paraît-il un si grand abattement sur votre visage? *Votre sort est entre vos mains.*

6. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? et cur concidit facies tua (3)?

7. En effet, si vous faites bien, n'en serez-vous point récompensé? et si vous faites mal, *le châtiment* de votre péché ne sera-t-il pas aussitôt à votre porte? *n'en souffrirez-vous pas aussitôt la peine? Il est vrai que la concupiscence qui est en vous vous porte au mal;* mais votre concupiscence sera sous vous, et vous la dominerez toujours, *de sorte que vous pourrez toujours lui résister.*

7. Nonne si bene egeris, recipies? sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appetitus ejus, et tu dominaberis illius (4).

(1) Rép. crit., tome IV, page 2. — (2) Rép. crit., tome IV, page 2. — (3) Rép. crit., tome IV, page 27. — (4) Rép. crit., tome IV, page 27.

---

4. *Respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus.* Primum fuit causa secundi. Placuerunt munera, quia placuit Abel. Sacrificia enim vetera non placebant Deo ex opere operato, sed ex opere operantis. Patres sentiunt igne de cœlo misso, qui absumpserit Abel sacrificium, declarasse Deum sibi illud placuisse. Itaque Theodotion vertit ἐνεπύρισεν, *inflammavit, incendit.* Oblatio Cain intacta relicta est.

5. *Concidit vultus ejus.* Qui bene sibi conscii, et simpliciter ambulant, ambulant vultu erecto, et confidenter; qui vero livore contabescunt, et malum machinantur, frontem caperant, faciem obnubilant, et oculos in terram demittunt.

7. *Nonne si bene egeris, recipies?* Tum quietem, et gaudium conscientiæ, tum favorem meum, utque simili signo, et igne nimirum de cœlo misso, attester te tuaque munera mihi placere.—*In foribus peccatum aderit.* Id est, pœna peccati, quæ, quasi canis aut Cerberus cubans fores obsidet, peccati vindex. Canis hic est vermis conscientiæ, mentis turbatio et indignatio, ira Dei, omnesque ærumnæ præsentes, et æternæ, quibus Deus peccata punit. *Culpam pœna premit comes,* ait Horatius.—*Sed sub te erit appetitus ejus.* In hebræo et apud LXX est: *Ad te conversio ejus.* Sensus est, peccatum ejusque appetitus, et concupiscentia te sollicitabit ad consensum, sed ita ut ad te converti, et a te consensum petere et impetrare debeat. Id noster interpres ad sensum clare vertit: *Sub te erit appetitus ejus.* Dici etiam potest cum D. Chrysost., hom. 18. in Genesim, τὸ *ejus,* referri ad Abelem, ut sit sensus: Si bene egeris, Abelis voluntas tuo imperio subjecta erit, ut fratris minoris; quodam enim naturæ jure natu majores auctoritatem quamdam in minores obtinent.

Digitized by Google

§ II. *Caïn tue son frère Abel, et s'attire la malédiction du Seigneur.*

L'AN DU MONDE 128.— AVANT J.-C. 3876.

8. Dixitque Cain ad Abel fratrem suum : Egrediamur foras. Cumque essent in agro, consurrexit Cain adversus fratrem suum Abel, et interfecit eum (1).

8. Or Caïn, *insensible à la remontrance du Seigneur, et emporté par l'envie dont il était rongé*, dit à son frère Abel : Sortons dehors. Et lorsqu'ils furent dans les champs, Caïn se jeta sur son frère Abel, et le tua.

9. Et ait Dominus ad Cain : Ubi est Abel frater tuus ? Qui respondit : Nescio. Num custos fratris mei sum ego ?

9. Le Seigneur, *à qui ce crime ne pouvait être caché*, dit ensuite à Caïn, *pour le faire rentrer en lui-même :* Où est votre frère Abel ? Il lui répondit *avec une espèce de mépris :* Je ne sais. *Puis, joignant l'insolence au mépris, il ajouta :* Suis-je le gardien de mon frère, *pour savoir où il est ?*

10. Dixitque ad eum : Quid fecisti ? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra (2).

10. Le Seigneur lui repartit : Qu'avez-vous fait ? *avez-vous espéré me cacher votre crime ? Vous vous êtes trompé.* La voix du sang de votre frère crie de la terre jusqu'à moi, *et me demande vengeance contre vous.*

11. Nunc igitur maledictus eris super terram, quæ aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua (3).

11. Vous serez donc maintenant maudit sur la terre, qui a ouvert sa bouche, et qui a reçu le sang de votre frère, lorsque votre main l'a répandu.

12. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos : vagus et profugus eris super terram (4).

12. *Ainsi* quand vous l'aurez cultivée, elle ne vous rendra point son fruit : *et de plus*, vous serez fugitif et vagabond sur la terre ; *vous n'y aurez point de demeure fixe, et vous vous trouverez dans une crainte et une agitation continuelles.*

(1) Rép. crit., tome IV, page 2. — (2) Rép. crit., tome IV, page 42 *et suiv.*— (3) Rép. crit., tome IV, page 43 *et suiv.* — (4) Rép. crit., tome IV, page 43.

---

8. ***Interfecit eum.*** Nescitur quomodo. Versu 11 terra dicitur bibisse sanguinem Abel ; patet non præfocatum, sed quopiam lapide, aut alio telo necatum.

9. ***Custos.*** Cum indignatione loquitur, et quasi subsannans Deum : An ego fratris mei sum pædagogus ?

10. ***Quid fecisti ?*** Unico vocabulo ostendit se conscium perpetratæ rei. — ***Vox sanguinis... clamat.*** Cædes injusta celerem et atrocem in conspectu Dei vindictam postulat.

11. ***Maledictus eris super terram.*** Terra erit tibi maledicta, et maligne parceque tibi eam colenti dabit fructus suos. Hebræa habent : ***Maledictus tu de terra.*** Vel etiam : maledictus, quia infelix, vagus et profugus super terram.

12. ***Vagus et profugus.*** Sceleris pœna, et carnificina conscientiæ per incertas vagantem sedes exagitabunt. LXX habent : ***Gemens et tremens,*** significantes Cain animo consternatum, et corpore tremulum.

Digitized by Google

13. Caïn, *entrant dans les sentiments d'un désespéré et non d'un pénitent*, répondit au Seigneur : Mon iniquité est trop grande pour pouvoir en obtenir le pardon, *et je n'ose vous le demander.*

13. Dixitque Cain ad Dominum : Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear (1).

14. *Mais* vous me chassez aujourd'hui de dessus la terre *où je suis né*, et j'irai me cacher de devant votre face ; je serai fugitif et vagabond sur la terre, *éloigné de vous et privé de votre secours. Or, en quelque lieu que j'aille où quelques-uns de mes frères se seront déjà établis, ils voudront venger la mort de celui que j'ai tué.* Quiconque donc me trouvera me tuera.

14. Ecce ejicis me hodie a facie terræ, et a facie tua abscondar, et ero vagus et profugus in terra : omnis igitur qui invenerit me, occidet me (2).

15. Le Seigneur lui répondit : Non, cela ne sera pas ainsi ; mais quiconque tuera Caïn sera puni sept fois plus *sévèrement que lui, pour n'avoir pas profité du châtiment que j'ai exercé sur Caïn.* Et le Seigneur mit un signe sur Caïn, afin que ceux qui le trouveraient ne le tuassent point.

15. Dixitque ei Dominus : Nequaquam ita fiet : sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitque Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis qui invenisset eum (3).

(1) Rép. crit., tome IV, page 36. — Bible vengée, tome I, page 419. — (2) Rép. crit., tome IV, page 43 *et suiv.* — Bible vengée, tome II, page 1. — (3) Rép. crit., tome IV, page 56 et 59. — Bible vengée, tome II, page 5.

---

13. *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear.* Quam ut ulla pœnitentia veniam possim impetrare. Hebræus contextus habet : *Major est iniquitas mea, quam ut ferre eam*, scilicet possit Deus ; non ut rabbini, quam ego ferre possim ; sumunt enim iniquitatem pro iniquitatis ipsius pœna.

14. *Ejicis me.* Quasi dicat : Merito despero ; nam video te mei curam abjicere, et privare solita providentia tua, quem nullibi tuto pateris consistere vel ullam capere quietem. — *A facie terræ.* Ablegas me a facie terræ, ubi natus et educatus : vel terra sumitur pro hominibus metonymice ; et sensus est : Facis me hominum odium, adeo ut nec illi me visu dignentur, nec eos ego ausim aspicere. — *A facie tua abscondar.* Quasi reus, præsentiam Dei judicis fugiam ; aut cura, favore, et tutela tua destituar. — *Omnis igitur qui invenerit me.* Nequeo effugere, quin ab aliquo mox interimar. Omnis creatura in me insurget. — *Occidet.* Nec iram Dei, nec animæ mortem timet, sed solam vitæ hujus, et corporis jacturam veretur.

15. *Septuplum punietur.* Numerus finitus pro infinito. Gravius punietur quam tu, quia tuo exemplo deterritus non fuit quominus te de medio tolleret, quem in delicti tui pœnam et admonitionem superesse sic volebam, ut vitam pro supplicio, et mortem pro solatio haberes. — *Posuitque Dominus Cain signum.* Cujusmodi signum fuerit, ignoratur. Communior Patrum doctrina est de corporis tremore cum quadam vultus et mentis consternatione. — *Ut non interficeret eum omnis.* Ut nemo eum interficeret. Hebraismus.

Digitized by Google

§ III. *Caïn est vagabond sur la terre. Il engendre Hénoch. Lamech tue un homme. Naissance de Seth et d'Énos.*

16. Egressusque Cain a facie Domini, habitavit profugus in terra ad orientalem plagam Eden.

16. Caïn s'étant retiré de devant la face du Seigneur, fut vagabond sur la terre, où il habita vers la région orientale d'Éden, *sans y avoir de demeure fixe.*

17. Cognovit autem Cain uxorem suam, quæ concepit, et peperit Henoch : et ædificavit civitatem, vocavitque nomen ejus ex nomine filii sui Henoch (2).

17. Et ayant connu sa femme, elle conçut et enfanta Hénoch. Il bâtit ensuite une ville qu'il appela Hénoch, du nom de son fils.

18. Porro Henoch genuit Irad, et Irad genuit Maviael, et Maviael genuit Mathusael, et Mathusael genuit Lamech.

18. Hénoch engendra Irad. Irad engendra Maviaël. Maviaël engendra Mathusaël. Et Mathusaël engendra Lamech.

19. Qui accepit duas uxores, nomen uni Ada, et nomen alteri Sella.

19. *Ce fut le premier homme* qui eut *en même temps* deux femmes, dont l'une s'appelait Ada, et l'autre Sella.

20. Genuitque Ada Jabel, qui fuit pater habitantium in tentoriis, atque pastorum.

20. Ada enfanta Jahel, qui fut père de ceux qui habitent sous des tentes, et des pasteurs.

21. Et nomen fratris ejus Jubal: ipse fuit pater canentium cithara et organo.

21. Son frère s'appelait Jubal; et il fut le père de ceux qui jouent de la harpe et de l'orgue. *Il inventa ces instruments de musique, comme son frère avait inventé la manière de faire des tentes, et de conduire des troupeaux.*

22. Sella quoque genuit Tubalcain, qui fuit malleator et faber in cuncta opera æris et ferri. Soror vero Tubalcain, Noema.

22. Sella enfanta aussi Tubalcaïn, qui eut l'art de travailler avec le marteau, et qui fut habile en toutes sortes d'ouvrages d'airain et de fer. Noéma était la sœur de Tubalcaïn; *ce fut elle qui inventa la manière de filer et de faire de la toile et des étoffes de laine.*

(1) Bép. crit., tome IV, page 68 *et suiv.* — Bible vengée, tome II, page 8.

---

16. *Habitavit profugus in terra.* Hebr. est: *Habitavit in terra Nod.*

17. *Uxorem suam.* Filiam Adam, sororem suam. Initio enim mundi necesse fuit sorores fratribus nubere. Sane seu Asaa appellatam tradit D. Epiphanius, at D. Chrysostomus Ripham.—*Ædificavit.* Non jam, sed multis post annis, cum Cain plures genuisset filios et filias, nepotes et neptes, qui Henochiam replere possent. Ædificavit autem ex rudi materia, et fersrum metu.—*Henoch.* Non a se Cain nominavit, quia nomen ipsius omnibus invisum.

19. *Duas uxores.* Primus polygamus Lamech legem monogamiæ, latam Genes. 2. 24., violavit. Post diluvium cum vita hominum esset brevior, et solus Noe cum suis superesset, ne nimis lente propagarentur homines, indulsit Deus ut plures liceret habere uxores, quod Abraham etiam et Jacob, viri sanctissimi, fecerunt. Rursus Christus, Matth. 19. 6, polygamiam sustulit.

20. *Pater habitantium.* Hebræi vocabulo *patris* solent significare quemvis artium inventorem, vel excellentem magistrum.

Digitized by Google

23. Or Lamech *ayant commis un meurtre,* dit à ses femmes Ada et Sella, *qui en craignaient les suites :* Femmes de Lamech, entendez ma voix; écoutez ce que je vais vous dire : Si j'ai tué un homme, c'est parce qu'il m'a blessé; et un jeune homme, c'est parce qu'il m'a fait des meurtrissures (1).

23. Dixitque Lamech uxoribus suis Adæ et Sellæ : Audite vocem meam, uxores Lamech, auscultate sermonem meum : quoniam occidi virum in vulnus meum, et adolescentulum in livorem meum (2).

24. *Ainsi rassurez-vous, personne n'osera attenter à ma vie; car puisque, selon la parole du Seigneur même,* la mort de Caïn, *qui a tué son propre frère, et qui l'a tué par malice et par envie,* sera vengée sept fois, celle de Lamech, *qui n'a tué qu'un étranger, et même en se défendant, le serait* septante fois sept fois.

24. Septuplum ultio dabitur de Cain : de Lamech vero septuagies septies (3).

25. Adam, *après avoir pleuré la mort d'Abel, que sa vertu lui rendit très-sensible,* connut encore sa femme; et elle enfanta un fils qu'elle nomma Seth, en disant : Le Seigneur m'a donné un autre fils, au lieu d'Abel que Caïn a tué.

25. Cognovit quoque adhuc Adam uxorem suam : et peperit filium, vocavitque nomen ejus Seth, dicens : Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain.

(1) *Si j'ai tué,* etc. L'Ecriture ne nous apprend point quel fut le meurtre commis par Lamech, et tout ce qu'on peut dire à ce sujet n'est que conjecture. La tradition des Hébreux rapportée par Ménochius est peu vraisemblable. — (2) Rép. crit., tome IV, page 76. — (3) Rép. crit., tome IV, page 77 *et suiv.* — Bible vengée, tome II, page 12.

---

23. *Quoniam occidi virum.* Traditio Hebræorum est, quam Hieronymus non respuit, occidisse Lamech Cainum tritavum suum, quem, ab armigero adolescente indicatum, feram putaverat; quo errore cognito, dolorem cædis in adolescentem effudit, illo interempto. Hoc posito, sequentia facile expediuntur.—*Quoniam.* Non redditur ratio, sed simpliciter quid factum sit, narratur. — *Virum.* Cain. — *In vulnus meum.* Armigerum venationis comitem. — *In livorem meum.* — Ex livore contusionis ei meo verbere illato, e quo male curato mortuus.

24. *Septuplum ultio dabitur de Cain.* Quasi dicat : Scio mihi cædem illam non impune cessuram, quia Deus prædixit graviter puniendum Caini occisorem. Ex hoc potestis colligere (uxores meæ) gravius adhuc plectendum, qui, quod vos metuitis, me per injuriam interimeret. Nam Cain fratrem suum sponte occidit, nec pœnituit facti, et ideo dignissimus qui et ipse occideretur. Ego duos quidem occidi, sed avum invitus et ignarus, puerum illum nolens occidere, sed tantum castigare, quod me in fraudem induxisset, et utriusque facti me pœnitet; quare nemo me jam reum, sed pœnitentem si occidat, punietur ipse septuagies septies.—*Septuagies septies.* Multo gravius. Ad hunc locum respexit Christus, Matth. 18. 22 : *Non dico septies, sed septuagies septies.*

25. *Seth.* Quod proprie *positionem* seu *fundamentum* significat. Nomen hoc instinctu Dei indidit, tum quia futurus fundamentum civitatis Dei pro Abel; tum quia figura Christi, qui fundamentum Ecclesiæ vocatur. Isa. 28. 16, et I. Cor. 3. 11.

Digitized by Google

26. Sed et Seth natus est filius, quem vocavit Enos : iste cœpit invocare nomen Domini (1).

26. Il naquit aussi un fils à Seth, qu'il appela Énos. Celui-ci commença à invoquer le nom du Seigneur *par des sacrifices réglés, et à porter le nom d'enfant de Dieu, qui se conserva ensuite dans sa postérité.*

CHAPITRE V.

§ I. *Suite des enfants d'Adam jusqu'à Noé : leurs noms, et le nombre des années qu'ils ont vécu. Sainteté d'Hénoch; Dieu l'enlève de dessus la terre.*

1. Hic est liber generationis Adam. In die qua creavit Deus hominem, ad similitudinem Dei fecit illum.

1. Voici le dénombrement de la postérité d'Adam, *c'est-à-dire de ceux de ses enfants qui ont été les pères du Messie.* Au jour que Dieu créa l'homme, il le fit à sa ressemblance, *lui ayant donné une âme capable de le connaître et de l'aimer.*

2. Masculum et feminam creavit eos, et benedixit illis : et vocavit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt.

2. *Or sous ce nom d'homme il faut entendre l'homme et la femme; car* il les créa mâle et femelle ; il les bénit, et il leur donna le nom d'Adam, *c'est-à-dire terrestre,* au jour qu'ils furent créés, *pour marquer qu'ils avaient été tirés de la terre.*

3. Vixit autem Adam centum triginta annis: et genuit ad imaginem et similitudinem suam, vocavitque nomen ejus Seth (2).

3. Adam ayant vécu cent trente ans, engendra *un fils* à son image et à sa ressemblance, *c'est-à-dire homme et pécheur comme lui,* et il le nomma Seth.

4. Et facti sunt dies Adam, postquam genuit Seth, octingenti anni : genuitque filios et filias.

4. Après qu'Adam eut engendré Seth, il vécut huit cents ans. *Or avant la naissance de Seth,* et *après,* il engendra des fils et des filles.

5. Et factum est omne tempus

5. Et tout le temps de la vie d'Adam

(1) Rép. crit., tome IV, page 86. — (2) Bible vengée, tome II, page 16.

---

26. *Enos.* Significat hominem miserum, afflictum, ærumnosum. Noverat Seth hanc futuram suorum, nempe justorum, in hac vita conditionem. — *Iste cœpit invocare nomen Domini.* Sensus est, tunc temporis, auctore et suasore Enos, cœpisse homines passim, et publice certis cæremoniis, et conceptis precum formulis, Deum colere.

Cap. V.— 1. *Liber generationis.* Enarratio continuatæ prosapiæ Adami usque ad Noe.

2. *Vocavit nomen eorum Adam.* Hic *Adam* est nomen speciei, non individui; itaque etiam Evæ convenit.

3. *Ad imaginem et similitudinem.* Sibi per omnia similem, in natura, corpore humano, anima rationali, etc.

4. *Genuitque filios et filias.* Certum est ante Seth saltem unam filiam habuisse, Caini uxorem.

5. *Mortuus est.* Bene Ecclesiasticus 14. 12 : *Testamentum enim hujus*

Digitized by Google

fut de neuf cent trente ans, et *après cette longue vie, qui fut pour lui une longue pénitence,* il mourut.

6. Seth ayant aussi vécu cent cinq ans, engendra Enos.

7. Et après que Seth eut engendré Énos, il vécut huit cent sept ans, et il engendra des fils et des filles.

8. Et tout le temps de la vie de Seth ayant été de neuf cent douze ans, il mourut.

9. Énos ayant vécu quatre-vingt-dix ans, engendra Caïnan.

10. Depuis la naissance de Caïnan, il vécut huit cent quinze ans, et il engendra des fils et des filles.

11. Et tout le temps de la vie d'Énos ayant été de neuf cent cinq ans, il mourut.

12. Caïnan ayant aussi vécu soixante-dix ans, engendra Malaléel.

13. Et après avoir engendré Malaléel, il vécut huit cent quarante ans, et il engendra des fils et des filles.

14. Et tout le temps de la vie de Caïnan ayant été de neuf cent dix ans, il mourut.

15. Malaléel ayant vécu soixante-cinq ans, engendra Jared.

16. Après avoir engendré Jared, il vécut huit cent trente ans, et il engendra des fils et des filles.

17. Et tout le temps de la vie de Malaléel ayant été de huit cent quatre-vingt-quinze ans, il mourut.

18. Jared, ayant vécu cent soixante-deux ans, engendra Hénoch.

19. Après avoir engendré Hénoch, il vécut huit cents ans, et il engendra des fils et des filles.

20. Et tout le temps de la vie de Jared

quod vixit Adam, anni nongenti triginta, et mortuus est.

6. Vixit quoque Seth centum quinque annis, et genuit Enos.

7. Vixitque Seth, postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios et filias.

8. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, et mortuus est.

9. Vixit vero Enos nonaginta annis, et genuit Cainan.

10. Post cujus ortum vixit octingentis quindecim annis, et genuit filios et filias.

11. Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, et mortuus est.

12. Vixit quoque Cainan septuaginta annis, et genuit Malaleel.

13. Et vixit Cainan, postquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis, genuitque filios et filias.

14. Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, et mortuus est.

15. Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, et genuit Jared.

16. Et vixit Malaleel, postquam genuit Jared, octingentis triginta annis, et genuit filios et filias.

17. Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nonaginta quinque anni, et mortuus est.

18. Vixitque Jared centum sexaginta duobus annis, et genuit Henoch (1).

19. Et vixit Jared, postquam genuit Henoch, octingentis annis, et genuit filios et filias.

20. Et facti sunt omnes dies Ja-

(1) Rép. crit., tome II, page 65.

---

mundi : Morte morietur. Fuit autem illo ævo tam diuturna hominum vita, Dei voluntate et arcana cooperatione, ut homines citius propagarentur : contulit etiam bona corporis constitutio, victus temperantia, vigor terræ, cujus fructus eo tempore succulentiores, benignus siderum aspectus, et ratio tuendæ valetudinis Adamo sapientissimo perspecta, et aliis communicata; scivit enim herbarum ac stirpium vires, metallorum, etc.

Digitized by Google

red nongenti sexaginta duo anni, et mortuus est.

21. Porro Henoch vixit sexaginta quinque annis, et genuit Mathusalam.

22. Et ambulavit Henoch cum Deo; et vixit, postquam genuit Mathusalam, trecentis annis, et genuit filios et filias.

23. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni.

24. Ambulavitque cum Deo, et non apparuit: quia tulit eum Deus.

25. Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annis, et genuit Lamech.

26. Et vixit Mathusala, postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, et genuit filios et filias.

27. Et facti sunt omnes dies Mathusala nongenti sexaginta novem anni, et mortuus est.

28. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, et genuit filium:

29. Vocavitque nomen ejus Noe. dicens: Iste consolabitur nos ab operibus et laboribus manuum

ayant été de neuf cent soixante-deux ans, il mourut.

21. Or Hénoch ayant vécu soixante-cinq ans, engendra Mathusalem.

22. Hénoch marcha avec Dieu, *et lui fut très-agréable,* et après avoir engendré Mathusalem, il vécut trois cents ans, et il engendra des fils et des filles.

23. Et tout le temps que Hénoch vécut *sur la terre* fut de trois cent soixante-cinq ans.

24. *Pendant tout ce temps-là,* il marcha avec Dieu *dans une si parfaite obéissance à ses commandements et une si grande foi en ses promesses, que le Seigneur voulut le réserver pour prêcher la pénitence à la fin du monde, c'est pourquoi il le transféra dans le paradis,* et il ne parut plus *sur la terre,* parce Dieu l'enleva, *et le cacha aux yeux des hommes.*

25. Mathusalem ayant vécu cent quatre-vingt-sept ans, engendra Lamech.

26. Après avoir engendré Lamech, il vécut sept cent quatre-vingt-deux ans, et il engendra des fils et des filles.

27. Et tout le temps de la vie de Mathusalem ayant été de neuf cent soixante-neuf ans, il mourut.

28. Lamech ayant vécu cent quatre-vingt deux ans, engendra un fils

29. Qu'il nomma Noé, *c'est-à-dire repos,* en disant : Celui-ci *nous soulagera* parmi nos travaux et les œuvres de nos

---

22. *Ambulavit Henoch cum Deo.* Genus hoc dicendi significat vitam perfectam, et inculpatam, divinæ consentientem voluntati. LXX habent: *Placuit Deo.*

24. *Et non apparuit.* LXX: *Et non inventus est,* quod secutus D. Paulus, ad Hebr. 11. 5, habet: *Et non inveniebatur. — Quia tulit eum Deus.* In alium locum transtulit. *Henoch,* inquit D. Paulus loco citato, *translatus est ut non videret mortem.* Causa translationis habetur Sap. 40. 10, quia dilectus Deo, et vivebat inter malos bonus, ne malis moribus innocens contaminaretur. Locum in quem translatus est indicat Ecclesiasticus, c. 44. 16: *Henoch,* inquit, *placuit Deo, et translatus est in paradisum, ut det gentibus pœnitentiam.*

29. *Iste consolabitur nos.* Vox Noe quietem et consolationem significat. Noe autem quiescere fecit, et consolatus est homines, 1. quia omnia retro acta opera, scilicet peccata, quieverunt per Noe, qui ea obruit diluvio;

Digitized by Google

mains, *et il* nous consolera dans la terre que le Seigneur a maudite.

30. Lamech, après avoir engendré Noé, vécut cinq cent quatre-vinqt-quinze ans, et il engendra des fils et des filles.

31. Et tout le temps de la vie de Lamech ayant été de sept cent soixante-dix-sept ans, il mourut. Or Noé ayant cinq cents ans, engendra Sem, Cham et Japheth.

nostrarum, in terra cui maledixit Dominus.

30. Vixitque Lamech, postquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, et genuit filios et filias.

31. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni, et mortuus est. Noe vero cum quingentorum esset annorum, genuit Sem, Cham et Japheth (1).

CHAPITRE VI.

§ I. *Corruption générale des hommes. Dieu se repent de les avoir créés. Il prend la résolution de tout exterminer sur la terre.*

1. Après que les hommes eurent commencé à se multiplier sur la terre et qu'ils eurent engendré des filles,

2. Les enfants *de Seth, qui portaient le nom d'enfants* de Dieu, voyant que les

1. Cumque cœpissent homines multiplicari super terram, et filias procreassent,

2. Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, acce-

(1) Bible vengée, tome II, page 26.

---

2. quia aratrum et alia instrumenta agriculturæ arcemque faciliorem colendi agros invenit; 3. quia propter sanctitatem et sacrificium Noe, post diluvium Deus benedixit terræ, cap. 8. 21, et 9. 1; quo factum est ut terra sic benedicta minore labore mortalium fructus daret; 4. quia inventor vini fuit, quod corda lætificat et consolatur; 5. quia mundi post diluvium reparator, qui etiam mundo Deum, ejusque beneficentiam, conciliavit, ex quo etiam Messias nasciturus, qui est quies et consolatio nostra.

31. *Cum quingentorum esset annorum.* Non est credibile Noe usque ad annum 500 abstinuisse conjugio. Ergo alios ante Sem, Cham et Japheth, genuit filios, qui mortui sunt ante diluvium. Post annum ergo 500, Noe genuit, id est generare cœpit Sem, Cham et Japheth successive; nec enim eodem anno hi tres simul geniti sunt.

CAP. VI. — 1. *Cumque cœpissent homines multiplicari.* Prius etiam cœperant multiplicari, sed nunc loquitur de multiplicatione in immensam multitudinem, cum qua pari passu nequitia, et morum pravitas gliscebat. — *Filias procreassent.* Ante etiam natæ filiæ, sed nunc plures masculis, vel quod profusa libidine vis generatrix esset debilitata, vel quod medicamentis id curarent ut singuli pluribus feminis fruerentur, vel demum divino consilio ad celeriorem et uberiorem humani generis proventum. Nec deest qui suspicetur ironice etiam masculos hic filias vocari, quod effeminati essent, et animis muliebribus.

2. *Filii Dei filias hominum.* Posteris Seth nomen filiorum Dei adhæsit propter illorum sanctitatem, religionem ac justitiam, aliarumque virtutum, quasi splendentem in eis Dei imaginem. Cainitæ dicuntur filii hominum, quia

Digitized by Google

perunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant (1).

filles des hommes, *c'est-à-dire des descendants de Caïn,* étaient belles, prirent pour leur femmes celles d'entre elles qui leur avaient plu.

3. Dixitque Deus : Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est : eruntque dies illius centum viginti annorum (2).

3. Et *ces alliances ayant causé une corruption générale,* Dieu dit : Mon esprit ne demeurera pas pour toujours avec l'homme, parce qu'il *n'est que* chair, et *qu'il n'a que des inclinations charnelles : ainsi* le temps *de la vie* de l'homme *ne* sera *plus que* de six-vingt ans, *après lesquels je ferai périr tous les hommes.*

4. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. Postquam enim ingressi sunt filii Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes a sæculo viri famosi (3).

5. Or *ce qui obligea le Seigneur de prononcer cet arrêt, c'est qu'*il y avait en ce temps-là sur la terre des *hommes d'une grandeur extraordinaire, et d'une extrême arrogance, qu'on appelait* géants : car depuis que les enfants de Dieu eurent épousé les filles des hommes, il en sortit des enfants qui furent des hommes puissants et fameux dans le siècle, *où ils exerçaient leur tyrannie et leur cruauté, et où ils répandaient partout la corruption et l'impiété.*

5. Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in

5. Dieu donc voyant que la malice des hommes qui vivaient sur la terre était

(1) Bible vengée, tome II, page 19 *et suiv.* — Livres saints vengés, tome I, page 239. — (2) Bible vengée, tome II, page 26. — (3) Livres saints vengés, tome I, page 245.

---

terrena tantum sapiebant. — *Pulchræ.* Hebr. *bonæ.* Notat D. Aug., l. 15. de Civ. c. 23, in sacra Scriptura bonos solere vocari eos qui speciosi corpore sunt.

3. *Spiritus meus.* Spiraculum vitæ quod illis inspiravi. — *In homine.* In hominibus istis, ut habent LXX : singulare pro plurali. — *In æternum.* Tam longo tempore quam permisi majores illorum vivere. — *Quia caro est.* Non natura, sed culpa; et, vitæ instituto, perinde vivunt ac si mens illis non ut rectrix, sed pro sale, ne putrescant, data esset. — *Eruntque dies illius.* Non loquitur de termino vitæ in communi hominum postea nasciturorum (quorum multi hunc terminum prætergressi), sed de termino vitæ perversi illius sæculi hominum pessimorum, quos diluvio delere statuerat, quibus tamen ad pœnitentiam tam laxum spatium largiebatur centum et viginti annorum.

4. *Gigantes.* Vasti ac proceri homines, et virium fiducia in alios violenti; itaque Aquila vertit οἱ βιαῖοι, *violenti.* — *Postquam enim.* Ratio cur gigantes geniti. Filii Seth, qui vocantur filii Dei, integerrimis erant viribus : hi filias Cain duxerunt uxores, eisque, ut pulcherrimis, summo amore et ardore libidinis agglutinati sunt. Fecit autem libido ut natura omnem suam vim et potentiæ extremum exereret : hinc homines vastissimi et validissimi prognati sunt. — *Isti sunt potentes.* Viribus corporis, scelere, etiam et flagitiis nobiles. — *A sæculo.* Ab initio mundi.

5. *Multa malitia.* Continua, varia, vehementer et late diffusa. — *Intenta*

Digitized by Google

extrême, et que toutes les pensées de leur cœur étaient en tout temps appliquées au mal,

terra, et cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore,

6. Il se repentit d'avoir fait l'homme sur la terre : *c'est-à-dire que, sans changer en lui-même, il agit au dehors comme se repentant véritablement;* et, *paraissant* touché de douleur jusqu'au fond du cœur,

6. Pœnituit eum quod hominem fecisset in terra. Et tactus dolore cordis intrinsecus (1) :

7. Il dit : J'exterminerai de dessus la terre l'homme que j'ai créé; *j'exterminerai tout ce qui a vie sur la terre*, depuis l'homme jusqu'aux animaux, depuis tout ce qui rampe sur la terre, jusqu'aux oiseaux du ciel : car je me repens de les avoir faits, *en voyant que l'homme, pour qui je les ai créés, ne cesse point de m'irriter, et de s'en servir pour m'offenser.*

7. Delebo, inquit, hominem quem creavi, a facie terræ, ab homine usque ad animantia, a reptili usque ad volucres cœli : pœnitet enim me fecisse eos (2) :

§ II. *Noé trouve grâce devant le Seigneur ; il reçoit ordre de bâtir une arche pour s'y sauver avec sa famille, et d'y faire entrer deux animaux de chaque espèce. Noé fait tout ce que Dieu lui avait commandé.*

8. Mais Noé, *n'étant pas criminel comme les autres hommes*, trouva grâce devant le Seigneur, *et fut sauvé avec ses enfants.*

8. Noe vero invenit gratiam coram Domino.

9. *Or* voici les enfants qu'engendra Noé, *et qui furent sauvés avec lui : car* Noé fut un homme juste et parfait au milieu des hommes de son temps; il marcha avec *fidélité en la présence de* Dieu *dans tous les différents âges de sa vie.*

9. Hæ sunt generationes Noe : Noe vir justus atque perfectus fuit in generationibus suis, cum Deo ambulavit.

10. Et il engendra trois fils, Sem, Cham et Japheth.

10. Et genuit tres filios, Sem, Cham et Japheth.

(1) Bible vengée, tome II page 30. — (2) Bible vengée, tome II, page 81.

---

esset ad malum. In hebræo est : *Tantum intenta esset ad malum,* quod verum est de hominibus pessimis illius ævi : vel etiam est hyperbole, ut cum de peccatore, qui tamen aliquando bona aliqua facit aut cogitat, dicimus, v.g. Hic homo nihil cogitat nisi de ventre.

6. *Pœnituit eum.* Sine pœnitentia sunt dona Dei : sed ita loquitur Scriptura per anthropopathiam.

8. *Invenit gratiam.* Notus hebraismus, pro acceptior et gratior fuit Deo quam cæteri.

9. *Justus atque perfectus.* Perfectione non patriæ, sed viæ, quæ excludit omne peccatum, non veniale, sed mortale, quæque in assiduo studio, et profectu virtutum consistit. — *In generationibus suis.* Inter homines sui ævi, adeoque præ omnibus hominibus, qui tunc vivebant. Aliqui *in generationibus* explicant, in actionibus suis; hæ enim sunt quasi liberi quos parit homo totius vitæ suæ spatio et decursu. — *Cum Deo ambulavit.* Ut Henoch, de quo c. 5. 22.

Digitized by Google

11. Corrupta est autem terra coram Deo, et repleta est iniquitate.

11. Or la terre était corrompue devant Dieu, et remplie d'iniquité.

12. Cumque vidisset Deus terram esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram),

12. Dieu voyant donc cette corruption *générale* de la terre (car la vie que tous les hommes y menaient était toute corrompue),

13. Dixit ad Noe : Finis universæ carnis venit coram me : repleta est terra iniquitate a facie eorum, et ego disperdam eos cum terra.

13. Il dit à Noé : J'ai résolu de faire périr tous les hommes; ils ont rempli toute la terre d'iniquité, et je les exterminerai avec *tout ce qui vit sur* la terre. *Mais pour vous, j'ai résolu de vous sauver.*

14. Fac tibi arcam de lignis lævigatis : mansiunculas in arca facies, et bitumine linies intrinsecus et extrinsecus (1).

14. *C'est pourquoi* faites-vous *un grand vaisseau de la figure d'*une arche, *ou d'un grand coffre, tout plat par-dessus, composé* de pièces de bois aplanies *de tous côtés, et exactement jointes ensemble :* vous y ferez de petites chambres; et vous l'enduirez de bitume dedans et dehors, *pour la rendre impénétrable à l'eau et aux vers, et pour empêcher par son odeur forte la mauvaise odeur de tout ce qui y sera renfermé.*

15. Et sic facies eam : trecentorum cubitorum erit longitudo

15. Voici la forme que vous lui donnerez : sa longueur sera de trois cents

(1) Rép. crit., tome I, page 13.— Histoire véritable des temps fabuleux, tome I, page 243. — Les livres saints vengés, tome I, page 253.

---

11. *Corrupta est autem terra.* Metonymia, pro, habitatores terræ.— *Coram Deo.* Vere.— *Iniquitate.* Fraude, calumniis, violentia.

12. *Omnis quippe caro.* Omnes homines. Sic dicitur Isa. 40. 5 : *Videbit omnis caro pariter.* — *Viam suam.* Suam vivendi rationem, quæ ductum sequi debet rationis et divinæ legis imperium.

13. *Finis universæ carnis venit coram me.* Instat dies decreta a me excidio hominum et animalium.

14. *Arcam.* Ipso nomine hebræo תבה *theba* significatur arcæ forma, non navigii in morem, sed capsæ supra et infra latæ, et infra quidem non concameratæ, sed æqualis et planæ.— *De lignis lævigatis.* Hebr. de lignis *gopher,* quod LXX verterunt, *quadratis,* Noster *lævigatis,* id est dolatis et politis ad aptiorem firmioremque compaginem. Alii vertunt, *de lignis Cedar ;* nam cedrus in Syria frequens, et longissimas dat tabulas, et incorruptibiles, et ex cedro factam arcam docent aliqui Patres. D. Hieronymus vertit, *ex lignis bituminatis,* id est bituminosis et resinosis, vel bitumine illitis, vel liniendis : pinus autem et cedrus sunt resiniferæ.— *Mansiunculas in arca facies.* Hebraice : *Nidos facies arcam.* Sic etiam LXX, eo quod in arca stabula parva, seu mansiunculæ instar nidulorum : has jubet per totam arcam fabricari varie, juxta singulorum animantium necessitatem, non pro solis avibus : ideo non vertit, nidulos. — *Bitumine.* Quod picis vicem implet, et odoratum etiam est; ideoque opportune adhibitum (ut etiam cedrinæ tabulæ et trabes), nam in arca graveolentia ex fimo animalium anguste habitantium.

15. *Trecentorum cubitorum.* Cubitus continet pedem cum dimidio : arcæ

Digitized by Google

coudées, sa largeur de cinquante, et sa hauteur de trente.

16. Vous ferez à l'arche, *immédiatement au-dessus du toit*, une *ouverture en forme de* fenêtre *pour y donner de l'air et du jour ;* et vous lui donnerez une coudée de hauteur, *aussi bien qu'au comble du toit de l'arche, qui sera en pente, pour faire écouler les eaux.* Vous mettrez aussi la porte de l'arche au côté *ou à l'un des bouts :* et vous y ferez un étage tout en bas, un *autre* au milieu, et un troisième *plus haut, dans lesquels vous pratiquerez diverses chambres pour les diverses espèces d'animaux que j'y veux conserver.*

17. *Car* je m'en vais répandre les eaux du déluge sur la terre, pour faire mourir toute chair qui respire, et qui est vivante sous le ciel; *en sorte que* tout ce qui est sur la terre sera consumé.

18. *Mais* j'établirai mon alliance avec vous; *je vous prendrai sous ma protection;* et vous entrerez dans l'arche, vous et vos fils, votre femme, et les femmes de vos fils avec vous.

19. Vous ferez aussi entrer dans l'arche

arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, et triginta cubitorum altitudo illius.

16. Fenestram in arcâ facies, et in cubito consummabis summitatem ejus : ostium autem arcæ pones ex latere; deorsum, cœnacula, et tristega facies in eâ.

17. Ecce ego adducam aquas diluvii super terram, ut interficiam omnem carnem, in qua spiritus vitæ est subter cœlum : universa quæ in terra sunt consumentur.

18. Ponamque fœdus meum tecum : et ingredieris arcam tu, et filii tui, uxor tua, et uxores filiorum tuorum tecum.

19. Et ex cunctis animantibus

---

longitudo decupla erat ad ejus altitudinem et profunditatem, totaque capacitas fuit cubitorum solidorum 450 millium.

16. *Fenestram.* Præcipuam unam, grandiorem, et pellucidam ex vitro, crystallo, vel lapide speculari, quod hebraica vox indicat צֹהַר *tsohar*, et græcum διαφανῆς, ut vertit Symmachus. Hæc major fenestra nihil prohibet alias etiam minores fuisse. — *Et in cubito consummabis summitatem ejus.* Quasi dicat : Altitudinem ejus, puta fenestræ, facies unius cubiti; vel sensus est : Mensuram cubiti semper ad manum habe et adhibe, donec arcam consummaveris, et perfeceris omnia ad præscriptum modulum, et mensuram cubitorum præscriptorum exigendo. Alii : Tectum arcæ ab extremitatibus medium versus paulum admodum assurgat, ita ut tota declivitas a medio ad crepidinem unius tantum sit cubiti. — *Deorsum, cœnacula, et tristega facies in ea.* Deorsum significat infimum tabulatum arcæ : cœnacula, tabulatum medium : tristega, id est, juxta græcæ vocis vim, tertium tectum, tabulatum tertium. Videtur habuisse arca tres contignationes, et partem imam, in qua fuerit saburra et sentina : super hanc, in secunda, erant animalia per cellas distributa; in tertia erat annona, in quarta aves et homines.

18. *Ponamque fœdus meum tecum.* Nempe iridem, vel potius : Paciscar tecum tuam et tuorum incolumitatem. Hebr. *surgere faciam*, id est stabiliam, opere complebo fœdus, nempe quod tecum de tua tuorumque salute, quos diluvio eripiam, jam pepigi. Quando fuit fœdus hoc? Non omnia referuntur. Noster textus loquitur de pacto, quasi de re futura; Hebræus, quasi de pacto jam facto, quod firmum fore pollicetur, et in opus conferendum.

19. *Ex cunctis animantibus.... bina.* Sermo est de terrestribus, quorum

Digitized by Google

universæ carnis bina induces in arcam, ut vivant tecum: masculini sexûs et feminini.

20. De volucribus juxta genus suum, et de jumentis in genere suo, et ex omni reptili terræ secundum genus suum : bina de omnibus ingredientur tecum, ut possint vivere.

21. Tolles igitur tecum ex omnibus escis quæ mandi possunt, et comportabis apud te : et erunt tam tibi quam illis in cibum.

22. Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus (1).

deux de chaque espèce de tous les animaux, mâle et femelle, afin qu'ils y vivent, *et qu'il s'y conservent*, avec vous.

20. De chaque espèce des oiseaux, vous en prendrez deux; de chaque espèce des animaux *terrestres*, deux; de chaque espèce de ce qui rampe sur la terre, deux; *en un mot*, deux de toute espèce entreront avec vous dans l'arche, afin qu'ils puissent vivre, *et s'y conserver, pour repeupler la terre.*

21. Vous prendrez aussi avec vous de tout ce qui peut se manger, et vous le porterez dans l'arche pour servir à votre nourriture et à celle de tous les animaux *qui y seront avec vous.*

22. Noé accomplit donc tout ce que Dieu lui avait commandé : *il bâtit l'arche sur le modèle que Dieu même lui en avait donné, et il employa plus de cent ans à achever cet ouvrage; Dieu l'ordonnant ainsi, afin que tous les hommes fussent avertis des maux dont ils étaient menacés, et qu'ils eussent le temps de les prévenir, en pensant sérieusement à se convertir.*

CHAPITRE VII.

§ I. *Noé entre dans l'arche avec toute sa famille, et y fait entrer de toutes les espèces d'animaux* (2).

1. Dixitque Dominus ad eum: Ingredere tu, et omnis domus tua, in arcam : te enim vidi justum coram me in generatione hac.

1. Le Seigneur dit ensuite à Noé : Entrez dans l'arche, vous, et toute votre maison, *que je veux sauver avec vous*, parce qu'entre tous ceux qui vivent aujourd'hui sur la terre, j'ai reconnu que vous seul étiez juste devant moi.

(1) Bible vengée, tome II, page 32. — (2) Bible vengée, tome II, page 32. — Rép. crit., tome I, page 13.

---

etiam aliqua natura fera, tamen Noe, ut olim, Adamo obedientia, et cum cæteris animalibus socialiter vixerunt in arca, nemini infesta. Quæ ex putri gignuntur, aut quæ ex specierum variarum commixtione, non sunt in arcam inducta. Amphibiis, quæ diu terra carere non possunt, locus in arca assignatus.

20. *Ingredientur tecum.* Venient ad te, scilicet sponte sua, Dei instinctu, vel angelorum impulsu.

21. *Ex omnibus escis quæ mandi possunt.* Hebr. *Ex omni cibo qui comedi solet;* puta tam ab homine quam a bestiis. Itaque feræ carnivoræ etiam in arca carnes in cibum habuerunt.

Digitized by Google

2. Prenez sept mâles et sept femelles de tous les animaux *que vous savez être* purs, et deux mâles et deux femelles des animaux impurs.

3. Prenez aussi sept mâles et sept femelles de tous les oiseaux du ciel; *faites-les entrer avec vous dans l'arche*, afin d'en conserver la race dessus la face de la terre : *et faites au plus tôt ce que je vous ai commandé.*

4. Car je n'attendrai plus que sept jours, et après cela je ferai pleuvoir sur la terre *durant* quarante jours et quarante nuits, et j'exterminerai de dessus la terre toutes les créatures que j'ai faites.

5. Noé fit donc tout ce que le Seigneur lui avait commandé.

6. Il avait six cents ans lorsque les eaux du déluge inondèrent *toute* la terre.

7. *Avant qu'elles eussent commencé à tomber,* Noé entra dans l'arche, et avec lui ses fils, sa femme et les femmes de ses fils, pour *éviter* les eaux du déluge.

8. Les animaux purs et impurs, avec tout ce qui se meut sur la terre,

9. Entrèrent aussi dans l'arche avec Noé, deux à deux, mâle et femelle, selon que le Seigneur l'avait commandé à Noé.

10. Après donc que les sept jours *que le*

2. Ex omnibus animantibus mundis tolle septena et septena, masculum et feminam : de animantibus vero immundis duo et duo, masculum et feminam.

3. Sed et de volatilibus cœli septena et septena, masculum et feminam : ut salvetur semen super faciem universæ terræ.

4. Adhuc enim, et post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus : et delebo omnem substantiam quam feci de superficie terræ.

5. Fecit ergo Noe omnia quæ mandaverat ei Dominus.

6. Eratque sexcentorum annorum quando diluvii aquæ inundaverunt super terram.

7. Et ingressus est Noe, et filii ejus, uxor ejus, et uxores filiorum ejus cum eo in arcam, propter aquas diluvii.

8. De animantibus quoque mundis et immundis, et de volucribus, et ex omni quod movetur super terram,

9. Duo et duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus et femina, sicut præceperat Dominus Noe.

10. Cumque transissent septem

Cap. VII. — 2. *Septena et septena.* De speciebus mundis septem, non quatuordecim; de immundis duo, non quatuor : scilicet de illis quatuor masculos, et tres feminas; de his duntaxat masculum et feminam. De mundis par unum inductum est ad speciei conservationem, alterum ad sacrificium, tertium ad esum post diluvium : denique septimus mas pro sacrificio offerendo statim a diluvio, c. 8. 20. — *De animantibus vero immundis.* Non ex lege Mosis, quæ nondum lata erat, sed de iis quæ ad esum vel ad sacrificia majorum traditione inepta habebantur.

3. *Ut salvetur.* Ut cunctarum specierum seminarium supersit.

4. *Adhuc enim, et post dies septem.* Hi septem dies, supra præscripti temporis spatium, additi, ut extrema saltem hac dierum hebdomada homines pœniteret, et moverentur exemplo Noe qui verba non audierant.—*Ego pluam.* Videtur habere emphasim, quasi dicat : Non siderum vi aliqua, aut ex causis naturalibus, sed absoluta mea potentia et voluntate.

9. *Duo et duo.* Id est per paria, seu bina.

Digitized by Google

dies, aquæ diluvii inundaverunt super terram.

Seigneur avait dits furent passés, les eaux du déluge se répandirent sur *toute* la terre.

§ II. *Il pleut sur la terre pendant quarante jours et quarante nuits. L'eau couvre les plus hautes montagnes pendant cent cinquante jours, et tout meurt sur la terre.*

L'AN DU MONDE 1656. — AVANT J.-C. 2348.

11. Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, et cataractæ cœli apertæ sunt:

11. L'année six cent de la vie de Noé, le dix-septième jour du second mois de la même année, *qui commençait alors au mois d'octobre*, les sources du grand abîme des eaux *où Dieu avait renfermé celles qui couvraient la terre au commencement du monde*, furent rompues, et les cataractes du ciel, *où il avait mis comme en réserve les eaux qui étaient au-dessus du firmament*, furent ouvertes.

12. Et facta est pluvia super terram quadraginta diebus et quadraginta noctibus (1).

12. Et la pluie tomba sur la terre pendant quarante jours et quarante nuits.

13. In articulo diei illius ingressus est Noe, et Sem, et Cham, et, Japheth, filii ejus; uxor illius, et tres uxores filiorum ejus cum eis, in arcam:

13. Aussitôt *donc* que ce *septième* jour parut, Noé entra dans l'arche avec ses fils, Sem, Cham et Japheth, sa femme et les trois femmes de ses fils.

14. Ipsi et omne animal secundum genus suum, universaque jumenta in genere suo, et omne quod movetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundum genus suum, universæ aves, omnesque volucres.

14. Et tous les animaux *sauvages*, selon leur espèce, y entrèrent aussi avec eux; tous les animaux *domestiques*, selon leur espèce; tout ce qui se meut sur la terre, selon leur espèce; tout ce qui vole, chacun selon son espèce; tous les oiseaux, et tout ce qui s'élève dans l'air :

(1) Rép. crit., tome II, page 15.

---

11. *Mense secundo.* Qui hebraice dicitur *iiar*, et fere respondet nostro maio, saltem quoad posteriorem sui partem. — *Rupti sunt.* Vi aquarum disrupti, vel aperti sunt a quis ita exundantibus, ut omnia repagula fracta viderentur. — *Omnes fontes abyssi magnæ.* Omnes scaturigines abyssorum multarum; nam sub terra sunt multæ abyssi, id est voragines et conceptacula aquarum. Vocantur autem una abyssus, quia aquæ illæ inter se per venas, saltem aliquas, communicant. * Vide Senecam, Naturalium Quæstionum lib. 3. c. 5. et c. 30. *Cataractæ cœli apertæ sunt.* Sacra Scriptura dicit cœlum aperiri quando pluit, claudi quando negat imbrem. Luc. 4. 25 : *In diebus Eliæ quando clausum est cœlum.* Sensus ergo est, a media regione aeris, quam cœlum vocat, tanto impetu vis aquarum maxima in terras effusa est, ut aquæ, quasi subductis cataractis, in fluviorum morem descendere viderentur.

23. *Ingressus est.* Ultimate scilicet et complete.

14. *Universæ aves, omnesque volucres.* Aves sunt quæ pennas habent; volucres, quæ alas sine pennis instructas, sive ex membranis formatas, ut vespertilio.

Digitized by Google

15. *Tous ces animaux* entrèrent avec Noé dans l'arche, deux à deux, mâle et femelle, de toute chair vivante et animée.

16. Ceux qui entrèrent étaient donc mâles et femelles et de toute espèce, selon que Dieu l'avait commandé à Noé; et le Seigneur l'y enferma par dehors.

17. Le déluge se répandit sur la terre pendant quarante jours; et les eaux, s'étant accrues, élevèrent l'arche en haut au-dessus de la terre.

18. Elles inondèrent tout, et couvrirent toute la surface de la terre : mais l'arche était portée sur les eaux.

19. Les eaux crûrent et grossirent prodigieusement au-dessus de la terre, et toutes les plus hautes montagnes qui sont sous le ciel furent couvertes.

20. L'eau ayant gagné le sommet des montagnes, s'éleva encore de quinze coudées plus haut.

21. Toute chair qui se meut sur la terre, en fut consumée, tous les oiseaux, tous les animaux, toutes les bêtes, et tout ce qui rampe sur la terre,

22. Tous les hommes moururent, et généralement tout ce qui a vie et qui respire sur la terrre *et sous le ciel.*

23. Toutes les créatures qui étaient sur la terre, depuis l'homme jusqu'aux bêtes, tant celles qui rampent que celles qui volent dans l'air, tout périt : il ne demeura que Noé seul, et ceux qui étaient avec lui dans l'arche.

24. Et les eaux couvrirent toute la terre pendant cent cinquante jours.

15. Ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina et bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ.

16. Et quæ ingressa sunt, masculus et femina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus : et inclusit eum Dominus deforis.

17. Factumque est diluvium quadraginta diebus super terram : et multiplicatæ sunt aquæ, et elevaverunt arcam in sublime a terra.

18. Vehementer enim inundaverunt : et omnia repleverunt in superficie terræ : porro arca ferebatur super aquas.

19. Et aquæ prævaluerunt nimis super terram : opertique sunt omnes montes excelsi sub universo cœlo.

20. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes, quos operuerat.

21. Consumptaque est omnis caro quæ movebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium quæ reptant super terram : universi homines,

22. Et cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt.

23. Et delevit omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine usque ad pecus, tam reptile quam volucres cœli : et deleta sunt de terra : remansit autem solus Noe, et qui cum eo erant in arca.

24. Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

---

16. *Inclusit eum Dominus deforis.* Extrinsecus ostium arcæ contra aquas, quod Noe arca inclusus facere non poterat, unde Hebræa habent : *Clausit Dominus pro eo.*

19. *Aquæ prævaluerunt.* Ita ut domos, urbes, etc. obruerent et solo sternerent.

20. *Quindecim cubitis.* Mensura idonea, ut nec gigantes nec ullum animal in vertice montium servari posset, utque vasta arcæ moles inoffensa in aquis fluitaret.

Digitized by Google

CHAPITRE VIII.

§ I. *Dieu se souvient de Noé et de tous les animaux qui étaient avec lui dans l'arche. Les eaux diminuent peu à peu. Noé envoie un corbeau, puis une colombe, reconnaître si la terre était sèche* (1).

1. Reccordatus autem Deus Noe, cunctorumque animantium, et omnium jumentorum quæ erant cum eo in arcâ, adduxit spiritum super terram, et imminutæ sunt aquæ.

2. Et clausi sunt fontes abyssi, et cataractæ cœli, et prohibitæ sunt pluviæ de cœlo.

3. Reversæque sunt aquæ de terrâ euntes et redeuntes : et cœperunt minui post centum quinquaginta dies.

4. Requievitque arca mense septimo, vigesimo septimo die mensis, super montes Armeniæ.

5. At vero aquæ ibant et decrescebant usque ad decimum

1. Mais Dieu, s'étant souvenu de Noé, de toutes les bêtes *sauvages*, et de tous les animaux *domestiques* qui étaient avec lui dans l'arche, fit souffler un vent sur la terre, et les eaux commencèrent à diminuer.

2. Les sources de l'abîme furent fermées, aussi bien que les cataractes du ciel; *en sorte que les eaux de la mer qui se répandaient sur la terre*, et les pluies qui tombaient du ciel, furent arrêtées.

3. Les eaux étant agitées de côté et d'autre, *par la violence de ce vent*, se retirèrent, et commencèrent à diminuer après cent cinquante jours.

4. Et le vingt-septième jour du septième mois, l'arche se reposa sur les montagnes d'Arménie.

5. Cependant les eaux allaient toujours en diminuant jusqu'au dixième mois, au

(1) Bible vengée, note XXXII.

Cap. VIII. 1. *Adduxit spiritum.* Ventum vehementem, pollentem vi ad disjiciendum exsiccandumque, quem sacra Scriptura solet vocare urentem. Exod. 14. 21. *Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi, et urente tota nocte, et vertit in siccum.* Tribuitur ista potestas aquilonibus. Prov. 25. 23 : *Ventus aquilo dissipat pluvias.*

2. *Clausi sunt fontes.* Desierunt erumpere illi nimirum, qui ad vindictam fuerant reclusi : non autem qui ad terræ irrigationem et potum animalium desiderabantur. Sed cataractæ cœli omnes clausæ, ut sudum cœlum, et serenum esset.

3. *Euntes et redeuntes.* Fluctuantes, et huc illuc dilabentes, et ad subterraneam abyssum se recipientes. — *Cœperunt minui.* In fine centum et quinquaginta dierum adeo notanter imminutæ sunt, ut intuentibus palam esset illas decrescere et deficere.

4. *Requievitque arca.* Jam circa montium capita deficiente aqua, immota arca consedit. — *Mense septimo.* Non ab initio diluvii, sed anni, ut patet ex versu 13 et seq. hujus capitis. — *Super montes Armeniæ.* Hebraice est, *montes Ararat*, quod Chaldæus vertit, *montes Gordis*, quos Josephus et Curtius *Cordiæos* vocant, et juxta quorumdam sententiam, sunt pars montis Tauri.

5. *Ad decimum mensem.* Non a cœpto diluvio, sed ab anno 600 vitæ Noe, ut patet cap. præcedenti, vers. 11, et hic vers. 13, 14. — *Apparuerunt cacu-*

Digitized by Google

premier jour duquel le sommet des montagnes commença à paraître.

6. Quarante jours s'étant *encore* passés, Noé ouvrit la fenêtre qu'il avait faite dans l'arche, et laissa aller un corbeau,

7. Qui, étant sorti, ne revint plus, *et demeura ainsi seul au dehors, volant de tous cotés*, jusqu'à ce que les eaux de la terre furent séchées, *et qu'il eût été rejoint par les autres animaux.*

8. Il envoya aussi une colombe après le corbeau, pour voir si les eaux avaient cessé de couvrir la terre.

9. Mais la colombe n'ayant pu trouver *de lieu sec* où mettre le pied, parce que *les montagnes d'où l'eau s'était retirée étaient couvertes de boue, et que* la terre était *encore* toute couverte d'eau, elle revint à lui; et Noé, étendant la main, la prit et la remit dans l'arche.

10. Il attendit encore sept autres jours, et il envoya de nouveau la colombe hors de l'arche.

11. Elle revint à lui sur le soir, portant dans son bec un rameau d'olivier, dont les feuilles étaient toutes vertes. Noé reconnut donc que les eaux s'étaient retirées de dessus la terre.

mensem : decimo enim mense, primâ die mensis, apparuerunt cacumina montium.

6. Cumque transissent quadraginta dies, aperiens Noe fenestram arcæ, quam fecerat, dimisit corvum (1) :

7. Qui egrediebatur, et non revertebatur donec siccarentur aquæ super terram.

8. Emisit quoque columbam post eum, ut videret si jam cessassent aquæ super faciem terræ.

9. Quæ cum non invenisset ubi requiesceret pes ejus, reversa est ad eum in arcam : aquæ enim erant super universam terram : extenditque manum, et apprehensam intulit in arcam.

10. Expectatis autem ultra septem diebus aliis, rursum dimisit columbam ex arcâ.

11. At illa venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ virentibus foliis in ore suo. Intellexit ergo Noe quod cessâssent aquæ super terram (2).

(1) Rép. crit., tome I, page 23. — (2) Bible vengée, note XXXIV. — Rép. crit., tome I, page 23.

---

mina. Prius arca cedit in montibus suo pondere depressa, quam montium cacumina aquis decrescentibus existerent.

7. *Egrediebatur et non revertebatur.* In hebræo est : *Corvus egrediebatur et revertebatur;* sensus est, corvum reversum a cadaveribus ad arcæ culmen, non autem ad Noe; vel egrediebatur et revertebatur ad loca in quibus degere prius consueverat, jam liber revolans, quo libuit. Aliqui ad verbum ex hebræo : *Corvus egressus est egrediendo, et recedendo, donec siccarentur aquæ super terram,* et sententia est, egressum, et magis semper magisque recessisse, quod expressit noster interpres cum dixit, *et non revertebatur,* hoc est, porro semper recedendo pergebat. * In montibus quamvis humentibus cadavera inveniebat, quibus pascebatur. — *Donec siccarentur aquæ.* Non significarentur siccatis aquis corvum reversum; est Scripturæ phrasis sic; Matth. 1. vers. ult. dicitur : *Non cognoscebat eam, donec peperit.*

9. *Ubi requiesceret.* Quia omnia adhuc limo erant obsita. — *Super universam terram.* Exstabant cacumina montium : campestria, et planities obrutæ erant aquis.

11. *Ad vesperam.* Tota pasta die ad comparem in hospitium notum redit, nocturno frigore vitando. — *Ramum.* LXX *folium,* rami surculum supremum tenuiorem, quem scilicet columba rostro potuerit defringere.

Digitized by Google

12. Expectavitque nihilominus septem alios dies : et emisit columbam, quæ non est reversa ultra ad eum (1).

12. Il attendit encore néanmoins sept autres jours, *pour donner le temps à la terre de se sécher entièrement;* et il envoya la colombe, qui ne revint plus à lui, *ayant trouvé la terre sèche et en état d'être habitée.*

13. Igitur sexcentesimo primo anno, primo mense, primâ die mensis, imminutæ sunt aquæ super terram : et aperiens Noe tectum arcæ, aspexit, viditque quod exsiccata esset superficies terræ.

13. Ainsi l'an de Noé six cent un, au premier jour du premier mois, les eaux qui étaient sur la terre se retirèrent entièrement; et Noé ouvrant le toit de l'arche, et regardant de là, il vit que la surface de la terre était sèche : *cependant il demeura dans l'arche, attendant l'ordre de Dieu pour en sortir.*

§ II. *Noé sort de l'arche par l'ordre de Dieu. Il lui offre des sacrifices qui lui sont agréables.*

L'AN DU MONDE 1657. — AVANT J.-C. 2347.

14. Mense secundo, septimo et vigesimo die mensis, arefacta est terra.

14. *Mais* le vingt-septième du second mois *de l'année d'après qu'il y fut entré,* la terre fut *toute* sèche, *et en état d'être habitée.*

15. Locutus est autem Deus ad Noe, dicens :

15. Alors Dieu parla à Noé, et lui dit :

16. Egredere de arcâ, tu et uxor tua, filii tui, et uxores filiorum tuorum tecum.

16. Sortez de l'arche, vous et votre femme, vos fils et les femmes de vos fils.

17. Cuncta animantia quæ sunt apud te, ex omni carne, tam in volatilibus quam in bestiis et universis reptilibus quæ reptant super terram, educ tecum, et ingredimini super terram : crescite, et multiplicamini super eam.

17. Faites-en sortir aussi tous les animaux qui y sont avec vous, de toutes sortes d'espèces, tant des oiseaux que des bêtes, et de tout ce qui rampe sur la terre : *qu'ils s'y multiplient;* croissez-y *aussi vous-mêmes,* et vous y multipliez.

18. Egressus est ergo Noe, et filii ejus, uxor illius, et uxores filiorum ejus cum eo.

18. Noé sortit donc de *l'arche* avec ses fils, sa femme et les femmes de ses fils.

19. Sed et omnia animantia, jumenta et reptilia quæ reptant super terram, secundum genus suum, egressa sunt de arcâ.

19. Toutes les bêtes *sauvages* en sortirent aussi, les animaux *domestiques,* et tout ce qui rampe sur la terre, chacun selon son espèce.

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome I, page 247.

---

13. *Imminutæ sunt aquæ.* Usque ad terram, ita ut terra sicca appareret. — *Aperiens Noe tectum.* Non totum, sed partem tot tabulis remotis, quod ad explorandum terræ statum erant necessariæ; ex fenestra, quæ ad latus, non poterat, ut ex tecto, omnia late circumspicere.

17. *Crescite et multiplicamini.* Est benedictio, et proprie ad bruta dirigitur; nam de hominibus sequenti capite.

19. *Secundum genus suum.* Secundum speciem suam : hoc est quilibet masculus cum femella suæ speciei.

Digitized by Google

20. Or, Noé dressa un autel au Seigneur; et prenant de tous les animaux et de tous les oiseaux purs, il les *lui* offrit en holocauste sur cet autel.

21. Le Seigneur, *connaissant les dispositions du cœur de Noé, agréa son sacrifice, et le* reçut, comme *on reçoit* une odeur très-agréable, et il dit : Je ne répandrai plus ma malédiction sur la terre à cause *des péchés* des hommes, parce que l'esprit de l'homme et toutes les pensées de son cœur sont portés au mal dès sa jeunesse. Je ne frapperai donc plus de *mort*, comme j'ai fait, tout ce qui est vivant et animé; *mais je compatirai à la faiblesse de l'homme, et je le laisserai vivre malgré ses infidélités.*

22. *Ainsi* tant que la terre durera, les semailles et la moisson, le froid et le chaud, l'été et l'hiver, la nuit et le jour ne cesseront point de s'entre-suivre, *sans que désormais il arrive aucun changement semblable qui en interrompe universellement le cours.*

20. Ædificavit autem Noe altare Domino : et tollens de cunctis pecoribus et volucribus mundis, obtulit holocausta super altare.

21. Odoratusque est Dominus odorem suavitatis, et ait : Nequaquam ultra maledicam terræ propter homines : sensus enim et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentiâ sua : non igitur ultra percutiam omnem animam viventem sicut feci.

22. Cunctis diebus terræ, sementis et messis, frigus et æstus, æstas et hiems, nox et dies, non requiescent.

---

20. *Ædificavit autem Noe altare.* Primum hoc est altare, quod legitur in Scriptura : tamen dubium non est alia prius exstitisse, ut illud, in quo sacrificavit Abel, cap. 4. *Holocausta.* Ex septimo illo mundorum animalium cœlibe, seu solitario masculo, de quo supra, cap. 7. 2.

21. *Odoratusque est Dominus.* De Deo loquitur more humano; delectantur enim homines nidore assarum carnium. Sensus est placuisse Domino sacrificium; itaque Chaldæus habet : *Suscepit Dominus cum beneplacito oblationem ejus.* — *Et ait.* Hebraice est, *locutus est ad cor suum,* id est ad Noe, quem amabat quasi cor suum. Theodotion etiam vertit, *dixit Dominus ad cor suum :* εἶπε Κύριος πρὸς τὴν καρδίαν αὐτοῦ. Sic accipitur ab aliquibus illud Cant. 5. 2 : *Ego dormio, et cor meum vigilat.* Vel verte, *locutus est ad cor ejus :* hoc est, consolatus est Noe, hoc enim significat *loqui ad cor* in sacris Litteris, ut alibi dicetur. — *Maledicam.* Malefaciam terræ diluvio, ut jam feci. — *Propter homines :* Propter peccata hominum. — *Sensus enim et cogitatio humani cordis :* hebraice, *figmentum humani cordis,* seu *et formatio humani cordis,* prona sunt ad malum, id est figulina cordis humani valde prona est ad malum, atque ideo humanæ infirmitatis miserebor. — *Ab adolescentia tua.* Ex illa enim ætate (ait S. Ambros.) crescit malitia.

22. *Cunctis diebus terræ.* Non quamdiu terra durabit (hæc enim stat in æternum), sed quamdiu in terra erit generatio et corruptio, eruntque homines et animalia, propter quæ hæc temporum varietas inducta est. — *Non requiescent.* Non desinent sibi mutuo succedere.

Digitized by Google

CHAPITRE IX.

§ I. *Dieu bénit Noé et ses enfants. Il leur permet de manger de la chair des bêtes, excepté celle qui sera mêlée avec le sang. Il déclare qu'il punira sévèrement les homicides.*

1. Benedixitque Deus Noe et filiis ejus. Et dixit ad eos : Crescite et multiplicamini, et replete terram.

1. Alors Dieu bénit Noé et ses enfants, et il leur dit : Croissez et multipliez-vous, et remplissez la terre : *je vous établis aujourd'hui les maîtres de tout ce qu'elle contient.*

2. Et terror vester ac tremor sit super cuncta animalia terræ, et super omnes volucres cœli, cum universis quæ moventur super terram : omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt (1).

2. *Ainsi* que tous les animaux de la terre et tous les oiseaux du ciel soient frappés de terreur, et tremblent devant vous, avec tout ce qui se meut sur la terre. J'ai mis *aussi* entre vos mains tous les poissons de la mer, *je les ai soumis à votre puissance.*

3. Et omne quod movetur et vivit, erit vobis in cibum ; quasi olera virentia tradidi vobis omnia.

3. Nourrissez-vous de tout ce qui a vie et mouvement; je vous ai abandonné toutes ces choses pour être à *l'avenir* votre nourriture, comme les légumes et les herbes de la campagne *l'ont été jusqu'à présent.*

4. Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis.

4. J'excepte seulement *le sang ou* la chair mêlée avec le sang, dont je vous défends de manger.

5. Sanguinem enim animarum vestrarum requiram de manu cunc-

5. Parce que *j'ai une extrême horreur de ceux qui répandent le sang. C'est pour-*

(1) Bible vengée, note VIII.

Cap. IX. 1. *Crescite et multiplicamini.* Eadem verba cap. 1. vers. 22, de piscibus, et 8. 17, de brutis, non habent vim præcepti, sed imperativum sumitur pro futuro, crescetis et multiplicabimini.

2. *Et terror vester.* Timent hominem feræ naturaliter : hic tamen aliquod et quasi semiplenum in bestias dominium, quod per peccatum homines amiserant, restituit et confirmat Deus.

3. *Omne quod movetur.* Ante diluvium religiosiores saltem, quasi Sethi filii, carnibus abstinuerant, fructibus oleribusque contenti. Jam cunctis potestatem facit Deus, ut vescantur carnibus, quæ plenius nutriunt, cum præsertim terræ vis eluvione, et infusa maris salsedine facta esset hebetior.

4. *Carnem cum sanguine non comedetis.* Animal ergo jugulandum, effundendus sanguis, atque ita demum coctis carnibus vesci licebat. Præceptum hoc non juris naturalis est, sed positivi. Ita vero imperatum est, ut homines quam maxime absterrerentur ab effusione sanguinis humani, quem aliquos mortalium etiam potasse scimus; abstinere ergo voluit a sanguine bestiarum : 1. ne ad hominis sanguinem sitiendum gradus fieret; 2. quia voluit Deus sanguinem, qui est quasi vita animalis, sibi soli auctori vitæ offerri in sacrificiis pro vita peccatoris, ut patet Lev. 17. 11; 3. quia sanguis brutorum est gravis, terrestris et multarum ægritudinum causa.

5. *Sanguinem enim animarum vestrarum.* Adeo volo humano sanguini

Digitized by Google

quoi je vengerai votre sang de toutes les bêtes *qui l'auront répandu;* et je vengerai la vie de l'homme, de la main de l'homme, et de la main de son frère *qui l'aura tué.*

6. Quiconque aura répandu le sang de l'homme, *sera puni* par l'effusion de son propre sang; car l'homme a été créé à l'image de Dieu, *et Dieu ne souffrira point qu'on détruise impunément son image, qu'il a formée lui-même.*

7. Croissez donc vous autres, et multipliez-vous : entrez sur la terre *qui est demeurée sans habitants,* et la remplissez.

tarum bestiarum : et de manu hominis, de manu viri et fratris ejus, requiram animam hominis (1).

6. Quicumque effuderit humanum sanguinem, fundetur sanguis illius; ad imaginem quippe Dei factus est homo (2).

7. Vos autem crescite et multiplicamini, et ingredimini super terram, et implete eam.

§ II. *Dieu fait alliance avec les hommes et avec tous les animaux de la terre. Il leur donne l'arc-en-ciel pour signe de cette alliance et pour gage de la promesse qu'il leur fait qu'il n'y aura plus à l'avenir de déluge qui extermine toute la terre.*

8. Dieu dit encore à Noé et à ses enfants aussi bien qu'à lui :

9. Je vais faire alliance avec vous, et avec votre race après vous,

10. Et avec tous les animaux vivants qui sont avec vous, tant les oiseaux que les animaux ou domestiques ou de la campagne, qui sont sortis de l'arche, et avec toutes les bêtes de la terre, *que j'ai sauvées avec vous.*

11. J'établirai mon alliance avec vous; et toute chair *qui a vie* ne périra plus désormais par les eaux du déluge, et il n'y

8. Hæc quoque dixit Deus ad Noe et ad filios ejus cum eo :

9. Ecce ego statuam pactum meum vobiscum, et cum semine vestro post vos (3) :

10. Et ad omnem animam viventem quæ est vobiscum, tam in volucribus quam in jumentis et pecudibus terræ cunctis quæ egressa sunt de arcâ, et universis bestiis terræ.

11. Statuam pactum meum vobiscum et nequaquam ultra interficietur omnis caro aquis di-

(1) Bible vengée, note IX. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome, III, page 41. — (3) Bible vengée, note IX.

---

parci, ut etiam bestias, quæ illum effuderint, sim puniturus, ut patet ex lege Exodi, 21. 28, ubi Deus jubet bovem homicidam lapidari. — *De manu hominis, de manu viri, et fratris ejus.* Tria inculcat, *hominis,* quem nomen, et natura humanitatis memorem esse jubet : *viri,* quem decet iræ dominari, et robore ac potentia non abuti : *fratris,* cui frater amandus, non perdendus erat. * Dicitur frater, quia cognationem quamdam inter nos natura constituit, ut habemus, *l. ut vim, ff de justitia et jure.*

6. *Fundetur sanguis illius.* Id est æquum est ut fundatur. *Ad imaginem.* Quasi dicat : Si non movet te natura communis, imago mea permoveat, ne cœlestis regis vivum simulacrum demoliaris.

7. *Vos autem crescite.* Quasi dicat : Videtis me hac prohibitione velle consulere generis humani propagationi, quin ergo illi incumbitis? — *Ingredimini super terram.* Multiplicamini, ut quam citissime per universam terram ingredi, eamque occupare, et replere possitis.

9. *Statuam.* Hebraice est, *statuens,* id est statuo fœdus, promissionem scilicet de non inducendo amplius diluvio, cujus mox signum iridem statuit.

Digitized by Google

luvii, neque erit deinceps diluvium dissipans terram (1).

12. Dixitque Deus : Hoc signum fœderis, quod do inter me et vos, et ad omnem animam viventem, quæ est vobiscum in generationes sempiternas :

13. Arcum meum ponam in nubibus, et erit signum fœderis inter me et inter terram (2).

14. Cumque obduxero nubibus cœlum, apparebit arcus meus in nubibus :

15. Et recordabor fœderis mei vobiscum, et cum omni animâ vivente quæ carnem vegetat : et non erunt ultra aquæ diluvii ad delendum universam carnem.

16. Eritque arcus in nubibus, et videbo illum, et recordabor fœderis sempiterni quod pactum est inter Deum et omnem animam viventem universæ carnis quæ est super terram.

17. Dixitque Deus ad Noe : Hoc erit signum fœderis, quod constitui inter me et omnem carnem super terram.

aura plus à l'avenir de déluge qui extermine toute la terre.

12. Dieu dit ensuite : Voici le signe de l'alliance que j'établis pour jamais entre moi et vous, et tous les animaux vivants qui sont avec vous :

13. Je mettrai mon arc dans les nuées, *non-seulement comme le signe naturel de la pluie, ainsi qu'il a été jusqu'à présent, mais* comme le signe *particulier* de l'alliance que j'ai faite avec la terre, *et de l'assurance que je vous ai donnée qu'elle ne sera plus désormais exposée à un pareil déluge.*

14. Lors donc que j'aurai couvert le ciel de nuages, mon arc paraîtra dans les nuées :

15. Et je me souviendrai de l'alliance que j'ai faite avec vous, et avec toute âme qui vit et qui anime la chair ; et il n'y aura plus à l'avenir de déluge qui fasse périr dans ses eaux toute chair *qui a vie sur la terre.*

16. Mon arc sera donc dans les nuées ; et en le voyant, je me souviendrai de l'alliance éternelle qui a été faite entre Dieu et toutes les âmes vivantes qui animent toute chair qui est sur la terre.

17. Dieu dit encore à Noé : Ce sera là le signe de l'alliance que j'ai faite avec toute chair qui est sur la terre.

(1) Bible vengée, note XXXV. — Rép. crit., tome IV, page 103. — (2) Rép. crit., tome I, page 31.

---

11. *Neque erit deinceps diluvium.* Puta universale, unde sequitur, *dissipans terram,* scilicet universam.

12. *In generationes sempiternas.* In æternum. In hebræo est pro *generationes, in peregrinationes,* quia vita hominis est peregrinatio super terram. Gen. 47. 9 : *Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt.*

13. *Arcum meum.* Arcus hic est iris; vocat suum, quia iris pulcherrima et Dei rerum opificis magnificentiam repræsentat : quare dicitur in Eccl. 43. 12, 13. *Vide arcum meum, et benedic eum qui fecit illum ; valde speciosus est in splendore suo. Gyravit cœlum in circuitu gloriæ suæ, manus Excelsi aperuerunt illum.* Fuit iris ante diluvium signum naturale nubium roridarum, et consequenter pluviæ; post diluvium vero et pactum hoc Dei cum Noe instituta est in signum supernaturale hujus fœderis de non futuro deinceps diluvio.

16. *Recordabor fœderis.* Par est enim homines conspecta iride diluvii recordari, et causæ ejus meminisse, peccatorum scilicet.

Digitized by Google

§ III. ***Noé sorti de l'arche plante une vigne, s'enivre et paraît nu dans sa tente. Cham son fils le voit, et au lieu de le cacher, il le va dire à ses frères. Noé le maudit, bénit Sem et Japheth, et meurt âgé de neuf cent cinquante ans.***

18. Noé avait donc trois fils qui sortirent de l'arche, Sem, Cham et Japheth. Or Cham est le père de Chanaan.

19. Ce sont là les trois fils de Noé; et c'est d'eux qu'est sortie toute la race des hommes qui sont sur la terre.

20. Noé, s'appliquant à l'agriculture *après le déluge, comme il avait fait auparavant*, commença à labourer et à cultiver la terre, et il planta une vigne, *non-seulement pour en manger le raisin, comme on avait fait jusqu'alors, mais pour en exprimer le jus et en faire une boisson.*

21. Et ayant bu du vin, *dont il ne connaissait pas la force*, il s'enivra, et parut nu dans sa tente.

22. Cham, père de Chanaan, le trouvant en cet état, et voyant que ce que la pudeur obligeait de cacher en son père était découvert, sortit dehors, et vint *en riant* le dire à ses frères.

23. Mais Sem et Japheth, *au lieu de l'imiter, en se moquant comme lui de leur père*, étendirent un manteau sur leurs épaules, marchèrent en arrière, et couvrirent en leur père ce qui y devait être caché. Ils ne virent rien en lui de ce que la pudeur défendait de voir, parce qu'ils tinrent toujours leur visage tourné d'un autre côté.

18. Erant ergo filii Noe, qui egressi sunt de arcâ, Sem, Cham et Japheth: porro Cham ipse est pater Chanaan.

19. Tres isti filii sunt Noe : et ab his disseminatum est omne genus hominum super universam terram (1).

20. Cœpitque Noe, vir agricola; exercere terram, et plantavit vineam (2).

21. Bibensque vinum inebriatus est, et nudatus est in tabernaculo suo (3).

22. Quod cum vidisset Cham, pater Chanaan, verenda scilicet patris sui esse nudata, nuntiavit duobus fratribus suis foras.

23. At vero Sem et Japheth pallium imposuerunt humeris suis, et incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciesque eorum aversæ erant, et patris virilia non viderunt.

(1) Bible vengée, note XXXVI. — (2) Bible vengée, note XXXVII. — (3) Bible vengée, note XXXVIII.

---

20. *Exercere terram.* Adam etiam aliique mortales ante diluvium terram coluerant, sarculo fortasse, ac ligone, aut alio laborioso instrumento. Noe primus aratra excogitasse videtur, et facilius boum, ac jumentorum auxilio solum proscidisse. — *Plantavit vineam.* Vites, quæ ante erant, et ex quibus vinum non exprimebant, in ordines digessit, vineta constituit, succum expressit.

21. *Inebriatus est.* Citra peccatum, saltem lethale, quia vini vis adhuc illi ignota. — *Et nudatus... in tabernaculo suo.* Ut solent dormientes, et ebrii, qui præ æstu tegumenta disjiciunt.

23. *Operuerunt verenda patris sui.* Sic Patrum spiritualium et ecclesiasticorum peccata tegenda docet S. Gregor. 35. moral. c. 22.

Digitized by Google

24. Evigilans autem Noe ex vino, cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor,

25. Ait : Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis (1).

26. Dixitque : Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan servus ejus.

27. Dilatet Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanaan servus ejus.

28. Vixit autem Noe post diluvium trecentis quinquaginta annis.

29. Et impleti sunt omnes dies ejus nongentorum quinquaginta annorum; et mortuus est.

24. Noé se réveillant après cet assoupissement que le vin lui avait causé, et ayant appris de quelle sorte l'avait traité son second fils,

25. Il dit *pour le punir :* Que Chanaan soit maudit; qu'il soit à l'égard de ses frères l'esclave des esclaves. ***Il en usa ainsi pour ne pas maudire Cham que Dieu avait béni en sortant de l'arche, et pour ne faire tomber sa malédiction que sur Chanaan, qui était le plus méchant des enfants de Cham.***

26. Il dit encore : Que le Seigneur, le Dieu de Sem soit béni, et que Chanaan soit son esclave.

27. Que Dieu multiplie la postérité de Japheth, et qu'il habite dans les tentes de Sem, et que Chanaan soit son esclave.

28. Or Noé vécut encore trois cent cinquante ans depuis le déluge.

29. Et tout le temps de sa vie ayant été de neuf cent cinquante ans, il mourut.

CHAPITRE X.

§ I. *Dénombrement des descendants de Noé, et des nations qui en sont sorties. Enfants de Japheth* (2).

1. Hæ sunt generationes filiorum Noe, Sem, Cham et Ja-

1. Voici le dénombrement des fils de Noé, *qui furent* Sem, Cham et Japheth;

(1) Rép. crit., tome II, page 65. — (2) Bible vengée, note XXXIX.

---

24. ***Cum didicisset quæ fecerat ei filius suus minor.*** Vidit se alieno pallio tectum, quid factum esset quæsivit, et ex filiis cognovit.

25. ***Maledictus Chanaan.*** Chanaan filius fuit Cham, hoc cap. num. 18 : hic primus fertur vidisse avi nuditatem, et patri Cham indicasse; itaque in eum fertur maledictio, non odio personæ, sed spiritu prophetico, quid futurum esset, prænuntiante. Hæc autem a Mose dicuntur propter Chananæos a Judæis suis sedibus expellendos. Punitur autem Cham et Chanaan in suis posteris, qui majorum suorum impietatis fuerunt imitatores et hæredes. — ***Servus servorum.*** Id est servus infimus et vilissimus.

27. ***Dilatet.*** Japheth significat *dilatatum :* est ergo in hebræo allusio ad etymon Japheth. Precatur Noe, ut posteri Japheth late spargantur et crescant et amplas regiones occupent. — ***Et habitet in tabernaculis Sem.*** Deus scilicet, a quo bona omnia proficiscuntur; * vel sensus est, posteri Japheth imperium suum extendant in posteros et filios Sem; quod factum est, cum gentiles Europæi, et præsertim Romani a Japheto genus ducentes, adjunxerunt ditioni suæ Judæam, quam filii Sem incolebant.

CAP. X. 1. Hoc cap. filiorum Noe generationes describuntur, et quæ ex quibusque gentes ortæ sint. Difficultas est quæ nationes nunc respondeant

Digitized by Google

et *voici les noms* des enfants qui naquirent d'eux après le déluge :

2. Les fils de Japheth *furent* Gomer *qui peupla la Galatie*, Magog, *qui fut père des Tartares*, Madai *des Macédoniens*, Javan *des Ioniens*, Thubal *des Ibériens*, Mosoch *des Moscovites*, et Thiras *des Thraces*.

3. Les fils de Gomer *furent* Ascenès, Riphath et Thogorma *d'où sont venus les peuples qui habitent la Sarmatie les Monts-Riphées et la Turcomanie*.

4. Les fils de Javan *furent* Elisa, Tharsis, Cetthim et Dodanim.

5. Ils partagèrent entre eux les îles *de la mer Méditerranée, et ils furent les pères* des nations *différentes qui les habitèrent dans la suite*, s'établissant *eux-mêmes* en divers pays où chacun eut sa langue, ses familles et son peuple particulier.

pheth : natique sunt eis filii post diluvium.

2. Filii Japheth : Gomer et Magog, et Madai, et Javan, et Tubal, et Mosoch, et Thiras.

3. Porro filii Gomer : Ascenes et Riphath et Thogorma.

4. Filii autem Javan : Elisa et Tharsis, Cetthim et Dodanim.

5. Ab his divisæ sunt insulæ gentium in regionibus suis, unusquisque secundùm linguam suam et familias suas in nationibus suis (1).

§ II. *Enfants de Cham et leurs descendants. Nemrod fonde Babylone.*

6. Les fils de Cham, *qui eut pour partage toute l'Afrique, avec une grande partie de l'Arabie et de la Syrie, furent* Chus, *qui s'établit dans l'Arabie*, Mesraïm *dans l'Egypte*, Phuth *dans la Libye*, et Chanaan *dans le pays qui porte son nom*.

7. Les fils de Chus *furent* Saba, Hévila, Sabatha, Regma et Sabatacha. Les fils de

6. Filii autem Cham : Chus, et Mesraim, et Phuth, et Chanaan.

7. Filii Chus : Saba, et Hevila, et Sabatha, et Regma, et Sabata-

(1) Rep. crit., tome II, page 73.

---

nominibus quæ hoc capite habentur. Sectabimur probabiliora ab aliis tradita; nam certi nihil habemus.

2. *Gomer.* Ab hoc nati perhibentur Gomari, seu Cimbri et Cimmerii. — *Magog.* Ab hoc Getæ et Massagetæ, Scythicæ gentes et Tartari, de quibus Ezech. 38 et 39. — *Madai.* Hinc Medi. — *Javan.* Iones. — *Thubal.* Hispani Iberi tam qui in Europa, quam qui ad Pontum Euxinum sive hi ex illis, sive illi ex his oriundi sint. — *Mosoch.* Moscovitæ. — *Thiras.* Thraces.

3. *Ascenez.* Germani. Hebræi Germaniam hebraice vocant Askenez. — *Riphath.* Paphlagones. — *Thogorma.* Turcæ.

4. *Elisa.* Itali, vel Fortunatarum insularum incolæ; nam insulæ Elisiæ dictæ. — *Tharsis.* Tharsenses. — *Cetthim.* Cittii, Cretenses, Cyprii. — *Dodanim.* Quasi Rhodanim, Rhodii.

5. *Insulæ gentium.* Hebræi omnes regiones ad quas ex Judæa navibus itur, vocant *Insulas*, sive vere sint insulæ, sive non. Jerem. 25. 22. Sophon. 2. 11.

6. *Chus.* Æthiopes. — *Mesraim.* Ægyptii. — *Phuth.* Libyes et Mauritani. — *Chanaan.* Chananæi.

7. *Saba.* Abyssini, sive Arabes Sabæi. — *Hevila.* Getuli in Africa, vel

Digitized by Google

cha. Filii Regma: Saba, et Dadan.

8. Porro Chus genuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra.

9. Et erat robustus venator coram Domino. Ob hoc exivit proverbium : Quasi Nemrod robustus venator coram Domino.

10. Fuit autem principium regni ejus Babylon, et Arach, et Achad, et Chalanne, in terra Sennaar.

11. De terra illa egressus est Assur, et ædificavit Niniven et plateas civitatis, et Chale.

12. Resen quoque inter Niniven et Chale : hæc est civitas magna.

13. At verò Mesraim genuit Ludim, et Anamim, et Laabim, Nephtuim,

Regma *furent* Saba et Dadan. *Tous ces descendants de Chus donnèrent naissance à differents peuples de l'Arabie, de l'Assyrie et des environs.*

8. Or Chus engendra Nemrod, qui commença à être puissant sur la terre, *et à y exercer sa tyrannie sur les autres hommes.*

9. Il fut violent chasseur devant le Seigneur, *et il apprit en tuant des bêtes à tuer aussi des hommes.* De là est venu ce proverbe : Violent chasseur devant le Seigneur, comme Nemrod.

10. La ville capitale de son royaume fut Babylone, outre celles d'Arach, et d'Achad, et de Chalanne *qu'il bâtit* dans la terre de Sennaar *dont il s'empara.*

11. Il sortit *ensuite* de cette terre, *passa dans l'Assyrie*, et *y* bâtit Ninive, et les rues de cette ville *qui était très-grande*, et Chalé, *capitale de la Calonite.*

12. Il bâtit aussi la grande ville de Resen entre Ninive et Chalé.

13. Quant à Mesraïm, *second fils de Cham, il* engendra Ludim et Anamim, Laabim et Nephtuim,

---

gentes quædam juxta sinum Persicum, et juxta Amalecitas. I. Reg. 15. 7.

8. *Nemrod.* Vox *Nemrod,* rebellem significat, et filio huic Chus apte convenit; nam Dei contemptor fuit, et hominum tyrannus. — *Ipse cœpit esse potens in terra.* LXX vertunt, *iste erat gigas,* mole corporis, robore, audacia, superbia, crudelitate. Scholia græca, βιαιος, *violentus.*

9. *Robustus venator.* Non tam ferarum quam hominum, quia vi et insidii homines captabat, opprimebat, necabat. Itaque venator idem est ac latro.— *Coram Domino.* Revera talis, et eximie talis fuit. Ita Joannes Baptista magnus coram Domino, judicio Domini qui falli non potest.

10. *Principium regni ejus.* Sensus esse potest duplex : vel caput regni ipsius fuisse Babylonem; vel ab ea initium regnandi captum; inde ad alia occupanda gradum factum fuisse. Nemrod videtur Belus Nini pater, auctor idololatriæ.— *Arach.* Edessa.— *Achab.* Nisibis in Mesopotamia.— *Chalanne.* Seleucia, sive Ctesiphon regia Persarum. — *Sennaar.* Sic vocatur ager Babyloni circumjectus.

11. *Assur.* Ninus filius Nemrod, qui vocatur Assur per anticipationem, quia postea fuit rex Assyriorum. — *Niniven.* Civitas Assyriorum, cujus frequens mentio in libris Tobiæ et Jonæ. — *Plateas civitatis.* In hebræo est רחבת עיר *Recoboth, civitatem,* ut vertit Pagninus : sed vox hebræa significat etiam latitudines, itaque bene Vulgatus plateas civitatis intrepretatus est.

12. *Hæc est civitas magna.* Non Chale, sed Ninive est civitas magna. Itaque est ὕστερον πρότερον, et ita ordinanda sunt verba : *Resen quoque inter Chale et Niniven : hæc est civitas magna.*

13. *Ludim.* Lydi non illi, quibus Crœsus imperavit, sed alii juxta Ægyptum, de quibus Is. 46. Ezech. 30. 5.— *Laabim.* Libyes in Africa. — *Nephtuim.* Numidæ.

Digitized by Google

14. Phétrusim et Chasluim, d'où sont sortis les Philistins et les Caphtorins.

15. Chanaan, *troisième fils de Cham*, engendra Sidon, qui fut son fils aîné, *et le père des Sidoniens; il engendra aussi* Hetheus,

16. Jebuseus, Amorrheus, Gergeseus,

17. Heveus, Araceus, Sineus,

18. Aradius, Samareus et Amatheus; et c'est d'eux que sont sortis les peuples *différents qui sont compris sous le nom de* Chananéens, *et qui ont donné le nom de Chanaan leur père au pays qu'ils ont habité.*

19. Les limites de Chanaan furent depuis le pays qui est en venant de Sidon à Gerare jusqu'à Gaza, et jusqu'à ce qu'on entre dans Sodome, dans Gomorrhe, dans Adama, et Seboïm jusqu'à Lésa.

20. Ce sont là les fils de Cham, selon leurs alliances, leurs langues, leurs familles, leurs pays et leurs nations.

14. Et Phetrusim, et Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthiim et Caphtorim.

15. Chanaan autem genuit Sidonem primogenitum suum, Hethæum,

16. Et Jebusæum, et Amorrhæum, Gergesæum,

17. Hevæum, et Aracæum: Sinæum,

18. Et Aradium, Samaræum, et Amathæum: et post hæc disseminati sunt populi Chananæorum.

19. Factique sunt termini Chanaan venientibus à Sidone Geraram usque Gazam, donec ingrediaris Sodomam et Gomorrham, et Adamam, et Seboim usque Lesa.

20. Hi sunt filii Cham in cognationibus, et linguis, et generationibus, terrisque et gentibus suis.

§ III. *Enfants de Sem et leurs descendants.*

21. Sem, qui fut le père de tous les enfants d'Heber *nés au delà du fleuve de l'Euphrate, d'où les Hébreux ont pris leur nom, et* le frère aîné de Japheth, eut aussi *divers* fils.

22. Et ces fils de Sem *furent* Elam, *père des Elamites ou des Perses;* Assur, *père des Assyriens;* Arphaxad, Lud et Aram, *d'où sont venus les Arméniens, les Lydiens et les Syriens.*

21. De Sem quoque nati sunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Japheth majore.

22. Filii Sem: Ælam et Assur, et Arphaxad, et Lud, et Aram.

---

14. *Phetrusim.* Arabes Petræi. — *Chasluim.* Philisthini, cum quibus Judæis perpetuum bellum. — *Caphtorim.* Cappadoces.

15. 16. *Hethæum et Jebusæum.* Nomina populorum, qui a filiis Chanaan prognati sunt. Hi sedes habuerunt in terra promissionis.

17. *Sinæum.* Incolæ deserti et montis Sina.

18. *Aradium.* Hinc urbes Aradus et Antaradus juxta Sidonem, de quibus Ezech. 27. 8. — *Samaræum.* Incolæ urbis et regionis Samariæ, Samaritani. — *Amathæum.* Incolæ urbis Emath, quæ in Scriptura est duplex, scilicet Emath major quæ est Antiochia, et Emath minor quæ est Epiphania.

21. *Fratre Japheth majore.* Sensus est, de Sem, qui fuit frater major Japheth.

22. *Ælam.* Unde Elamitæ, id est Persæ. — *Assur.* Assyrii. — *Arphaxad.* A quo Chaldæi. — *Lud.* Lydii. *Aram.* A quo Aramæi, sive Syri.

Digitized by Google

23. Filii Aram: Us, et Hul, et Gether, et Mes.

24. At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus est Heber.

25. Natique sunt Heber filii duo: nomen uni Phaleg, eò quòd in diebus ejus divisa sit terra: et nomen fratris ejus Jectan.

26. Qui Jectan genuit Elmodad, et Saleph, et Asarmoth, Jare,

27. Et Aduram, et Uzal, et Decla.

28. Et Ebal, et Abimael, Saba,

29. Et Ophir, et Hevila, et Jobab; omnes isti filii Jectan.

30. Et facta est habitatio eorum de Messa pergentibus usque Sephar montem orientalem.

31. Isti filii Sem, secundùm cognationes, et linguas, et regiones in gentibus suis.

32. Hæ familiæ Noe juxta populos et nationes suas. Ab his divisæ sunt gentes in terra post diluvium.

23. Et les fils d'Aran *furent* Us, Hul, Gether et Mes, *qui se répandirent dans l'Arménie, dans la Mésopotamie et dans la Syrie.*

24. Or Arphaxad engendra Salé, dont est né Héber.

25. Héber eut deux fils : l'un s'appela Phaleg, *c'est-à-dire division*, parce que la terre fut divisée de son temps *entre des nations et des langues différentes;* et son frère s'appelait Jectan.

26. Jectan engendra Elmodad, Saleph, Asarmoth et Jaré,

27. Aduram, Uzal, Decla,

28. Ebal, Abimael, Saba,

29. Ophir, Heliva et Jobab : tous ceux-ci *furent* enfants de Jectan.

30. Le pays où ils demeurèrent s'étendait depuis la sortie de Messa, *ville située au pied du mont Massius, dans la Mésopotamie*, jusqu'à Séphar, qui est une montagne *dans la Médie*, du côté de l'orient.

31. Ce sont là les fils de Sem, *qui se sont distingués dans la suite des temps*, selon leurs familles, leurs langues, leurs régions et leurs peuples.

32. Ce sont là les familles *des enfants* de Noé *qui se sont répandus par toute la terre*, selon les diverses nations qui en sont sorties. Et c'est de ces familles que se sont formés tous les peuples de la terre après le déluge (1).

(1) **Les descendants de Japhet peuplèrent l'Europe avec les îles de la Méditerranée, et l'Asie mineure; ceux de Cham, l'Afrique et une partie de la Syrie, de l'Arabie et des terres situées entre le Tigre et l'Euphrate, où s'établit Nemrod : ceux de Sem, l'Asie, depuis l'Euphrate jusqu'à l'océan Indien, avec une partie de la Syrie et de l'Arabie.**

---

24. *Heber.* A quo Hebræi.

25. *Phaleg, eo quod in diebus ejus divisa sit terra.* Phaleg enim hebraice idem est quod *divisio.*

29. *Ophir, et Hevila.* Hinc Indi, et variæ Indorum gentes.

31. *Secundum cognationes et linguas.* Dicitur per anticipationem : nam varietas linguarum nondum inducta, sed tunc terra erat labii unius.

Digitized by Google

CHAPITRE XI.

§ I. *L'Orgueil des hommes les porte à vouloir bâtir une tour qui s'élevât jusqu'au ciel. Dieu confond leur dessein, en confondant leur langage. Il les oblige à se disperser dans toute la terre* (1).

L'AN DU MONDE 1800. — AVANT J.-C. 2204.

1. Or *avant que les enfants de Noé se séparassent pour se répandre par toute* la terre, il n'y avait qu'une langue et qu'une même manière de parler *pour tous les hommes : mais environ cent ans après le déluge, la diversité des langues fut introduite en cette manière.*

1. Erat autem terra labii unius, et sermonum eorumdem (2).

2. Les *enfants de Noé s'étant multipliés, et se trouvant trop resserrés entre les montagnes de l'Arménie où l'arche s'était arrêtée, ils furent obligés d'en sortir;* et comme ils partaient *de ce pays qui est* du côté de l'orient, *et qu'ils s'étendaient vers le midi*, ils trouvèrent *une vaste* campagne dans le pays de Sennaar, *où fut depuis bâtie la ville de Babylone*, et ils y habitèrent.

2. Cùmque proficiscerentur de oriente, invenerunt campum in terra Sennaar, et habitaverunt in eo (3).

3. Et *voyant que cette terre était très-propre à faire des briques, et abondante en bitume*, ils se dirent l'un à l'autre : Allons, faisons des briques et cuisons-les au feu. Ils se servirent donc de briques, comme de pierres, et de bitume, comme de ciment.

3. Dixitque alter ad proximum suum : Venite, faciamus lateres, et coquamus eos igni. Habueruntque lateres pro saxis, et bitumen pro cæmento :

4. Et ils s'entre-dirent *encore :* Venez, faisons-nous une ville et une tour qui soit *si* élevée, *qu'elle paraisse aller* jusqu'au ciel : rendons *ainsi* notre nom célèbre *à*

4. Et dixerunt : Venite, faciamus nobis civitatem et turrim, cujus culmen pertingat ad cœlum : et celebremus nomen nos-

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome I, page 331. — (2) Bible vengée, note XL. — (3) Bible vengée, note XLI.

CAP. XI. 1. *Labii unius.* Omnes eodem idiomate ac sermone utebantur.

2. *De oriente.* De Armenia, quæ Babyloni est orientalis. Inde proficiscebantur, vel quia jam illos terra non capiebat, vel quia melius solum quærebant.

3. *Alter ad proximum.* Hebraice, *vir ad virum,* id est alter ad alterum. — *Venite.* Hebræi utuntur imperativis pro notis adhortandi, qualis Græcorum nota, quæ hic est apud LXX, δεῦτε. — *Lateres pro saxis.* Pertinacia cum inopia luctatur : desunt lapides, coquuntur lateres : deest cæmentum, calcis substituitur bitumen. * Coctiles muri Babylonis dicuntur ab Ovidio : fragili circumdata tecto mœnia, a Lucano : figulis munita urbs, a Juvenali.

4. *Pertingat ad cœlum.* Hyperbole. — *Celebremus nomen nostrum.* Conatus causa fuit cupiditas nominis æternandi. Non possunt a peccato excu-

Digitized by Google

trum antequam dividamur in universas terras (1).

5. Descendit autem Dominus ut videret civitatem et turrim, quam ædificabant filii Adam,

6. Et dixit : Ecce unus est populus, et unum labium omnibus ; cœperuntque hoc facere, nec desistent a cogitationibus suis, donec eas opere compleant.

7. Venite igitur, descendamus et confundamus ibi linguam eorum, ut non audiat unusquisque vocem proximi sui.

8. Atque ita divisit eos Dominus ex illo loco in universas terras, et cessaverunt ædificare civitatem.

9. Et idcirco vocatum est nomen ejus, Babel, quia ibi confusum est labium universæ terræ : et inde dispersit eos Dominus super faciem cunctarum regionum.

tous les siècles, avant que nous nous dispersions par toute la terre.

5. Or le Seigneur, *irrité de ce dessein plein d'orgueil,* descendit *en quelque sorte du haut du ciel,* pour voir la ville et la tour que les enfants d'Adam bâtissaient *sur la terre,*

6. et il dit : Ils ne sont tous maintenant qu'un peuple, et ils ont tous le même langage ; et ayant commencé à faire cet ouvrage, ils ne quitteront point leur dessein qu'ils ne l'aient entièrement achevé.

7. Venez donc, descendons en ce lieu, et confondons-y tellement leur langage, qu'ils ne s'entendent plus les uns les autres. *Dieu exécuta sur-le-champ ce qu'il avait pensé : il confondit leur langage et les obligea de se séparer.*

8. C'est en cette manière que le Seigneur les dispersa de ce lieu dans tous les pays du monde, et qu'ils cessèrent de bâtir cette ville, *où il avait résolu de demeurer.*

9. C'est aussi pour cette raison que cette ville fut appelée Babel, *c'est-à-dire confusion ;* parce que c'est là que fut confondu le langage de toute la terre, et le Seigneur les dispersa ensuite dans toutes les régions *du monde.*

(1) Rép. crit., tome I, page 34. — Livres saints vengés, tome I, page 213.

---

sari, qui insanam hanc molem excitare instituerunt, non solum quia structura hæc ad inanis gloriæ cupiditatem spectat ; sed etiam quia Nemrod illam excitare voluisse credibile est, ut suæ tyrannidis et impietatis arx esset.

5. *Descendit autem Dominus.* Deus loco moveri nequit, qui implet omnia : nostri respectu dicitur descendere, quando per aliquem effectum nobis experimur seu sentimus quasi propinquiorem. — *Filii Adam.* Terrigenæ, de limo creati. LXX, *filii hominum.*

6. *Donec eas opere compleant.* Ironia.

7. *Descendamus et confundamus.* Sunt verba Dei quasi consultantis, et pertinacem stoliditatem detestantis. Rabbini putant hæc a Deo dici angelis ; sed ista dicuntur ab una Trinitatis persona reliquis, ut potestate paribus. Quod hoc versiculo repetitur, *descendamus,* ita intellige ; vers. 5, descenderat, ut videret ; nunc descendit ut nova operatione sua linguas confundat. — *Ut non audiat.* Non intelligant invicem, non quidem singuli homines (sic enim nulla fuisset hominum societas), sed singulæ cognationes ; tot enim fuerunt linguæ, quot familiæ sive cognationes.

8. *Atque ita divisit.* Ignoratio linguæ alterius cognationis eos diduxit, et varias regiones petere suasit.

9. *Babel.* Quæ vox *confusionem* significat. — *Labium.* Lingua, quæ fuerat omnibus communis, in una Heber familia servata est ; hinc hebræa dicta.

Digitized by Google

§ II. *Généalogie de Sem jusqu'à Abram. Tharé son père quitte la Mésopotamie pour aller dans la terre de Chanaan; il s'arrête à Haran, et y meurt.*

10. Voici *maintenant* la généalogie des enfants de Sem, *par Arphaxad seulement, parce que cette histoire le regarde plus particulièrement :* Sem avait cent ans lorsqu'il engendra Arphaxad, deux ans après le déluge.

11. Et Sem, après avoir engendré Arphaxad, vécut cinq cents ans, et il engendra des fils et des filles.

12. Arphaxad ayant vécu trente-cinq ans, engendra Salé.

13. Et Arphaxad, après avoir engendré Salé, vécut trois cent trois ans, et il engendra des fils et des filles.

14. Salé, ayant vécu trente ans, engendra Heber.

15. Et Salé, après avoir engendré Heber, vécut quatre cent trois ans, et il engendra des fils et des filles.

16. Et Heber, ayant vécu trente-quatre ans, engendra Phaleg.

17. Et Heber, après avoir engendré Phaleg, vécut quatre cent trente ans, et il engendra des fils et des filles.

18. Phaleg, ayant vécu trente ans, engendra Reü.

19. Et Phaleg, après avoir engendré Reü, vécut deux cent neuf ans, et il engendra des fils et des filles.

20. Reü, ayant vécu trente-deux ans, engendra Sarug.

21. Et Reü, après avoir engendré Sarug, vécut deux cent sept ans, et il engendra des fils et des filles.

22. Sarug, ayant vécu trente ans, engendra Nachor.

23. Et Sarug, après avoir engendré Nachor, vécut deux cents ans, et il engendra des fils et des filles.

24. Nachor, ayant vécu vingt-neuf ans, engendra Tharé.

25. Et Nachor, après avoir engendré Tharé, vécut cent dix-neuf ans, et il engendra des fils et des filles.

10. Hæ sunt generationes Sem: Sem erat centum annorum quando genuit Arphaxad, biennio post diluvium.

11. Vixitque Sem, postquam genuit Arphaxad, quingentis annis : et genuit filios et filias.

12. Porro Arphaxad vixit triginta quinque annis, et genuit Sale.

13. Vixitque Arphaxad, postquàm genuit Sale, trecentis tribus annis : et genuit filios et filias.

14. Sale quoque vixit triginta annis, et genuit Heber.

15. Vixitque Sale, postquam genuit Heber, quadringentis tribus annis : et genuit filios et filias.

16. Vixit autem Heber triginta quatuor annis, et genuit Phaleg.

17. Et vixit Heber, postquam genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: et genuit filios et filias.

18. Vixit quoque Phaleg triginta annis, et genuit Reu.

19. Vixitque Phaleg, postquam genuit Reu, ducentis novem annis : et genuit filios et filias.

20. Vixit autem Reu triginta duobus annis, et genuit Sarug.

21. Vixit quoque Reu, postquam genuit Sarug, ducentis septem annis : et genuit filios et filias.

22. Vixit verò Sarug triginta annis, et genuit Nachor.

23. Vixitque Sarug, postquam genuit Nachor, ducentis annis : et genuit filios et filias.

24. Vixit autem Nachor viginti novem annis, et genuit Thare.

25. Vixitque Nachor, postquam genuit Thare, centum decem et novem annis : et genuit filios et filias.

---

11. *Filios et filias.* Quorum nomina tacentur, quia sunt extra lineam Messiæ.

Digitized by Google

26. Vixitque Thare septuaginta annis, et genuit Abram, et Nachor, et Aran (1).

27. Hæ sunt autem generationes Thare : Thare genuit Abram, Nachor et Aran. Porro Aran genuit Loth.

28. Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum, in terra nativitatis suæ in Ur Chaldæorum.

29. Duxerunt autem Abram et Nachor uxores : nomen uxoris Abram, Sarai : et nomen uxoris Nachor, Melcha filia Aran, patris Melchæ, et patris Jeschæ.

30. Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos.

31. Tulit itaque Thare Abram filium suum, et Loth filium Aran, filium filii sui, et Sarai nurum suam, uxorem Abram filii sui, et eduxit eos de Ur Chaldæorum, ut irent in terram Chanaan : veneruntque usque Haran, et habitaverunt ibi.

32. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, et mortuus est in Haran.

26. Tharé, ayant vécu soixante-dix ans, engendra Abram, et Nachor et Aran.

27. Voici *donc les plus célèbres d'entre* les enfants qu'eut Tharé : Tharé engendra Abram, Nachor et Aran. Or Aran engendra Loth.

28. Et Aran mourut avant son père Tharé, au pays où il était né dans Ur, *ville des* Chaldéens, *qui s'étaient établis dans la Mésopotamie.*

29. Mais Abram et Nachor *survécurent à Aran, et* prirent des femmes. La femme d'Abram s'appelait Saraï, et celle de Nachor s'applait Melcha, fille d'Aran, qui fut père de Melcha, et père de Jescha.

30. Or Saraï était stérile, et elle n'avait point d'enfants. *Dieu apparut alors à Abraham son mari, et lui ordonna de sortir de ce pays, pour aller dans la terre de Chanaan; Abram communiqua cet ordre du Seigneur à Tharé son père, qui se hâta de l'exécuter.*

31. Tharé ayant donc pris Abram son fils, Loth son petit-fils, fils d'Aran, et Saraï sa belle-fille, femme d'Abram son fils, les fit sortir d'Ur, en Chaldée, pour aller avec lui dans le pays de Chanaan ; et étant venus jusques à Haran, *distante d'Ur d'environ cent lieues,* ils y habitèrent, *sans aller plus loin.*

32. Et Tharé, après avoir vécu deux cent cinq ans, mourut à Haran.

(1) Bible vengée, note XLII. — Lettres de quelques Juifs, tome, II, page 137.

---

31. *Sarai nurum suam.* Erat neptis Thare ex filio Aran, et alio nomine Jescha vocabatur, ut patet ex hoc cap. num. 29. — *Eduxit eos de Ur Chaldæorum.* Ur Chaldæorum urbs ab igne, qui fortasse in ea colebatur, nomen invenit; quod hic dicitur, Abram scilicet eductum ex Ur, sive ex igne Chaldæorum, habetur etiam II. Esd. 9. 7 : *Deus qui elegisti Abraham, et eduxisti eum de igne Chaldæorum.* Sensus est : eductum ex illa urbe, vel ex igne tribulationum et afflictionum, quæ a Chaldæis idololatris Abrahamo fideli intentabantur, vel ex igne et flammis; nam traditio Hebræorum est Abrahamum rogo addictum a Chaldæis, et in ignem injectum divino beneficio servatum esse; quam narrationem Hieronymus, licet ut fabulosam rejicere videatur, tamen postea approbat. Potest etiam verti *de Ur Chaldæorum,* id est, de doctrina; nam noster *urim,* Exod. 28, 30, doctrinam interpretatur. — *Haran.* Charræ Romanis : quem locum nunc etiam honorant Saraceni, quod ab Abrahamo fuerit habitatus, teste Benjamino in Itinerario.

Digitized by Google

CHAPITRE XII.

§ I. ***Abram reçoit de grandes promesses du Seigneur. Il quitte par son ordre le pays où il demeurait, et va avec Loth dans la terre de Chanaan.***

L'AN DU MONDE 2083. — AVANT J.-C. 1921.

1. Le Seigneur dit ensuite à Abram : Sortez de *Haran que* votre *famille regarde déjà comme son* pays, *éloignez-vous* de votre parenté, et de la maison de votre père, et venez en la terre que je vous montrerai.

2. Je ferai sortir de vous un grand peuple, je vous bénirai, je rendrai votre nom célèbre, et vous serez béni.

3. Je bénirai ceux qui vous béniront, et je maudirai ceux qui vous maudiront; et tous les peuples de la terre seront bénis en *celui qui naîtra de* vous.

4. Abram sortit donc *de Haran*, comme le Seigneur le lui avait commandé, et Loth alla avec lui. Abram avait soixante-quinze ans, lorsqu'il sortit d'Haran.

5. Il prit avec lui Saraï sa femme et Loth fils de son frère, tout le bien qu'ils

1. Dixit autem Dominus ad Abram : Egredere de terra tua, et de cognatione tua, et de domo patris tui, et veni in terram quam monstrabo tibi (1).

2. Faciamque te in gentem magnam, et benedicam tibi, et magnificabo nomen tuum, erisque benedictus.

3. Benedicam benedicentibus tibi, et maledicam maledicentibus tibi, atque IN TE benedicentur universæ cognationes terræ.

4. Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, et ivit cum eo Loth : septuaginta quinque annorum erat Abram, cùm egrederetur de Haran (2).

5. Tulitque Sarai uxorem suam et Loth filium fratris sui, univer-

(1) Bible vengée, note XLIV. — (2) Bible vengée, note XLIII. — **Rép. crit., tome II, page 92. — Lettres de quelque Juifs, tome II, page 134.**

CAP. XII. 1. ***Dixit autem Dominus.*** Hæc Abram vocatio contigit in Ur Chaldæorum; est ergo hic prolepsis : ***Dixit autem***, pro ***dixerat autem*** D. Stephanus, Act. 7. 2, asserit hanc vocationem contigisse in Mesopotamia; sed Mesopotamiam late sumit ut comprehendat etiam proximam Chaldæam. — ***De terra tua.*** Chaldæa solo natali. — ***Cognatione.*** Idololatris, qui te cognatione attingunt.— ***De domo patris tui.*** Si malint manere, desere etiam domesticos tuos. — ***Quam monstrabo.*** Abrahæ fidem Paulus commendat, quod patriam reliquerit ignarus quo properaret. Hebr. 11. 8.

2. ***In gentem magnam.*** Æquandam stellis cœli, et arenæ maris, opibus et dignitate insignem, et ex qua Servator mundi nasciturus. — ***Benedicam tibi.*** Congestis in te naturæ, gratiæ, externisque bonis. — ***Magnificabo nomen tuum.*** Ut cunctis sæculis et orbe toto sit clarum ac nobile. — ***Erisque benedictus.*** Nec te promissum meum frustrabitur.

3. ***Benedicam benedicentibus.*** Benefaciam bene de te merentibus; malefacientes tibi mulctabo malis. — ***In te benedicentur universæ.*** Id est, in semine tuo, quod semen (teste Paulo ad Gal. 3. 16) est Christus : per hoc enim spirituale semen Abraham factus est pater omnium credentium.

5. ***Loth filium fratris sui.*** Filium Aran : erat ergo Loth frater Saræ uxoris Abrahæ. — ***Substantiam.*** Sic vocant Hebræi opes, quæ in pecoribus potissi-

Digitized by Google

samque substantiam quam possederant, et animas quas fecerant in Haran : et egressi sunt ut irent in terram Chanaan. Cùmque venissent in eam (1),

6. Pertransivit Abram terram usque ad locum Sichem, usque ad convallem Illustrem : Chananæus autem tunc erat in terra (2).

7. Apparuit autem Dominus Abram, et dixit ei : Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificavit ibi altare Domino, qui apparuerat ei.

8. Et inde transgrediens ad montem, qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, et ab oriente Hai : ædificavit quoque ibi altare Domino, et invocavit nomen ejus.

9. Perrexitque Abram vadens, et ultra progrediens ad meridiem.

possédaient, avec toutes les personnes dont ils avaient augmenté leur famille à Haran ; et ils en sortirent pour aller dans le pays de Chanaan. Lorsqu'ils y furent arrivés,

6. Abram passa au travers du pays jusqu'au lieu appelé Sichem, et jusqu'à la vallée *de Mambré, qui fut depuis surnommée* l'Illustre, *à cause des faveurs singulières que Dieu y fit à Abram.* Les Chananéens occupaient alors ce pays-là.

7. Or le Seigneur apparut à Abram, et il lui dit : Je donnerai ce pays à votre postérité. Abram dressa en ce lieu-là un autel au Seigneur, qui lui était apparu.

8. Etant passé de là vers une montagne qui est à l'orient de *la ville de Luza, qui fut depuis appelée* Béthel, il y tendit sa tente, ayant Béthel à l'occident, et Haï à l'orient. Il dressa encore en ce lieu-là un autel au Seigneur, et il invoqua son nom.

9. Abram alla encore plus loin, marchant toujours et s'avançant vers le midi.

(1) Bible vengée, note XLV. — (2) Bible vengée, note XLV. — Lettres de quelques Juifs, tome II, page 126.

---

mum tunc positæ. — *Animas.* Personas, capita : pars dignior pro toto, sicut : *Da mihi animas, cætera tolle tibi,* infra, cap. 14. 21 ; et Joan. 12. 25 : *Qui amat animam suam, perdet eam.* — *Quas fecerant.* Scilicet suas, quas genuerant, educarant, aut etiam emerant, aut permutarant : filios, servos, ancillas.

6. *Ad convallem Illustrem.* LXX, *Quercum excelsam,* vallem, ac planitiem robustis ac proceris quercubus spectabilem. — *Chananæus.* Populus ille sic proprie dictus, ad distinctionem Hevæi, Pheresæi, Jebusæi, etc., qui et ipsi latius sumpto vocabulo Chananæi dicuntur.

7. *Apparuit autem Dominus Abram.* Per angelum scilicet in corpore assumpto. — *Semini tuo.* Carnali, quod ex Isaac descendit.

8. *Ad montem.* Aliqui putant esse Garizim, et Hebal, de quo Deut. cap. 28. — *Bethel.* Per prolepsim ; nam ita appellata est postea a Jacob, infra, cap. 28. 19, cum prius diceretur Luza : dicitur contra orientem, quia mons erat orientalis ipsi Bethel. — *Ab occidente habens Bethel.* Hebraice, *a mari habens Bethel;* mare enim Mediterraneum respectu Judææ, et Bethel est ab occasu.

9. *Ad meridiem.* Hebr. *ad austrum,* quod etiam solet explicari voce deserti, ut hic vertunt LXX. In Scriptura ergo meridies, auster, et desertum, quod ad situm attinet, idem significant.

Digitized by Google

§ II. *La famine contraint Abram de passer en Egypte. Pharaon enlève Saraï qu'Abram faisait passer pour sa sœur. Dieu punit ce prince, et l'oblige de rendre cette femme à son mari.*

10. Mais la famine étant survenue en ce pays-là, Abram descendit en Egypte, pour y passer quelque temps, parce que la famine était grande dans le pays *qu'il quittait.*

11. Lorsqu'il était près d'entrer en Egypte, il dit à Saraï sa femme : Je sais que vous êtes *aussi* belle *que si vous étiez dans la fleur de votre jeunesse, quoique vous ayez soixante-cinq ans ;*

12. Et que, quand les Egyptiens vous auront vue, ils diront : C'est la femme de cet homme-là. Et ils me tueront, et vous réserveront *pour eux.*

13. Dites donc, je vous supplie, que vous êtes ma sœur, *comme vous le pouvez dire sans mentir,* afin que ces gens-ci me traitent favorablement à cause de vous, et qu'ils me conservent la vie en votre considération, *pendant que Dieu aura soin, comme je l'espère, de conserver votre chasteté.*

14. Abram étant ensuite entré en Egypte, les Egyptiens virent que cette femme était très-belle.

15. Et les premières personnes du pays

10. Facta est autem fames in terra : descenditque Abram in Ægyptum, ut peregrinaretur ibi : prævaluerat enim fames in terra (1).

11. Cùmque prope esset ut ingrederetur Ægyptum, dixit Sarai uxori suæ : Novi quòd pulchra sis mulier (2) :

12. Et quòd cùm viderint te Ægyptii, dicturi sunt : Uxor ipsius est : et interficient me, et te reservabunt.

13. Dic ergo, obsecro te, quòd soror mea sis : ut bene sit mihi propter te, et vivat anima mea ob gratiam tui (3).

14. Cùm itaque ingressus esset Abram Ægyptum, viderunt Ægyptii mulierem quòd esset pulchra nimis.

15. Et nuntiaverunt principes

(1) Bible vengée, note XLVI. — (2) Bible vengée, note XLVI. — (3) Bible vengée, note XLVI.

---

10. *Descenditque.* Promissionis terra est altior Ægypto; ideo ad hanc ex illa proficiscentes descendere; ex Ægypto vero in Judæam ascendere dicuntur. — *In Ægyptum.* Fortasse in Ægypto sola fames non grassabatur : vel in Mesopotamiam redire non licebat, Deo prohibente. — *Ut peregrinaretur.* Non ut habitaret, spem enim promissæ sibi terræ nunquam abjecit.

11. *Novi, etc.* Noverat audaciam et incontinentiam illius populi, quare non vana suspicio. — *Pulchra.* Ut minimum erat sexaginta quinque annorum; sed vel serius illo ævo senectus sentiebatur, vel divino beneficio vigor corporis et decor servabatur.

13. *Dic..... quod soror mea sis.* Quo sensu Sarai Abrahami soror esset explicat ipse Abrahamus, Genes. 20. n. 12. — *Ut bene sit mihi.* Ne occidar. Non potest Abraham vocari in suspicionem proditæ pudicitiæ uxoris suæ. Sibi consuluit ne occideretur, nihil mentitus, reliqua providentiæ Numinis, cui se curæ esse sciebat, permisit. Et fortasse ita fecit, ac locutus est, Dei instinctu, quod graves auctores affirmant. Adde Abrahamum potuisse multum confidere Saræ castitati, cujus pudicitiam, et animi constantiam perspectam habebat. * Molesta sane peregrinanti sarcina mulier formosa.

15. *Nuntiaverunt principes.* Ut solent aulici etiam lenocinio gratiam sibi

Digitized by Google

Pharaoni, et laudaverunt eam apud illum : et sublata est mulier in domum Pharaonis (1).

16. Abram verò bene usi sunt propter illam : fueruntque ei oves et boves, et asini, et servi et famulæ, et asinæ et cameli (2).

17. Flagellavit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, et domum ejus, propter Sarai uxorem Abram.

18. Vocavitque Pharao Abram, et dixit ei : Quidnam est hoc quod fecisti mihi ? quare non indicasti quòd uxor tua esset ?

19. Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, ut tollerem eam mihi in uxorem ? Nunc igitur ecce conjux tua, accipe eam, et vade.

20. Præcepitque Pharao super Abram viris : et deduxerunt eum, et uxorem illius, et omnia quæ habebat.

en ayant donné avis à Pharaon, et l'ayant fort louée devant lui, elle lui fut enlevée *et* menée au palais du roi, *pour être mise au nombre de ses femmes.*

16. Ils en usèrent bien à l'égard d'Abram, à cause d'elle ; et il reçut *d'eux* des brebis, des bœufs, des ânes, des serviteurs, des servantes, des ânesses et des chameaux.

17. Mais le Seigneur frappa de très-grandes plaies Pharaon et sa maison, *lui faisant connaître que c'était* à cause de Saraï, femme d'Abram, *qu'il avait enlevée.*

18. Et Pharaon, ayant fait venir Abram, lui dit : Pourquoi avez-vous agi avec moi de cette sorte ? que ne m'avez-vous averti qu'elle était votre femme ?

19. D'où vient que vous avez dit qu'elle était votre sœur, pour me donner lieu de la prendre pour femme ? Voilà donc votre femme *que je vous rends* présentement, *sans l'avoir touchée ;* prenez-la, et vous en allez.

20. Et Pharaon ayant donné ordre à ses gens de prendre soin d'Abram, *et d'empêcher qu'on ne lui fît aucune insulte*, ils le conduisirent *jusque hors de l'Egypte*, avec sa femme, et tout ce qu'il possédait.

(1) Rép. crit., tome I, page 96.— (2) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 142.

---

regum quærere. — * *Pharaoni.* Nomen Pharaonis Ægypti regibus mansit usque ad tempora Ezechielis, quem vide c. 32. 2. — *In domum.* Non ad stuprum, sed ut esset uxor, saltem secundaria.

16. *Bene usi sunt.* Pharao multa in illum tanquam in sororium beneficia contulit.

17. *Flagellavit..... Pharaonem.* Non ut adulterum; nam ignorabat conjugatam : sed ut tyrannum, quia invitam rapuisset. — *Plagis maximis.* Quænam fuerint hæ plagæ, non dicitur in Scriptura. Aliqui putant fuisse fluxum seminis, et impotentiam copulæ in Pharaone; alii pestilentiam, aut tumultum seditionesque populares; alii morbos doloresque gravissimos; alii sterilitatem tam hominum quam animalium. Ex hoc patet quam verum sit quod dicitur in Psalmo 145 : *Dominus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet.* — *Et domum ejus.* Aulicos, familiares, quorum indicio abducta Sara; hos enim ut participes sceleris, ita pœna vacuos esse non decuit.

18. *Quod uxor tua esset ?* Vel ipse suspicatus est, et ipsa Sara interrogata veritatem cognovit, vel Deus Pharaoni plagarum causam aperuit.

19. *Ut tollerem.* Ut non dubitarem eam mihi tollere in uxorem.

Digitized by Google

CHAPITRE XIII.

§ I. *Les grands biens que possédaient Abram et Loth les obligent à se séparer. Abram laisse le choix à son neveu, qui se retire à Sodome. Corruption des habitants de cette ville.*

1. Abram étant donc sorti de l'Egypte avec sa femme et tout ce qu'il possédait, et Loth avec lui, alla dans *la partie du pays de Chanaan qui est* du côté du midi.

2. Il était très-riche, et il avait beaucoup d'or et d'argent.

3. Il revint ensuite de la partie méridionale *du pays de Chanaan* vers Béthel, par le même chemin qu'il était venu ; et il alla dresser sa tente où il était auparavant, entre Béthel et Haï,

4. Où était l'autel qu'il avait bâti *avant son départ;* et il invoqua en ce lieu le nom du Seigneur.

5. Loth qui était avec Abram avait aussi des troupeaux de brebis, des troupeaux de bœufs, et des tentes.

6. Le pays ne leur suffisait pas pour pouvoir demeurer l'un avec l'autre, parce que leurs biens, *qui consistaient presque tous en troupeaux*, étaient fort grands, et qu'*ayant besoin de grands pâturages*, ils ne pouvaient subsister ensemble.

7. C'est pourquoi il s'excita une querelle entre les pasteurs d'Abram et ceux de Loth. En ce temps-là les Chananéens et les Phéréséens habitaient en cette terre, *et ils auraient pu profiter de la mésintelligence d'Abram et de Loth pour les détruire.*

(1) Bible vengée, note XLVII.

1. Ascendit ergo Abram de Ægypto, ipse et uxor ejus, et omnia quæ habebat, et Loth cum eo, ad australem plagam (1).

2. Erat autem dives valde in possessione auri et argenti.

3. Reversusque est per iter quo venerat, a meridie in Bethel, usque ad locum ubi priùs fixerat tabernaculum inter Bethel et Hai:

4. In loco altaris quod fecerat priùs, et invocavit ibi nomen Domini.

5. Sed et Loth qui erat cum Abram, fuerunt greges ovium, et armenta, et tabernacula.

6. Nec poterat eos capere terra, ut habitarent simul: erat quippe substantia eorum multa, et nequibant habitare communiter.

7. Unde et facta est rixa inter pastores gregum Abram et Loth. Eo autem tempore Chananæus et Pheresæus habitabant in terra illa.

Cap. XIII. 1. *Ad australem plagam.* Rediit Abram in Bethel, unde exierat. Is locus australis est respectu Judææ : ad hanc enim semper plagas mundi accommodat Scriptura, utpote Judæis scripta.

2. *Dives.* Hebr. *gravis;* nam divites multa secum trahunt onera et impedimenta. — *Auri et argenti.* Quibus a Pharaone locupletatus.

4. *In loco altaris.* Fortasse post discessum ejus a Chaldæis, destructi, vel ab ipsomet Abram, ne idololatræ illud contaminarent.

5. *Tabernacula.* Tentoria, seu papiliones. *Casulas* vocat S. Paulus ad Hebr. 11. 9. Loth individuus Abræ comes, ideoque illi benedixit Deus.

6. *Nec poterat eos capere terra.* Propter gregum multitudinem.

7. *Facta est rixa.* Quia sibi quilibet pascua uberiora, et meliores aquationes vindicabat. — *Inter pastores.* Non inter dominos. — *Chananæus et Pheresæus.* Ut intelligas tanto periculosiorem dissensionem fuisse, quod cincti essent impiis et efferis hominibus, promptis ad injuriam inferendam, et coram quibus non decebat fideles rixari.

Digitized by Google

8. Dixit ergo Abram ad Loth : Ne, quæso, sit jurgium inter me et te, et inter pastores meos et pastores tuos : fratres enim sumus.

9. Ecce universa terra coram te est : recede à me, obsecro : si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo : si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergam.

10. Elevatis itaque Loth oculis, vidit omnem circa regionem Jordanis, quæ universa irrigabatur antequam subverteret Dominus Sodomam et Gomorrham, sicut paradisus Domini, et sicut Ægyptus venientibus in Segor.

11. Elegitque sibi Loth regionem circa Jordanem, et recessit ab Oriente : divisique sunt alterutrum à fratre suo.

12. Abram habitavit in terra Chanaan : Loth verò moratus est in oppidis quæ erant circa Jorda-

8. Abram dit donc à Loth : Qu'il n'y ait point, je vous prie, de dispute entre vous et moi, ni entre mes pasteurs et les vôtres, parce que nous sommes frères, *c'est-à-dire proches parents, et que nous devons conserver avec soin l'union que Dieu a mise entre nous.*

9. Vous voyez devant vous toute la terre : retirez-vous, je vous prie, d'auprès de moi : si vous allez à la gauche, je prendrai la droite ; si vous choisissez la droite, j'irai à la gauche.

10. Loth, élevant donc les yeux, considéra tout le pays situé le long du Jourdain, qui s'étendait de ce lieu-là jusqu'à ce qu'on vienne à Ségor, et qui, avant que Dieu détruisît Sodome et Gomorrhe, paraissait un pays très-agréable, tout arrosé d'eau, comme un jardin de délices, et comme l'Egypte, *qui est arrosée des eaux du Nil.*

11. Et il choisit sa demeure vers le Jourdain, en se retirant *vers la Pentapole qui est du côté* de l'Orient. Ainsi les deux frères, *c'est-à-dire l'oncle et le neveu*, se séparèrent l'un de l'autre.

12. Abram demeura dans la terre de Chanaan, et Loth dans les villes qui étaient aux environs du Jourdain ; et il habita

---

8. ***Ne, quæso.*** Adhuc nullum inter illos jurgium fuerat, sed vix poterat evitari rixarum occasio, nisi separatione. — ***Fratres enim sumus.*** Id est propinqui. Loth erat filius fratris Abram.

9. ***Universa terra.*** Ista Chananæorum, in qua sum jussus degere. — ***Coram te est.*** Habitatores parati sunt quam voles plagam habitandam vendere vel locare. * Dat Loth optionem eligendi. Vetus est lex : Major dividat, minor eligat.

10. ***Sicut Paradisus Domini.*** Hebr., ***sicut hortus Domini,*** quem scilicet Deus Adamo instruxerat et adornaverat, Gen. 2. 8. — ***Sicut Ægyptus venientibus in Segor.*** Sensus est : Tota Pentapolis ante subversionem, maxime a loco, in quo tunc erat Abram, eundo versus Segor, irrigua erat, et fertilissima sicut Paradisus et sicut Ægyptus, quam Nilus fecundat.

11. ***Elegitque sibi.*** Vetus est consuetudo ut in erciscunda familia major dividat, minor optet, quod laudat D. Ambr. lib. de Abraham, c. 3, et D. August. de Civit. lib. 16, c. 20. Permisit tamen Deus Loth decipi, ut bono exemplo Lothi Sodomitæ ad virtutem provocarentur, et promissio Abræ facta impleretur, et nos moneremur amœniora non præferre salutaribus. — ***Recessit ab Oriente.*** Ὕστερον πρότερον : prius digressi sunt quam Loth recederet ab Oriente ; hoc tamen prius narratur. Recessit autem ab Oriente, nam perrexit Sodomam versus, quæ totius Pentapoleos maxime occidua fuit. — ***A fratre suo.*** Propinquus a proqinquo. Loth erat filius fratris Abram, ut dictum est.

12. ***Loth vero moratus est.*** Magna justi Loth laus est mansisse inconta-

Digitized by Google

ensuite dans *la ville de* Sodome.

13. Or les habitants de Sodome étaient, devant le Seigneur, des hommes perdus de vices, et leur corruption était montée à son comble.

nem et habitavit in Sodomis (1).

13. Homines autem Sodomitæ pessimi erant, et peccatores coram Domino nimis.

§ II. *Dieu renouvelle à Abram les grandes promesses qu'il lui avait faites.*

14. Le Seigneur dit donc à Abram, après que Loth se fut séparé d'avec lui : Levez vos yeux, et regardez du lieu où vous êtes, au Septentrion et au Midi, à l'Orient et à l'Occident.

15. Je vous donnerai pour toujours, à vous et à votre postérité, tout le pays que vous voyez.

16. Je multiplierai votre race comme la poussière de la terre : si quelqu'un d'entre les hommes peut compter la poussière de la terre, il pourra compter aussi la suite de vos descendants.

17. Parcourez donc présentement toute l'étendue de cette terre dans sa longueur et dans sa largeur : *regardez-la comme un héritage qui doit un jour vous appartenir*, parce que je vous la donnerai *très-certainement, en la donnant aux enfants qui naîtront de vous.*

14. Dixitque Dominus ad Abram, postquam divisus est ab eo Loth : Leva oculos tuos, et vide, à loco in quo nunc es, ad Aquilonem et Meridiem, ad Orientem et Occidentem.

15. Omnem terram quam conspicis, tibi dabo et semini tuo usque in sempiternum (2).

16. Faciamque semem tuum sicut pulverem terræ : si quis potest hominum numerare pulverem terræ, semen quoque tuum numerare poterit.

17. Surge, et perambula terram in longitudine, et in latitudine sua : quia tibi daturus sum eam.

(1) Rép. crit., tome I, page 38. — (2) Rép. crit., tome I, page 37 *et suiv.* — Bible vengée, note XLIX.

---

minatum inter scelestissimos, quo nomine laudatur, II. Petri, cap. 2. n. 7.

13. *Sodomitæ pessimi erant, et peccatores coram Domino.* Quid significat formula illa dicendi *coram Domino*, dictum est supra, c. 10, n. 9. Peccatorum horum originem explicat Ezechiel, c. 16, n. 49.

15. *Omnem terram quam conspicis.* Probabile est Deum, vel angelum vice Dei totius illius terræ, et partium illius speciem objecisse Abrahamo, sicut ostendit eam Mosi, a monte Phasga, Deut. 34, 1. et Christo tentator, Matt. 4. 8. — *Tibi dabo et semini tuo.* Particula *et* habet vim explicandi, et sensus est : Dabo tibi in semine tuo, dabo in tuî gratiam. — *In sempiternum.* Quamdiu durabit Hebræorum respublica, vel promissio conditionem habet, si officium fecerint, honestatem justitiamque coluerint; vel etiam ultra respexit Deus ad terram viventium, et spirituale semen Abræ. Vide ad Rom. 4. 16, et c. 9. 8.

16. *Sicut pulverem terræ.* Est hyperbole, plurimus tamen fuit populus ille : longe vero plures qui spirituale semen Abræ sunt. * Eadem dicendi formula dicunt Græci ὅση κόνις, et ψαμμακόσια.

17. *Perambula.* Non præcipit, sed offert, quasi dicat : Si vis scire quanta sit hæc terra et qualis, perambula eam, miraberis et gaudebis. * Possessio etiam capitur terræ inambulando. *l. possideri*, § 1. *de acquir. posses.*

Digitized by Google

18. Movens igitur tabernaculum suum Abram, venit et habitavit juxta convallem Mambre, quæ est in Hebron : ædificavitque ibi altare Domino.

18. Abram, levant donc sa tente, vint demeurer près de la vallée de Mambré, qui est vers Hébron, et il dressa là un autel au Seigneur.

CHAPITRE XIV.

§ I. *Plusieurs rois se font la guerre. Le roi de Sodome est vaincu avec quatre autres rois par Chodorlahomor et ses alliés, Sodome est pillée et Loth emmené captif* (1).

L'AN DU MONDE 2092. — AVANT J.-C. 1912.

1. Factum est autem in illo tempore, ut Amraphel rex Sennaar, et Arioch rex Ponti, et Chodorlahomor rex Elamitarum, et Thadal rex gentium,

1. En ce temps-là, Amraphel, roi de Sennaar *ou de Babylone*, Arioch, roi de Pont *ou plutôt de Thalassar sur les confins de l'Assyrie ;* Chodorlahomor, roi des Elamites, et Thadal, roi des nations *différentes qu'il avait rassemblées dans la ville de Goin*,

2. Inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, et contra Bersa regem Gomorrhæ, et contra Sennaab regem Adamæ, et contra Semeber regem Seboim, contraque regem Balæ, ipsa est Segor.

2. Firent la guerre contre Bara, roi de Sodome ; contre Bersa, roi de Gomorrhe ; contre Sennaab, roi d'Adama, contre Semeber, roi de Seboïm, et contre le roi de la ville de Bala, qui est la même que *celle qui fut depuis appelée* Ségor.

3. Omnes hi convenerunt in vallem Silvestrem, quæ nunc est mare Salis.

3. Tous ces rois s'assemblèrent dans la vallée des Bois, qui est maintenant la mer Salée.

(1) Bible vengée, note XLVIII. — Lettres de quelques Juifs, tome II, page 148 *et suiv.*

---

18. *Juxta convallem Mambre.* Fuit planities roboreis silvis consita, similis convalli Illustri : in hac fuit ilex, seu quercus illa nobilis, dicta *Quercus Mambre.* Nomen accepit vel ab urbe Hebron quæ et Mambre dicta c. 23, in fine, vel a viro quodam principe, de quo cap. 14, n. 15. — *In Hebron.* In territorio Hebron, juxta Hebron. — *Ædificavitque ibi altare Domino.* Abram religiosus ubique Domino erigit altaria, dicitque Domino : *A te principium, tibi desinet.*

Cap. XIV. 1. *Rex Sennaar.* Babylonis. Vide Gen. c. 11. 2. — *Rex Ponti*, non illius Euxini, sed alterius vicinioris. Sunt qui putent esse civitatem Cœlesyriæ * quæ a Stephano de Urbibus dicitur Hellas; quæ mera est conjectura. — *Rex Elamitarum.* Rex Persarum, qui Elamitæ dicuntur in Scriptura. — *Rex gentium.* Vel rex Galilææ, quæ Gentium dicta est, ut censet Masius, Josue, c. 12. 9. Vel hic gentes accipiuntur pro errronibus et profugis ex variis gentibus, quibus asylum in suo regno dederit hic Thadal.

3. *Vallem Silvestrem.* Amœnam, et instar nemoris pulchris arboribus condensam. — *Mare Salis.* Qui locus ab Hebræis vocatur etiam *vallis Salinarum* aut *mare Mortuum.*

Digitized by Google

4. *Le sujet de la guerre que ces princes firent contre les rois de la Pentapole, était qu'*ils avaient été assujettis à Chodorlahomor pendant douze ans, et la treizième année ils se retirèrent de sa domination.

4. Duodecim enim annis servierant Chodorlahomor, et tertio decimo anno recesserunt ab eo.

5. Ainsi, la quatorzième année, Chodorlahomor *voulant les soumettre de nouveau à son empire,* vint avec les rois qui s'étaient joints à lui, et, *commençant par les peuples qui sont au-delà du Jourdain vers le nord,* ils défirent les Raphaïtes dans Astarothcarnaïm, les Zuzites qui étaient avec eux, les Emites dans Savé Cariathaïm.

5. Igitur quarto decimo anno venit Chodorlahomor, et reges qui erant cum eo : percusseruntque Raphaim in Astarothcarnaim, et Zuzim cum eis, et Emim in Save Cariathaim,

6. Et *passant vers le Midi, ils battirent* les Chorréens *qui habitaient* dans les montagnes de Seïr, jusqu'aux campagnes de Pharan, qui est dans le désert *de Cadès, sur les confins de l'Arabie-Pétrée.*

6. et Chorræos in montibus Seir, usque ad Campestria Pharan, quæ est in solitudine.

7. Et étant retournés *vers le Nord,* ils vinrent à *l'endroit où fut depuis* la fontaine de Misphat, *c'est-à-dire la fontaine du Jugement ; c'est celle que Moïse fit sortir du rocher* qui est *dans* le même lieu que Cadès ; et ils passèrent au fil de l'épée tout ce qu'ils trouvèrent dans le pays, *qui est maintenant celui* des Amalécites : et ils défirent les Amorrhéens qui habitaient dans Asasonthamar.

7. Reversique sunt, et venerunt ad fontem Misphat, ipsa est Cades : et percusserunt omnem regionem Amalecitarum, et Amorrhæum qui habitabat in Asasonthamar.

8. Alors le roi de Sodome, le roi de Gomorrhe, le roi d'Adama, le roi de Sé-

8. Et egressi sunt rex Sodomorum, et rex Gomorrhæ, rexque

---

4. ***Recesserunt.*** Rebellarunt.

5. ***Qui erant cum eo.*** Qui illi erant fœderati. — ***Raphaim.*** Hæc vox gigantes significat. Hi habitarunt in terra Basan, quæ ideo dicta *terra Gigantum.* Deut. 3. 13. — ***Astarothcarnaim.*** Dianæ, vel Junonis bicornis urbem, nam Carnaim bicornem significat. Sunt tamen qui a bicorni seu bicipiti monte dictam putent Astarothcarnaim, quod in eo sita esset. — ***Save.*** Aliqui vertunt, *planitiem.* Videtur fuisse urbs in planitie ad mare Mortuum.

6. ***Montibus Seir.*** Hi sunt montes Edom in Gabalena regione, postmodum habitatio Esau.

7. ***Fontem Misphat.*** Fontem Judicii, ita dictus quod ibi Judæi contra Mosen, et Aaron murmuraverint, jurgati sint, et velut judicio expostularint; ideo etiam dicitur aqua contradictionis : ibidem Deus Mosen et Aaron propter incredulitatem damnavit, ne terram promissionis ingrederentur. Postea cum illic, miraculo edito, Deus fuisset sanctificatus, locus dici cœptus est Cades. Vide Num. 20. 11. — ***Amalecitarum.*** Qui postea ab Esau nepote sic vocati. Genes. 36. 16. Sensus ergo est : regionem, quam postea Amalecitæ possederunt. — ***Asasonthamar.*** Urbem Palmarum, quæ fuit Amorrhæorum, urbem etiam Engaddi vocatam.

Digitized by Google

Adamæ, et rex Seboïm, necnon et rex Balæ, quæ est Segor : et direxerunt aciem contra eos in valle Silvestri :

boïm et le roi de *la ville de* Bala ; qui est la même que Ségor, se mirent en campagne, et rangèrent leurs troupes en bataille dans la vallée des Bois contre ces princes :

9. Scilicet adversùs Chodorlahomor regem Elamitarum, et Thadal regem gentium, et Amraphel regem Sennaar, et Arioch regem Ponti : quatuor reges adversùs quinque.

9. C'est-à-dire contre Chodorlahomor, roi des Elamites, Thadal, roi des nations, Amraphel, roi de Sennaar, et Arioch, roi de Pont, quatre rois contre cinq.

10. Vallis autem Silvestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum et Gomorrhæ terga verterunt, ceciderunt-que ibi ; et qui ramanserant, fugerant ad montem.

10. Il y avait beaucoup de puits de bitume dans cette vallée des Bois, *et le terrain était très-propre à s'enflammer.* Le roi de Sodome et le roi de Gomorrhe furent mis en fuite, leurs gens y périrent; et ceux qui échappèrent s'enfuirent sur une montagne.

11. Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorum et Gomorrhæ, et universa quæ ad cibum pertinent, et abierunt.

11. *Les vainqueurs, ne trouvant plus de résistance, entrèrent dans les villes des rois vaincus ;* et ayant pris toutes les richesses et les vivres de Sodome et de Gomorrhe, il se retirèrent *chargés de dépouilles.*

12. Necnon et Loth et substantiam ejus, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis.

12. Ils emmenèrent aussi Loth, fils du frère d'Abram, qui demeurait dans Sodome, et tout ce qui était à lui.

§ II. *Abram est averti du malheur de Loth son neveu. Il arme trois cent dix-huit de ses gens, et marche à son secours ; il joint les ennemis, les défait et reprend tout leur butin.*

13. Et ecce unus qui evaserat, nuntiavit Abram Hebræo, qui habitabat in convalle Mambre Amorrhæi, fratris Escol, et fratris Aner ; hi enim pepigerant fœdus cum Abram.

13. En même temps un homme qui s'était sauvé *du combat* vint donner avis de ceci à Abram Hébreu, qui demeurait dans la vallée de Mambré, *prince* amorrhéen, frère d'Escol et frère d'Aner, qui tous trois avaient fait alliance avec Abram.

---

10. *Puteos multos.* Hebr. *puteos, puteos* ; geminatio vocis copiam puteorum significat, ut illud Psal. 121, 4 : *Illuc ascenderunt tribus, tribus Domini,* id est, omnes tribus. Quinque reges elegerunt hunc locum, quod periculosus esset hostibus ignaris horum puteorum. — *Ceciderunt que ibi.* Non ipsi reges Sodomæ et Gomorrhæ (hi enim fugerunt et evaserunt, ut patet n. 17), sed eorum milites, quorum pars capti, pars cæsi, pars in puteos bituminis delapsi.

12. *Necnon et Loth.* Vel in prælio captum, vel inermem in urbe inventum haud dubie pœna electionis parum sapienter institutæ, et moræ inter improbos, ut aliqui Patres sentiunt.

13. *Abram Hebræo.* LXX τῷ περάτῃ, id est, *transitori.* Sentiunt enim hebræum dici a voce עבר *habar,* quæ transire significat, et hanc etymologiam secuti, dicemus Abrahamum vocari transitorem et hebræum, quod Euphraten transisset. Alia est sententia dici Hebræos ad Heber, a quo descendebant, et cujus idioma retinebant.

Digitized by Google

14. Abram, ayant su que Loth son frère avait été pris, choisit les plus braves de ses serviteurs, au nombre de trois cent dix-huit, et poursuivit ces rois jusqu'à Dan.

15. Il forma deux corps de ses gens et de ses alliés *qui s'étaient joints à lui pour cette expédition;* et venant fondre sur les ennemis durant la nuit, il les défit, et les poursuivit jusqu'à Hoba qui est à la gauche de Damas.

16. Il ramena avec lui tout le butin qu'ils avaient pris, Loth son frère, avec ce qui était à lui, les femmes et *tout* le peuple *de Sodome et des autres villes qui avaient été pillées.*

17. Et le roi de Sodome sortit au-devant de lui, lorsqu'il revenait après la défaite de Chodorlahomor et des autres rois qui étaient avec lui dans la vallée de Savé, appelée aussi la vallée du Roi, *à cause de cette entrevue d'Abram et du roi de Sodome.*

14. Quod cùm audisset Abram, captum videlicet Loth fratrem suum, numeravit expeditos vernaculos suos trecentos decem et octo; et persecutus est usque Dan (1).

15. Et divisis sociis, irruit super eos nocte, percussitque eos, et persecutus est eos usque Hoba, quæ est ad lævam Damasci (2).

16. Reduxitque omnem substantiam, et Loth fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque et populum.

17. Egressus est autem rex Sodomorum in occursum ejus, postquam reversus est a cæde Chodorlahomor, et regum qui cum eo erant in valle Save, quæ est vallis Regis.

§ III. *Melchisédech bénit Abram, et reçoit de lui la dîme de tout ce qu'il avait pris. Abram refuse de prendre pour lui le butin que lui offre le roi de Sodome.*

18. Mais Melchisédech, roi de Salem, offrant *en sacrifice* du pain et du vin,

18. At verò Melchisedech rex Salem, proferens panem et vinum,

(1) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 154. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 158.

---

14. *Numeravit.* Non numeravit tantum, sed etiam selegit. Hebræa significant, expedivit initiatos, vel instructos suos, quos scilicet jam ferrum et arma tractare docuerat, ut peregre habitans se tutum præstaret ab injuria. — *Vernaculos suos.* Servos domi suæ natos. — *Trecentos decem et octo.* Tot postea Patres in concilio Nicæno. — *Usque Dan.* Urbs Dan tempore Abræ et Mosis vocabatur Lais, vel Lesem, et ita scripsit Moses : sed qui hæc diaria Mosis digessit pro Lais, substituit Dan, quo nomine post Mosen vocata est, Josue 19. 47. Alii putant spiritu prophetico Mosen scribere nomen urbis, quod postea erat acceptura.

15. *Divisis sociis.* Abram unam turmam duxit : socios tres, puta, Aner, Escol et Mambre in tres, ut videtur, turmas divisit, ut omnes effugii vias hosti præcluderet, utque a quatuor partibus eos adoriens percelleret, opinantes a magno exercitu se undique cingi, atque ita somno veternoque sepultos opprimeret.

17. *In occursum ejus.* Ut gratias ageret et impetraret sibi reddi cives suos. — *Vallis Regis.* LXX addunt, Melchisedech, vel quod ita dicta ob occursum hunc regis Melchisedech, vel quod ibi essent ejus deliciæ, vel tandem quod amœnitate digna esset rege.

18. *Melchisedech.* Aliqui putarunt Melchisedech esse Sem, filium Noe : sed Sem genealogia texitur in Scriptura; Melchisedech autem est sine genealogia,

Digitized by Google

erat enim Sacerdos Dei altissimi,

19. Benedixit ei, et ait : Benedictus Abram Deo excelso, qui creavit cœlum et terram.

20. Et benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus.

21. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram : Da mihi animas, cætera tolle tibi.

22. Qui respondit ei : Levo manum meam ad Dominum Deum excelsum possessorem cœli et terræ,

23. Quod a filo subtegminis usque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas : Ego ditavi Abram.

parce qu'il était prêtre du Très-Haut,

19. Bénit Abram, en disant : Qu'Abram soit béni du Dieu très-haut, qui a créé le ciel et la terre ;

20. Et que le Dieu très-haut soit béni, lui qui par sa protection vous a mis nos ennemis entre les mains. Alors Abram lui donna la dîme *de tout ce qu'il avait pris sur les quatre rois vaincus.*

21. Or le roi de Sodome dit à Abram : *De tout ce qui m'appartient, et que vous avez repris sur les ennemis,* donnez-moi les personnes, et prenez le reste pour vous.

22. Abram lui répondit : Je lève la main *et je jure* par le Seigneur le Dieu très-haut, possesseur du Ciel et de la terre,

23. Que je ne recevrai rien de tout ce qui est à vous, depuis le moindre fil jusqu'à un cordon de soulier, afin que vous ne puissiez pas dire que vous avez enrichi Abram.

---

ut ait D. Paulus ad Hebr. 7. Fuit ergo aliquis ex regulis Chananæorum, qui inter impios pie vivebat et juste, ut bene illi nomen, quod ferebat, conveniret; nam Melchisedech significat regem justitiæ. Porro Melchisedech fuit Christi typus, quia uterque rex justitiæ, uterque rex Salem, id est pacis, uterque sine genealogia, nam Christus patrem non habuit in terris; uterque quasi æternus inducitur in Scriptura; tandem uterque sacerdos et pontifex. — ***Rex Salem.*** Rex Jerusalem, quæ prius Salem et Jebus dicta.—***Proferens panem et vinum.*** Ad sacrificium, quia erat sacerdos, partem panis suo ritu sacrificavit, v. g. cremando; partem vini libavit, effundens Deo in gratiarum actionem pro victoria; deinde reliquam panis ac vini partem in milites Abræ libandam, id est, participandam et comedendam distribuit; hic enim mos erat sacrificii pacifici. — ***Sacerdos.*** Vox hebr. כֹּהֵן *cohen* proprie sacerdotem significat : abusive vero, et raro principem, quod sequentia clare ostendunt; nam additur : ***Dei altissimi.*** * Mos olim fuit ut iidem reges essent et sacerdotes. Virg. 3. Æn. ***Rex Anius, rex ipse hominum Phœbique sacerdos.*** Ubi Servius : ***Sane majorum hæc erat consuetudo, ut rex esset etiam sacerdos vel pontifex.***

19. ***Benedixit ei.*** Major minori, Melchisedech Abramo, formula usus quæ hic habetur.

20. ***Dedit ei decimas.*** Abram Melchisedecho, ut patet ad Hebr. 4. 7. — ***Ex omnibus.*** Spoliis.

21. ***Da mihi animas.*** Cives et subditos meos captivos.

22. ***Levo manum meum.*** Jurantis habitus.

23. ***A filo subtegminis.*** Id est, ne minimum quidem accipiam. Vox ***subtegminis*** non est in hebræo, sed addita a nostro interprete explicationis causa. Subtegmen est filum, quod sub stamine texitur. — ***Usque ad corrigiam caligæ.*** Caliga est calceus. — ***Ne dicas : Ego ditavi.*** Ne jactes me ex tuis incommodis mea quæsisse commoda; aut jactes me amore munerum tuncrum tibi suppetias ivisse : quia nihil tale suberat in muneribus Pharaonis, cap. præcedenti, ea recepit.

Digitized by Google

24. J'excepte seulement ce que mes gens ont pris pour leur nourriture, et ce qui est dû à ceux qui sont venus avec moi, Aner, Escol et Mambré, qui pourront prendre leur part du butin.

24. Exceptis his, quæ comederunt juvenes, et partibus virorum, qui venerunt mecum, Aner, Escol et Mambre : isti accipient partes suas.

CHAPITRE XV.

§ I. *Dieu assure à Abram qu'il sera son protecteur et sa récompense. Abram lui représente qu'il n'a point d'enfants. Dieu lui promet un fils et une nombreuse postérité* (1).

L'AN DU MONDE 2092. — AVANT J.-C. 1912.

1. Après cela, le Seigneur parla à Abram dans une vision; et *voulant récompenser le désintéressement qu'il venait de faire paraître*, il lui dit : Ne craignez point, Abram; je suis votre protecteur, et votre récompense infiniment grande.

2. Abram lui répondit : Seigneur *mon* Dieu, que me donnerez-vous? *Je ne vous demande rien sur la terre, j'y ai assez de bien;* je mourrai sans enfants; et ce Damascus, fils d'Eliézer, intendant de ma maison, *héritera de ce que j'ai, et sera assez riche.*

1. His itaque transactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionem dicens : Noli timere, Abram, ego protector tuus sum, et merces tua magna nimis.

2. Dixitque Abram : Domine Deus, quid dabis mihi? ego vadam absque liberis : et filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliezer.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 211.

CAP. XV. 1. *Ego protector tuus.* In hebræo est : *Ego sum clypeus tuus, in morem clypei ego te proteyam.* Sic Psalm. 5. 13 : *Ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos;* LXX habent : *Ego Hyperapistes tuus*, id est, ego scuto te protego. — *Et merces tua.* Fortiter te, sapienter ac pie gessisti; mercedem feres : ego qui sum bonorum oceanus, præmium tuum ero; æterna habebis bona, et externis etiam hisce abundabis. Hac mercede lætabatur David, cujus illa vox : *Dominus pars hæreditatis meæ.* Psalm. 15. 5. Et mentitur iniquitas sibi, cum ait apud Malach. 3. 14 : *Vanus est, qui servit Deo; et quod emolumentum, quia custodivimus præcepta ejus, et quia ambulavimus tristes coram Domino exercituum?*

2. *Quid dabis mihi?* Quasi dicat : Credo te mihi multa bona daturum; sed cujus illa tandem erunt, cum liberis caream? Sciebat Abram sibi a Deo, qui non fallit, promissam prolem : sed timet ne promissio culpa sua excidat : et amor, ut assolet, timorem auget. — *Filius procuratoris.* Hebr. בן משק *ben mesech*, varie vertitur et exponitur. 1. *Filius, mesech*, quæ est ancilla mea oriunda Damasco. 2. *Filius relictionis domus meæ*, id est, is cui curam omnem rei familiaris meæ reliqui et commisi. 3. *Filius excursationis*, vel *discursionis domus meæ*, id est, œconomus, qui per domum discursat, ut omnibus prospiciat. 4. *Filius potum dantis domui meæ*, quod etiam procuratorum est, qui cibum et potum familiæ præbent. — *Iste Damascus Eliezer.* Servus hic meus, cui nomen Damascus filius Eliezer, vel Damascenus, quod matre Damascena natus : hebr. דמשק *Dammesech*, et videtur præfixa littera *daleth* loco litteræ *he* demonstrativæ, quod Syri solent, et nihil aliud significare, quam *iste procurator.*

Digitized by Google

3. Addiditque Abram : Mihi autem non dedisti semen ; et ecce vernaculus meus, hæres meus erit.

3. *Car* pour moi, ajouta-t-il, vous ne m'avez point donné d'enfants ; ainsi le fils de mon serviteur sera mon héritier.

4. Statimque sermo Domini factus est ad eum, dicens : Non erit hic hæres tuus ; sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis hæredem.

4. Le Seigneur lui répondit aussitôt : Celui-là ne sera point votre héritier ; mais vous aurez pour héritier celui qui naîtra de vous.

5. Eduxitque eum foras, et ait illi : Suspice cœlum, et numera stellas, si potes. Et dixit ei : Sic erit semen tuum.

5. Et après l'avoir fait sortir dehors, il lui dit : Levez les yeux au ciel, et comptez les étoiles, si vous pouvez. C'est ainsi, ajouta-t-il, que se multipliera votre race.

6. Credidit Abram Deo, et reputatum est illi ad justitiam.

6. Abram crut à Dieu, et *sa foi* lui fut imputée à justice ; *elle lui mérita une justice et une grâce plus abondante.*

7. Dixitque ad eum : Ego Dominus qui eduxi te de Ur Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, et possideres eam.

7. Dieu lui dit encore : Je suis le Seigneur qui vous ai tiré d'Ur en Chaldée, pour vous donner cette terre, afin que vous la possédiez *en la personne de vos enfants, comme l'héritage que je leur destine.*

8. At ille ait : Domine Deus : unde scire possum, quod possessurus sim eam ?

8. Abram lui répondit : Seigneur *mon* Dieu, *je ne doute point de la vérité de vos promesses ; mais permettez-moi de vous demander* comment puis-je connaître que je dois la posséder *en la personne de mes enfants, moi qui n'oserais me promettre d'en avoir, ayant une femme stérile.*

§ II. *Le Seigneur contracte alliance avec Abram, et promet de lui donner la terre de Chanaan. Il lui prédit la captivité de ses descendants en Egypte, et leur délivrance miraculeuse.*

9. Et respondens Dominus : Sume, inquit, mihi vaccam trien-

9. Le Seigneur lui répliqua : *Pour vous assurer de la vérité de cette promesse,*

(1) Bible vengée, note XLIV.

3. *Vernaculus meus.* Servus domi meæ natus.

5. *Numera stellas.* Ex hoc loco habemus stellas tot esse, ut a nobis earum numerus iniri non possit, et decipi astrologos qui 1022 esse autumant stellas fixas ; nam fistulæ dioptricæ recens inventum multo plures deprehendit. — *Sic erit semen tuum.* Non solum carnale, de quo modo sollicitus es, sed multo magis spirituale.

6. *Credidit Abram Deo.* Quamvis ardua promittenti, prolem scilicet ex uxore anu. — *Reputatum est illi ad justitiam.* Hebr. *et reputavit illam,* scilicet fidem, Deus illi ad justitiam majorem, ut coram Deo justior appareret et esset.

7. *Possideres.* Per tuos posteros.

8. *Unde scire possum.* Non dubitat, qui ita crediderat, ut reputaretur ei ad justitiam ; sed vel rei modum scire vult, vel ita promissionem vult confirmari, ut nullis posterorum demeritis illam irritet ; vel petit signum non tam sibi quam posteris.

9. *Vaccam triennem, et capram trimam.* Vult offerri animalia hæc trima,

Digitized by Google

je vais faire alliance avec vous en la manière que les hommes le font entre eux : préparez donc tout ce qu'il faut pour cela. Prenez une vache de trois ans, une chèvre de trois ans, et un bélier qui soit aussi de trois ans, *partagez-les en deux selon la coutume : prenez* aussi une tourterelle et une colombe, *pour m'en faire un sacrifice.*

10. Abram, prenant donc tous ces animaux, les divisa par la moitié, *en les fendant depuis la tête jusqu'à la queue*, et mit les deux parties qu'il avait coupées vis-à-vis l'une de l'autre, *laissant un espace pour passer entre deux, selon ce qui s'observait alors dans les alliances.* Mais il ne divisa point la tourterelle ni la colombe, *parce qu'elles étaient destinées pour être offertes en sacrifice.*

11. Or *Abram, ayant immolé les deux oiseaux, les mit entiers sur les cadavres des autres victimes divisées, et il se coucha au milieu d'elles. Cependant* les oiseaux *de proie* venaient fondre sur ces bêtes mortes, et Abram les en chassait.

12. Mais lorsque le soleil se couchait, Abram fut surpris d'un profond sommeil, et il tomba dans un horrible effroi, se trouvant comme tout enveloppé de ténèbres.

13. Alors, *pour faire comprendre ce que signifiait cette vision*, il lui fut dit : Sachez dès maintenant que votre postérité demeurera dans *cette terre, comme dans*

nem, et capram trimam, et arietem annorum trium, turturem quoque et columbam.

10. Qui tollens universa hæc, divisit ea per medium, et utrasque partes contra se altrinsecus posuit : aves autem non divisit.

11. Descenderuntque volucres super cadavera, et abigebat eas Abram.

12. Cumque sol occumberet, sopor irruit super Abram, et horror magnus et tenebrosus invasit eum.

13. Dictumque est ad eum : Scito prænoscens quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, et subjicient eos

---

quia tertio ætatis anno sunt perfecta statura et robore. — *Columbam.* Hebr. *pullum columbinum.*

10. *Divisit ea per medium.* Fidit ea secando a capite ad caudam. Ritus feriendi fœderis. Hæc enim animalium dissectio erat pro diris in fœdifragos, ut ita dividerentur. Retentus postea hic mos ut indicatur Jerem. 34. 18 : *Qui prævaricantur*, inquit, *fœdus meum, et non observaverunt verba fœderis, quibus assensi sunt in conspectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, et transierunt inter divisiones ejus.* — *Partes contra se.* Altrinsecus, opposuit medietates quadrupedum invicem respondentes, relicto spatio intermedio ad transeundum. — *Aves autem non divisit.* Quia non faciebant ad fœdus, sed tantum ad sacrificium.

12. *Sopor irruit super Abram.* Sopor hic partim fuit naturalis ex labore diurno occidendi, dividendi, sacrificandi victimas, et abigendi volucres; partim fuit a Deo immissus, sicut Adæ soporem immisit, Genes. 2. 21; et est utrobique in textu hebræo eadem vox תרדמה *thardema*, quam LXX vertunt, *extasim.* In extasim ergo raptus Abram, vidit posterorum suorum in Ægypto servitutem, idque videns angore et horrore correptus est.

13. *In terra non sua.* Partim in Ægypto, partim in Chananæa. — *Et*

Digitized by Google

servituti, et affligent quadringentis annis.

14. Verumtamen gentem, cui servituri sunt, ego judicabo : et post hæc egredientur cum magna substantia.

15. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in senectute bona.

16. Generatione autem quartâ revertentur huc : necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum usque ad præsens tempus.

17. Cùm ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, et apparuit clibanus fumans, et lampas ignis transiens inter divisiones illas.

une terre étrangère, *pendant cent quatre vingt-dix ans, à compter depuis la naissance du fils que je vous donnerai ;* et qu'*ensuite passant en Egypte,* elle y sera réduite en servitude, et accablée de maux *deux cent quinze ans. Ainsi plus de* quatre cents ans *s'écouleront avant qu'elle jouisse d'une parfaite liberté.*

14. Après *cela* j'exercerai mes jugements sur le peuple auquel ils seront assujettis; et ils sortiront ensuite de ce pays-là avec de grandes richesses.

15. Pour vous, *vous ne verrez point ces maux ;* vous irez en paix avec vos pères, mourant dans une heureuse vieillesse.

16. Mais vos descendants viendront dans ce pays-ci après la quatrième génération ; *je différerai jusque-là à les mettre en possession de cette terre,* parce que la mesure des iniquités des Amorrhéens *et des autres peuples qui la possèdent* n'est pas encore remplie présentement.

17. Lors donc que le soleil fut couché *et qu'Abram fut endormi,* il se forma une obscurité ténébreuse ; il parut un four, d'où sortait une grande fumée, *signes sensibles des maux que sa postérité devait souffrir. Il vit Dieu sous la figure* d'une lampe ardente qui passait au travers de ces bêtes divisées, *pour confirmer l'alliance qu'il contractait avec lui.*

---

11. ***Percusserunt cæcitate.*** Non plane cæci facti sunt, sed effusa caligo, ut fores domus Loth invenire non possent, imo nec suas, ut habemus in lib. Sap. c. ult. n. 16. Vel in libro Sapientiæ tantum dicitur Sodomitas ostium Loth, Ægyptios vero domorum suarum portas præ tenebris invenire non potuisse.

12. ***Dixerunt.*** Duo illi viri, ut exprimitur in hebræo. — ***Habes hic quem-***

Digitized by Google

ici quelqu'un de vos proches, un gendre, ou des fils, ou des filles? faites sortir de cette ville tous ceux qui vous appartiennent;

13. Car nous allons détruire ce lieu, parce que le cri *des abominations* de ces peuples s'est élevé de plus en plus devant le Seigneur, et il nous a envoyés pour les perdre.

14. Loth, étant donc sorti, parla à *ceux qu'il avait choisis pour être* ses gendres, *et* qui devaient épouser ses filles, et il leur dit : Sortez promptement de ce lieu; car le Seigneur va détruire cette ville. Mais ils s'imaginèrent qu'il disait cela en se moquant, *et ne voulurent point sortir.*

15. A la pointe du jour, les anges pressaient fort Loth de sortir, en lui disant : Levez-vous, et emmenez votre femme et vos deux filles, de peur que vous ne périssiez aussi vous-même dans la ruine de cette ville.

16. Voyant qu'il différait toujours, ils le prirent par la main; car le Seigneur voulait le sauver : et ils prirent de même sa femme et ses deux filles.

17. L'ayant ainsi fait sortir *de la maison*, ils le conduisirent hors de la ville, et ils lui parlèrent de cette sorte : Sauvez votre vie, ne regardez point derrière vous, et ne vous arrêtez point dans tout le pays d'alentour; mais sauvez-vous sur la montagne, de peur que vous ne périssiez aussi vous-même avec les autres.

18. Loth leur répondit : Seigneur,

Habes hic quempiam tuorum? generum, aut filios, aut filias, omnes qui tui sunt, educ de urbe hac :

13. Delebimus enim locum istum, eo quod increverit clamor eorum coram Domino, qui misit nos ut perdamus illos.

14. Egressus itaque Loth, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias ejus, et dixit : Surgite, egredimini de loco isto : quia delebit Dominus civitatem hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui.

15. Cumque esset mane, cogebant eum angeli dicentes : Surge, tolle uxorem tuam, et duas filias quas habes : ne et tu pariter pereas in scelere civitatis.

16. Dissimulante illo, apprehenderunt manum ejus et manum uxoris, ac duarum filiarum ejus eo quod parceret Dominus illi.

17. Eduxeruntque eum, et posuerunt extra civitatem : ibique locuti sunt ad eum, dicentes : Salva animam tuam : noli respicere post tergum, nec stes in omni circa regione : sed in monte salvum te fac, ne et tu simul pereas.

18. Dixitque Loth ad eos : Quæso, Domine mi,

---

piam tuorum? Omnes tibi sanguine aut necessitatibus aliis junctos parati sumus eripere tui gratia.

14. *Quasi ludens loqui.* Joco, non serio loqui, delirare.

15. *Tolle uxorem tuum, et duas filias.* Hæ tantum Lotho crediderunt.

16. *Dissimulante illo.* Moras nectente, fortasse etiam orante Deum ut parceret.

17. *Salva animam.* Vitam eripe incendio.—*Noli respicere.* Id est, nolite; nam id etiam uxori et filiabus mandatum; jubet autem non respicere ad exercendam Loth obedientiam, in detestationem etiam eorum, qui flammis addicebantur, quibus neminem compati volebat; vel etiam quia eum properare cupiebat, nec moras nectere, nullumque quod inde egressus esset dare signum pœnitentiæ. — *In monte.* Qui imminet urbi Segor.

18. *Domine.* Duo erant angeli, sed unus Loth et uxorem manu ducebat : hunc compellat hic Loth dicens, *Domine :* alter eum sequens pone inter duas filias medius eas pariter ducebat.

Digitized by Google

19. Quia invenit servus tuus gratiam coram te, et magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum, ut salvares animam meam, nec possum in monte salvari, ne forte apprehendat me malum, et moriar.

20. Est civitas hæc juxta, ad quam possum fugere, parva, et salvabor in ea: Numquid non modica est, et vivet anima mea?

21. Dixitque ad eum : Ecce etiam in hoc suscepi preces tuas, ut non subvertam urbem pro qua locutus es.

22. Festina et salvare ibi: quia non potero facere quidquam donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen urbis illius Segor.

23. Sol egressus est super terram, et Loth ingressus est Segor.

19. Puisque votre serviteur a trouvé grâce devant vous, et que vous avez signalé envers lui votre grande miséricorde, en me sauvant la vie, *considérez*, je vous prie, que je ne puis me sauver sur la montagne, *ayant peine à marcher, et* étant *ainsi* en danger que le malheur ne me surprenne auparavant, et que je ne meure.

20. Mais voilà ici près une ville où je puis fuir; elle est petite, je puis m'y sauver : vous savez qu'elle n'est pas grande, et elle me sauvera la vie.

21. L'ange lui répondit : J'accorde encore cette grâce à la prière que vous me faites, de ne pas détruire la ville pour laquelle vous me parlez.

22. Hâtez-vous *donc* de vous sauver en ce lieu-là, parce que je ne pourrai rien faire jusqu'à ce que vous y soyez entré. C'est pour cette raison que cette ville, *qui s'appelait auparavant Bala*, fut appelée Segor, *c'est-à-dire petite.*

23. Le soleil se levait sur la terre, au même temps que Loth entra dans Segor.

§ III. *Une pluie de soufre et de feu consume Sodome et Gomorrhe. La femme de Loth qui regarde derrière elle est changée en une statue de sel. Inceste des filles de Loth.*

24. Igitur Dominus pluit super Sodomam et Gomorrham sulphur

24. Alors le Seigneur fit descendre du ciel sur Sodome et sur Gomorrhe une pluie

---

19. *Magnificasti misericordiam.* Hebraismus, pro maxima erga me usus es misericordia. — *Nec possum in monte salvari.* Prætextus, non vera necessitas; nam postea ivit in montem.

20. *Numquid non modica est.* Parvi oppiduli salutem peto, ut mihi sit refugio et saluti. Pauci in eo incolæ; quare et pauciora, et leviora crimina.

21. *Suscepi preces tuas.* Hebr. *Suscepi faciem tuam.* LXX, Ἐθαύμασά σου τὸ πρόσωπον : *Admiratus sum faciem tuam,* reveritus. De hoc dici posset illud Pauli, Heb. 5. 7 : *Exauditus est pro sua reverentia.*—*Ut non subvertam.* Deus statuerat oratione Lothi oppido parcere; quare in animam ejus immisit, ut pro eo deprecaretur.

22. *Non potero facere quidquam.* Juxta divinum decretum, quo jussus sum te prius periculo subducere, et totam postea planitiem inflammare. — *Ingrediaris illuc.* In territorium urbis. — *Segor.* Quæ prius dicebatur Bala, supra c. 14. 2.

24. *Dominus pluit... a Domino.* Plane a Domino fuit pluvia hæc ignis et sulphuris, non autem a causis naturalibus. Ex repetitione colligunt interpretes mysterium Trinitatis, quasi dicat : Pluit Filius a Patre; id verum esse Concilium Sirmiense, cap. 14, anathemate sancit. — *Sulphur et ignem.* Incertum an vox hebraica גָּפְרִית *gopher,* significet sulphur, picem, an bitumen.

Digitized by Google

de soufre et de feu, *qui, enflammant le bitume dont le terrain était rempli, y causa un embrasement général.*

et ignem a Domino de cœlo (1) :

25. Et *ainsi le Seigneur* perdit ces villes avec tous leurs habitants; tout le pays d'alentour, avec ceux qui l'habitaient, et tout ce qui avait quelque verdeur sur la terre.

25. Et subvertit civitates has, et omnem circa regionem, universos habitatores urbium, et cuncta terræ virentia.

26. La femme de Loth, *ayant entendu le bruit de cet embrasement*, regarda derrière elle, *malgré la défense qui lui en avait été faite : et en punition de sa désobéissance*, elle fut changée en une statue de sel.

26. Respiciensque uxor ejus post se, versa est in statuam salis (2).

27. Or, Abraham, s'étant levé le matin, *dans le désir de savoir ce qui serait arrivé aux villes de Sodome et de Gomorrhe, et à son neveu*, vint au lieu où il avait été auparavant avec le Seigneur.

27. Abraham autem consurgens mane, ubi steterat prius cum Domino,

28. Et regardant Sodome et Gomorrhe, et tout le pays d'alentour, il vit des cendres enflammées qui s'élevaient de la terre, comme la fumée d'une fournaise.

28. Intuitus est Sodomam et Gomorrham, et universam terram regionis illius : viditque ascendentem favillam de terra quasi fornacis fumum.

29. *Dans cet embrasement, Dieu ne*

29. Cum enim subverteret Deus

(1) Livres saints vengés, tome I, page 340. — (2) Bible vengée, note LII. — Livres saints vengés, tome I, page 344.

Sulphur peccati fœdorem, ignis libidinis ardorem significant. — *De cœlo.* De aere.

25. *Omnem circa regionem.* Non solum Sodomam et Gomorrham, sed Adamam quoque et Seboim. — *Universos habitatores.* Nulli insontes : si qui a scelere puri propter ætatem teneram, iis Deus hoc incendio consulit, ne parentum mores, cum adolevissent, sequerentur. Feminæ propter luxum et superbiam, probabile eodem cum viris fœditatis genere, qua illis licebat, inquinatas fuisse : nec hoc tantum igne conflagrarunt Sodomitæ, sed, ut habemus apud S. Judam, n. 7 : *Facti sunt exemplum ignis æterni pœnam sustinentes,* quam pœnam adultorum neminem evasisse credibilius est. — *Urbium.* Quatuor quas dixi. — *Cuncta terræ virentia.* Tota vallis cremata.

26. *Respiciensque.* Verbis angeli non credens, ut indicat liber Sap. c. 10. 7, relictarum Sodomæ rerum desiderio, et cognoscendi studio undenam strepitus ille crepitantium flammarum qui exaudiebatur, quarum etiam, quamvis aversæ, fulgor aliquis perstringebat oculos, respexit. — *In statuam salis.* Effigies muliebris, quæ etiamnum exstare dicitur ab iis qui in iis regionibus peregrinati sunt. Sal hoc videtur fuisse metallicum, quod pluviæ resistit, et ædificiis soliditate sua est utile, de quo Plin. lib. 31, c. 7. Est autem versa in statuam salis uxor Loth, ut esset perenne monumentum divinæ vindictæ, quo posteri doceantur Dei mandatis parere et in bene cœptis pergere, nec retrospicere. Videtur Dominus animæ uxoris Loth pepercisse, quod gravis culpa non fuerit ad incendium illud respicere.

28. *Quasi fornacis fumum.* Vox hebræa significat fornacem calcariam.

Digitized by Google

civitates regionis illius, recordatus Abrahæ, liberavit Loth de subversione urbium in quibus habitaverat.

30. Ascenditque Loth de Segor, et mansit in monte, duæ quoque filiæ ejus cum eo (timuerat enim manere in Segor) et mansit in spelunca ipse, et duæ filiæ ejus cum eo.

31. Dixitque major ad minorem : Pater noster senex est, et nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos juxta morem universæ terræ.

32. Veni, inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo, ut servare possimus ex patre nostro semen (1).

33. Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa : et ingressa est major, dormivitque cum patre : at ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit (2).

34. Altera quoque die dixit major ad minorem : Ecce dormivi heri cum patre meo, demus ei bibere vinum etiam hac nocte, et

confondit pas les justes, avec les pécheurs : car lorsque Dieu détruisit les villes de ce pays-là, il se souvint d'Abraham, *et de la promesse qu'il lui avait faite ;* il délivra Loth de la ruine de ces villes, où il avait demeuré ; *il lui promit même de ne point toucher à Segor, où il avait envie de se retirer.*

30. *Mais* Loth *toujours chancelant et inquiet, parce que sa foi n'était pas ferme comme celle d'Abraham,* étant dans Segor, eut peur *de la voir périr par le feu, comme les autres villes, et d'y périr lui-même,* s'il y demeurait. Il se retira donc avec ses deux filles sur la montagne *où l'ange lui avait dit d'abord de se réfugier ;* et étant entré dans une caverne, il y demeura avec elles.

31. Alors l'aînée dit à la cadette : Notre père est vieux, et il n'est resté aucun homme sur la terre qui puisse nous épouser selon la coutume de tout le pays.

32. Donnons *donc* du vin à notre père, et enivrons-le, et dormons avec lui, afin que, *devenant mères,* nous puissions conserver de la race de notre père.

33. Elles donnèrent donc cette nuit-là du vin à boire à leur père : et l'aînée dormit avec lui, sans qu'il sentit ni quand elle se coucha, ni quand elle se leva.

34. Le jour suivant, l'aînée dit à la seconde : Vous savez que je dormis hier avec mon père ; donnons-lui encore du vin à boire cette nuit, et vous dormirez

(1) Bible vengée, note LII. — (2) Bible vengée, note LII.

---

29. *Recordatus Abrahæ.* Memor petitionis illius : *Numquid perdes justum cum impio?* supra, c. 18. 23 et 25.

30. *Ascenditque Loth de Segor.* Quæ post egressum Loth eversa non est, ut constat ex n. 21. — *Timuerat enim.* Contemplatus vim incendii. In via tantum fuerat prohibitus respicere.

31. *Dixitque major.* Crediderat utraque soror mortales omnes extinctos incendio, ut olim audiverant a parente diluvio periisse ; itaque studium reparandi humani generis illas incitavit ad facinus. Nec tamen excusandæ ; nam a congressu cum parente naturalis reverentia illas poterat absterrere, et ex Lotho quærere poterant, num aliqui homines flammas illas effugissent.

33. *At ille non sensit.* Ebrietate victus, uxorem suam sibi putavit accubare, immemor illam mortuam.

Digitized by Google

aussi avec lui, afin que nous conservions de la race de notre père.

35. Elles donnèrent *donc* encore cette nuit-là du vin à boire à leur père : et sa seconde fille dormit avec lui, sans qu'il sentit non plus ni quand elle se coucha, ni quand elle se leva.

36. Ainsi elles conçurent toutes deux de Loth leur père.

37. L'aînée enfanta un fils, et elle le nomma Moab, *c'est-à-dire engendré de mon père;* c'est lui qui est le père des Moabites qui sont encore aujourd'hui.

38. La seconde enfanta aussi un fils, qu'elle appela Ammon, c'est-à-dire le fils de mon peuple, *parce qu'elle l'avait eu de son père, et non d'un étranger;* c'est lui qui est le père des Ammonites que nous voyons encore aujourd'hui.

domies cum eo, ut salvemus semen de patre nostro.

35. Dederunt etiam et illa nocte patri suo bibere vinum; ingressaque minor filia dormivit cum eo : et ne nunc quidem sensit quando concubuerit, vel quando illa surrexerit.

36. Conceperunt ergo duæ filiæ Loth de patre suo.

37. Peperitque major filium, et vocavit nomen ejus Moab : ipse est pater Moabitarum usque in præsentem diem.

38. Minor quoque peperit filium, et vocavit nomen ejus Ammon, id est filius populi mei : ipse est pater Ammonitarum usque hodie.

CHAPITRE XX.

§ I. *Abimélech, roi de Gérare, fait enlever la femme d'Abraham qu'il croyait sa sœur. Il en est châtié de Dieu qui l'en reprend, et le menace de mort s'il refuse de la rendre* (1).

LA MÊME ANNÉE 2107.

1. Abraham étant parti de là pour aller du côté du midi, habita entre Cadès et Sur, et étant allé à Gérare, pour y demeurer quelque temps,

2. Il dit, parlant de Sara sa femme, qu'elle était sa sœur. Abimélech, roi de

1. Profectus inde Abraham in terram australem, habitavit inter Cades et Sur : et peregrinatus est in Geraris (2).

2. Dixitque de Sara uxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abime-

(1) Bible vengée, note LIII. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 159.

---

35. *Dederunt etiam.* Secunda Lothi ebrietas minus a culpa excusari potest quam prima; sed quis adeo afflictus omnia possit prospicere?

37. *Moab.* Dicitur quasi מֵאָב *Meab,* ex patre, quasi profiteatur se eum filium ex patre genuisse. Pudentius altera quæ filium vocavit Ammon, hebr. בֶּן עַמִּי *ben ammi,* id est, *filius populi,* vel generis mei, id est, non ex Sodomitis genitus est, sed patrem habet ex gente mea.

CAP. XX. 1. *Profectus inde.* Mutat sedes Abraham, quia advertebat virulentas maris Mortui exhalationes vicina loca sterilia et pestilentia reddituras. — *In terram australem.* Respectu convallis Mambre. — *Geraris.* Gerara urbs, metropolis Palæstinæ et sedes regia, fuit in tribu Simeon.

2. *De Sara uxore sua.* Saræ nonagenariæ pulchritudo divino muneri tribuenda; cum enim Dominus ei fœcunditatem largitus est, etiam reddidit pulchritudinem juventæ. Alii dicunt tunc nonagesimum annum parem fuisse nostro quadragesimo, præterea continentiam, et quod nunquam peperisset

Digitized by Google

lech rex Geraræ, et tulit eam.

3. Venit autem Deus ad Abimelech per somnium nocte, et ait illi : En morieris propter mulierem quam tulisti : habet enim virum.

4. Abimelech vero non tetigerat eam, et ait : Domine, num gentem ignorantem et justam interficies ?

5. Nonne ipse dixit mihi : Soror mea est : et ipsa ait : Frater meus est ? in simplicitate cordis mei, et munditia manuum mearum feci hoc.

6. Dixitque ad eum Deus : Et ego scio quod simplici corde feceris : et ideo custodivi te, ne peccares in me, et non dimisi ut tangeres eam.

7. Nunc ergo redde viro suo uxorem, quia propheta est : et orabit pro te, et vives : si autem nolueris reddere, scito quod morte morieris tu, et omnia quæ tua sunt.

Gérare, *charmé de la beauté de Sara que son grand âge n'avait point effacée,* envoya donc chez lui, et la fit enlever.

3. Mais Dieu *qui veillait à la conservation de Sara* apparut en songe pendant une nuit à Abimélech, et lui dit : Vous serez puni de mort à cause de la femme que vous avez enlevée, parce qu'elle a un mari.

4. Or Abimélech ne l'avait point touchée, et il répondit : Seigneur, punirez-vous de mort l'ignorance d'un peuple innocent ?

5. Cet homme ne m'a-t-il pas dit lui-même qu'elle était sa sœur, et elle-même aussi ne m'a-t-elle pas dit qu'il était son frère ? J'ai fait cela dans la simplicité de mon cœur, et *sans souiller* la pureté de mes mains.

6. Dieu lui dit : Je sais que vous l'avez fait avec un cœur simple ; c'est pour cela que je vous ai préservé, *en vous affligeant vous et vos femmes,* afin que vous ne péchassiez point contre moi, et que je ne vous ai pas permis de la toucher, *en vous avertissant de son état, comme je fais maintenant.*

7. Rendez donc présentement cette femme à son mari, parce que c'est un prophète *à qui je découvre mes secrets,* et il priera pour vous, et vous vivrez : que si vous ne voulez point la rendre, sachez que vous serez frappé de mort, vous et tout ce qui est à vous.

§ II. *Abimélech rend Sara à son mari sans l'avoir touchée. Il lui fait des reproches de l'avoir exposé à commettre un adultère, en disant qu'elle était sa sœur. Abraham prie pour Abimélech, et Dieu le guérit.*

8. Statimque de nocte consurgens Abimelech, vocavit omnes

8. Abimélech se leva aussitôt, lorsqu'il était encore nuit ; et ayant appelé tous ses

---

juvasse ut corporis decor non defloresceret.—*Tulit eam.* Non auso resistere Abraham.

5. *In simplicitate.* Simplici, innocenti, recto ac sincero animo.

6. *Et ego scio.* Te innoxium ab adulterio, sed non ab injuria ; tulisti enim invitam pro tuo imperio. — *Ne peccares.* Peccato adulterii. — *Non dimisi.* Morbo impedivi, nam infra, n. 17, dicitur : *Sanavit Deus Abimelech, etc.*

7. *Propheta est.* Familiariter cum illo versari, et multa illi mysteria rerum futurarum revelare soleo.

8. *Statimque de nocte.* Extrema noctis parte, cum jam albesceret cœlum In hebræo est : *Manicavit diluculo ;* sic etiam LXX.

Digitized by Google

serviteurs, il leur dit tout ce qu'il avait entendu, et ils furent tous saisis de frayeur.

9. Il manda aussi Abraham, et lui dit : Pourquoi nous avez-vous traité de la sorte? Quel mal vous avions-nous fait, pour avoir voulu nous engager, moi et mon royaume, dans un si grand péché? Vous avez fait *assurément* à notre égard ce que vous n'auriez pas dû faire.

10. Et continuant encore ses plaintes, il ajouta : Qu'avez-vous envisagé en agissant ainsi avec moi?

11. Abraham lui répondit : J'ai songé, et j'ai dit en moi-même : Il n'y a peut-être point de crainte de Dieu en ce pays-ci, et ils me tueront pour avoir ma femme.

12. D'ailleurs elle est véritablement ma sœur, étant fille de mon père, quoiqu'elle ne soit pas fille de ma mère; et je l'ai épousée.

13. Or depuis que Dieu m'a fait sortir de la maison de mon père, je lui ai dit : vous me ferez cette grâce dans tous les pays où nous irons, de dire que je suis votre frère.

14. Abimélech donna donc à Abraham des brebis, des bœufs, des serviteurs et des servantes : et il lui rendit sa femme;

15. Et il lui dit : Vous voyez devant vous toute cette terre; demeurez partout où il vous plaira.

16. Il dit ensuite à Sara : J'ai donné mille pièces d'argent à votre frère, afin

servos suos : et locutus est universa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde.

9. Vocavit autem Abimelech etiam Abraham, et dixit ei : Quid fecisti nobis? quid peccavimus in te, quia induxisti super me et super regnum meum peccatum grande? quæ non debuisti facere, fecisti nobis.

10. Rursumque expostulans, ait : Quid vidisti ut hoc faceres?

11. Respondit Abraham : Cogitavi mecum, dicens : Forsitan non est timor Dei in loco isto, et interficient me propter uxorem meam.

12. Alias autem et vere soror mea est, filia patris mei, et non filia matris meæ, et duxi eam in uxorem.

13. Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam : Hanc misericordiam facies mecum : In omni loco ad quem ingrediemur, dices quod frater tuus sim.

14. Tulit igitur Abimelech oves et boves, et servos et ancillas, et dedit Abraham : reddiditque illi Saram uxorem suam,

15. Et ait : Terra coram vobis est, ubicumque tibi placuerit habita.

16. Saræ autem dixit : Ecce mille argenteos dedi fratri tuo,

---

9. *Quid fecisti?* Non est interrogantis, sed expostulantis. — *Peccatum grande.* Gravem peccati ultionem et pœnam. — *Non debuisti facere.* Nec decuit, nec licebat.

10. *Quid vidisti?* Quæ signa injustitiæ, aut libidinis in nobis deprehendisti?

12. *Soror mea.* Consanguinea; nam Hebræi et Scriptura consanguineos fratres vocant et sorores. — *Filia patris mei, et non filia matris meæ.* Thare filii fuerant Abraham et Aran : Sara vero filia erat Aran; itaque Thare, qui Abrahamo erat pater, Saræ erat avus. Avi autem usu nonnullarum gentium vocantur patres; recte ergo dicitur filia patris mei. Ex eo autem quod dicitur : *Et non filia matris meæ,* colligunt aliqui Thare duas habuisse uxores, ex quarum una natus sit Abraham, ex altera Aran qui genuit Saram et Loth. Alioquin Sara dici potuisset filia matris Abraham quæ illi avia fuisset, quemadmodum Thare, qui avus erat, pater illius dicitur.

16. *Mille argenteos.* Scilicet siclos, ut vertit Chaldæus; nam cum in Scrip-

Digitized by Google

hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt, et quocumque perrexeris : mementoque te deprehensam.

17. Orante autem Abraham; sanavit Deus Abimelech et uxorem, ancillasque ejus, et pepererunt :

18. Concluserat enim Dominus omnem vulvam domus Abimelech propter Saram uxorem Abrahæ.

qu'en quelque lieu que vous alliez, vous ayez toujours un voile sur les yeux devant tous ceux avec qui vous serez ; et souvenez-vous que vous avez été prise *pour n'avoir pas eu cette marque de votre dépendance d'un mari.*

17. Abraham pria Dieu ensuite, et Dieu guérit Abimélech, sa femme et ses servantes, et elles enfantèrent :

18. Car Dieu avait frappé de stérilité toute la maison d'Abimélech, à cause de Sara femme d'Abraham.

CHAPITRE XXI.

§ I. *Naissance et circoncision d'Isaac. Joie qu'il donne à Abraham et à Sara.*

L'AN DU MONDE 2108. — AVANT J.-C. 1896.

1. Visitavit autem Dominus Saram sicut promiserat : et implevit quæ locutus est.

2. Concepitque et peperit filium in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Deus.

3. Vocavitque Abraham nomen filii sui, quem genuit ei Sara, Isaac :

4. Et circumcidit eum octavo die, sicut præceperat ei Deus,

1. Or le Seigneur visita Sara, ainsi qu'il l'avait promis, et il accomplit *en elle* sa parole.

2. Elle conçut et enfanta un fils en sa vieillesse, dans le temps que Dieu lui avait prédit.

3. Abraham donna le nom d'Isaac à son fils, qui lui était né de Sara.

4. Et il le circoncit le huitième jour, selon le commandement qu'il en avait reçu de Dieu,

---

tura ponitur argenteus vel aureus, intelligitur siclus. Valet autem siclus unus quatuor regales hispanicos. — *Fratri tuo.* Est ironia : ei quem tu vocas fratrem. — *Velamen.* Quibus tibi velamen comparare possis, quo ostendas te nuptam, ne quis alius, ut ego, in errorem inducatur; quo etiam velamine oculos tuos veles, pudore suffusa quod deprehensa sis. Tandem quod sit tibi testimonium pudicitiæ tuæ non imminutæ, quod a me tam honorifice dimissa sis. Estius putat datam pecuniam illam, ut cultius ornaretur Sara, tanquam scilicet potens, aut princeps femina, ac proinde nullus ei injuriam intentare auderet. — *Mementoque te deprehensam.* Ac proinde pudefactam, ideoque in posterum quæ sis, fatere; quod LXX habent, *et in cunctis esto veridica.*

18. *Concluserat.* Ut nec possent puerperæ partum eniti, nec mulieres a viris cognosci. Quis fuerit Abimelech morbus, Scriptura non explicat. Aiunt aliqui eum ingenti cruciatu in verendis afflictum fuisse.

CAP. XXI. 1. *Visitavit autem Dominus Saram.* Larga suæ gratiæ donatione, vel ut vult Chrysostom. hom. 45, per angelum corporali specie.

2. *In senectute sua.* In senectute Abrahami, ut patet ex hebræo, ubi est articulus affixus masculinus. Sensus est, peperit filium Abrahæ seni.

Digitized by Google

5. Ayant alors cent ans; car ce fut à cet âge-là qu'il devint père d'Isaac.

6. Et Sara *faisant allusion au nom d'Isaac, qui signifie ris,* dit *alors :* Dieu *en me donnant un fils,* m'a donné un *sujet de* ris *et de joie :* quiconque l'apprendra, s'en réjouira avec moi.

7. Et elle ajouta : Qui croirait qu'on aurait jamais pu dire à Abraham que Sara nourrirait de son lait un fils qu'elle lui aurait enfanté, lorsqu'il serait déjà vieux?

8. Cependant l'enfant crût, et on le sevra; et Abraham fit un grand festin au jour qu'il fut sevré.

5. Cum centum esset annorum : hac quippe ætate patris, natus est Isaac.

6. Dixitque Sara : Risum fecit mihi Deus : quicumque audierit, corridebit mihi.

7. Rursumque ait : Quis auditurum crederet Abraham quod Sara lactaret filium, quem peperit ei jam seni?

8. Crevit igitur puer, et ablactatus est, fecitque Abraham grande convivium in die ablactationis ejus.

§ II. *Agar est chassée de la maison d'Abraham avec son fils Ismaël. Elle est consolée par un ange qui lui apparaît dans le désert. Ismaël devient habile à tirer de l'arc, et épouse une Egyptienne* (1).

L'AN DU MONDE 2113. — AVANT J.-C. 1891.

9. Mais Sara ayant vu le fils d'Agar égyptienne qui jouait *peu respectueuse-*

9. Cùmque vidisset Sara filium Agar Ægyptiæ ludentem cum

(1) Rép. crit., tome III, page 17.

---

5. *Cum centum esset annorum.* Referenda hæc non ad *præceperat,* sed ad *circumcidit;* circumcisus enim est Isaac, ut etiam natus anno Abrahæ centesimo.

6. *Risum fecit mihi Deus.* Dominus me gaudio replevit, et quicumque intellexerit, arridebit et congratulabitur mihi.

7. *Quis auditurum.* Quis credidisset venturum aliquando tempus, cum Abrahamo nuntiaretur natam ei seni prolem ex Sara anu. — *Lactaret.* Quod certissimum est signum partum ab ipsa editum nec esse suppositítium.

8. *Ablactatus est.* Cum Isaac quintum ætatis annum ageret, ut sentit D. Hieronymus. Ut eo tempore longior vita, ita infantia productior. Postea cœperunt ablactare tertio anno, ut habemus II. Machab. 7. 27. — *Fecitque Abraham grande convivium.* Erat Hebræis usitatum, ut a conceptione fœtus usque ad ablactationem abstinerent ab uxoribus. Clem., Strom. 3. Itaque quando infans ablactabatur, quasi instauratio conjugio convivium instruebant. Hoc mater Samuelis facit ablactatum deferens in vitulis tribus, I. Reg. 1. 24. * Vel propterea convivium instruitur tempore ablactationis potius quam nativitatis, quod tempore ablactationis certius sit prolem fore vitalem, quam tempore nativitatis; quodque tunc aptus esse incipiat infans solido cibo capiendo.

9. *Ludentem cum Isaac.* Ludere in Scriptura aliquando significat idola colere; aliquando pugnare, II. Reg. 2. 14; aliquando coire, Genes. 26. Ex varia significatione nata occasio varie ludum Ismaelis cum Isaac interpretandi, sive idola colere quasi joco doceret; sive rei alicujus turpis sermonem induceret; sive irrideret, aut vexaret, aut sibi primogenitorum jura vindicaret :

Digitized by Google

Isaac filio suo, dixit ad Abraham (1) :

10. Ejice ancillam hanc et filium ejus : non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.

11. Durè accepit hoc Abraham pro filio suo.

12. Cui dixit Deus : Non tibi videatur asperum super puero et super ancilla tua : omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem ejus : quia in Isaac vocabitur tibi semen.

13. Sed et filium ancillæ faciam in gentem magnam, quia semen tuum est.

14. Surrexit itaque Abraham mane, et tollens panem et utrem aquæ, imposuit scapulæ ejus, tradiditque puerum, et dimisit eam. Quæ cùm abiisset, errabat in solitudine Bersabee.

15. Cùmque consumpta esset aqua in utre, abjecit puerum subter unam arborum, quæ ibi erant.

16. Et abiit, seditque è regione procul quantùm potest arcus jacere; dixit enim : Non videbo mo-

ment avec Isaac son fils, *et qui même le maltraitait*, elle dit à Abraham :

10. Chassez cette servante et son fils; car le fils de cette servante ne sera point héritier avec mon fils Isaac.

11. Ce discours parut dur à Abraham, à cause de son fils *Ismael*.

12. Mais Dieu lui dit : Que ce que Sara vous a dit touchant votre fils et votre servante ne vous paraisse point trop rude : faites tout ce qu'elle vous dira, parce que c'est d'Isaac, *et non d'Ismael*, que sortira la race qui doit porter votre nom, *et recevoir l'effet de mes promesses*.

13. Je ne laisserai pas néanmoins de rendre le fils de votre servante chef d'un grand peuple, parce qu'il est sorti de vous.

14. Abraham se leva donc dès le point du jour, prit du pain et un vaisseau plein d'eau, le mit sur l'épaule d'Agar, lui donna son fils, et la renvoya. Elle, étant sortie *de la maison d'Abraham*, errait dans la solitude, *qui fut depuis appelée le désert* de Bersabée.

15. Et l'eau qui était dans le vaisseau ayant manqué, *la soif réduisit Agar et son fils dans un abattement qui les menaçait d'une mort prochaine : alors* elle laissa son fils couché sous un des arbres qui étaient là,

16. S'éloigna de lui d'un trait d'arc, et s'assit vis-à-vis, en disant : Je ne verrai point mourir *mon* enfant. Et élevant sa

(1) Bible vengée, note LIV.

---

certum est jocos illos Isaaco noxios persecutionem fuisse, ut illam appellat divus Paulus ad Galat. 4. 29.

10. *Ejice ancillam.* In matrem etiam Sara excanduit, quod filii petulantiam non compesceret. Postulavit autem ut ejiceretur divinitus mota, ut colligitur n. 12.

12. *Omnia quæ dixerit.* Quoad hanc expulsionem. — *In Isaac vocabitur tibi semen.* Posteri tui, qui descendent ex te per Isaac, non qui per Ismael Abrahæ filii vocabuntur, et ex illis, non ex Ismaele, benedictum semen orietur.

13. *In gentem magnam.* Chaldæus habet, *in gentem prædatricem.* Utrumque verum. — *Quia semen tuum est.* In tui gratiam.

14. *Tradiditque puerum.* Qui jam 17 ætatis annum agebat. — *Errabat.* Ignara viarum. — *Bersabee.* Quæ sic postea vocata ab urbe ejusdem nominis.

15. *Abjecit.* De illius vita desperans. — *Subter unam arborum.* In hebræo est plurale. LXX *abietem* reddiderunt. Vox hebraica virgultum significat in genere.

16. *Et abiit.* Non sustinens videre illum animam agentem.

Digitized by Google

voix dans le lieu où elle se tint assise, elle se mit à pleurer.

17. Or Dieu écouta la voix de l'enfant *qui pleurait auprès de son côté;* et un ange de Dieu appela Agar du ciel, et lui dit : Agar, que faites-vous là? Ne craignez point, car Dieu a écouté la voix de l'enfant du lieu où il est.

18. Levez-vous, prenez l'enfant, et tenez-le par la main; *ayez soin de lui :* parce que je le rendrai chef d'un grand peuple.

19. En même temps Dieu lui ouvrit les yeux, et ayant aperçu un puits plein d'eau, elle s'y en alla, y remplit son vaisseau, et en donna à boire à l'enfant.

20. Dieu assista cet enfant qui crût, et demeura dans le désert, et il devint un jeune homme adroit à tirer de l'arc.

21. Il habita dans le désert de Pharan, et sa mère lui fit épouser une femme du pays d'Egypte.

rientem puerum : et sedens contra, levavit vocem suam et flevit.

17. Exaudivit autem Deus vocem pueri : vocavitque angelus Dei Agar de cœlo, dicens : Quid agis, Agar? Noli timere : exaudivit enim Deus vocem pueri de loco in quo est.

18. Surge, tolle puerum, et tene manum illius : quia in gentem magnam faciam eum.

19. Aperuitque oculos ejus Deus : quæ videns puteum aquæ, abiit, et implevit utrem, deditque puero bibere.

20. Et fuit cum eo : qui crevit, et moratus est in solitudine, factusque est juvenis sagittarius.

21. Habitavitque in deserto Pharan, et accepit illi mater sua uxorem de terra Ægypti.

§ III. *Abimélech, roi de Gérare, fait alliance avec Abraham qui lui fait présent de sept brebis. Il plante un bois à Bersabée, et y invoque le nom du Seigneur.*

22. En ce temps-là Abimélech accompagné de Phicol qui commandait son armée, vint dire à Abraham : Dieu est avec vous dans tout ce que vous faites : *c'est pourquoi je souhaiterais faire alliance avec vous, et vous engager à m'accorder votre amitié.*

23. Jurez-moi donc par le nom de Dieu que vous ne ferez de mal, ni à moi, ni à mes enfants, ni à ma race; mais que vous me traiterez, et ce pays dans lequel vous

22. Eodem tempore dixit Abimelech, et Phicol princeps exercitûs ejus, ad Abraham : Deus tecum est in universis quæ agis.

23. Jura ergo per Deum ne noceas mihi, et posteris meis, stirpique meæ : sed juxta misericordiam, quam feci tibi, facies mihi,

---

17. *Noli timere.* Meum adventum et fulgorem, aut pueri mortem; non enim morietur.

19. *Aperuitque oculos ejus.* Ut adverteret vicinum fontem, quem prius turbata non viderat. — *Deus.* Angelus Deum referens.

20. *Et fuit cum eo.* Deus illi adfuit, et illi favit in gratiam patris Abrahæ. — *Juvenis sagittarius.* Significat a juventute vacasse venationi, et sagittationi ferarum.

21. *In deserto Pharan.* Quod est trans Arabiam contra plagam australem. — *Ægypti.* Quia et ipsa Agar Ægyptia.

23. *Ne noceas mihi.* Hebraice est, *quod non mentieris mihi,* id est quod dolo malo mecum non ages, nec mihi aut meis eris inimicus; nam injuria et injustitia mendacium nonnunqnam dicitur in Scriptura. * Et bene etiam versum est, *noceas,* quia de mendacio noxio loquitur hebraicus textus. —

Digitized by Google

et terræ in qua versatus es advena.

24. Dixitque Abraham : Ego jurabo.

25. Et increpavit Abimelech propter puteum aquæ quem vi abstulerant servi ejus.

26. Responditque Abimelech : Nescivi quis fecerit hanc rem : sed et tu non indicasti mihi, et ego non audivi præter hodie.

27. Tulit itaque Abraham oves et boves, et dedit Abimelech : percusseruntque ambo fœdus.

28. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum.

29. Cui dixit Abimelech : Quid sibi volunt septem agnæ istæ quas stare fecisti seorsum?

30. At ille : Septem, inquit, agnas accipies de manu mea, ut sint mihi in testimonium quoniam ego fodi puteum istum.

31. Idcirco vocatus est locus ille Bersabee : quia ibi uterque juravit.

32. Et inierunt fœdus pro puteo Juramenti.

33. Surrexit autem Abimelech, et Phicol princeps exercitûs ejus, reversique sunt in terram Palæstinorum. Abraham verò plantavit

avez demeuré comme étranger, avec la bonté avec laquelle je vous ai traité.

24. Abraham lui répondit : Je vous le jurerai.

25. Et il fit ses plaintes à Abimélech de la violence avec laquelle quelques-uns de ses serviteurs lui avaient ôté un puits *qu'il avait creusé.*

26. Abimélech lui répondit : Je n'ai point su qui vous a fait cette injustice, vous ne m'en avez pas vous-même averti, et jusqu'à ce jour je n'en ai point ouï parler. *Ainsi elle ne doit pas empêcher que vous ne m'accordiez votre amitié que je vous demande avec instance, et dont je vous prie de me donner quelque gage assuré.*

27. Abraham donna donc à Abimélech des brebis et des bœufs, et ils firent alliance ensemble.

28. Abraham ayant mis à part sept petites brebis qu'il avait tirées de son troupeau,

29. Abimélech lui demanda : Que veulent dire ces sept petites brebis que vous avez mises ainsi à part?

30. Vous recevrez, dit Abraham, ces sept jeunes brebis de ma main, afin qu'elles me servent de témoignage que c'est moi qui ai creusé ce puits.

31. C'est pourquoi ce lieu fut appelé Bersabée, *c'est-à-dire puits du Jurement,* parce qu'ils avaient juré là tous deux,

32. Et qu'ils avaient fait alliance près *de ce puits qu'on appela pour cela* le puits du Jurement.

33. Abimélech s'en alla ensuite avec Phicol, général de son armée, et ils retournèrent dans la Palestine. Mais Abraham planta un bois à Bersabée, et il in-

---

Juxta misericordiam. Hebraismus, pro, sicut de te bene meruí, sic tu de meis merearis.

25. *Puteum.* Quem ante ejectam Agar servi Abrahæ foderant; postea fuit a Palæstinis vi ereptus, illis uti prohibitis.

27. *Tulit.* Opima de gregibus et armentis suis delegit, et regi donum obtulit.

31. *Bersabee.* Vox hebræa, vel potius voces, nam duæ sunt, significat *puteum juramenti* vel *puteum septem*, scilicet agnarum, quas Abraham pro puteo, et loco circumjacente tribuerat, n. 30.

33. *Plantavit nemus.* Jonathas auctor Thargum Hierosolymitani ait fuisse hortum arbore densum, et plenum optimis fructibus, solitumque peregrinos in hoc horto excipere et recreare, ac pro mercede pacisci, ut creatorem

Digitized by Google

voqua en ce lieu-là le nom du Seigneur *qui est le* Dieu éternel.

34. Et il demeura longtemps comme étranger au pays des Philistins, *c'est-à-dire dans la Palestine.*

nemus in Bersabee, et invocavit ibi nomen Domini Dei æterni.

34. Et fuit colonus terræ Palæstinorum diebus multis.

CHAPITRE XXII.

§ I. *Dieu tente Abraham en lui ordonnant de lui immoler son fils. Abraham se dispose à lui faire un sacrifice. Dieu l'arrête et se contente de cette preuve qu'il lui a donnée de son obéissance et de son amour.*

L'AN DU MONDE 2145. — AVANT J.-C. 1859.

1. Après cela Dieu tenta Abraham, et lui dit : Abraham, Abraham. Abraham lui répondit : Me voici, *Seigneur.*

2. *Dieu ajouta :* Prenez Isaac, votre fils unique, qui vous est *si* cher, et allez en la terre *qui sera bientôt appelée la terre de* Vision, et là vous me l'offrirez en holocauste sur une des montagnes que je vous montrerai.

3. Abraham se leva donc avant le jour, prépara son âne, et prit avec lui deux jeunes serviteurs, et Isaac son fils, *qui avait alors vingt-cinq ans.* Et ayant coupé le bois qui devait servir à l'holocauste, il s'en alla au lieu où Dieu lui avait commandé d'aller. *Il marcha pendant deux jours;*

1. Quæ postquam gesta sunt, tentavit Deus Abraham, et dixit ad eum : Abraham, Abraham. At ille respondit : Adsum (1).

2. Ait illi : Tolle filium tuum unigenitum quem diligis, Isaac, et vade in terram Visionis atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium quem monstravero tibi.

3. Igitur Abraham de nocte consurgens, stravit asinum suum, ducens secum duos juvenes, et Isaac filium suum : cùmque concidisset ligna in holocaustum, abiit ad locum quem præceperat ei Deus.

(1) Bible vengée, note LV.

---

cœli et terræ timerent et colerent. Ex eo autem quod sequitur, *et invocavit ibi nomen Domini Dei æterni,* patet Abrahamum illic altare excitasse

34. *Colonus.* Incola et peregrinus.

CAP. XXII. 1. *Tentavit.* Ad bonum tentat Deus Abraham, ut quanta in eo lateat virtus, appareat.

2. *Tolle.* Hebræa sunt valde pathetica : *Tolle nunc filium tuum, unicum tuum quem dilexisti Isaac.* Idem habent LXX. — *Unigenitum.* Etiam Ismaelem genuerat Abraham, sed Isaac dicitur unigenitus ex Sara uxore primaria. * Aquila interpretatur ἀγαπητὸν, *dilectum,* solent enim hi duo significatius misceri apud Hebræos et apud Græcos. Sic Salomon David unicus, id est dilectissimus, dicitur I. Paral. 29. 1. — *Diligis.* Hebr. est *dilexisti,* quasi dicat : Cogita jam illum non esse, vixit. — *Isaac.* Qui tibi causa risus, et nunc mœroris. — *In terram Visionis.* Sic vocat per anticipationem; nam postmodum ab Abrahamo nomen illi inditum n. 14. * Hebraice dicitur *Moria,* id est visibilis, et facile conspicua, etiam eminus, qui alta erat et montuosa : hinc eodem sensu LXX vertunt, *in terram excelsam.*

3. *De nocte.* Primo diluculo. Hebr. *manicavit Abraham mane,* hoc est surrexit primo mane. — *Isaac.* Agentem ætatis annum 25. Saræ nulla fit mentio, cui non videtur Abraham indicasse quid facturus esset.

Digitized by Google

4. Die autem tertio, elevatis oculis, vidit locum procul.

5. Dixitque ad pueros suos : Expectate hic cum asino : ego et puer illuc usque properantes, postquam adoraverimus, revertemur ad vos.

6. Tulit quoque ligna holocausti, et imposuit super Isaac filium suum ; ipse verò portabat in manibus ignem et gladium. Cùmque duo pergerent simul,

7. Dixit Isaac patri suo : Pater mi. At ille respondit : Quid vis, fili? Ecce, inquit, ignis et ligna : ubi est victima holocausti?

8. Dixit autem Abraham : Deus providebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter :

9. Et venerunt ad locum quem ostenderat ei Deus, in quo ædificavit altare, et desuper ligna composuit ; cùmque alligasset

4. Et le troisième jour, levant les yeux en haut, il vit le lieu de loin.

5. Et *plein de confiance dans les promesses que Dieu lui avait faites et qui devaient s'accomplir en la personne de son fils*, il dit à ses serviteurs : Attendez-moi ici avec l'âne; nous ne ferons qu'aller jusque-là, mon fils et moi; et après avoir adoré, nous reviendrons *aussitot* à vous.

6. Il prit aussi le bois pour l'holocauste qu'il mit sur son fils Isaac : et pour lui il portait en ses mains le feu et le couteau. Ils marchaient ainsi eux deux ensemble,

7. Lorsque Isaac dit à son père : Mon père. Abraham lui répondit : Mon fils, que voulez-vous? Voilà, dit Isaac, le feu et le bois; où est la victime pour l'holocauste?

8. Abraham lui répondit : Mon fils, Dieu aura soin de fournir lui-même la victime qui lui doit être offerte en holocauste. Ils continuèrent donc à marcher ensemble;

9. Et ils vinrent au lieu que Dieu avait montré à Abraham; il y dressa un autel, disposa dessus le bois *pour l'holocauste*, lia ensuite son fils Isaac et le mit sur le

---

4. ***Die autem tertio.*** In Geraris degebat, inde ad terram Visionis, sive ad montem Moria, in quo postea templum Hierosolymitanum, est iter tridui. Sic D. Hier. Quod intellige non de urbe Gerara, sed de regione; nam constat tunc habitasse in Bersabee, ut colligitur ex cap. 21, n. 34; et post immolationem reversus est in Bersabee, hoc cap. n. 19; a Bersabee autem ad montem Moria est iter unius diei. Lente ergo processit, quia rebus ad sacrificium necessariis impeditus. — ***Vidit locum.*** Signo aliquo illi a Deo dato cognovit collem, in quo Deus sacrificium fieri volebat.

5. ***Revertemur.*** Non est mentitus; vel enim de se solo loquitur numero plurali, more Hebræorum, vel credidit filium suscitandum a Deo, qui promiserat ei semen ex Isaac, cujus verbum irritum esse non poterat. Itaque D. Paulus ad Hebr. 11. 19, ait Abrahamum contra spem in spem credidisse, arbitrando ***quia et a mortuis resuscitare potens est Deus.***

6. ***Imposuit super Isaac.*** Cerne figuram Christi crucem suam bajulantis.

7. ***Ubi est victima.*** Etiam hoc colloquium augebat patris dolorem.

8. ***Deus providebit sibi.*** Quamvis modum nesciret.

9. ***Venerunt ad locum.*** Josephus vult fuisse locum, ubi postea templum quasi Isaac esset figura victimarum templi. Probabilius est, quod alii asserunt, fuisse Calvariæ collem, in quo postea Christus crucifixus est. Uterque autem locus, tam is in quo postea fuit templum, quam in quo crucifixus est Christus, ad montem Moria pertinebat, qui in varios distinctus erat colles, qui variis nominibus appellabantur. — ***Ædificavit.*** Obiter cespite fosso et saxis aliquot coacervatis. — ***Alligasset.*** Declarata illi prius voluntate divina,

Digitized by Google

bois qu'il avait arrangé sur l'autel, *sans qu'Isaac fît aucune résistance.*

10. En même temps il étendit la main, et prit le couteau pour immoler son fils *qui s'offrait de lui-même à Dieu de tout son cœur.*

11. Mais dans l'instant l'ange du Seigneur lui cria du ciel : Abraham, Abraham. Il lui répondit : Me voici.

12. L'ange ajouta : Ne mettez point la main sur l'enfant, et ne lui faites aucun mal. Je connais maintenant que vous craignez Dieu, puisque pour m'obéir vous n'avez point épargné votre fils unique.

13. Abraham leva les yeux *au ciel pour remercier Dieu de cette grâce,* et *s'étant retourné,* il vit derrière lui un bélier qui s'était embarrassé avec ses cornes dans un buisson; et l'ayant pris *comme la victime que Dieu fournissait lui-même,* il l'offrit en holocauste au lieu de son fils :

14. Et il appela ce lieu d'un nom qui signifie, le Seigneur voit. C'est pourquoi on dit encore aujourd'hui : Le Seigneur verra sur la montagne; *parce que Dieu y avait vu l'obéissance d'Abraham et la soumission d'Isaac.*

(1) Bible vengée, tom. II, note LV.

Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum.

10. Extenditque manum, et arripuit gladium, ut immolaret filium suum (1).

11. Et ecce angelus Domini de cœlo clamavit, dicens : Abraham, Abraham. Qui respondit : Adsum.

12. Dixitque ei : Non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quidquam : nunc cognovi quòd times Deum, et non pepercisti unigenito filio tuo propter me.

13. Levavit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres hærentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio.

14. Appellavitque nomen loci illius, Dominus videt. Unde usque hodie dicitur : In monte Dominus videbit.

---

nec illo mortem recusante, sed libenter admittente, quandoquidem ita Deo placitum. * Morem veterem alligandi victimas notat Servius ad illud Æneid. 2, *et vincula rupi.* Vide Ovid. 3, de Ponto, eleg. 2.

11. *Abraham, Abraham.* Vocem geminat, ne animo incitato pater præveniret. Sic. Chrysost. et Ambros.

12. *Nunc cognovi.* More hominum loquitur, qui, cujus rei periculum fecerunt, id se perfecte putant novisse. — *Non pepercisti.* Quantum in te fuit.

13. *Arietem inter vepres hærentem cornibus.* Verus fuit aries alicunde ab angelo abductus : quod dicitur, *inter vepres,* in hebræo est בסבך *bassebach,* quod alii aliter vertunt. Proprie videtur significare *perplexitatem,* ut vertit Pagninus, sive ut alii, *implexionem;* hærebat ergo aries cornibus in implexis densorum virgultorum ramis.

14. *Usque hodie dicitur : In monte Dominus videbit.* Sensus est : etiamnum cum montem illum significare volumus, dicimus : Hoc factum, aut dictum est in monte illo, cui nomen, *Dominus videt,* aut *videbit.* Aliqui legunt, *Dominus videbitur,* quasi sit prophetia de Christo, qui in monte cruci affixus videndus erat. Porro Abraham loco nomen imposuit, *Dominus videt,* ex eo quod ipse, n. 8, filio responderat *Dominus providebit;* vel, ut alii vertunt, *videbit.* Erat etiam forma adagialis apud Hebræos : *In monte Dominus videbit,* qua utebantur in angustiis constituti et Dei auxilium optantes, quasi dicerent : Sicut in monte extremo in periculo misertus fuit Abrahæ, sic etiam nostri tandem miserebitur.

Digitized by Google

§ II. *Dieu renouvelle à Abraham les promesses qu'il lui avait faites. Il l'assure avec serment qu'il multipliera sa race comme les étoiles du ciel, et que toutes les nations de la terre seront bénies en celui qui naîtra de sa race. Enfants de Nachor.*

15. Vocavit autem angelus Domini Abraham secundò de cœlo, dicens :

16. Per memetipsum juravi, dicit Dominus : Quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me,

17. Benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli, et velut arenam quæ est in littore maris : possidebit semen tuum portas inimicorum suorum,

18. Et BENEDICENTUR in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ.

19. Reversus est Abraham ad pueros suos, abieruntque Bersabee simul, et habitavit ibi.

20. His ita gestis, nuntiatum est Abrahæ quòd Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo,

21. Hus primogenitum, et Buz fratrem ejus, et Camuel patrem Syrorum,

22. Et Cased, et Azau, Pheldas quoque et Jedlaph,

28. Ac Bathuel, de quo nata est Rebecca : octo istos genuit Melcha Nachor fratri Abrahæ.

24. Concubina verò illius nomine Roma, peperit Tabee, et Gaham et Tahas, et Maacha.

15. L'ange du Seigneur appela Abraham du ciel pour la seconde fois, et lui dit :

16. Je jure par moi-même, dit le Seigneur, que puisque vous avez fait cette action, et que pour m'obéir vous n'avez point épargné votre fils unique,

17. Je vous bénirai et je multiplierai votre race, comme les étoiles du ciel et comme le sable qui est sur le rivage de la mer; votre postérité possédera *un jour* les villes de ses ennemis *que je lui livrerai*,

18. Et toutes les nations de la terre seront bénies dans celui qui sortira de vous, parce que vous avez obéi à ma voix; *et ce fils que je vous donnerai sera pour tous les peuples la source de la grâce et l'auteur du salut.*

19. Abraham revint *ensuite* trouver ses serviteurs, et ils s'en retournèrent ensemble à Bersabée, où il demeura.

20. Après cela on vint dire à Abraham que son frère Nachor avait eu de sa femme Melcha plusieurs fils,

21. Hus son aîné, Buz son frère, Camuel père des Syriens,

22. Et Cased, Azan, Pheldas, Jedlaph,

23. Et Bathuel dont Rebecca était fille. Ce sont là les huit fils que Nachor, frère d'Abraham, eut de Melcha sa femme.

24. Sa concubine, qui s'appelait Roma, lui enfanta *aussi* Tabée, Gaham, Tahas et Maacha.

---

16. *Per memetipsum juravi.* Cum non posset per majorem se jurare, juravit in semetipso, Hebr. 6. 13. Sic Jerem. 22. 5 : *In memetipso juravi, dicit Dominus.*

17. *Possidebit semen tuum portas.* Urbes Chananæorum sub Josue : Palæstinorum, Ammonitarum, Syrorum, etc., sub Davide et Salomone. Est synecdoche; nam per portas urbes intelligit.

18. *Benedicentur in semine tuo.* In Christo Domino : nam ideo non dicit in seminibus, ut notavit D. Paulus ad Galat. 3. 16.

20. *Quod Melcha.* Sequens genealogia texitur propter Rebeccam, ut constaret merito illam Isaaco uxorem quæsitam.

Digitized by Google

CHAPITRE XXIII.

§ I. ***Sara meurt à Hébron. Abraham achète un champ d'un des habitants du pays, et il y enterre Sara sa femme. Formule du contrat de cette acquisition.***

L'AN DU MONDE 2145. — AVANT J.-C. 1859.

1. Sara, ayant vécu cent vingt-sept ans,

2. Mourut en la ville d'Arbée, qui est la même qu'Hébron, au pays de Chanaan. Abraham la pleura, et en fit le deuil *durant plusieurs jours;*

3. Et s'étant levé, après s'être acquitté de ce devoir qu'on rend aux morts, il vint parler aux enfants de Heth, et il leur dit :

4. Je suis parmi vous comme un étranger et un voyageur : donnez-moi droit de sépulture au milieu de vous, afin que j'enterre la personne qui m'est morte.

5. Les enfants de Heth lui répondirent :

6. Seigneur, écoutez-nous : Vous êtes parmi nous comme un grand prince; enterrez la personne qui vous est morte dans nos plus beaux sépulcres; nul d'entre nous ne pourra vous empêcher de mettre dans son tombeau la personne qui vous est morte.

1. Vixit autem Sara centum viginti septem annis,

2. Et mortua est in civitate Arbee quæ est Hebron, in terra Chanaan : venitque Abraham ut plangeret et fleret eam.

3. Cùmque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens :

4. Advena sum et peregrinus apud vos : date mihi jus sepulcri vobiscum, ut sepeliam mortuum meum.

5. Responderunt filii Heth, dicentes :

6. Audi nos, domine, princeps Dei es apud nos : in electis sepulcris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit quin in monumento ejus sepelias mortuum tuum.

CAP. XXIII. 2. ***In civitate Arbee.*** Hebraice dicitur ***Cariath Arbe,*** quam vocem immutatam retinet nonnunquam Scriptura in libro Josue, Judicum, et alibi. — ***Quæ est Hebron.*** Sic postea appellata. Potius dicendum spiritu prophetico hæc Mosen scripsisse, quam a quoquam postea libris ejus inserta. * Serarius ad cap. 14. Josue, quæst. 5, existimat urbem hanc ***Hebron*** appellatum a societate quam iniit Abraham cum ejus loci viris principibus; nam חֶבֶר ***cheber,*** societatem significat. — ***Venitque Abraham.*** Putant aliqui Saram mortuam esse absente Abrahamo, ac propterea dictum ***venitque Abraham;*** verum ***venire,*** apud Hebræos sæpe significat ordiri aliquid, accingere se ad aliquid faciendum. * Vel sensus est, venit ad locum in quo jacebat cadaver. — ***Ut plangeret.*** Planctus in Scripturis solemnia significat exsequiarum. Act. 8. 2, et alibi.

3. ***Ad filios Heth.*** Populum Hethæorum.

4. ***Advena sum.*** Hebr. ***incola.*** Diu apud vos habitavi cum uxore : sinite inter vos quiescere mortuam, quam viventem non estis dedignati. — ***Jus sepulcri.*** Hebr. ***possessionem sepulcri.*** Non vult misceri sepulcris idololatrarum, sed sibi seorsim locum postulat. — ***Mortuum meum.*** Cadaver Sarræ. Funus meum. LXX, τὸν νεκρὸν μοῦ, ***mortuum meum.***

6. ***Princeps Dei.*** Hebraismus. id est, princeps magnus; sic montes excelsi dicuntur ***montes Dei.*** — ***In electis.*** In optimo et honestissimo sepulcrorum nostrorum. — ***Te prohibere poterit.*** Nemo futurus adeo protervus, qui te audeat prohibere.

Digitized by Google

7. Surrexit Abraham, et adoravit populum terræ, filios videlicet Heth.

8. Dixitque ad eos : Si placet animæ vestræ ut sepeliam mortuum meum, audite me, et intercedite pro me apud Ephron filium Seor,

9. Ut det mihi speluncam duplicem, quam habet in extrema parte agri sui : pecuniâ dignâ tradat eam mihi coram vobis in possessionem sepulcri.

10. Habitabat autem Ephron in medio filiorum Heth. Responditque Ephron ad Abraham, cunctis audientibus qui ingrediebantur portam civitatis illius, dicens :

11. Nequaquam ita fiat, domine mi ; sed tu magis ausculta quod loquor : Agrum trado tibi, et speluncam quæ in eo est, præsentibus filiis populi mei, sepeli mortuum tuum.

12. Adoravit Abraham coram populo terræ,

13. Et locutus est ad Ephron circumstante plebe : Quæso, ut audias me : dabo pecuniam pro agro : suscipe eam, et sic sepeliam mortuum meum in eo.

14. Responditque Ephron :

15. Domine mi, audi me : Terra quam postulas, quadringentis siclis argenti valet : istud est pre-

7. Abraham, s'étant levé, adora les peuples de ce pays-là, qui étaient les enfants de Heth, *pour leur témoigner sa reconnaissance.*

8. Et il leur dit : Si vous trouvez bon que j'enterre la personne qui m'est morte, écoutez-moi, et intercédez pour moi envers Ephron, fils de Seor,

9. Afin qu'il me donne sa caverne double qu'il a à l'extrémité de son champ; qu'il me la cède devant vous pour le prix qu'elle vaut, et qu'ainsi elle soit à moi pour en faire un sépulcre.

10. Or Ephron demeurait au milieu des enfants de Heth : et il répondit à Abraham devant tous ceux qui s'assemblaient à la porte de la ville, et lui dit :

11. Non, mon Seigneur, cela ne sera pas ainsi; mais écoutez plutôt ce que je m'en vais vous dire : Je vous donne le champ et la caverne qui y est, en présence des enfants de mon peuple; enterrez-y celle qui vous est morte.

12. Abraham fit une profonde révérence devant le peuple du pays,

13. Et il dit à Ephron, au milieu de tous : Ecoutez-moi, je vous prie ; je vous donnerai l'argent que vaut le champ ; recevez-le, et j'y enterrerai ensuite celle qui m'est morte.

14. Ephron lui répondit :

15. Mon Seigneur, écoutez-moi : La terre que vous me demandez vaut quatre cents sicles d'argent. C'est le prix *de la*

---

7. *Adoravit.* Civili honore gratias acturus se incurvavit demisse. — *Populum terræ.* Indigenas loci.

8. *Si placet animæ vestræ.* Si vobis acceptum est.

9. *Speluncam duplicem.* In qua duplex concameratio, et duplex crypta ; altera fortasse ad viros condendos, altera ad feminas ; altera interior, altera exterior. — *Pecunia digna.* Digno ac justo pretio.

10. *Portam.* Quia hoc actum in porta, ubi justitia et commercia exercebantur.

11. *Agrum trado tibi.* Gratis largior. Non fuit crimen simoniæ emere agrum ad sepulturam, aut jus sepulturæ : secus esset, si locus ille sacer fuisset ecclesiastica benedictione, quæ eo tempore nondum erat.

13. *Quæso, ut audias me.* LXX, *quoniam apud me es, audi me,* vel potius, *quoniam ades mihi,* hoc est, quandoquidem adeo mihi faves. Chaldæus, *si tu utique facis mecum misericordiam.*

15. *Quadringentis siclis.* Dictum supra siclum unum æquivalere quatuor

Digitized by Google

chose dont il s'agit entre vous et moi; mais qu'est-ce que cela *pour que je le reçoive de vous* ? Enterrez-y celle qui vous est morte, *et n'en payez rien : vous me ferez plaisir.*

16. Ce qu'Abraham ayant entendu, il fit peser, en présence des enfants de Heth, l'argent qu'Ephron lui avait demandé, *c'est-à-dire*, quatre cents sicles d'argent en bonne monnaie et reçue de tout le monde.

17. Ainsi le champ qui avait été autrefois à Ephron, dans lequel il y avait une caverne double, qui regarde Mambré, fut livré à Abraham avec tous les arbres qui étaient autour,

18. *Et ce champ* lui fut assuré comme un bien qui lui devint propre, en présence des enfants de Heth, et de tous ceux qui entraient *dans l'assemblée qui se tenait* à la porte de la ville.

19. Abraham enterra donc sa femme Sara dans la caverne double du champ qui regarde Mambré, où est la ville d'Hébron au pays de Chanaan;

20. Et le champ avec la caverne qui y était fut *livré en cette manière et* assuré à Abraham par les enfants de Heth, afin qu'il le possédât comme un sépulcre qui lui appartenait *légitimement.*

tium inter me et te : sed quantum est hoc? sepeli mortuam tuum (1).

16. Quod cùm audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filiis Heth, quadringintos siclos argenti probatæ monetæ publicæ (2).

17. Confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mambre, tam ipse quàm spelunca, et omnes arbores ejus in cunctis terminis ejus per circuitum,

18. Abrahæ in possessionem, videntibus filiis Heth, et cunctis qui intrabant portam civitatis illius.

19. Atque ita sepelivit Abraham Saram uxorem suam in spelunca agri duplici, quæ respiciebat Mambre; hæc est Hebron in terra Chanaan (3);

20. Et confirmatus est ager, et antrum quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti a filiis Heth.

(1) Bible vengée, note LVI.— (2) Bible vengée, note LVI.— (3) Le champ d'Ephron était à l'est de Mambré, lieu qui tirait son nom de Mambré, prince Amorrhéen auquel il appartenait, et était situé sur le territoire d'Hébron.

---

regalibus hispanicis. — *Sed quantum est hoc*? Quasi dicat : Non decet te, vel me, qui et amici et divites sumus, de tantula summa sollicitari.

16. *Probatæ monetæ publicæ.* Hebr. *inter mercatores transeuntis.* Itali dicunt, *moneta corrente fra mercanti.* Chaldæus, *quæ recipiebatur pro mercimoniis in unaquaque provincia.* Oportuit ergo esse probatissimam.

17. *Respiciens Mambre.* Oppositum oppido Mambre.

20. *Confirmatus est.* Per emptionem firmo et stabili jure translatus. In Actis Apost. c. 7. 16, S. Stephanus ait Abrahamum agrum a filiis Hemor filii Sichem mercatum esse, non ergo ab Ephron. Multi multa. Dici potest Ephronem natu maximum ex filiis Hemor, suo et fratrum nomine agrum vendidisse; Hemor autem binomium fuisse, et Seor etiam, ut hic, n. 8, fuisse appellatum.

Digitized by Google

CHAPITRE XXIV.

§ I. *Abraham fait jurer l'intendant de sa maison qu'il ne fera épouser à Isaac, son fils, aucune des filles des Chananéens. Il l'envoie ensuite en Mésopotamie pour lui chercher une femme* (1).

L'AN DU MONDE 2148. — AVANT J.-C. 1856.

1. Erat autem Abraham senex, dierumque multorum : et Dominus in cunctis benedixerat ei.

2. Dixitque ad servum seniorem domûs suæ qui præerat omnibus quæ habebat : Pone manum tuam subter femur meum (2),

3. Ut adjurem te per Dominum, Deum cœli et terræ, ut non accipias uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito :

4. Sed ad terram et cognationem meam proficiscaris, et inde accipias uxorem filio meo Isaac.

5. Respondit servus : Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, numquid reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es ?

6. Dixitque Abraham : Cave

1. Or Abraham était vieux et fort avancé en âge, *ayant cent quarante ans;* et le Seigneur l'avait béni en toutes choses, *l'ayant comblé de toute sorte de biens.*

2. Il dit donc au plus ancien de ses domestiques, qui avait l'intendance sur toute sa maison : Mettez votre main sur ma cuisse,

3. Afin que je vous fasse jurer par le Seigneur, le Dieu du ciel et de la terre, que *dans la commission que je vous donne de chercher une femme à Isaac, mon fils,* vous ne prendrez aucune des filles des Chananéens, parmi lesquels j'habite, pour la faire épouser à mon fils ;

4. Mais que vous irez au pays où sont mes parents, afin d'y prendre une femme pour mon fils Isaac.

5. Son serviteur lui répondit : Si la fille ne veut point venir en ce pays-ci avec moi, voulez-vous que je remène votre fils au lieu d'où vous êtes sorti ?

6. Abraham lui répondit : Gardez-vous

(1) **Bible vengée, note LVII. — (2) *Au plus ancien*, etc. Dans l'hébreu : *à son serviteur, l'ancien de sa maison.* Cette dernière expression marque ici, comme dans d'autres endroits, la position et la dignité, et non pas l'âge.**

CAP. XXIV. 1. *In cunctis.* Deus eum bonorum spiritualium et terrenorum affluentia cumularat.

2. *Servum seniorem.* Eliezer procuratorem domus suæ. — *Subter femur meum.* Hodie quoque inter Judæos servatur, ut qui jusjurandum exigit, sedeat super manum jurantis. Hoc Judæi referunt ad circumcisionem, ac si dicat, qui jurat, tam firmum fore id pactum, quam circumcisionis. Hieronymus et alii ad Christum referunt prodituram ex femore Abrahæ, per quem etiam eo tempore tacite jurarent. Vide D. Hieron. 1. contra Jovin. et Epist. 140. Emmanuel Sa putat fuisse eo ritu significatam subjectionem ejus, qui sic manum ponebat. Itaque solitum fieri a servis et a filiis. Vide infra, c. 47.

3. *Adjurem. Jurare te faciam,* ut est in hebræo.

4. *Ad terram.* In Haran, ad domum Nachor fratris mei. — *Cognationem meam.* Familiam Nachor, quæ Deum cœli colebat, sed cum idolis.

6. *Cave.* Nam Deus non Mesopotamiam, sed Chananæam ejus semini promiserat.

Digitized by Google

bien de remener jamais mon fils en ce pays-là.

7. Le Seigneur du ciel, qui m'a tiré de la maison de mon père et du pays de ma naissance, qui m'a parlé, et qui m'a juré, en me disant : Je donnerai ce pays à votre race, enverra lui-même son ange devant vous, afin que vous preniez une femme de ce pays-là pour mon fils.

8. Que si la fille ne veut pas vous suivre, vous ne serez point obligé à votre serment ; seulement ne remenez jamais mon fils en ce pays-là.

9. Ce serviteur mit donc sa main sur la cuisse d'Abraham son maître, et s'engagea par serment à faire ce qu'il lui avait ordonné.

10. En même temps, il prit dix chameaux du troupeau de son maître ; il porta avec lui de tous ses biens ; et s'étant mis en chemin, il alla droit en Mésopotamie en la ville de *Haran où demeurait* Nachor.

11. Etant arrivé sur le soir près d'un puits hors de la ville, où les filles avaient accoutumé de sortir pour puiser de l'eau, et ayant fait reposer ses chameaux, il dit *à Dieu :*

nequando reducas filium meum illuc.

7. Dominus Deus cœli, qui tulit me de domo patris mei, et de terra nativitatis meæ, qui locutus est mihi, et juravit mihi, dicens : Semini tuo dabo terram hanc : ipse mittet angelum suum coram te, et accipies inde uxorem filio meo :

8. Sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis juramento : filium meum tantùm ne reducas illuc.

9. Posuit ergo servus manum sub femore Abraham domini sui, et juravit illi super sermone hoc.

10. Tulitque decem camelos de grege domini sui, et abiit, ex omnibus bonis ejus portans secum, profectusque perrexit in Mesopotamiam ad urbam Nachor.

11. Cùmque camelos fecisset accumbere extra oppidum juxta puteum aquæ vespere, tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendam aquam, dixit :

§ II. *Le serviteur d'Abraham prie Dieu de lui faire connaître celle qu'il a choisie pour être l'épouse d'Isaac. Dieu lui découvre que c'est Rebecca.*

12. Seigneur, Dieu d'Abraham mon maître, assistez-moi aujourd'hui, je vous prie, et faites miséricorde à Abraham mon seigneur.

12. Domine, Deus domini mei Abraham, occurre, obsecro, mihi hodie, et fac misericordiam cum domino meo Abraham.

---

7. *De domo patris.* De Haran, ubi mortuus Thare. — *De terra nativitatis.* De Ur Chaldæorum. — *Angelum suum.* Etiam Hebræi credebant a Deo custodes angelos dari hominibus.

8. *Sin autem... noluerit...* Certus erat ipse, sed dubitationi servi respondet.

9. *Super sermone hoc.* Promisit fideliter se jussa completurum.

10. *Ex omnibus bonis.* Præcipua quædam ex singulis bonorum generibus. — *Ad urbem Nachor.* Haran, ubi Nachor habitabat, a Bersabee, ubi tunc erat Abraham, septem vel octo dierum itinere distantem.

* 11. *Solent mulieres.* Munus id erat virginum eo tempore. Vide Exod. 2. 16. Homer. Odyss. 10. Κούρῃ δὲ ξύμβλητο πρὸ ἄστεος ὑδρευούσῃ : *Puellam obviam habuerunt, quæ ante urbem aquam hauriebat.*

12. *Occurre.* Fac ut se mihi offerat, quod peto. LXX, *prosperum fac mihi occursum.*

Digitized by Google

13. Ecce ego sto pope fontem aquæ, et filiæ habitatorum hujus civitatis egredientur ad hauriendam aquam.

14. Igitur puella, cui ego dixero : Inclina hydriam tuam ut bibam : et illa responderit : Bibe, quin et camelis tuis dabo potum : ipsa est, quam præparasti servo tuo Isaac : et per hoc intelligam quòd feceris misericordiam cum domino meo.

15. Necdum intra se verba compleverat, et ecce Rebecca egrediebatur, filia Bathuel, filii Melchæ uxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua :

16. Puella decora nimis, virgoque pulcherrima, et incognita viro : descenderat autem ad fontem, et impleverat hydriam, ac revertebatur.

17. Occurritque ei servus, et ait : Pauxillum aquæ mihi ad bibendum præbe de hydria tua.

18. Quæ respondit : Bibe, domine mi, celeriterque deposuit hydriam super ulnam suam, et dedit ei potum.

19. Cùmque ille bibisset, adjecit : Quin et camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant.

20. Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum ut hauriret aquam : et haustam omnibus camelis dedit.

21. Ipse autem contemplabatur

13. Me voici près de cette fontaine, et les filles des habitants de cette ville vont sortir pour y venir puiser de l'eau.

14. *Que* la fille donc à qui je dirai : Baissez votre vaisseau, afin que je boive ; et qui me répondra : Buvez, et je donnerai aussi à boire à vos chameaux, soit celle que vous avez destinée à Isaac votre serviteur ; et je connaîtrai par là que vous avez fait miséricorde à mon maître.

15. A peine avait-il achevé de parler ainsi en lui-même, qu'il vit paraître Rebecca, fille de Bathuel, fils de Melcha, femme de Nachor, frère d'Abraham, qui portait sur son épaule un vaisseau *plein d'eau.*

16. C'était une fille très-agréable et une vierge parfaitement belle et inconnue à tout homme ; elle était déjà venue à la fontaine, et ayant rempli son vaisseau, elle s'en retournait.

17. Le serviteur *d'Abraham*, allant donc au-devant d'elle, lui dit : Donnez-moi un peu de l'eau que vous portez dans votre vaisseau, afin que je boive.

18. Elle répondit : Buvez, monseigneur : et ôtant aussitôt son vaisseau *de dessus son épaule*, et le penchant sur son bras, elle lui donna à boire.

19. Après qu'il eut bu, elle ajouta : Je m'en vais aussi tirer de l'eau pour vos chameaux, jusqu'à ce qu'ils aient tous bu.

20. *Aussitôt* ayant versé dans les canaux l'eau de son vaisseau, elle courut au puits pour en tirer d'autre, qu'elle donna ensuite à tous les chameaux.

21. Cependant le serviteur *d'Abraham*

---

13. *Ecce ego sto.* Non dubitabat de promisso, sed de seipso, ne forte ut indigno Deus non daret instinctum, et cognitionem peculiarem ejus, quam vellet Isaaco uxorem. Non tentat Deum, a quo motus fuerat, signum petendo, et quidquid in signo incertum est, totum divinæ Providentiæ innititur, et promissis Abrahæ a Deo factis. Notandum etiam cum D. Chrysos. et aliis signum, quod statuit hic servus, congruum fuisse ; erat enim signum bonæ uxoris, et indolis affabilis, hospitalis, providæ et strenuæ. — *Fontem.* Scriptura fontis et putei nomine promiscue utitur.

14. *Ipsa est.* Quæso, Domine, futuro Isaac uxor hæc faciat et dicat.

15. *Necdum intra se.* Nota quam prompte hoc Deus exaudiat.

16. *Incognita viro.* Casta et incorrupta corpore et mente.

21. *Contemplabatur eam tacitus.* Attonitus perpendebat non speciem

Digitized by Google

la considérait sans rien dire, voulant savoir si le Seigneur avait rendu son voyage heureux, ou non.

22. Après donc que les chameaux eurent bu, cet homme tira des pendants d'oreilles d'or, qui pesaient deux sicles, et autant de bracelets, qui en pesaient dix :

23. *Et en les lui donnant* il lui dit : De qui êtes-vous fille ? dites-le-moi, *je vous prie* : y a-t-il dans la maison de votre père du lieu pour *nous* loger ?

24. Elle répondit : Je suis fille de Bathuel, fils de Melcha et de Nachor son mari.

25. Il y a chez nous, ajouta-t-elle, beaucoup de paille et de foin, et bien du lieu pour y demeurer.

26. Cet homme fit une profonde inclination et adora le Seigneur,

27. En disant : Béni soit le Seigneur le Dieu d'Abraham mon maître, qui n'a pas manqué de lui faire miséricorde selon la vérité *de ses promesses*, et qui m'a amené droit dans la maison du frère de mon maître.

28. La fille courut donc à la maison de sa mère, et lui alla dire tout ce qu'elle avait entendu.

eam tacitus, scire volens utrùm prosperum iter suum fecisset Dominus, an non.

22. Postquam autem biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos, et armillas totidem pondo siclorum decem :

23. Dixitque ad eam : Cujus es filia ? indica mihi : est in domo patris tui locus ad manendum ?

24. Quæ respondit : Filia sum Bathuelis, filii Melchæ, quem peperit ipsi Nachor.

25. Et addidit, dicens : Palearum quoque et fœni plurimum est apud nos, et locus spatiosus ad manendum.

26. Inclinavit se homo, et adoravit Dominum,

27. Dicens : Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiam et veritatem suam a domino meo ; et recto itinere me perduxit in domum fratris domini mei.

28. Cucurrit itaque puella, et nuntiavit in domum matris suæ omnia quæ audierat.

§ III. *Le serviteur d'Abraham est bien reçu chez les parents de Rébecca. Il leur raconte le sujet de son voyage, et leur demande leur fille pour Isaac.*

29. Or Rebecca avait un frère nommé Laban, qui sortit aussitôt pour aller trouver cet homme près de la fontaine.

29. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban, qui festinus egressus est ad hominem, ubi erat fons.

---

tantum, sed officiositatem, sedulitatem, charitatemque, et jam domino suo dignam judicabat.

22. *Inaures aureas, appendentes siclos duos.* Siclos minores duos ; nam etiam dimidiatus siclus vocatur subinde siclus. Itaque unaquæque inauris appendebat drachmam unam, ut habent LXX, hebræus et chaldæus textus. — *Armillas totidem pondo siclorum decem.* Idem dixit Chaldæus. LXX autem, *decem aureorum pondus earum.* Hebræa ad verbum, *decem aurei pondus earum.* Noster siclos addidit, quasi supplens quod deerat.

27. *Misericordiam et veritatem.* Solent hæc duo Hebræi conjungere. Sensus est : misericors et verax fuit erga dominum meum : misericors pollicendo, verax præstando.

28. *In domum matris.* In eam domus partem, ubi mater cum puellis degebat, more Hebræorum, et Orientalium omnium, quibus virorum et fœminarum una in domo distinctæ habitationes.

Digitized by Google

30. Cùmque vidisset inaures et armillas in manibus sororis suæ, et audisset cuncta verba referentis : Hæc locutus est mihi homo : venit ad virum qui stabat juxta camelos, et prope fontem aquæ :

31. Dixitque ad eum : Ingredere, benedicte Domini : cur foris stas ? præparavi domum, et locum camelis.

32. Et introduxit eum in hospitium : ac destravit camelos, deditque paleas et fœnum, et aquam ad lavandos pedes ejus, et virorum qui venerant cum eo.

33. Et appositus est in conspectu ejus panis. Qui ait : Non comedam donec loquar sermones meos. Respondit ei : Loquere.

34. At ille : Servus, inquit, Abraham sum :

35. Et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatusque est : et dedit ei oves et boves, argentum et aurum, servos et ancillas, camelos et asinos.

36. Et peperit Sara uxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque illi omnia quæ habuerat.

37. Et adjuravit me dominus meus, dicens : Non accipies uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito :

38. Sed ad domum patris mei perges, et de cognatione mea accipies uxorem filio meo :

30. Et ayant déjà vu les pendants d'oreilles et les bracelets aux mains de sa sœur, qui lui avait rapporté en même temps tout ce que cet homme lui avait dit, il vint à lui, lorsqu'il était *encore* près de la fontaine avec les chameaux ;

31. Et il lui dit : Entrez, vous qui êtes béni du Seigneur ; pourquoi demeurez-vous dehors ? J'ai préparé la maison, et un lieu pour vos chameaux.

32. Il le fit aussitôt entrer dans le logis ; il déchargea ses chameaux, leur donna de la paille et du foin, et fit laver les pieds de cet homme, et de ceux qui étaient venus avec lui.

33. En même temps on lui servit à manger. Mais le serviteur leur dit : Je ne mangerai point, jusqu'à ce que je vous aie proposé ce que j'ai à vous dire. Vous le pouvez faire, lui dirent-ils ; *nous vous écoutons.*

34. Et il *leur* parla de cette sorte : Je suis serviteur d'Abraham.

35. Le Seigneur a comblé mon maître de bénédictions, et l'a rendu grand *et* riche ; il lui a donné des brebis et des bœufs, de l'argent et de l'or, des serviteurs et des servantes, des chameaux et des ânes.

36. Sara, la femme de mon maître, lui a enfanté un fils dans sa vieillesse ; et mon maître lui a donné tout ce qu'il avait.

37. Et il m'a fait jurer devant lui, en me disant : Promettez-moi que vous ne prendrez aucune des filles des Chananéens dans le pays desquels j'habite, pour la faire épouser à mon fils ;

38. Mais que vous irez à la maison de mon père, et que vous prendrez parmi ceux de ma parenté une femme pour mon fils.

---

30. *Cumque vidisset.* Prius vidit inaures in manu sororis, deinde egressus est ad servum Abraham.

31. *Benedicte Domini.* Deo dilecte et gratiose, cui Deum favere cerno et ut porro faveat, opto.

32. *Destravit.* Sarcinas detraxit, deposuit.

33. *Donec loquar sermones meos.* Nisi prius exposuero legationis meæ summam : Nisi exposuero cujus rei gratia huc missus sum.

35. *Benedixit domino meo valde.* Supra modum ditavit. — *Magnificatusque.* LXX, *exaltatus est.*

Digitized by Google

39. Et sur ce que je dis alors à mon maître : Mais si la fille ne voulait point venir avec moi ?

40. Il me répondit : Le Seigneur devant lequel je marche enverra son ange avec vous, et vous conduira dans votre chemin, afin que vous preniez une femme pour mon fils, qui soit de ma famille et de la maison de mon père.

41. Que si étant arrivé chez mes parents, ils vous refusent *ce que vous leur demanderez*, vous ne serez plus obligé à votre serment.

42. Je suis donc arrivé aujourd'hui près de la fontaine, et j'ai dit à Dieu : Seigneur Dieu d'Abraham mon maître, si c'est vous qui m'avez conduit dans le chemin où j'ai marché jusqu'à présent,

43. Me voici près de cette fontaine : que la fille donc qui sera sortie pour puiser de l'eau, et à qui je dirai : Donnez-moi un peu à boire de l'eau que vous portez dans votre vaisseau,

44. Et qui me répondra : Buvez, et je vais en puiser aussi pour vos chameaux, soit celle que le Seigneur a destinée pour être la femme du fils de mon maître.

45. Lorsque je m'entretenais en moi-même de cette pensée, j'ai vu paraître Rebecca qui venait avec son vaisseau qu'elle portait sur son épaule, et qui étant descendue à la fontaine, y avait puisé de l'eau. Je lui ai dit : Donnez-moi un peu à boire.

46. Elle aussitôt, ôtant son vaisseau de dessus l'épaule, m'a dit : Buvez vous-même, et je m'en vais donner aussi à boire à vos chameaux. J'ai donc bu, et elle a fait boire aussi mes chameaux.

47. Je l'ai ensuite interrogée, et je lui ai demandé : De qui êtes-vous fille ? Elle m'a répondu qu'elle était fille de Bathuel, fils de Nachor et de Melcha sa femme. Je lui ai donc mis ces pendants d'oreilles pour parer son visage, et lui ai mis ces bracelets au bras.

48. *Aussitôt* me baissant profondé-

39. Ego verò respondi domino meo : Quid si noluerit venire mecum mulier ?

40. Dominus, ait, in cujus conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, et diriget viam tuam, accipiesque uxorem filio meo de cognatione mea et de domo patris mei.

41. Innocens eris à maledictione mea, cùm veneris ad propinquos meos, et non dederint tibi.

42. Veni ergo hodie ad fontem aquæ, et dixi : Domine Deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam in qua nunc ambulo,

43. Ecce sto juxta fontem aquæ ; et virgo, quæ egredietur ad hauriendam aquam, audierit a me : Da mihi paxillum aquæ ad bibendum ex hydria tua :

44. Et dixerit mihi : Et tu bibe, et camelis tuis hauriam : ipsa est mulier quam præparavit Dominus filio domini mei.

45. Dumque hæc tacitus mecum volverem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in scapula : descenditque ad fontem, et hausit aquam. Et aio ad eam : Da mihi paululum bibere.

46. Quæ festinans deposuit hydriam de humero, et dixit mihi : Et tu bibe, et camelis tuis tribuam potum. Bibi, et adaquavit camelos.

47. Interrogavique eam, et dixi : Cujus es filia ? Quæ respondit : Filia Bathuelis sum, filii Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaque inaures ad ornandam faciem ejus, et armillas posui in manibus ejus.

48. Pronusque adoravi Domi-

---

41. *Innocens eris a maledictione.* Promiscue vocat juramentum maledictionem, quia in fine jurisjurandi addebatur imprecatio : Si fidem fefellero, *hæc faciat mihi Deus, et hæc addat.*

47. *Suspendi.* Dedi, ut, cum vellet, posset suspendere.

Digitized by Google

num, benedicens Domino Deo domini mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, ut sumerem filiam fratris domini mei filio ejus.

49. Quamobrem si facitis misericordiam et veritatem cum domino meo, indicate mihi : sin autem aliud placet, et hoc dicite mihi, ut vadam ad dexteram sive ad sinistram.

ment, j'ai adoré et béni le Seigneur, le Dieu d'Abraham mon maître, qui m'a conduit par le droit chemin, pour prendre la fille du frère de mon maître, et la donner pour femme à son fils.

49. C'est pourquoi, si vous avez véritablement dessein d'obliger mon maître, dites-le-moi : que si vous avez résolu autre chose, faites-le-moi connaître, afin que j'aille chercher une fille ailleurs.

§ IV. *Les parents de Rebecca, ayant connu la volonté de Dieu sur elle, consentent qu'elle épouse Isaac. Elle part avec joie pour l'aller trouver, et l'affection qu'Isaac conçoit pour elle tempère la douleur qu'il ressentait de la mort de Sara sa mère.*

50. Responderuntque Laban et Bathuel : A Domino egressus est sermo : non possumus extra placitum ejus quidquam aliud loqui tecum.

51. En Rebecca coram te est : tolle eam, et proficiscere, et sit uxor filii domini tui, sicut locutus est Dominus.

52. Quod cùm audisset puer Abraham, procidens adoravit in terram Dominum.

53. Prolatisque vasis argenteis, et aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere, fratribus quoque ejus et matri dona obtulit.

54. Inito convivio, vescentes pariter et bibentes manserunt ibi. Surgens autem mane, locutus est puer : Dimittite me, ut vadam ad dominum meum.

55. Responderuntque fratres

50. Laban et Bathuel répondirent : C'est Dieu qui parle en cette rencontre ; nous ne pouvons vous dire autre chose que ce qui paraît conforme à sa volonté.

51. Rebecca est entre vos mains ; prenez-la et l'emmenez avec vous, afin qu'elle soit la femme du fils de votre maître, selon que le Seigneur s'en est déclaré.

52. Le serviteur d'Abraham ayant entendu cette réponse se prosterna en terre et adora le Seigneur.

53. Il tira ensuite des vases d'or et d'argent, et de *riches* vêtements, dont il fit présent à Rebecca ; il donna aussi des présents à ses frères et à sa mère.

54. Ils firent ensuite le festin ; ils mangèrent et burent, et demeurèrent ensemble ce jour-là. *Le lendemain* le serviteur s'étant levé le matin leur dit : Permettez-moi d'aller retrouver mon maître.

55. Les frères et la mère de Rebecca lui

---

49. *Ut vadat ad dexteram, sive ad sinistram.* Quasi dicat : Ut hinc discedens, ubi potero, aliam uxorem quæram.

50. *Laban et Bathuel.* Præponitur Laban patri, quia, ut ferventior, prævenit promittendo, et pater dictum ejus ratum habuit. Nec mirum prævenisse, quia fortasse pater jam senex robusto filio curam totius familiæ commiserat. — *A Domino egressus est sermo.* Voluntas Dei hæc est.

51. *Coram te est.* In manibus tibi traditur abducenda. — *Locutus est Dominus.* Signo, quo voluntatem suam declaravit.

53. *Vasis.* Mundo muliebri et alia supellectile ; sic enim Hebræi vocant vasa musica, vasa bellica, vasa mortis ; ipsa quoque corpora eorumque membra dicuntur vasa.

Digitized by Google

répondirent : Que la fille demeure au moins dix jours avec nous, et après elle s'en ira.

56. Je vous prie, dit le serviteur, de ne me point retenir davantage, puisque le Seigneur m'a conduit dans tout mon chemin : permettez-moi d'aller retrouver mon maître, *afin de lui apprendre au plus tôt l'heureux succès de mon voyage.*

57. Ils lui dirent : Appelons la fille, et sachons d'elle-même son sentiment.

58. On l'appela donc ; et étant venue, ils lui demandèrent : Voulez-vous bien aller avec cet homme ? Je le veux bien, répondit-elle.

59. Ils la laissèrent donc aller, accompagnée de sa nourrice, avec le serviteur d'Abraham, et ceux qui l'avaient suivi ;

60. Et souhaitant toutes sortes de prospérités à Rebecca, ils lui dirent : Vous êtes notre sœur ; croissez en mille et mille générations, et que votre race se mette en possession des villes de ses ennemis.

61. Rebecca et ses filles montèrent donc sur des chameaux, et suivirent cet homme, qui s'en retourna en grande diligence vers son maître.

62. En ce même temps, Isaac se promenait dans le chemin qui mène au puits, appelé le puits de celui qui vit et qui voit ; car il demeurait dans la terre *de Chanaan du côté* du midi.

63. Il était alors sorti dans le champ pour méditer, le jour étant sur son déclin ; et ayant levé les yeux, il vit de loin venir les chameaux.

ejus et mater : Maneat puella saltem decem dies apud nos et postea proficiscetur.

56. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meam : dimittite me, ut pergam ad dominum meum.

57. Et dixerunt : Vocemus puellam, et quæramus ipsius voluntatem.

58. Cùmque vocata venisset ; sciscitati sunt : Vis ire cum homine isto ? quæ ait : Vadam.

59. Dimiserunt ergo eam, et nutricem illius, servumque Abraham, et comites ejus,

60. Imprecantes prospera sorori suæ, atque dicentes : Soror nostra es, crescas in mille millia, et possideat semen tuum portas inimicorum suorum.

61. Igitur Rebecca et puellæ illius, ascensis camelis, secutæ sunt virum qui festinus revertebatur ad dominum suum.

62. Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, cujus nomen est Viventis et videntis : habitabat enim in terra australi :

63. Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinatâ jam die : cùmque elevasset oculos, vidit camelos venientes procul.

---

57. *Quæramus ipsius voluntatem.* Non de nuptiis cum Isaaco ; in has enim Rebeccam jam consensisse colligitur ex n. 51, 53, 54 et 55, sed de discessu a parentibus, et profectione.

60. *Sorori.* Consanguineæ ; nam ad convivium cognati multi vocati fuerant, qui ab Hebræis fratres appellari consueverant. — *Crescas in mille millia.* Plurimam Deus posteritatem tibi tribuat.

61. *Puellæ illius.* Ancillæ in dotem datæ, ut tunc moris, sicut et postea, cap. 29, n. 24 et 29.

62. *Per viam.* LXX, *per desertum.* Quæsiverat solitarium locum Isaac idoneum ad orandum.

63. *Ad meditandum.* Vox hebraica significat submissa et intra labia compresso voce mussare, quod solent qui cum animo suo aliquid meditantur et volvunt.

Digitized by Google

64. Rebecca quoque, conspecto Isaac, descendit de camelo,

65. Et ait ad puerum : Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei : Ipse est dominus meus. At illa tollens citò pallium, operuit se.

66. Servus autem cuncta quæ gesserat, narravit Isaac.

67. Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ, et accepit eam uxorem : et in tantum dilexit eam, ut dolorem qui ex morte matris ejus acciderat, temperaret.

64. Rebecca ayant aussi aperçu Isaac, descendit de dessus son chameau,

65. Et elle dit au serviteur : Qui est cette personne qui vient le long du champ au-devant de nous ? C'est mon maître, lui dit-il. Elle prit aussitôt son voile et se couvrit, *pour marquer sa modestie, sa soumission et son profond respect.*

66. Le serviteur alla cependant dire à Isaac tout ce qu'il avait fait *à l'égard de Rebecca.*

67. Alors Isaac la fit entrer dans la tente de Sara sa mère, et la prit pour femme; et l'affection qu'il eut pour elle fut si grande qu'elle tempéra la douleur que la mort de sa mère lui avait causée.

CHAPITRE XXV.

§ I. * *Abraham épouse Céthura, et en a plusieurs enfants.* ** *Il meurt plein de jours, et est enterré par ses deux enfants Isaac et Ismaël.*

* L'AN DU MONDE 2150. — AVANT J.-C. 1854.
** L'AN DU MONDE 2183. — AVANT J.-C. 1821.

1. Abraham verò aliam duxit uxorem nomine Cethuram (1) :

2. Quæ peperit ei Zamram, et Jecsan, et Madan, et Madian, et Jesboc, et Sue.

3. Jecsan quoque genuit Saba et Dadan. Filii Dadan fuerunt Assurim, et Latusim, et Loomim.

1. Abraham, *désirant avoir plusieurs enfants, afin de multiplier les adorateurs du vrai Dieu,* épousa encore une autre femme nommée Céthura,

2. Qui lui enfanta Zamran, Jecsan, Madan, Madian, Jesboc et Sué.

3. Jecsan engendra Saba et Dadan. Les enfants de Dadan furent Assurim, Latusim et Loomim.

(1) Bible vengée, note LVIII.

---

64. *Descendit.* Honoris sponso deferendi gratia.

65. *Pallium.* Ut eo honestatis et pudoris causa nova nupta coram sponso suo se tegeret et obnuberet. * Operuit vultum more matronarum. Vide I. Corinth. 11. 10. et supra cap. 20. 16; et quæ D. Hieronym. de Arabiæ et Mesopotamiæ feminis scribit ad c. 3. Isaiæ.

67. *In tabernaculum Saræ.* Hinc patet seorsim a viris habitasse mulieres. — *Ex morte matris ejus.* Quæ triennio circiter ante defuncta erat.

CAP. XXV. 1. *Aliam duxit uxorem.* Mortua Sara, et Agar dimissa, et forte etiam defuncta. Causa ducendi divinus instinctus, ut ex eo semen inter gentes quoque multiplicaretur. Annum agebat ætatis 137. — *Cethuram.* Videtur fuisse ancilla Abrahæ, ut etiam fuerat Agar; si enim fuisset ingenua, non appellaretur concubina, n. 6.

2. *Madian.* Ex quo Madianitæ.

Digitized by Google

4. Les enfants de Madian furent Epha, Opher, Henoch, Abida et Eldaa : tous ceux-ci *furent* enfants de Céthura.

5. Abraham donna à Isaac tout ce qu'il possédait.

6. Il fit des présents aux fils des autres femmes, et de son vivant il les sépara de son fils Isaac, *les faisant aller* dans le pays qui regarde l'orient, *c'est-à-dire dans l'Arabie Pétrée, qui est à l'orient de Gérare et de Bersabée, où il demeurait alors.*

7. Tout le temps de la vie d'Abraham fut de cent soixante et quinze ans.

8. Et les forces lui manquant, il mourut dans une heureuse vieillesse et un âge fort avancé, étant parvenu à la plénitude de ses jours ; et il fut réuni à son peuple.

9. Isaac et Ismaël ses enfants le portèrent à la caverne double, située dans le champ d'Ephron fils de Seor Hethéen, vis-à-vis de Mambré.

10. Qu'il avait acheté des enfants de Heth : c'est là qu'il fut enterré, aussi bien que Sara sa femme.

11. Après sa mort, Dieu bénit son fils Isaac, qui demeurait près du puits

4. At verò ex Madian ortus est Epha, et Opher, et Henoch : et Abida, et Eldaa : omnes hi filii Cethuræ.

5. Deditque Abraham cuncta quæ possederat Isaac :

6. Filiis autem concubinarum largitus est munera, et separavit eos ab Isaac filio suo, dum adhuc ipse viveret, ad plagam orientalem.

7. Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ, centum septuaginta quinque anni.

8. Et deficiens mortuus est in senectute bona, provectæque ætatis, et plenus dierum : congregatusque est ad populum suum.

9. Et sepelierunt eum Isaac et Ismael filii sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephron filii Seor Hethæi, è regione Mambre,

10. Quem emerat à filiis Heth : ibi sepultus est ipse, et Sara uxor ejus.

11. Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio ejus, qui ha-

---

5. ***Cuncta quæ possederat.*** Id factum primo antequam Isaac duceret Rebeccam; quare Eliezer dicebat cap. 24, n. 36 : ***Deditque illi omnia quæ habuerat.*** Nunc donationem videtur confirmasse.

6. ***Filiis autem concubinarum.*** Agar et Cethuræ. Concubinæ erant legitimæ uxores, ut etiam aliquando vocantur in Scriptura. Sic Agar, cap. 16. 3, uxor appellatur. Non erant autem uxores primariæ, nec matres familias; et servilis conditionis, et ancillæ manebant, etiam post nuptias, in tori tantum communionem admissæ. — ***Munera.*** Pecuniam, aurum, argentum, vestes, etc.—***Separavit.*** Ne cum Isaac contenderent, eumque in terræ promissæ possessione turbarent. Rursum ne posteri eorum sua idololatria et vitiis Isacidas inficerent. — ***Ad plagam orientalem.*** Hi vocantur in Scriptura ***filii orientis.***

8. ***Deficiens.*** Non violentia, aut vi morbi, sed humido naturali deficiente decessit. — ***In senectute bona.*** Cum esset 175 annorum, mature et tempore suo, sive spectes ætatem, sive merita. ***Bona*** etiam, quia sine ægritudine. — ***Plenus dierum.*** Vivendi satur, ut habent hebræa, et cupiens dissolvi. — ***Congregatusque est ad populum suum.*** Hoc non potest intelligi de corpore, quod cum suis in patria sepultum non est. Intelligendum ergo de anima, quæ post mortem superstes et immortalis. Vide tamen infra, cap. 35, n. 29. — ***Populum suum.*** Justos in limbo.

11. ***Juxta puteum nomine Viventis et videntis.*** In Bersabee, puteus Vi-

Digitized by Google

bitabat juxta puteum nomine Viventis et videntis.

nommé le puits de celui qui vit et qui voit.

§ II. *Dénombrement des enfants d'Ismaël.*

L'AN DU MONDE 2231. — AVANT J.-C. 1773.

12. Hæ sunt generationes Ismael filii Abrahæ, quem peperit ei Agar Ægyptia, famula Saræ :

13. Et hæc nomina filiorum ejus in vocabulis et generationibus suis. Primogenitus Ismaelis Nabajoth, deinde Cedar, et Abdeel, et Mabsam.

14. Masma quoque, et Duma, et Massa.

15. Hadar, et Thema, et Jethur, et Naphis, et Cedma.

16. Isti sunt filii Ismaelis : et hæc nomina per castella et oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum (1).

17. Et facti sunt anni vitæ Ismaelis centum triginta septem, deficiensque mortuus est, et appositus ad populum suum.

18. Habitavit autem ab Hevila usque Sur, quæ respicit Ægyptum introeuntibus Assyrios, coram cunctis fratribus suis obiit.

12. Voici le dénombrement des enfants d'Ismaël fils d'Agar égyptienne, servante de Sara *et d'Abraham.*

13. Et voici les noms de ses enfants, selon que les ont portés ceux qui sont descendus d'eux. Le premier-né d'Ismaël *fut* Nabajoth, les autres *furent* Cedar, Abdéel, Mabsam,

14. Masma, Duma, Massa.

15. Hadar, Thema, Jethur, Naphis et Cedma.

16. Ce sont là les enfants d'Ismaël, et tels ont été les noms *qu'ils ont donnés* à leurs châteaux et à leurs villes, ayant été les douze chefs de leurs peuples, *c'est-à-dire des Arabes, qui sont sortis d'eux partagés en douze tribus.*

17. Le temps de la vie d'Ismaël fut de cent trente-sept ans, et les forces lui manquant, il mourut, et fut réuni à son peuple.

18. Le pays où il habita fut *depuis* Hevila, *sur l'Euphrate*, jusqu'à Sur, *désert* qui regarde l'Egypte, lorsqu'on entre dans l'Assyrie, et il mourut au milieu de tous ses frères.

(1) *A leurs châteaux et à leurs villes.* Les expressions de l'original marquent plutôt des bourgs ou des villages, soit fixes, soit mobiles ou formés de tentes.

---

ventis et videntis erat intra ipsam solitudinem, per quam Agar erraverat, quæ eremus dicitur solitudo Bersabee. De hoc puteo agitur supra, cap. 16. 14, et 21. 19, et 24. 62.

13. *Cedar.* Cedareni Arabes, de quibus et tentoriis eorum non semel in Scriptura.

14. *Duma.* Inde onus Dumæ apud Isa. cap. 21 : vel sunt Idumæi, vel illis vicini.

15. *Thema.* A quo civitas et regio Theman ad meridiem Idumææ, cujus rex Eliphaz Jobi amicus.

17. *Deficiensque.* Sicut pater senio defunctus. — *Appositus.* Hinc orta Hebræorum opinio de illius pœnitentia et salute.

18. *Ab Hevila.* De qua dictum supra, cap. 2, n. 11. — *Coram cunctis fratribus suis obiit.* Non significat eum corona fratrum suorum cinctum obiisse, sed iis superstitibus.

Digitized by Google

§ III. *Isaac prie Dieu pour sa femme qui était stérile, et elle conçoit au même temps Esaü et Jacob, qui s'entre-choquent dans son ventre. Le premier vend son droit d'aînesse au second, et s'en met peu en peine.*

L'AN DU MONDE 2168. — AVANT J.-C. 1836.

19. Voici quelle fut aussi la postérité d'Isaac, fils d'Abraham : Abraham engendra Isaac,

20. Lequel ayant quarante ans, épousa Rebecca, fille de Bathuel Syrien de Mésopotamie, et sœur de Laban.

21. Isaac pria le Seigneur pour sa femme, parce qu'elle était stérile; et le Seigneur l'exauça, donnant à Rebecca la vertu de concevoir.

22. Mais les deux enfants dont elle était grosse s'entre-choquaient dans son ventre; ce qui lui fit dire : Si cela devait m'arriver, qu'était-il besoin que je conçusse? Elle alla donc consulter le Seigneur,

23. Qui lui répondit : *Les chefs de* deux nations *puissantes* sont dans vos entrailles; et *lorsque vous les mettrez au monde*, deux peuples sortiront de votre sein, *qui* se diviseront l'un contre l'autre: l'un de ces peuples surmontera l'autre peuple, et *dans la suite*, l'aîné sera assujetti au plus jeune.

24. Lorsque le temps qu'elle devait accoucher fut arrivé, elle se trouva mère de deux jumeaux.

25. Celui qui sortit le premier était roux et tout velu, *ayant la peau couverte*

19. Hæ quoque sunt generationes Isaac filii Abraham : Abraham genuit Isaac.

20. Qui cùm quadraginta esset annorum, duxit uxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban.

21. Deprecatusque est Isaac Dominum pro uxore sua, eò quòd esset sterilis : qui exaudivit eum, et dedit conceptum Rebeccæ.

22. Sed collidebantur in utero ejus parvuli; quæ ait: Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concipere? Perrexitque ut consuleret Dominum (1).

23. Qui respondens, ait : Duæ gentes sunt in utero tuo, et duo populi ex ventre tuo dividentur, populusque populum superabit, et major serviet minori.

24. Jam tempus pariendi advenerat, et ecce gemini in utero ejus reperti sunt.

25. Qui prior egressus est, rufus erat, et totus in morem pel-

(1) Bible vengée, note LIX.

---

21. *Deprecatusque.* Vox hebræa significat eum multiplicasse preces, et D. Chrysost. ait toto vicennio eas continuasse. — *Pro uxore.* Hebr. *contra uxorem*, id est, contra sterilitatem uxoris. Vel fortasse sensus est : simul cum uxore, quasi e regione uxoris, cum qua communicabat preces.

22. *Collidebantur.* LXX, *exiliebant, exultabant;* vel, ut alii vertunt, gestiebant, ludebant, calcitrabant, colluctabantur, dum scilicet uterque nititur prior in lucem exire. *Si sic mihi futurum erat.* Si mihi abortiendum, et una cum parvulis moriendum : id timebat Rebecca. — *Perrexitque ut consuleret Dominum.* Aliqui sentiunt ad domesticum altare ivisse, illic orasse, et per angelum responsum accepisse. Alii putant in montem Moria ascendisse ad Melchisedech sacerdotem adhuc superstitem.

23. *Duæ gentes.* Duo filii, qui erunt patres et capita duarum gentium, hoc est, Judæorum et Idumæorum sibi adversantium. — *Major serviet minori.* Idumæi servient Judæis.

25. *Totus... hispidus.* Non capite tantum, sed reliquo fere corpore, inde

Digitized by Google

lis hispidus : vocatumque est nomen ejus Esau. Protinus alter egrediens plantam fratris tenebat manu : et idcirco appellavit eum Jacob (1).

de poil, comme la peau *d'un animal ;* et il fut nommé Esaü, *c'est-à-dire parfait, parce qu'il était venu au monde couvert de poil comme un homme dans sa plus grande force.* L'autre sortit aussitôt, et il tenait de sa main le pied de son frère, *comme s'il eût voulu le retenir et lui ôter l'avantage de sortir le premier ;* c'est pourquoi il fut nommé Jacob, *c'est-à-dire supplanteur.*

26. Sexagenarius erat Isaac, quando nati sunt ei parvuli.

26. Isaac avait soixante ans, lorsque ces deux enfants lui naquirent.

27. Quibus adultis, factus est Esau vir gnarus venandi, et homo agricola : Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis.

27. Quand ils furent grands, Esaü devint habile à la chasse; il était *continuellement* dans *les bois et dans* les champs : mais Jacob était un homme simple, *doux, paisible*, et il demeurait retiré à la maison.

28. Isaac amabat Esau, eo quòd de venationibus illius vesceretur : et Rebecca diligebat Jacob.

28. Isaac aimait Esaü, parce qu'il mangeait de ce qu'il prenait à la chasse ; mais Rebecca aimait Jacob, *parce qu'il lui tenait compagnie à la maison.*

29. Coxit autem Jacob pulmentum : ad quem cùm venisset Esau de agro lassus,

29. Un jour Jacob avait fait cuire de quoi manger, Esaü survint, *retournant* des champs, étant fort fatigué ;

30. Ait : Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum.

30. Et il dit à Jacob : Donnez-moi de ce mets roux *que vous avez fait cuire,*

(1) Bible vengée, note LX. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome II, page 4.

---

etiam dictus est Seir, id est, pilosus; Esau vero, id est, *factus perfectus*, quia qui ad perfectam pervenerunt ætatem, ii pilis obsiti sunt. Edom etiam appellatus est, quasi *sanguineus*, a rubeo colore coctionis rufæ, de qua paulo post, hoc cap.—*Protinus.* Immediate, quasi contendens de primogenitura.—*Jacob.* A verbo עָקַב *ghacab*, quod supplantando, seu plantam tenendo decipere significat.

27. *Agricola.* LXX, ἄγροικος, *agrestis*, quod etiam ad mores refertur. — *Simplex.* LXX, ἁπλαστος, *minime fictus ;* vox hebraica perfectum justumque significat. — *Habitabat in tabernaculis.* Raro foras progrediens, nec venationi, ut Esau, intentus, sed rei domesticæ curam gerens. Chaldæus exponit fuisse *ministrum domus doctrinæ*, id est, auditorem sapientiæ. Hoc si est verum, habes scholarum antiquitatem. * Duorum horum fratrum ingenia conveniebant vitæ generi : Jacobus bonus, ut pastor; Esau sævus, ut venator.

28. *Isaac amabat Esau.* Utpote primogenitum.—*Diligebat Jacob.* Saniore affectu, quod melius moratum videret, et amabilibus moribus, et propter promissiones sibi a Deo factas.

29. *Coxit autem Jacob pulmentum.* Lenticulæ Ægyptiæ, ut docet S. Augustinus in Psalm. 46.

30. *Da mihi.* In hebræo est : *Obtege me, obrue me, imple me de rufo, rufo isto.* Vel *fac me vorare de rufo, etc.* Loquendi modus aviditatem et intem-

Digitized by Google

parce que je suis extrêmement las. C'est pour cette raison qu'il fut depuis nommé Edom, *c'est-à-dire roux, de la couleur des lentilles qu'il avait désiré de manger.*

31. Jacob, *qui avait appris de sa mère que Dieu l'avait destiné à être au-dessus de son frère*, lui dit : Vendez-moi *donc* votre droit d'aînesse.

32. Esaü lui répondit : Je me meurs : de quoi me servira mon droit d'aînesse ? *Je veux bien vous le vendre.*

33. Jurez-le-moi donc, lui dit Jacob. Esaü le lui jura, et lui vendit son droit d'aînesse.

34. Et ainsi ayant pris du pain et ce plat de lentilles, il mangea et but, et s'en alla, se mettant peu en peine de ce qu'il avait vendu son droit d'aînesse, *et les avantages qui y étaient attachés.*

Quam ob causam vocatum est nomen ejus Edom.

31. Cui dixit Jacob : Vende mihi primogenita tua (1).

32. Ille respondit : En morior, quid mihi proderunt primogenita (2) ?

33. Ait Jacob : Jura ergo mihi. Juravit ei Esau, et vendidit primogenita.

34. Et sic accepto pane et lentis edulio, comedit, et bibit, et abiit, parvipendens quòd primogenita vendidisset.

(1) Bible vengée, note LXI. — (2) Bible vengée, note LXII.

---

perantiam petentis indicat. * Dicitur coctio *rufa*, vel a nativo colore lentis, vel ab ascititio condimenti.

31. *Primogenita tua.* Primogenituræ privilegia eo tempore fuerunt sequentia : 1. in mensa locus dignior, infra, cap. 43. 33; 2. civilis principatus in fratres, et successio in patriam dignitatem, qua primogenitus cæteris loco patris erat, adeo ut coram eo se inclinarent, infra, cap. 27. 29, et vocarent eum dominum, ut Jacob Esau appellat, Gen. 32 et 33; 3. in hæreditatis divisione duas partes accipiebat natu maximus, alii singulas, Theodoret, q. 77; 4. pater moriturus primogenito benedicebat, Gen. 27. 45. Juxta aliquos primogeniti erant sacerdotes familiæ, et ad hunc usum peculiares vestes habebant. Porro in venditione primogenitorum peccavit Esau gula, sacrorum contemptu, et fortasse etiam simonia, vendens jus sacerdotii. Jacob vero non peccavit, quia intendit emere tantum jus primarium primogenituræ, quod erat temporale et vendibile, sicuti potest vendi ager, cui annexum jus patronatus. Nec peccavit injustitia, quia vili emit a volente et sciente. Adde doctum a matre scivisse hoc jus, Dei dispositione et dono, ad se pertinere.

32. *En morior.* Gulæ necessitatem prætexit.

33. *Jura ergo mihi.* Per te mihi licitum fore primogenitorum prærogativis pacifice frui.

34. *Abiit, parvipendens.* Ventrem virtuti, cibum honori, gulam benedictioni præferens, et fortasse jam tum meditatus, quod jure amiserat, vi et ferro retinere.

Digitized by Google

CHAPITRE XXVI.

§ I. *La famine oblige Isaac de s'en aller à Gérare. Dieu lui confirme les promesses qu'il avait faites à Abraham* (1).

L'AN DU MONDE ENVIRON 2200.

1. Orta autem fame super terram, post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abiit Isaac ad Abimelech regem Palæstinorum in Gerara.

2. Apparuitque ei Dominus, et ait : Ne descendas in Ægyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi.

3. Et peregrinare in ea, eroque tecum, et benedicam tibi : tibi enim et semini tuo dabo universas regiones has, complens juramentum quod spopondi Abraham patri tuo.

4. Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli : daboque posteris tuis universas regiones has : et BENEDICENTUR in semine tuo omnes gentes terræ,

5. Eò quòd obedierit Abraham voci meæ, et custodierit præcepta

1. Or *avant la naissance de Jacob et d'Esaü, Isaac demeurant encore dans la terre de Chanaan,* il arriva une famine en ce pays-là, comme il en était arrivé une au temps d'Abraham ; et Isaac s'en alla à Gérare, vers Abimélech, roi des Philistins.

2. Car *ayant eu le dessein d'aller en Egypte, comme avait fait Abraham, et ayant sur cela consulté le Seigneur,* le Seigneur lui avait apparu, et il lui avait dit : N'allez point en Egypte, mais demeurez dans le pays que je vous montrerai.

3. Passez-y quelque temps comme étranger, et je serai avec vous et vous bénirai ; car je vous donnerai, à vous et à votre race, tous ces pays-ci, pour accomplir le serment que j'ai fait à Abraham votre père.

4. Je multiplierai vos enfants comme les étoiles du ciel : je donnerai à votre postérité tous ces pays que vous voyez ; et toutes les nations de la terre seront bénies dans celui qui naîtra de vous,

5. Parce que Abraham a obéi à ma voix, qu'il a gardé mes préceptes et mes

(2) Bible vengée, note LXIII.

CAP. XXVI. 1. *Super terram.* Chanaan, ubi degebat. — *Post eam.* De qua fame supra, cap. 12. — *Abimelech.* Non ille de quo eo c. 21, sed fortasse ejus filius : credibile regibus Geraræ nomen commune Abimelech fuisse, ut etiam Ægyptii omnes dicti sunt Pharaones. Abimelech significat *pater meus rex;* reges enim et patriæ et subditorum patres esse debent.

2. *Apparuitque ei Dominus.* Cur prohibitus ire Isaac, quod pater ipsius Abraham perrexerat, in Ægyptum scilicet? An quod Ægyptiis necessarius fuerat Abrahæ adventus, ut veræ fidei et religionis doctrina imbuerentur; nunc vero id minus necessarium? An quod voluerit Deus ostendere quod etiam in rerum inopia et sterili solo suos alere possit?—*Quam dixero.* Nondum etiam pervenerat in Gerara.

3. *Peregrinare in ea.* Ad tempus in ea tanquam peregrinus habita.

5. *Eo quod obedierit.* Hebraica reddi etiam possunt, *merces, quod obedierit,* nam vox hebraica עֵקֶב *ghequeb* calcaneum significat, et etiam mercedem, quod sit in opere ultimum. — *Voci meæ.* Jussioni de necando filio. —

Digitized by Google

commandements, et qu'il a observé les cérémonies et les lois que je lui ai données.

6. Isaac demeura donc à Gérare, *selon l'ordre du Seigneur.*

et mandata mea, et ceremonias legesque servaverit.

6. Mansit itaque Isaac in Geraris.

§ II. *Isaac fait passer Rebecca pour sa sœur. Il en est repris par Abimélech, qui avait reconnu qu'elle était sa femme. Dieu bénit Isaac et le comble de biens. Les Philistins en sont jaloux, et Abimélech leur roi le prie de se retirer.*

7. Et les habitants de ce pays-là lui demandant qui était Rebecca, il leur répondit : C'est ma sœur ; *comme il le pouvait dire avec vérité, étant sa plus proche parente. Il en usa ainsi,* parce qu'il craignit de leur avouer qu'elle était sa femme, de peur qu'étant frappés de sa beauté, ils ne résolussent de le tuer, *pour en être les maîtres.*

8. Il se passa ensuite beaucoup de temps ; et comme il demeurait toujours dans le même lieu, il arriva qu'Abimélech, roi des Philistins, regardant par une fenêtre, vit Isaac qui se jouait avec Rebecca, *d'une manière qui lui fit comprendre qu'elle était* sa femme.

9. Et l'ayant fait venir, il lui dit : Il est visible que c'est votre femme : pourquoi avez-vous fait un mensonge, en disant qu'elle était votre sœur ? Il lui répondit : J'ai eu peur qu'on me fît mourir à cause d'elle.

10. Abimélech ajouta : Pourquoi nous en avez-vous ainsi imposé ? Quelqu'un de nous aurait pu abuser de votre femme, et vous nous auriez fait tomber dans un grand péché. Il fit ensuite cette défense à tout son peuple :

7. Qui cùm interrogaretur à viris loci illius super uxore sua, respondit : Soror mea est ; timuerat enim confiteri quòd sibi esset sociata conjugio, reputans ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem (1).

8. Cùmque pertransissent dies plurimi, et ibidem moraretur, prospiciens Abimelech rex Palæstinorum per fenestram, vidit eum jocantem cum Rebecca uxore sua.

9. Et accersito eo, ait : Perspicuum est quòd uxor tua sit : cur mentitus es eam sororem tuam esse ? Respondit : Timui ne morerer propter eam.

10. Dixitque Abimelech : Quare imposuisti nobis ? Potuit coire quispiam de populo cum uxore tua, et induxeras super nos grande peccatum. Præcepitque omni populo, dicens :

(1) Bible vengée, note LXIII.

Ceremonias. Tum propriam circumcisionis, tum alias omnibus communes, quas Deus in lege naturæ instituit, quibus coli voluit ; habuit enim lex naturæ, uti et Mosis, et Christi, suos ritus, sua sacra, et sacramenta.

7. *Soror.* Cognata : excusandus ut pater supra, c. 20.

8. *Jocantem.* Licentia maritali liberius agentem, quam cum aliena viri graves soleant.

9. *Mentitus.* Opinione Abimelech mendacium erat, quia cognationis ignarus erat rex.

10. *Quispiam de populo.* Hebr. *unus populi,* quod aliqui vertunt, *primus populi,* et de ipso Abimelech intelligunt. LXX habent, *aliquis ex genere meo.* — *Grande peccatum.* Gravem culpam, vel gravem pœnam.

Digitized by Google

11. Qui tetigerit hominis hujus uxorem, morte morietur.

12. Sevit autem Isaac in terra illa, et invenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei Dominus (1).

13. Et locupletatus est homo, et ibat proficiens atque succrescens, donec magnus vehementer effectus est :

14. Habuit quoque possessiones ovium et armentorum, et familiæ plurimùm. Ob hoc invidentes ei Palæstini,

15. Omnes puteos quos foderant servi patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo :

16. In tantum, ut ipse Abimelech diceret ad Isaac : Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde.

11. Quiconque touchera la femme de cet homme-là sera puni de mort.

12. Isaac sema ensuite en ce pays-là, et il recueillit l'année même le centuple, et le Seigneur le bénit.

13. Ainsi son bien s'augmenta beaucoup ; et tout lui profitant, il s'enrichit de plus en plus, jusqu'à ce qu'il devint extrêmement puissant ;

14. Car il possédait une grande multitude de brebis, de troupeaux de bœufs, de serviteurs et de servantes. Ce qui ayant excité contre lui l'envie des Philistins,

15. Ils bouchèrent tous les puits que les serviteurs d'Abraham, son père, avaient creusés, et les remplirent de terre.

16. Abimélech dit lui-même à Isaac : Retirez-vous d'avec nous, parce que vous êtes devenu plus puissant que nous.

§ III. *Isaac se retire au torrent de Gérare. Il y creuse des puits que les pasteurs du pays lui disputent; il retourne à Bersabée, et y dresse un autel au Seigneur.*

17. Et ille discedens ut veniret ad torrentem Geraræ, habitaretque ibi :

18. Rursum fodit alios puteos, quos foderant servi patris sui Abraham, et quos, illo mortuo, olim obstruxerant Philistiim : appellavitque eos iisdem nominibus quibus ante pater vocaverat.

17. Isaac s'étant donc retiré *de la cour d'Abimélech*, vint au *vallon, où dans les grandes pluies il se forme un torrent appelé le* torrent de Gérare, *parce qu'il passe par cette ville : Isaac, dis-je, vint en ce lieu* pour y demeurer.

18. Et il fit creuser de nouveau et *déboucher* d'autres puits que les serviteurs d'Abraham son père avaient creusés, et que les Philistins, peu après sa mort, avaient remplis de terre ; et il leur donna les mêmes noms que son père leur avait donnés auparavant.

(1) Bible vengée, note LXIII.

---

11. *Qui tetigerit.* Hebr. *qui tetigerit virum hunc, et uxorem ejus.* Tangendi vocem pro nocendi sumunt Chaldæus et Hebræi. — *Morte morietur.* Eadem mortis pœna postea in lege Mosis satuta.

12. *Sevit.* In terra conducta. — *Benedixitque ei.* Pro, *nam benedixerat ei Dominus.*

* 16. *Recede a nobis.* Sic olim apud Athenienses ostracismo ablegabantur cives quorum potentia suspecta jam esset. Vide Arist. l. 3. Polit. c. 9.

18. *Quos foderant.* Maluit veteres eruderare et expurgare quam novos fodere : 1. quia certus illic aquæ venam esse; 2. quia facilius, et minus invidiosum; 3. quia juste utebatur paterno labore, nec poterat ei novum opus denuntiari; 4. ut gratam patris memoriam renovaret; quare iisdem nominibus appellari voluit.

Digitized by Google

19. Ils fouillèrent aussi au fond du torrent, et ils y trouvèrent *des sources qui leur fournirent* de l'eau vive.

20. Mais les pasteurs de Gérare firent encore là une querelle aux pasteurs d'Isaac, en leur disant : L'eau est à nous. C'est pourquoi il appela ce puits Injustice, a cause de ce qui était arrivé.

21. Ils en creusèrent encore un autre; et les pasteurs de Gérare les ayant encore querellés, il l'appela Inimitié.

22. Etant parti de là, il creusa un autre puits, pour lequel ils ne disputèrent point: c'est pourquoi il lui donna le nom de Largeur, en disant : Le Seigneur nous a mis maintenant au large, et nous a fait croître en bien sur la terre.

23. Isaac retourna de là à Bersabée,

24. Et la nuit suivante, le Seigneur lui apparut, et lui dit: Je suis le Dieu d'Abraham votre père. Ne craignez point, parce que je suis avec vous; je vous bénirai, et je multiplierai votre race, à cause d'Abraham mon serviteur.

25. Il éleva donc un autel en ce lieu-là, et ayant invoqué le nom du Seigneur, il y dressa sa tente, et il commanda à ses serviteurs d'y creuser un puits.

19. Foderuntque in torrente, et repererunt aquam vivam.

20. Sed et ibi jurgium fuit pastorum Geraræ adversùs pastores Isaac, dicentium : Nostra est aqua; quamobrem nomen putei, ex eo quod acciderat, vocavit Calumniam.

21. Foderunt autem et alium, et pro illo quoque rixati sunt, appellavitque eum Inimicitias.

22. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt : itaque vocavit nomen ejus Latitudo, dicens : Nunc dilatavit nos Dominus, et fecit crescere super terram.

23. Ascendit autem ex illo loco in Bersabee,

24. Ubi apparuit ei Dominus in ipsa nocte, dicens : Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum sum : benedicam tibi, et multiplicabo semen tuum propter servum meum Abraham.

25. Itaque ædificavit ibi altare, et invocato nomine Domini, extendit tabernaculum : præcepitque servis suis ut foderent puteum.

---

19. *In torrente.* LXX, *in valle,* quam scilicet interfluebat torrens, vel in ipso sicco alveo torrentis, per metonymiam.

20. *Nostra est.* Quia in nostro solo fodistis; sed hoc injuste prætexebant, quia consentientibus foderant. — *Calumniam.* Vox hebraica significat etiam oppressionem, fraudem, injustitiam.

21. *Inimicitias.* Nam toties iterata vexatio fuit indicium odii inveterati.

22. *Latitudo.* Hebr. *latitudines,* quasi dicat : Hic puteus latam, liberam et immunem a Geraritarum invidia, abundantemque nobis nostrisque pecoribus dabit adaquationem, ideoque vocetur *latitudo.* — *Dilatavit nos Dominus.* Metaphora sumpta a redactis in arctum, qui postea evadunt : sic Psal. 4. 1 : *In tribulatione dilatasti mihi.*

23. *Ex illo loco.* Ubi ultimum puteum foderat. — *In Bersabee.* Finita fame tandem rediit eo, unde propter famem exierat.

24. *Deus Abraham.* Sum verus ille Deus, qui cum parente tuo hic pactum pepigi; vel etiam dicitur Deus Abraham, quasi dicat : Omnes quidem creaturæ meæ sunt; sed tamen apud me unus Abraham plus valet quam omnes alii : itaque gaudeo appellari Deus Abraham.

25. *Extendit tabernaculum.* Ut ibi sedem et domicilium figeret. — *Ut foderent.* Quærerent et eruderarent illum, quem olim Abraham his locis effoderat.

Digitized by Google

§ IV. *Abimélech vient trouver Isaac pour contracter alliance avec lui. Isaac lui fait un festin, et l'alliance est jurée de part et d'autre.*

26. Ad quem locum cùm venissent de Geraris Abimelech, et Ochosath amicus illius, et Phicol dux militum,

27. Locutus est eis Isaac : Quid venistis ad me, hominem quem odistis, et expulistis à vobis?

28. Qui responderunt : Vidimus tecum esse Dominum, et idcirco nos diximus : Sit juramentum inter nos, et ineamus fœdus,

29. Ut non facias nobis quidquam mali, sicut et nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet : sed cum pace dimisimus auctum benedictione Domini.

30. Fecit ergo eis convivium, et post cibum et potum,

31. Surgentes mane, juraverunt sibi mutuò : dimisitque eos Isaac pacificè in locum suum.

32. Ecce autem venerunt in ipso die servi Isaac, annuntiantes ei de puteo quem foderant, atque dicentes : Invenimus aquam.

26. Abimélech, Ochozath son favori, et Phicol général de son armée, vinrent de Gérare *trouver Isaac* en ce même lieu.

27. Et Isaac leur dit : Pourquoi venez-vous trouver un homme que vous haïssez, et que vous avez chassé d'avec vous?

28. Ils lui répondirent : Nous avons vu que le Seigneur est avec vous, c'est pourquoi nous avons résolu de faire avec vous une alliance qui sera jurée de part d'autre;

29. Afin que vous ne nous fassiez aucun tort, comme nous n'avons touché à rien qui fût à vous, ni rien fait qui vous pût offenser, vous ayant laissé aller en paix, comblé de la bénédiction du Seigneur.

30. Isaac leur fit donner un festin; et après qu'ils eurent mangé et bu avec lui,

31. Ils se levèrent le matin, et l'alliance fut jurée de part et d'autre. Isaac les reconduisit, étant en fort bonne intelligence avec eux, et les laissa retourner en leur pays.

32. Le même jour les serviteurs d'Isaac lui vinrent dire qu'ils avaient trouvé de l'eau dans le puits qu'ils avaient creusé.

---

26. *Cum venissent.* Non tam ut societatem inirent, quam ut specularentur, parati ad bellum, si tenuem et infirmum; ad fœdus, si validum et potentiorem invenirent. — *Ochozath.* Aliqui putant esse nomen appellativum, unde vertunt, *et cœtus amicorum ejus.* Verum melius LXX et noster interpres accipiunt Ochozath quasi nomen proprium.—*Phicol.* Videtur esse nomen officii potius (ut etiam Abimelech), quam nomen proprium. Etymon, sive interpretatio illius est, *omnis facies* * vel *os omnium,* quod scilicet omnium militum, quorum dux erat, animi et oculi in eum conversi. * Vel quod ipse pro omnibus loqueretur, populi apud regem interpres. Conjicio fuisse nomen officii, quia etiam tempore Abrahæ rex Geraræ, Abimelech, et ejus dux Phicol appellabatur, supra, c. 21, 22 : qui si iidem sint, ille regnaverit, hic vero dux exercitus fuerit, plus annis centum.

27. *Quem odistis.* Quam vos odisse factis ostendistis.

29. *Nec fecimus quod te læderet.* Falsum est hoc, nam ipsis conniventibus pastores injuste ab usu puteorum suorum arcuerant. — *Auctum benedictione Domini.* Quia videmus te auctum, etc. Vatabl. vertit : *Nam tu es benedictus Domini.*

31. *Surgentes mane.* In juramenti publici et solemnis reverentiam jejuni et sobrii præstant juramentum.

Digitized by Google

33. C'est pourquoi il appela ce puits Abondance; et le nom de Bersabée fut donné à la ville *qu'on bâtit depuis au même lieu*, et lui est demeuré jusqu'aujourd'hui.

34. Or Esaü ayant quarante ans épousa deux femmes, Judith, fille de Beer Hethéen, et Basemath, fille d'Elon, du même pays.

35. Qui toutes deux s'étaient mises mal dans l'esprit d'Isaac et de Rebecca, *par leur humeur contrariante et par leur attachement aux idoles.*

33. Unde appellavit eum Abundantiam : et nomen urbi impositum est Bersabee, usque in præsentem diem.

34. Esau verò quadragenarius duxit uxores, Judith filiam Beeri Hethæi, et Basemath, filiam Elon ejusdem loci :

35. Quæ ambæ offenderant animum Isaac et Rebeccæ.

CHAPITRE XXVII.

§ I. *Jacob, par le conseil de sa mère, enlève la bénédiction que son père Isaac voulait donner à Esaü son frère* (1).

L'AN DU MONDE 2245. — AVANT J.-C. 1759.

1. Isaac étant devenu fort vieux, ses yeux s'obscurcirent de telle sorte qu'il ne pouvait plus voir : il appela *donc* Esaü son fils aîné et lui dit : Mon fils ! Me voici, dit Esaü.

2. Son père ajouta : Vous voyez que je suis fort âgé, *ayant cent trente-sept ans*, et que j'ignore le jour de ma mort, *qui, dans un âge si avancé, peut arriver à tout moment.*

3. Prenez *donc* vos armes, votre carquois et votre arc, et sortez dehors; et lorsque vous aurez pris quelque chose à la chasse,

4. Vous me l'apprêterez comme vous

1. Senuit autem Isaac, et caligaverunt oculi ejus, et videre non poterat : vocavitque Esau filium suum majorem, et dixit ei : Fili mi! qui respondit : Adsum.

2. Cui pater : Vides, inquit, quòd senuerim, et ignorem diem mortis meæ.

3. Sume arma tua, pharetram et arcum, et egredere foras : cùmque venatu aliquid apprehenderis,

4. Fac mihi inde pulmentum si-

(1) Bible vengée, note LXIV.

---

33. *Abundantiam.* Vox hebræa *saturitatem* significat; quasi dicat : Ex hoc puteo abundantes latices potemus et saturabimur.

34. *Duxit uxores.* Invito patre jam centenario, ipse quadragenarius. Isaac tamen, ne filium contristaret, dissimulavit displicentiam, ut ait Josephus, qui etiam addit soceros fuisse dynastas Hethæorum, quod est credibile.

35. *Offenderant.* Malis moribus et contumacia, et quia manebant idololatræ.

Cap. XXVII. 1. *Senuit autem Isaac.* Annum enim agebat centesimum trigesimum septimum, quanquam adhuc vixit annis 43; nam mortuus est annorum 180. — *Caligaverunt.* Tum ætate, tum crebris ægritudinibus. Sic August. lib. 16. de Civit. c. 30 : Non erat cæcus, sed cæcutiebat.

3. *Arma tua.* Hebraice, *vasa.*

4. *Pulmentum.* Edulium gustui suave et delicatum. * Pulmentum in Scrip-

Digitized by Google

cut velle me nosti, et affer ut comedam : et benedicat tibi anima mea antequam moriar.

5. Quod cùm audisset Rebecca, et ille abiisset in agrum ut jussionem patris impleret,

6. Dixit filio suo Jacob : Audivi patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, et dicentem ei :

7. Affer mihi de venatione tua, et fac cibos ut comedam et benedicam tibi coram Domino antequam moriar.

8. Nunc ergo, fili mi, acquiesce consiliis meis :

9. Et pergens ad gregem, affer mihi duos hædos optimos, ut faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur :

10. Quas cùm intuleris, et comederit, benedicat tibi priusquam moriatur.

11. Cui ille respondit : Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, et ego lenis :

12. Si attrectaverit me pater meus et senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, et inducam super me maledictionem pro benedictione.

13. Ad quem mater : In me sit, ait, ista maledictio, fili mi : tantùm audi vocem meam, et pergens affer quæ dixi.

14. Abiit, et attulit, deditque matri. Paravit illa cibos, sicut velle noverat patrem illius.

savez que je l'aime, et vous me l'apporterez, afin que j'en mange, et que je vous bénisse avant que je meure.

5. Rebecca entendit ces paroles; et Esaü étant allé dans les champs pour faire ce que son père lui avait commandé,

6. Elle dit à Jacob son fils : J'ai entendu votre père qui parlait à votre frère Esaü, et qui lui disait :

7. Apportez-moi quelque chose de votre chasse, et préparez-moi de quoi manger, afin que je vous bénisse devant le Seigneur avant que je meure.

8. Suivez donc maintenant, mon fils, le conseil que je vais vous donner.

9. Allez-vous en au troupeau et apportez-moi deux des meilleurs chevreaux que vous trouverez, afin que j'en prépare à votre père une sorte de mets *que je sais* qu'il aime ;

10. Et qu'après que vous le lui aurez présenté et qu'il en aura mangé, il vous bénisse avant qu'il meure ; *car c'est à vous que Dieu a destiné la bénédiction du premier-né.*

11. Jacob lui répondit : Vous savez que mon frère Esaü a le corps velu, et que moi je n'ai point de poil ;

12. Si mon père vient *donc* à me toucher avec la main et qu'il s'en aperçoive, j'ai peur qu'il ne croie que je l'ai voulu tromper, et qu'ainsi je n'attire sur moi sa malédiction au lieu de sa bénédiction.

13. Sa mère lui répondit : Mon fils, je me charge moi-même de cette malédiction *que vous craignez :* faites seulement ce que je vous conseille, et allez me querir ce que je vous dis.

14. Il y alla, il l'apporta et le donna à sa mère, qui en prépara à manger à son père, comme elle savait qu'il l'aimait.

---

tura id omne significat quod pani additur. — *Sicut velle me nosti.* Quibus scis me libenter vesci. — *Benedicat tibi anima mea.* Ego tibi benedicam, vel ex animo tibi benedicam.

7. *Coram Domino.* Annuente, favente Domino.

11. *Ego lenis.* Glaber, non hispidus ut Esau.

12. *Illudere.* LXX, *despicere, vilipendere;* imo insidiari senectuti et cæcitati. — *Maledictionem.* Sicut accidit Cham, qui patri suo illusit.

13. *In me sit.* Quasi dicat : Nil periculi est, frustra pavescis, in me recipio bene cuncta cessura.

14. *Attulit.* Duos scilicet hædos, ut scilicet ex iis in pulmentum meliores et teneriores partes deligerentur.

Digitized by Google

15. Elle fit prendre ensuite à Jacob de très-beaux habits d'Esaü qu'elle gardait elle-même au logis.

16. Elle lui mit autour des mains la peau de ces chevreaux, et elle lui en couvrit le cou partout où il était découvert.

17. Puis elle lui donna ce qu'elle avait préparé à manger, et les pains qu'elle avait cuits.

18. Jacob porta le tout devant Isaac et lui dit : Mon père ! Je vous entends, dit Isaac. Qui êtes-vous, mon fils ?

19. Jacob, *croyant pouvoir dire sans mentir qu'il était Esaü, fils aîné d'Isaac, parce que Dieu lui avait transporté son droit d'aînesse, et qu'Esaü lui-même le lui avait vendu*, répondit *à son père :* Je suis Esaü votre fils aîné ; j'ai fait ce que vous m'avez commandé : levez-vous ; mettez-vous sur votre séant et mangez de ma chasse, afin que vous me donniez votre bénédiction.

20. Isaac dit encore à son fils : Mais comment avez-vous pu, mon fils, en trouver sitôt ? Il lui répondit : Dieu a voulu que ce que je désirais se présentât tout d'un coup à moi.

21. Isaac dit encore : Approchez-vous d'ici, mon fils, afin que je vous touche, et que je reconnaisse si vous êtes mon fils Esaü, ou non.

22. Jacob s'approcha de son père, et Isaac l'ayant tâté dit : Pour la voix, c'est la voix de Jacob : mais les mains sont les mains d'Esaü.

15. Et vestibus Esau valde bonis, quas apud se habebat domi, induit eum :

16. Pelliculasque hædorum circumdedit manibus, et colli nuda protexit.

17. Deditque pulmentum, et panes, quos coxerat, tradidit.

18. Quibus illatis, dixit : Pater mi ! At ille respondit : Audio. Quis es tu, fili mi ?

19. Dixitque Jacob : Ego sum primogenitus tuus Esau : feci sicut præcepisti mihi : surge, sede, et comede de venatione mea, ut benedicat mihi anima tua.

20. Rursumque Isaac ad filium suum : Quomodo, inquit, tam citò invenire potuisti, fili mi ? Qui respondit : Voluntas Dei fuit ut citò occurreret mihi quod volebam.

21. Dixitque Isaac : Accede huc, ut tangam te, fili mi, et probem utrum tu sis filius meus Esau, an non.

22. Accessit ille ad patrem, et palpato eo, dixit Isaac : Vox quidem, vox Jacob est ; sed manus, manus sunt Esau.

---

15. *Valde bonis.* Hebr. *desiderabilibus ;* LXX, *pulchris ;* unde in arca inter odores servabat eas Rebecca, odoratas enim fuisse patet n. 27. Hebræi putant has vestes sacerdotales fuisse, quibus primogeniti sacrificabant. Hier. in tradit.

16. *Circumdedit manibus.* In morem chirothecarum, ut tantum exterior pars manuum et digitorum esset pilosa, interior vola glabra et depilis. — *Colli nuda.* Munit partes, quas cæcutiens attrectaturus videbatur.

17. *Panes.* Subcinericios.

19. *Ego sum primogenitus tuus Esau.* Non est necesse laborare in excusando Jacob aut Rebeccam a mendacio, quod tamen officiosum fuit, et adhibitum ad vindicandum quod sibi divina promissione debebatur ; ideoque tantum veniale peccatum, et fortasse nullum, si excusabantur ignorantia, qua putarent aliquando mentiri officiose peccatum non esse. D. Aug. lib. contra Mendacium, Jacobum a culpa mendacii mysterio excusare nititur. Vide illum, c. 10.

Digitized by Google

23. Et non cognovit eum, quia pilosæ manus similitudinem majoris expresserant. Benedicens ergo illi,

24. Ait : Tu es filius meus Esau? Respondit : Ego sum.

25. At ille : Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua, fili mi, ut benedicat tibi anima mea. Quos cùm oblatos comedisset, obtulit ei etiam vinum : quo hausto,

26. Dixit ad eum : Accede ad me, et da mihi osculum, fili mi.

27. Accessit, et osculatus est eum. Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam, benedicens illi, ait : Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

28. Det tibi Deus de rore cœli, et de pinguedine terræ, abundantiam frumenti et vini.

29. Et serviant tibi populi, et adorent te tribus : esto dominus fratrum tuorum, et incurventur ante te filii matris tuæ : qui maledixerit tibi, sit ille maledictus :

23. Et il ne le reconnut point, parce que ses mains étaient couvertes de poil et parurent toutes semblables à celles de son aîné. Isaac le bénissant donc,

24. Lui dit : Est-ce vous, mon fils Esaü ? Je le suis, répondit Jacob.

25. Mon fils, ajouta Isaac, apportez-moi à manger de votre chasse, afin que je vous bénisse. Jacob lui en présenta ; et après qu'il en eut mangé, il lui présenta aussi du vin, qu'il but.

26. Isaac lui dit *ensuite :* Approchez-vous de moi, mon fils, et venez me baiser.

27. Il s'approcha donc de lui et le baisa ; et Isaac, aussitôt qu'il eut senti la bonne odeur qui sortait de ses habits, lui dit en le bénissant : L'odeur qui sort de mon fils est semblable à celle d'un champ plein *de fleurs* que le Seigneur a comblé de ses bénédictions.

28. Que Dieu vous donne une abondance de blé et de vin, de la rosée du ciel et de la graisse de la terre.

29. Que les peuples vous soient assujettis, et que les tribus vous adorent : soyez le seigneur de vos frères, et que les enfants de votre mère s'abaissent profondément devant vous ; que celui qui vous

---

23. ***Benedicens ergo.*** Certus animo mox benedicere.

24. ***Tu es... Esau?*** Ut sit omnino certus, de persona iterum interrogat.

26. ***Da mihi osculum.*** Hebr. *osculare mihi,* in dativo, qua forma hebræus scholiastes ait significari osculum manui, aut humero impressum, nam osculum oris cum accusativo exprimi debuit, ac dici : ***Osculare me.***

27. ***Vestimentorum illius fragrantiam.*** Nec enim vestimentorum fragrantia tanta erat, ut a sene remoto posset percipi. — ***Agri pleni.*** Fructibus et floribus; fortasse vestes florum et fructuum odorem referebant; nam in arcis mulieres, ad gratiam odoris vestibus conciliandam, rosarum folia, et mala cydonia, et hujusmodi res odoratas includunt. — ***Cui benedixit Dominus.*** Tunc Dominus agro benedicit, cum vernat floribus, et exuberat fructibus.

28. ***De rore cœli, et de pinguedine terræ.*** Sensus est : Deus tibi det de cœlo rorido, et terra fertili ac pingui, abundantiam frumenti et vini, hoc est, omnium ad cibum et potum necessariorum.

29. ***Serviant tibi populi.*** Præcedentia ad opes pertinent, istud ad imperium et dignitatem. Impleta est hæc benedictio, cum Davidi, Salomoni, et Assamonæis subjecti fuerint Idumæi, Philistiim, Moabitæ. — ***Adorent te tribus.*** Posteri Esau et Ismaelis. — ***Esto dominus fratrum tuorum.*** Non bello tantum, sed jure primogenituræ. — ***Qui maledixerit, etc.*** Quasi dicat : Deus tuas tuorumque partes et causam aget; qui tui sunt amici, vel inimici, suos censebit.

Digitized by Google

maudira soit maudit lui-même ; et que celui qui vous bénira soit comblé de bénédictions.

et qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur (1).

§ II. *Esaü apprend que Jacob lui a enlevé la bénédiction de son père, et en est consterné. Il conçoit une haine implacable contre son frère, et prend la résolution de le tuer. Rebecca fait retirer Jacob, et lui conseille d'aller passer quelque temps chez Laban.*

30. Isaac ne faisait que d'achever ces paroles, et Jacob était *à peine* sorti lorsque Esaü entra,

30. Vix Isaac sermonem impleverat, et egresso Jacob foras, venit Esau.

31. Et que présentant à son père ce qu'il avait apprêté de sa chasse, il lui dit : Levez-vous, mon père, et mangez de la chasse de votre fils, afin que vous me donniez votre bénédiction.

31. Coctosque de venatione cibos intulit patri, dicens : Surge, pater mi, et comede de venatione filii tui, ut benedicat mihi anima tua.

32. Isaac lui dit : Qui êtes-vous donc? Esaü lui répondit : Je suis Esaü, votre fils aîné.

32. Dixitque illi Isaac : Quis enim es tu? Qui respondit : Ego sum filius tuus primogenitus Esau.

33. Isaac fut frappé d'un profond étonnement ; et admirant au delà de tout ce que l'on en peut croire ce qui était arrivé, *et comment Dieu avait permis qu'il donnât à Jacob la bénédiction qu'il voulait donner à son fils Esaü,* il lui dit : Qui est donc celui qui m'a déjà apporté de ce qu'il avait pris à la chasse et qui m'a fait manger de tout avant que vous vinssiez ? et je lui ai donné ma bénédiction, et il sera béni ; *car c'est Dieu même qui l'a ordonné ainsi.*

33. Expavit Isaac stupore vehementi ; et ultra quàm credi potest admirans, ait : Quis igitur ille est qui dudum captam venationem attulit mihi, et comedi ex omnibus priusquam tu venires? benedixique ei, et erit benedictus.

34. Esaü, à ces paroles de son père, jeta un cri furieux, et étant dans une extrême consternation, il lui dit : Donnez-moi aussi votre bénédiction, mon père.

34. Auditis Esau sermonibus patris, irrugiit clamore magno : et consternatus, ait : Benedic etiam et mihi, pater mi.

35. Isaac lui répondit : Votre frère m'est venu surprendre, et il a reçu la bénédiction qui vous était due.

35. Qui ait : Venit germanus tuus fraudulenter, et accepit benedictionem tuam.

(1) Rép. crit., tome I, page 60. — Cette bénédiction est celle d'Abraham, qu'Isaac, à qui elle avait passé, transporte à Jacob.

---

33. *Expavit Isaac.* LXX verterunt, *Isaac raptum in extasim magnam vehementer*, ut intelligamus in ea abalienatione Deum illi revelasse fraudem Jacob, et voluntatem suam, ne rescindere cogitaret. Vide D. Aug. q. 80.

34. *Auditis Esau sermonibus.* Ultimis potissimum verbis confirmatoriis facti. — *Irrugiit.* Non suam tantum tristitiam, sed ferociam etiam valido clamore quasi rugitu ostendens. Philo et Euseb. censent clamorem hunc ab invidentia fraterni incrementi expressum fuisse, quod scilicet eum prætulerat, seque illi subjecerat pater. — *Benedic etiam et mihi.* Quasi dicat : An non et ego filius tuus sum? cur ergo debeo benedictione carere?

35. *Benedictionem tuam.* Quæ tibi jure naturæ debita erat, nisi te illa indignum præstitisses, vel quam ego tecum tuam opinabar.

Digitized by Google

36. At ille subjunxit : Justè vocatum est nomen ejus Jacob : supplantavit enim me en altera vice : primogenita mea ante tulit, et nunc secundò surripuit benedictionem meam. Rursumque ad patrem : Numquid non reservasti, ait, et mihi benedictionem?

37. Respondit Isaac : Dominum tuum illum constitui, et omnes fratres ejus servituti illius subjugavi, frumento et vino stabilivi eum : et tibi post hæc, fili mi, ultra quid faciam?

38. Cui Esau : Num unam, inquit, tantùm benedictionem habes, pater? mihi quoque obsecro ut benedicas. Cùmque ejulatu magno fleret,

39. Motus Isaac, dixit ad eum : In pinguedine terræ, et in rore cœli desuper,

40. Erit benedictio tua. Vives in gladio, et fratri tuo servies : tempusque veniet, cùm excutias et solvas jugum ejus de cervicibus tuis.

41. Oderat ergo semper Esau Jacob pro benedictione quâ benedixerat ei pater : dixitque in corde suo : Venient dies luctûs patris mei : et occidam Jacob fratrem meum.

42. Nuntiata sunt hæc Rebeccæ :

36. C'est avec raison, dit Esaü, qu'il a été appelé Jacob; car voici la seconde fois qu'il m'a supplanté. Il m'a enlevé auparavant mon droit d'aînesse, et présentement il vient encore de me dérober la bénédiction qui m'était due. Mais, mon père, ajouta Esaü, ne m'avez-vous *donc* point réservé une bénédiction?

37. Isaac lui répondit : Je l'ai établi votre seigneur, et j'ai assujetti à sa domination tous ses frères : je l'ai affermi dans la possession du blé et du vin : et après cela, mon fils, que me reste-t-il que je puisse faire pour vous?

38. Esaü lui repartit : N'avez-vous donc, mon père, qu'une seule bénédiction? je vous conjure de me bénir aussi. Il jeta ensuite de grands cris mêlés de larmes.

39. Et Isaac en étant touché lui dit : Votre bénédiction sera dans la fécondité de la terre et dans la rosée du ciel *qui vient* d'en haut.

40. Vous vivrez de l'épée; vous servirez votre frère : et le temps viendra que vous secouerez son joug et que vous vous en délivrerez.

41. Esaü haïssait donc toujours Jacob à cause de cette bénédiction qu'il avait reçue de son père, et il disait en lui-même, *et parmi ses domestiques* : Le temps de la mort de mon père viendra; et alors je tuerai mon frère Jacob.

42. Ce qui ayant été rapporté à Re-

---

36. ***Altera vice.*** Secundo, bis, iterum.

37. ***Omnes fratres.*** Omnes cognatos et consanguineos.

39. ***Dixit ad eum.*** D. Paulus ad Hebr. 12. 17, Esau, licet cum lacrymis benedictionem petierit, adeptum negat : sed de primaria illa jure naturæ debita loquitur, quæ primogenito dari solita, et Jacobo cesserat. — ***In pinguedine terræ, et in rore cœli desuper erit benedictio tua.*** Hebr. est, ***erit sessio*** vel ***habitatio tua***, quasi dicat : Habitabis in terra pingui et fertili, quam Deus fecundabit immissione roris et pluviæ.

40. ***Vives in gladio.*** Fertilem terram occupabis non agricolatione tua, sed vi, raptu, præda. Tales Esau posteri. — ***Servies.*** Impletum sub David. II. Reg. 8. 14. ***Excutias et solvas jugum.*** Idumæi regnante in Juda Joram rebellarunt. IV. Reg. 8. 41.

41. ***Oderat ergo.*** Memoriam doloris animo fovens continuam odio materiam suggerebat. — ***In corde suo.*** Perfecto mentis consensu, et plena deliberatione secreto secum ipse statuit. — ***Dies luctus patris mei.*** Hunc nolebat contristare; de matre nihil est sollicitus.

Digitized by Google

becca, elle envoya querir son fils Jacob et lui dit : Voilà votre frère Esaü qui menace de vous tuer.

43. Mais, mon fils, croyez-moi, hâtez-vous de vous retirer vers mon frère Laban, qui est à Haran.

44. Vous demeurerez quelques jours avec lui, jusqu'à ce que la fureur de votre frère s'apaise,

45. Que sa colère se passe et qu'il oublie ce que vous avez fait contre lui : j'enverrai ensuite *pour* vous faire revenir ici ; pourquoi perdrais-je mes deux enfants en un même jour, *comme il arriverait si Esaü, en vous tuant, se rendait indigne de vivre* ?

46. Rebecca dit ensuite à Isaac, *pour lui faire agréer ce voyage de Jacob :* La vie m'est devenue ennuyeuse à cause des filles de Heth *qu'Esaü a épousées :* si Jacob épouse une fille de ce pays-ci, je ne veux plus vivre : *envoyez-le chercher une femme en la maison de Laban.*

quæ mittens et vocans Jacob filium suum, dixit ad eum : Ecce Esau frater tuus minatur ut occidat te.

43. Nunc ergo, fili mi, audi vocem meam, et consurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran :

44. Habitabisque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui,

45. Et cesset indignatio ejus, obliviscaturque eorum quæ fecisti in eum : postea mittam, et adducam te inde huc; cur utroque orbabor filio in uno die ?

46. Dixitque Rebecca ad Isaac : Tædet me vitæ meæ propter filias Heth : si acceperit Jacob uxorem de stirpe hujus terræ, nolo vivere (1).

CHAPITRE XXVIII.

§ I. *Isaac bénit de nouveau son fils Jacob, et l'envoie en Mésopotamie pour s'y marier. Esaü épouse une fille d'Isaac.*

1. Isaac, ayant donc appelé Jacob, le bénit et lui fit ce commandement : Ne prenez point, lui dit-il, une femme d'entre les filles de Chanaan ;

1. Vocavit itaque Isaac Jacob, et benedixit eum, præcepitque ei, dicens : Noli accipere conjugem de genere Chanaan :

(1) St. Augustin fait remarquer que Dieu permit ce qui est rapporté dans ce chapitre pour nous montrer en figure comment Jésus-Christ a pris la forme d'Adam coupable, qui avait vendu son droit d'aînesse et toutes les prérogatives qui s'y rattachaient pour un fruit, comme Esaü pour un plat de lentilles ; et comment Jésus-Christ s'est revêtu de nos péchés, comme d'un vêtement qui lui était étranger, pour les expier et nous mériter la bénédiction de son divin Père.

---

44. *Dies paucos.* Breve pollicetur fore tempus absentiæ, ut facilius persuadeat.

45. *Cur utroque orbabor filio?* Utrique consulit : alterum immunem a periculo, alterum integrum præstat a crimine.

46. *Nolo vivere.* Hebr. *ad quid mihi vita?* quasi dicat : Si Chananæam aut Hethæam ducat, tristis et acerba erit mihi vita, ut mori potius optem quam vivere.

CAP. XXVIII. 1. *Benedixit eum.* Præcedentes benedictiones confirmans, et ob patienter et immerito toleratum fratrem adaugens, et illi fraustum a Domino iter precans.

Digitized by Google

2. Sed vade, et proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, et accipe tibi inde uxorem de filiabus Laban avunculi tui.

3. Deus autem omnipotens benedicat tibi, et crescere te faciat atque multiplicet, ut sis in turbas populorum.

4. Et det tibi benedictiones Abrahæ, et semini tuo post te : ut possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est avo tuo.

5. Cùmque demisisset eum Isaac, profectus venit in Mesopotamiam Syriæ, ad Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris suæ.

6. Videns autem Esau quod benedixisset pater suus Jacob, et misisset eum in Mesopotamiam Syriæ, ut inde uxorem duceret; et quòd post benedictionem præcepisset ei dicens : Non accipies uxorem de filiabus Chanaan :

7. Quòdque obediens Jacob parentibus suis, isset in Syriam :

8. Probans quoque quòd non libenter aspiceret filias Chanaan pater suus :

2. Mais allez en Mésopotamie, qui est en Syrie, en la maison de Bathuel, père de votre mère, et épousez une des filles de Laban votre oncle.

3. *Puis lui confirmant de nouveau les bénédictions qu'il lui avait déjà données, il ajouta :* Que le Dieu tout-puissant vous bénisse, qu'il accroisse et qu'il multiplie votre race, afin que vous soyez le chef de plusieurs peuples.

4. Qu'il vous donne, et à votre postérité après vous, les bénédictions qu'il a promises à Abraham, et qu'il vous fasse posséder *en propre* la terre où vous demeurez *maintenant* comme étranger, et qu'il a promis à votre aïeul *de donner à sa postérité.*

5. Jacob ayant pris ainsi congé d'Isaac, partit pour se rendre en Mésopotamie, qui est en Syrie, chez Laban, fils de Bathuel syrien, frère de Rebecca sa mère.

6. Mais Esaü voyant que son père avait béni Jacob et l'avait envoyé en Mésopotamie, qui est en Syrie, pour épouser une femme en ce pays-là; qu'après lui avoir donné sa bénédiction il lui avait fait ce commandement : Vous ne prendrez point de femmes d'entre les filles de Chanaan,

7. Et que Jacob, obéissant à son père et à sa mère, était allé en Syrie;

8. Ayant vu par expérience que les filles de Chanaan ne plaisaient point à son père;

---

2. *Vade, et proficiscere.* D. Augustinus censet jam Isaaco innotuisse conatus Esau; innuunt LXX qui habent, *surgens, fuge,* sine mora discede : subtrahe te fratris insidiis et violentiæ; itaque Sapiens ab hac fuga vocavit Jacobum profugum iræ fratris. Sap. 10, 10.—*Ad domum Bathuel.* Cui tunc, patre mortuo, præerat Laban.

3. *Crescere te faciat atque multiplicet.* Deus det tibi fructum ventris copiosum, hoc est, multos liberos. — *In turbas populorum.* Hoc est populosas, tantam posterorum multitudinem, ut multas et populosas gentes exæquet.

4. *Det tibi benedictiones Abrahæ.* Faciat te tuosque dignos promissionibus Abrahæ. — *Semini tuo post te.* Sit communis benedictio tibi et semini tuo. — *Ut possideas.* Jure hæreditario tu, et non Esau. — *Terram peregrinationis.* Terram Chanaan, ad quam redibis, et in qua ut peregrinus habitabis.

5. *Venit in Mesopotamiam.* Dicuntur hæc per prolepsim; nam priusquam eo perveniret, multa contigerunt, hoc et sequenti capite narranda.

6. *Benedixisset.* Jam secundo.

Digitized by Google

9. *Pour se mettre mieux dans son esprit, en prenant une femme de sa famille,* il alla à la maison d'Ismaël, *qui était mort il y avait quatorze ans;* et outre les femmes qu'il avait déjà, il épousa Maheleth, fille d'Ismaël, fils d'Abraham, et sœur de Nabajoth.

9. Ivit ad Ismaelem, et duxit uxorem, absque iis quas priùs habebat, Maheleth filiam Ismael filii Abraham, sororem Nabajoth.

§ II. *Jacob étant en chemin voit en songe une échelle où les anges montaient et descendaient, et sur le haut de laquelle le Seigneur était appuyé. Dieu lui renouvelle les promesses qu'il lui avait faites. Vœu de Jacob.*

10. Jacob étant donc sorti de Bersabée, alla à Haran.

11. Et étant venu en un certain lieu, comme il voulait s'y reposer après le coucher du soleil, il prit une des pierres qui étaient là et la mit sous sa tête, et s'endormit au même lieu.

12. Alors il vit en songe une échelle dont le pied était appuyé sur la terre, et le haut touchait au ciel; et des anges de Dieu montaient et descendaient le long de l'échelle.

13. Il vit aussi le Seigneur appuyé sur le haut de l'échelle, qui lui dit : Je suis le Seigneur, le Dieu d'Abraham votre père,

10. Igitur egressus Jacob de Bersabee, pergebat Haran.

11. Cùmque venisset ad quemdam locum, et vellet in eo requiescere post solis occubitum, tulit de lapidibus qui jacebant, et supponens capiti suo, dormivit in eodem loco.

12. Viditque in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens cœlum : angelos quoque Dei ascendentes et descendentes per eam (1).

13. Et Dominum innixum scalæ, dicentem sibi : Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui,

(1) Bible vengée, note LXV.

---

9. *Ivit.* Fortasse culpam priorum conjugiorum initorum abolere volens, et patri rem gratam facere. Sed inconsulte accipiens uxorem de ancillari stirpe, quæ cum Saræ liberis in partem hæreditatis venire non poterat. Pejus si fecit contumacia, et parentum contemptu. — *Ad Ismaelem.* Ismaelitas, nam Ismael ante 14 annos obierat.

11. *Ad quemdam locum.* Fortuito, et non cogitans in eo pernoctare.

12. *Scalam stantem.... angelos quoque.... ascendentes.* Videtur instituta visio hæc ad consolandum Jacob, qui solitarius, mœstus, et sollicitus extra patriam domum peregrinabatur; angeli ergo descendentes felicem Jacobi abitum in Haran, ascendentes vero felicem ejus reditum in Chanaan significant. Ita aliqui. Verius puto voluisse Dominum Jacobum consolari visione scalæ, quæ est symbolum Incarnationis Verbi ex Jacobi stirpe. Per scalam ergo significatur Christus descensurus, et nasciturus per varios gradus et generationes, et genitores, quorum ultimus est Joseph cum B. Virgine : summus Adam, qui immediate a Deo creatus est. Duo scalæ latera sunt, misericordia et veritas. Scala tangit terram, quia Christus in terris visus est, et cum hominibus est conversatus : tangit cœlum, quia secundus Adam est de cœlo cœlestis, et quia ipse est nobis scala, per quam ad cœlum ascendimus. Descendunt angeli, ut hoc mysterium hominibus annuntient : ascendunt, ut ardentia patriarcharum desideria et orationes ad Deum ferant. Tandem gradus scalæ possumus interpretari Christi virtutes, per quas ascendit ad cœlum.

Digitized by Google

et Deus Isaac : terram, in qua dormis, tibi dabo et semini tuo.

14. Eritque semen tuum, quasi pulvis terræ : dilataberis ad occidentem et orientem, et septentrionem et meridiem; et BENEDICENTUR IN TE et in semine tuo cunctæ tribus terræ.

15. Et ero custos tuus quocumque perrexeris, et reducam te in terram hanc : nec dimittam nisi complevero universa quæ dixi.

16. Cùmque evigilasset Jacob de somno, ait : Verè : Dominus est in loco isto, et ego nesciebam.

17. Pavensque : Quàm terribilis est, inquit, locus iste? non est hic aliud nisi domus Dei, et porta cœli.

18. Surgens ergo Jacob mane, tulit lapidem quem supposuerat capiti suo, et erexit in titulum, fundens oleum desuper.

19. Appellavitque nomen urbis Bethel, quæ priùs Luza vocabatur.

et le Dieu d'Isaac : je vous donnerai, et à votre race, la terre où vous dormez.

14. Votre postérité sera *nombreuse* comme la poussière de la terre; vous vous étendrez à l'orient et à l'occident, au septentrion et au midi : et toutes les nations de la terre seront bénies en vous et dans celui qui sortira de vous.

15. Je serai votre protecteur partout où vous irez ; je vous ramènerai dans ce pays et je ne vous quitterai point que je n'aie accompli tout ce que j'ai dit.

16. Jacob s'étant éveillé après son sommeil, dit ces paroles : Le Seigneur est vraiment en ce lieu-ci, je ne le savais pas ; *je le regardais comme un lieu profane, et c'est un lieu saint.*

17. Et dans la frayeur dont il se trouva saisi, il ajouta : Que ce lieu est terrible ! c'est véritablement la maison de Dieu et la porte du ciel.

18. Jacob se leva donc le matin, prit la pierre qu'il avait mise sous sa tête, et l'érigea comme un monument, répandant de l'huile dessus *pour la consacrer au Seigneur.*

19. Il donna aussi, *en mémoire de ce qui venait de lui arriver*, le nom de Béthel, *c'est-à-dire maison de Dieu*, à la ville qui auparavant s'appelait Luza.

---

13. ***Tibi dabo et semini tuo.*** Particula *et* posita est pro, *id est;* dabo tibi, hoc est, semini tuo, quod postea impletum in historia Josue et Regum.

15. ***Nisi complevero.*** Nisi prius perfecero.

17. ***Quam terribilis.*** Bene Chaldæus hujus loci sententiam expressit : *Quam terribilis est locus iste! non est locus communis, sed locus, in quo beneplacitum est coram Deo, et de regione hujus loci est porta cœli. — Porta cœli.* Quia viderat inde angelos prodeuntes, et eo intrantes post scalæ ascensum.

18. ***Erexit in titulum.*** Rudem illum lapidem in modum cippi levavit, et in terram erectum defixit in monumentum visionis, ut in reditu eodem loco divini beneficii memoriam recoleret, quod fecit, cap. 35, n. 3. D. Hieronymus Oseæ 3, lapidem hunc vocat altare. — ***Fundens oleum desuper.*** Ut Deo honorem exhiberet, et ei creaturam suam libaret, et lapidem divinæ gratiæ indicem quodammodo honoraret. * Mos altaria et titulos ungendi manavit etiam ad gentiles; Clem. Alex. 7. Strom. Πάντα λίθον, τὸ λεγόμενον, λιπαρὸν προσκυνοῦντες, *omnem, ut dici solet, unctum lapidem adorantes.* Ejusdem moris meminit Apuleius, l. 1. Florid. et Arnob. lib. 1.

19. ***Bethel, quæ prius Luza vocabatur.*** Prius Luz, vel Luza a nucum, vel amygdalarum copia (Luz enim hebraice nucem significat) dicebatur a Jacobo, dicta est Bethel, id est, domus Dei, quod juxta illam dormiens, vidisset, Deum innitentem scalæ.

Digitized by Google

20. Et il fit ce vœu en même temps, disant : Si Dieu demeure avec moi, s'il me protége dans le chemin par lequel je marche, et me donne du pain pour me nourrir, et des vêtements pour me vêtir,

21. Et si je retourne heureusement à la maison de mon père, le Seigneur sera mon Dieu *d'une manière toute particulière*,

22. Et *le lieu où est* cette pierre, que j'ai dressée comme un monument *des merveilles que j'y ai vues*, s'appellera la maison de Dieu; et je vous offrirai, *Seigneur*, la dîme de tout ce que vous m'aurez donné.

20. Vovit etiam votum dicens. Si fuerit Deus mecum, et custodierit me in via per quam ego ambulo, et dederit mihi panem ad vescendum, et vestimentum ad induendum (1),

21. Reversusque fuero prospere ad domum patris mei : erit mihi Dominus in Deum,

22. Et lapis iste, quem erexi in titulum, vocabitur domus Dei : cunctorumque quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

CHAPITRE XXIX.

§ I. *Jacob continue son chemin et arrive chez Laban.*

L'AN DU MONDE 2245. — AVANT J.-C. 1759.

1. Jacob continua son chemin, et arriva au pays qui était vers l'orient.

2. Il entra dans un champ où il vit un puits, et trois troupeaux de brebis qui se reposaient auprès, *attendant qu'on les fît boire;* car c'était de ce puits qu'on abreuvait les troupeaux, et l'entrée en était fermée avec une grande pierre, *pour en conserver l'eau qui était fort rare en ce pays.*

3. C'était la coutume de ne lever la pierre que lorsque tous les troupeaux étaient

1. Profectus ergo Jacob, venit in terram orientalem.

2. Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ovium accubantes juxta eum : nam ex illo adaquabantur pecora, et os ejus grandi lapide claudebatur.

3. Morisque erat ut cunctis ovibus congregatis devolverent

(1) Bible vengée, note LXVI.

---

20. *Et dederit.* Ut in c. 1. 29, etiamsi nihil habeam præter ea quæ sunt naturæ necessaria.

21. *Erit mihi Dominus in Deum.* Significat se illum peculiari affectu reverentiaque culturum.

22. *Lapis iste, quem erexi, etc.* Id est, locus, in quo lapis hic, erit mihi sanctus et pro Dei domo, et super lapide hoc, quasi super altari, sacrificabo.

CAP. XXIX. 1. *Profectus ergo.* Solus domo egressus, quod colligitur ex verbis ipsius Jacob, infra, cap. 32. 10 : *In baculo meo transivi Jordanem istum : et nunc cum duabus turmis regredior. — In terram orientalem.* Mesopotamiam.

2. *Lapide claudebatur.* Claudebatur puteus, ut possent greges salubrius, purius et copiosius potari, cum non liceret cuiquam remoto operculo aquam sordidare, vel crebrius haurire; neque enim erant copiosi latices, atque ideo cautio necessaria.

Digitized by Google

lapidem, et refectis gregibus rursum super os putei ponerent.

4. Dixitque ad pastores : Fratres, unde estis? Qui responderunt : De Haran.

5. Quos interrogans : Numquid, ait, nostis Laban filium Nachor? Dixerunt : Novimus.

6. Sanusne est? inquit. Valet, inquiunt : et ecce Rachel filia ejus venit cum grege suo.

7. Dixitque Jacob : Adhuc multùm diei superest, nec est tempus ut reducantur ad caulas greges : date ante potum ovibus, et sic eas ad pastum reducite.

8. Cui responderunt : Non possumus, donec omnia pecora congregentur, et amoveamus lapidem de ore putei, ut adaquemus greges.

9. Adhuc loquebantur, et ecce Rachel veniebat cum ovibus patris sui : nam gregem ipsa pascebat.

10. Quam cùm vidisset Jacob, et sciret consobrinam suam, ovesque Laban avunculi sui : amovit lapidem quo puteus claudebatur.

11. Et adaquato grege, osculatus est eam : et elevatâ voce flevit.

assemblés ; et après qu'ils avaient bu, on la remettait sur l'ouverture du puits, *pour lui donner le temps de se remplir.*

4. Jacob dit donc aux pasteurs : Mes frères, d'où êtes-vous ? Ils lui répondirent : De Haran.

5. Jacob ajouta : Ne connaissez-vous point Laban, *petit*-fils de Nachor ? Ils lui dirent : Nous le connaissons.

6. Se porte-t-il bien ? dit Jacob. Ils lui répondirent : Il se porte bien ; et voilà sa fille Rachel qui vient ici avec son troupeau.

7. Jacob leur dit : Il reste encore beaucoup de jour, et il n'est pas temps de ramener les troupeaux dans l'étable : faites donc boire présentement les brebis, et ensuite vous les remènerez paître.

8. Ils lui répondirent : Nous ne pouvons le faire, jusqu'à ce que tous les troupeaux soient assemblés, et que nous ayons ôté la pierre de dessus le puits, pour leur donner à boire à tous ensemble.

9. Ils parlaient encore lorsque Rachel arriva avec les brebis de son père : car elle menait paître elle-même le troupeau.

10. Jacob l'ayant vue, et sachant qu'elle était sa cousine germaine, et que ces troupeaux étaient à Laban, son oncle, ôta la pierre qui fermait le puits :

11. Et *ensuite* ayant fait boire son troupeau, il la baisa en haussant sa voix et en pleurant.

---

4. ***Fratres.*** Nomen amoris, officii, et societatis; ut pastor pastores alloquitur.

5. ***Filium Nachor.*** Laban erat filius Bathuelis; sed vocatur filius Nachor, qui illi erat avus, eo quod celebrius esset nomen Nachor, qui caput et princeps familiæ.

6. ***Ecce Rachel.*** Ævo illo pudicitia cum simplicitate vigebat. Puella dives, speciosa, nubilis, sine periculo et suspicione inter pastores versabatur. — ***Cum grege suo.*** Patris sui Laban.

7. ***Nec est tempus.*** Ostendit se pastoritiæ disciplinæ peritum, et se fraterno affectu curare res ipsorum; nam id vespere faciendum erat.

10. ***Sciret.*** Nam ex pastoribus didicerat, n. 6. — ***Amovit lapidem.*** Quia intellexerat solam exspectari, et jam in futuram conjugem officiosus.

11. ***Osculatus.*** Indicavit prius quis esset, et tunc juxta provinciæ morem fecit; propinqui enim propinquas osculabantur. — ***Flevit.*** Ex animi teneritudine, et vehementi lætitia.

Digitized by Google

12. Car il lui avait dit qu'il était le frère, *c'est-à-dire le parent* de son père et le fils de Rebecca. Rachel courut aussitôt le dire à son père,

13. Qui ayant appris que Jacob, fils de sa sœur, était venu, courut au-devant de lui, l'embrassa étroitement, et l'ayant baisé plusieurs fois, le mena en sa maison. Lorsqu'il eut su de lui-même le sujet de son voyage,

14. Il lui dit : Vous êtes ma chair et mon sang : *j'aurai soin de vous, demeurez avec moi.* Et après qu'un mois se fut passé,

15. Il dit à Jacob : Faut-il que vous me serviez gratuitement, parce que vous êtes mon frère ! Dites-moi donc quelle récompense vous désirez.

16. Or Laban avait deux filles, dont l'aînée s'appelait Lia, et la plus jeune Rachel.

17. Mais Lia avait les yeux chassieux, au lieu que Rachel était belle et très-agréable.

12. Et indicavit ei quòd frater esset patris sui et filius Rebeccæ : at illa festinans nuntiavit patri suo;

13. Qui cùm audisset venisse Jacob filium sororis suæ, cucurrit obviam ei : complexusque eum, et in oscula ruens, duxit in domum suam. Auditis autem causis itineris,

14. Respondit : Os meum es et caro mea. Et postquam impleti sunt dies mensis unius,

15. Dixit ei : Num quia frater meus es, gratis servies mihi? dic quid mercedis accipias.

16. Habebat verò duas filias, nomen majoris, Lia : minor verò appellabatur Rachel.

17. Sed Lia lippis erat oculis : Rechel decorâ facie, et venusto aspectu.

§ II. *Jacob s'engage à servir Laban sept années pour avoir Rachel en mariage. On la lui promet; mais on lui donne Lia en sa place : et pour avoir Rachel, il s'oblige de servir sept autres années.*

18. Jacob ayant conçu de l'affection pour elle, dit à Laban : Je vous servirai sept ans pour Rachel votre seconde fille.

19. Laban lui répondit : Il vaut mieux que je vous la donne qu'à un autre; demeurez avec moi.

20. Jacob le servit donc sept ans pour Rachel : et ce temps ne lui paraissait que peu de jours, tant l'affection qu'il avait pour elle était grande.

18. Quam diligens Jacob ait : Serviam tibi pro Rachel filia tua minore, septem annis.

19. Respondit Laban : Melius est ut tibi eam dem quàm alteri viro; mane apud me.

20. Servivit ergo Jacob pro Rachel septem annis : et videbantur illi pauci dies præ amoris magnitudine.

---

12. *Frater esset patris.* Nepos matruelis, * ex sorore nepos. Frater hic cognatum significat. — *Festinans.* Ut hospitalis, et officiosa virgo.

14. *Os meum es et caro mea.* Consanguineus meus. — *Impleti sunt.* Post integrum mensem, quo illi servivit.

17. *Lippis erat oculis.* Lippitudo Liæ videtur fuisse sola debilitas, mollities, et teneritudo oculorum, qua fit ut non possint diu in rem aliquam defigi, sed volubiles sint, pronique in lacrymas, ita ut pupillæ suis orbibus quasi innatare videantur; hoc enim significat vox hebraica רכות *raccoth.*

18. *Serviam tibi.* Jacob inops venerat; non illi erat, unde donationi propter nuptias satisfaceret, aut juxta ævi illius morem, uxorem coemeret; itaque pro pretio septennium servit.

19. *Mane apud me.* Suscepta gregum meorum custodia.

20. *Pauci dies.* Hebr. *Unus dies.* — *Præ amoris magnitudine.* Jacobo pretium pro Rachele vile videbatur; alioquin amor impatiens est moræ.

Digitized by Google

21. Dixitque ad Laban : Da mihi uxorem meam : quia jam tempus impletum est, ut ingrediar ad illam.

22. Qui vocatis multis amicorum turbis ad convivium, fecit nuptias.

23. Et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum,

24. Dans ancillam filiæ Zelpham nomine. Ad quam cùm ex more Jacob fuisset ingressus, facto mane vidit Liam :

25. Et dixit ad socerum suum : Quid est quod facere voluisti? nonne pro Rachel servivi tibi? quare imposuisti mihi?

26. Respondit Laban : Non est in loco nostro consuetudinis, ut minores ante tradamus ad nuptias.

27. Imple hebdomadam dierum hujus copulæ : et hanc quoque dabo tibi pro opere quo serviturus es mihi septem annis aliis.

28. Acquievit placito : et hebdomadâ transactâ, Rachel duxit uxorem :

29. Cui pater servam Balam tradiderat.

30. Tandemque potitus opta-

21. Après cela il dit à Laban : Donnez-moi ma femme, puisque le temps auquel je dois l'épouser est accompli, *et que je vous ai servi sept ans, comme je vous l'ai promis.*

22. Alors Laban fit les noces, ayant invité au festin ses amis, qui étaient en fort grand nombre.

23. Et le soir il fit entrer Lia sa fille dans la chambre de Jacob,

24. Et il lui donna une servante *pour la* servir, qui s'appelait Zelpha. Jacob, l'ayant prise pour sa femme, reconnut le matin que c'était Lia.

25. Et il dit à son beau-père : D'où vient que vous m'avez traité de cette sorte? ne vous ai-je pas servi pour Rachel? pourquoi m'avez-vous trompé?

26. Laban lui répondit : Ce n'est pas la coutume de ce pays-ci de marier ses filles les plus jeunes avant les aînées.

27. Passez la semaine avec celle-ci, et je vous donnerai l'autre ensuite pour le temps de sept années, que vous me servirez de nouveau.

28. Jacob consentit à ce qu'il voulait, *et par ce consentement il ratifia son mariage avec Lia, qui jusque-là était nul,* et au bout de sept jours il épousa Rachel,

29. A qui son père avait donné une servante nommée Bala.

30. Jacob ayant eu enfin celle qu'il avait

---

21. *Uxorem.* Jam enim verbis de præsenti matrimonium contractum. — *Ingrediar.* Ut matrimonium consummem.

22. *Vocatis multis amicorum.* LXX et Chaldæus. Omnibus viris loci illius. — *Fecit nuptias.* Convivium nuptiale.

23. *Et vespere.* Virgines enim dum nubebant, verecundiæ causa, in tenebris viri thalamum adibant.

24. *Dans ancillam.* Omnino modica dos, et quasi nulla pro personarum conditione : data ancillula in speciem, ne diceretur indotatam dedisse; quare postea filiæ hanc dotem pro nulla duxerunt, infra, 31. 14. — *Ad quam.* Liam, non Zelpham. — *Vidit Liam.* Peccavit Lia obtemperando parenti; consensit enim in stuprum, imo adulterium. Gravius Laban, qui eam ad facinus induxit.

26. *Consuetudinis.* Videtur Laban ficto se consuetudinis prætextu excusare : nam si obstaret consuetudo, quomodo publice nuptias celebrat quasi daturus Rachelem, quam omnes sciebant esse natu minorem?

27. *Hebdomadam dierum.* Septem tantum diebus differuntur nuptiæ Rachelis, dum scilicet nuptiæ Liæ per integram hebdomadam celebrantur; ea tamen lege, ut post adeptam Rachelem septem annis aliis serviat.

Digitized by Google

souhaité d'épouser, il préféra la seconde à l'aînée, dans l'affection qu'il lui portait, et servit encore Laban pour elle, sept ans durant.

tis nuptiis, amorem sequentis priori prætulit, serviens apud eum septem annis aliis.

§ III. *Le Seigneur console Lia du mépris que Jacob avait pour elle, en la rendant féconde pendant que Rachel demeure stérile.*

LA MÊME ANNÉE 2253.

31. Mais le Seigneur, voyant que Jacob avait du mépris pour Lia, la rendit féconde, pendant que sa sœur demeurait stérile.

32. Elle conçut donc, et elle enfanta un fils qu'elle nomma Ruben, *fils de la vision*, en disant : Le Seigneur a vu mon humiliation ; mon mari m'aimera maintenant.

33. Elle conçut encore, et étant accouchée d'un fils, elle dit : Le Seigneur, ayant connu que j'étais méprisée, m'a donné ce second fils. C'est pourquoi elle le nomma Siméon, *c'est-à-dire le Seigneur m'a exaucée.*

34. Elle conçut pour la troisième fois, et étant encore accouchée d'un fils, elle dit : Maintenant mon mari sera plus uni à moi, puisque je lui ai donné trois fils. C'est pourquoi elle le nomma Lévi, *qui signifie lien, union.*

35. Elle conçut pour la quatrième fois, et elle accoucha d'un fils, et elle dit : Maintenant je louerai le Seigneur. C'est pourquoi elle lui donna le nom de Juda, *qui signifie louange ;* et elle cessa pour lors d'avoir des enfants.

31. Videns autem Dominus quòd despiceret Liam, aperuit vulvam ejus, sorore sterili permanente.

32. Quæ conceptum genuit filium, vocavitque nomen ejus Ruben, dicens : Vidit Dominus humilitatem meam; nunc amabit me vir meus.

33. Rursumque concepit et peperit filium, et ait : Quoniam audivit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi; vocavitque nomen ejus Simeon

34. Concepitque tertiò, et genuit alium filium; dixitque : Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eò quòd pepererim ei tres filios; et idcirco appellavit nomen ejus Levi.

35. Quartò concepit, et peperit filium; et ait : Modò confitebor Domino, et ab hoc vocavit eum Judam : cessavitque parere.

---

31. *Despiceret Liam.* Minus amaret quam Rachelem. — *Aperuit vulvam* Fœcundam reddidit.

32. *Ruben.* Quæ vox significat *videte filium,* scilicet, quem mei misertus, mihi largitus est Deus. — *Nunc amabit me.* Ob id Latini liberos pignora vocant.

33. *Simeon.* Id est, *auditio, obediens.*

34. *Levi.* Idem est quod *copula, cohæsio, adjunctio,* quasi dicat : Addidi jam pariendo tres filios marito; igitur deinceps ipse majore amore mihi adjungetur et agglutinabitur.

35. *Judam.* Juda idem est quod *confessio,* sive *laus.*

Digitized by Google

CHAPITRE XXX.

§ I. *Rachel étant stérile, et Lia ayant cessé d'avoir des enfants, elles donnent leurs servantes à Jacob, qui a deux enfants de chacune d'elles.*

1. Cernens autem Rachel quòd infecunda esset, invidit sorori suæ, et ait marito suo : Da mihi liberos, alioquin moriar.

2. Cui iratus respondit Jacob : Num pro Deo ego sum qui privavit te fructu ventris tui?

3. At illa : Habeo, inquit, famulam Balam : ingredere ad illam, ut pariat super genua mea, et habeam ex illa filios.

4. Deditque illi Balam in conjugium : quæ (1),

5. Ingresso ad se viro, concepit et peperit filium.

6. Dixitque Rachel : Judicavit mihi Dominus, et exaudivit vocem meam, dans mihi filium; et idcirco appellavit nomen ejus Dan.

1. Rachel, voyant qu'elle était stérile, porta envie à *la fécondité de* sa sœur, et elle dit à son mari, *avec une impatience que le seul désir d'avoir des enfants pouvait excuser :* Donnez-moi des enfants, ou je mourrai.

2. Jacob irrité *d'une demande si peu raisonnable*, lui répondit : Suis-je moi comme Dieu *qui donne la fécondité à qui il lui plaît* ? et n'est-ce pas lui qui empêche que votre sein ne porte son fruit?

3. Rachel ajouta : *Puisque Dieu m'a rendue stérile*, j'ai Bala ma servante ; allez à elle, afin que je reçoive entre mes bras ce qu'elle enfantera, et que j'aie des enfants d'elle.

4. Elle lui donna donc Bala pour femme.

5. Jacob l'ayant prise, elle conçut, et elle accoucha d'un fils.

6. Alors Rachel dit : Le Seigneur a jugé en ma faveur, et il a exaucé ma voix en me donnant un fils. C'est pourquoi elle le nomma Dan, *qui signifie jugement.*

(1) Bible vengée, note XLVII.

Cap. XXX. 1. *Invidit.* Si tantum doluit, quod infecunda esset, nulla fuit culpa; si optavit sororem sterilem esse, potuit culpa esse lethalis, aut venialis pro affectus et deliberationis modo. Non mirum in filia idololatræ hos affectus insurgere. — *Da mihi liberos.* Zelo ardens, et muliebri inconsiderantia, nec potens ferre desiderii magnitudinem, erupit in verba impatientiæ, quæ etiam speciem habent blasphemiæ. — *Alioquin moriar.* Vel sensus est : Sibi violentas manus illaturam, ut visum est S. Cthrysosomo; vel sententia est, vitam sibi morte acerbiorem fore.

2. *Iratus.* Merito ob incivile, insipiens et blasphemum dictum; quia petebat a viro, quod reservatum Deo est, nempe fecunditatem. — *Num pro Deo ego sum?* Quasi dicat : A Deo, non a me, proles postulanda est.

* 3 *Famulam.* Græci παιδίσκην vocant. Ministram fuisse ingenuam et hanc, et Zelpham tradit Josephus, et sic sumitur vox hebræa Exod. 2. 5.—*Pariat super genua mea.* Ut filium, quem ipsa peperit, ego bajulem et nascentem pro meo accipiam. Honchala scribit morem fuisse, ut quæ alterius prolem volebat adoptare, puerperam gremio insidentem inter pariendum genibus fulciret, et recens natum infantulum super genua sua statueret.

6. *Judicavit mihi Dominus.* Quasi dicat : Cum sorore de fecunditate contendi, ac quodammodo litigavi : jam mihi causam adjudicavit Dominus. — *Dan.* Id est, *judicium.*

Digitized by Google

7. Bala conçut encore, et étant accouchée d'un second fils,

8. Rachel dit de lui : Le Seigneur m'a fait entrer en combat avec ma sœur, et la victoire m'est demeurée. C'est pourquoi elle le nomma Nephthali, *qui signifie, j'ai combattu avec adresse et avec succès.*

9. Lia, voyant qu'elle avait cessé d'avoir des enfants, donna à son mari sa servante Zelpha,

10. Qui conçut et accoucha d'un fils.

11. Et Lia dit : A la bonne heure. C'est pourquoi elle le nomma Gad, *c'est-à-dire heureux.*

12. Zelpha ayant eu un second fils,

13. Lia dit : C'est pour mon bonheur, car les femmes m'appelleront bienheureuse. C'est pourquoi elle le nomma Aser, *c'est-à-dire bonheur.*

7. Rursumque Bala concipiens, peperit alterum,

8. Pro quo ait Rachel : Comparavit me Deus cum sorore mea, et invalui : vocavitque eum Nephthali.

9. Sentiens Lia quòd parere desiisset, Zelpham ancillam suam marito tradidit (1).

10. Quâ post conceptum edente filium,

11. Dixit : Feliciter; et idcirco vocavit nomen ejus Gad.

12. Peperit quoque Zelpha alterum,

13. Dixitque Lia : Hoc pro beatitudine mea : beatam quippe me dicent mulieres : propterea appellavit eum Aser.

§ II. *Lia donne encore à Jacob deux fils et une fille; Rachel devient mère de Joseph.*

L'AN DU MONDE 2259. — AVANT J.-C. 1745.

14. Or Ruben étant sorti à la campagne, lorsque l'on sciait le froment, trouva des mandragores qu'il apporta à Lia sa mère, à laquelle Rachel dit : Donnez-moi des mandragores de votre fils.

14. Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum, reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit. Dixitque Rachel : Da mihi partem de mandragoris filii tui (2).

(1) Bible vengée, note XLVII. — (2) Rep. crit., tome I, page 64.

---

8. ***Comparavit me Deus cum sorore mea.*** In hebræo proprie est : *Colluctationibus Dei callide colluctata sum, et prævalui.* Dicuntur colluctationes Dei phrasi hebraica, colluctationes magnæ, quasi dicat : Cum Lia pro fecunditate, et prolis gloria colluctata sum, jamque callide eam non amplius parientem vici; dum pro me sterili ingeniose et astute ancillam meam subrogavi. Inde filium vocavit Nephtali, hoc est, *colluctantem, concertantem,* idque astute et callide.

11. ***Feliciter.*** Vox hebraica, ut nunc legitur, significat, *fortunam,* vel *fortunate, feliciter;* ita etiam habent LXX.

13. ***Hoc pro beatitudine.*** Jam etiam ex ancilla sorori æquor, et beata ab omnibus prædicabor.

14. ***Ruben.*** Puerulus forte quinquennis lusurus cum æqualibus. — ***Messis triticeæ.*** Tempore messis serotinæ, ad differentiam messis hordeaceæ; nam far et triticum serotina. Vide Exod. 9. 32. Sane cum mandragoræ vere exeunte floreant, Can. 7, 13, fructum ferunt demum autumno.—***Mandragoras.*** Olim credebantur vim philtri habere, ut tradunt Dioscorides et Theophrastus : certe fecunditatem juvant, ut medici docent, ideoque a Rachel expetitæ. * Docet etiam Plin. lib. 25, c. 15, semen mandragoræ potum, uterum purgare; inde fit ut ad conceptum præparet.

Digitized by Google

15. Illa respondit : Parumne tibi videtur, quòd præripueris maritum mihi, nisi etiam mandragoras filii mei tuleris? Ait Rachel : Dormiat tecum hâc nocte pro mandragoris filii tui.

16. Redeuntique ad vesperam Jacob de agro, egressa est in occursum ejus Lia, et : Ad me, inquit, intrabis, quia mercede conduxi te pro mandragoris filii mei. Dormivitque cum ea nocte illâ.

17. Et exaudivit Deus preces ejus : concepitque et peperit filium quintum,

18. Et ait : Dedit Deus mercedem mihi, quia dedi ancillam meam viro meo; appellavitque nomen ejus Issachar.

19. Rursum Lia concipiens, peperit sextum filium,

20. Et ait : Dotavit me Deus dote bonâ : etiam hâc vice mecum erit maritus meus, eò quòd genuerim ei sex filios : et idcirco appellavit nomen ejus Zabulon.

21. Post quem peperit filiam nomine Dinam.

22. Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudivit eam, et aperuit vulvam ejus.

23. Quæ concepit et peperit filium, dicens : Abstulit Deus opprobrium meum.

15. Mais elle lui répondit : N'est-ce pas assez que vous m'ayez enlevé mon mari, *en devenant sa femme après moi*, sans vouloir encore les mandragores de mon fils? Rachel ajouta : Je consens qu'il dorme avec vous cette nuit, pourvu que vous me donniez ces mandragores de votre fils. *Lia accepta cette condition, et lui en donna.*

16. Lors donc que Jacob sur le soir revenait des champs, Lia alla au-devant de lui et lui dit : Vous viendrez *cette nuit* avec moi, parce que j'ai acheté cette grâce en donnant *à ma sœur* les mandragores de mon fils. Ainsi Jacob dormit avec elle cette nuit-là.

17. Et Dieu exauça ses prières : elle conçut et accoucha d'un cinquième fils,

18. Dont elle dit : Dieu m'a récompensée, parce que j'ai donné ma servante à mon mari. Et elle lui donna le nom d'Issachar, *c'est-à-dire récompense.*

19. Lia conçut encore, et accoucha d'un sixième fils.

20. Et elle dit : Dieu m'a fait un excellent don; mon mari demeurera encore cette fois avec moi, parce que je lui ai donné six fils. Et elle le nomma Zabulon, *qui veut dire demeure.*

21. Elle eut ensuite une fille qu'elle nomma Dina, *c'est-à-dire le Seigneur m'a rendu justice.*

22. Le Seigneur se souvint aussi de Rachel, il l'exauça et lui ôta sa stérilité.

23. Elle conçut et elle accoucha d'un fils, en disant : Le Seigneur m'a tirée de l'opprobre où j'ai été, *à cause de ma stérilité.*

---

15. *Dormiat tecum.* Jacob noctes partiebatur uxoribus, et cum ista competeret Racheli, jus suum sorori cedit.

16. *Mercede conduxi te.* Redemi operam tuam conjugalem.

17. *Ejus.* Liæ bono hæc animo facientis, et Deum orare non cessantis.

18. *Issachar.* Id est, *merces.*

20. *Dote bona.* Matrimonio quasi dirempto redintegrando et reconciliando, Deus mihi novam fecunditatem, quasi dotem dedit. — *Zabulon.* Idem est quod *habitaculum*, vel *cohabitans*, quasi dicat : Ob tot proles meas amabit me, et hilariter firmiterque cohabitabit mihi maritus meus.

23. *Opprobrium meum.* Sterilitatem, quæ tunc magno dedecori erat.

Digitized by Google

24. Et lui donnant le nom de Joseph, *qui signifie accroissement*, elle dit : Que le Seigneur me donne encore un second fils.

24. Et vocavit nomen ejus Joseph, dicens : Addat mihi Dominus filium alterum.

§ III. *Jacob convient avec Laban son beau-père de ce qu'il lui doit donner pour la récompense de ses services. Adresse ingénieuse de Jacob pour rendre sa convention avantageuse.*

25. Joseph étant né, Jacob dit à son beau-père : Laissez-moi aller, afin que je retourne à mon pays, et au lieu de ma naissance; *il est temps que je pense à m'y établir, ayant quatre-vingt-onze ans.*

26. Donnez-moi mes femmes et mes enfants, pour lesquels je vous ai servi *pendant quatorze ans*, afin que je m'en aille; vous savez quel a été le service que je vous ai rendu *depuis que je suis avec vous.*

27. Laban lui répondit : Que je trouve grâce devant vous; j'ai reconnu par expérience que Dieu m'a béni à cause de vous.

28. Jugez vous-même de la récompense que vous voulez que je vous donne.

29. Jacob lui répondit : Vous savez de quelle manière je vous ai servi, et comment votre bien s'est accru entre mes mains.

30. Vous aviez peu de chose avant que je fusse venu avec vous, et présentement vous voilà devenu riche; Dieu vous a béni aussitôt que je suis entré en votre maison. Il est donc juste que je songe aussi maintenant à mon propre établissement.

25. Nato autem Joseph, dixit Jacob socero suo : Dimitte me ut revertar in patriam, et ad terram meam.

26. Da mihi uxores, et liberos meos, pro quibus servivi tibi, ut abeam : tu nosti servitutem quâ servivi tibi.

27. Ait illi Laban : Inveniam gratiam in conspectu tuo : experimento didici, quia benedixerit mihi Deus propter te :

28. Constitue mercedem tuam quam dem tibi.

29. At ille respondit : Tu nosti quomodo servierim tibi, et quanta in manibus meis fuerit possessio tua.

30. Modicum habuisti antequam venirem ad te, et nunc dives effectus es : benedixitque tibi Dominus ad introitum meum. Justum est igitur ut aliquando provideam etiam domui meæ.

---

24. *Addat mihi Dominus.* Optat Rachel addi sibi secundum filium, inde ex hoc suo voto et desiderio vocat filium Joseph. Joseph ergo idem est quod *addens*, vel *accrescens*, ut patet c. 49. 22.

25. *Nato autem Joseph.* Jam postulat Jacob se dimitti, quia expleti septem anni, quibus pro Rachel servierat.

26. *Nosti servitutem.* Scis me diligentiam et fidem, quam debui, toto tibi tempore præstitisse. De mercede verbum nullum, quia pro mercede uxores duæ erant.

27. *Inveniam gratiam.* Sine te a me exorari. — *Experimento didici, etc.* Quasi dicat : Tu es fortunatus, et ego propter te; tu bonam fortunam tuam tecum in domum meam induxisti. — *Benedixerit mihi.* Me ditaverit.

28. *Constitue.* Pete quod voles, ego dabo. — *Mercedem tuam.* Non est sermo de mercede pro præterito tempore, sed agitur de mercede qua velit in posterum servire; nam retinere volebat, et ad hanc mentem respondet Jacob n. 31 : *Iterum pascam, etc.*

30. *Ad introitum meum.* Hebr. *ad pedem meum*, id est, simul ac in domum tuam pedem intuli.

Digitized by Google

31. Dixitque Laban : Quid tibi dabo? At ille ait : Nihil volo : sed si feceris quod postulo, iterum pascam et custodiam pecora tua.

32. Gyra omnes greges tuos, et separa cunctas oves varias et sparso vellere : et quodcumque furvum et maculosum, variumque fuerit, tam in ovibus quam in capris, erit merces mea (2).

33. Respondebitque mihi cras justitia mea, quando placiti tempus advenerit, coram te : et omnia quæ non fuerint varia, et maculosa, et furva, tam in ovibus quam in capris, furti me arguent.

34. Dixitque Laban : Gratum habeo quod petis.

35. Et separavit in die illa capras, et oves, et hircos, et arietes, varios atque maculosos : cunctum autem gregem unicolorem, id est albi et nigri velleris, tradidit

31. Laban lui dit : Que vous donnerai-je? Je ne veux rien, dit Jacob : si vous faites ce que je vais vous demander, je continuerai à mener vos troupeaux et à les garder (1).

32. Visitez tous vos troupeaux, et mettez à part *pour vous présentement* toutes les brebis dont la laine est de diverses couleurs, *et donnez-moi à garder tout ce qui sera d'une seule couleur*; et *à l'avenir* tout ce qui naîtra d'un noir mêlé de blanc, ou tacheté de couleurs différentes, soit dans les brebis ou dans les chèvres *qui seront sous ma garde*, sera ma récompense : *et au contraire tout ce qui sera d'une seule couleur sera pour vous.*

33. Et quand le temps sera venu de faire cette séparation, selon notre accord, mon innocence me rendra témoignage devant vous, et tout ce qui ne sera point tacheté de diverses couleurs, ou de noir mêlé de blanc, soit dans les brebis ou dans les chèvres, me convaincra de larcin, *si j'ose me l'approprier.*

34. Laban lui répondit : Je trouve bon ce que vous me proposez.

35. Le même jour Laban mit à part les chèvres, les brebis, les boucs et les béliers tachetés et de diverses couleurs, *se réservant à lui-même le soin de les garder;* et il mit entre les mains de ses enfants

(1) *Hebr.* : « Vous ne me donnerez rien : si vous me faites ce que je vais dire, » si vous acceptez la condition que je vais vous proposer, etc. — (2) Bible vengée, note LXVIII. — Rép. crit., tome II, page 100.

---

32. *Gyra omnes, etc.* Coge in gyrum oves, et capras tuas, ut simul omnes lustremus, et separemus unicolores a diversicoloribus.—*Separa cunctas oves.* Primum pactum Jacob cum Laban, ut scilicet unicolores fœtus, puta toti albi, aut toti nigri cederent Labano; sparsi vero et varii, Jacobo. — *Furvum, et maculosum, variumque.* Furvum est fuscum, sive subnigrum, in quo albedo nigrori mixta, ut partim album, partim nigrum videatur. Maculosum est, quod magnas habet masculas, albas, vel nigras. Varium, sive sparso vellere, illud est quod parvulis maculis albis, vel nigris, quasi punctis distinctum, et punctatum est.

33. *Respondebitque mihi cras.* Quam tibi juste fideliterque servierim, futura dies ostendet; spero enim ut vel contra naturæ ordinem me Deus ditet. — *Cras.* Tempore futuro. — *Placiti tempus.* In anni fine, quando * juxta placitum tuum et pacta inita portiones utriusque dividentur. — *Furti me arguent.* Si unicolores apud me reperiantur, quasi furti reus habear.

35. *Tradidit in manu filiorum suorum.* Totum gregem credidit Jacobo, huic autem additi filii Laban pastores, et ipsi futuri sub Jacobo, et quasi

Digitized by Google

tout le troupeau qui n'était que d'une couleur, c'est-à-dire qui était ou tout blanc ou tout noir, *et qui naturellement ne devait produire que des petits ou tout blancs ou tout noirs, afin qu'ils les donnassent à garder à Jacob.*

36. Et *pour empêcher que les troupeaux de Jacob, se mêlant avec les siens, ne produisissent des petits de diverses couleurs,* il mit l'espace de trois journées de chemin entre lui, *qui conduisait les troupeaux de diverses couleurs,* et son gendre qui conduisait les autres troupeaux *d'une même couleur.*

37. Jacob, *voyant que Laban prenait toutes ses mesures pour augmenter son profit, crut que pour assurer le sien, il lui était permis, d'user d'une adresse qui, en lui réussissant, le dédommagerait du peu de justice que son beau-père lui avait rendu jusqu'alors.* Prenant donc des branches vertes de peuplier, d'amandier et de plane, il en ôta une partie de l'écorce, *en sorte que* les endroits d'où l'écorce avait été ôtée parurent blancs, et les autres auxquels on l'avait laissée demeurèrent verts; ainsi ces branches devinrent de dive ses couleurs.

38. Il les mit ensuite dans les canaux qu'on remplissait d'eau, afin que, lorsque les troupeaux y viendraient boire, ils eussent ces branches devant les yeux, et qu'ils conçussent en les regardant.

39. Ainsi il arriva que les brebis étant

in manu filiorum suorum.

36. Et posuit spatium itineris trium dierum inter se et generum, qui pascebat reliquos greges ejus.

37. Tollens ergo Jacob virgas populeas virides, et amygdalinas, et ex platanis, ex parte decorticavit eas : detractisque corticibus, in his quæ spoliata fuerant, candor apparuit : illa vero quæ integra fuerant, viridia permanserunt : atque in hunc modum color effectus est varius.

38. Posuitque eas in canalibus, ubi effundebatur aqua : ut cum venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, et in aspectu earum conciperent.

39. Factumque est ut in ipso

---

inspectores eorum quæ gererentur; num scilicet fideliter præstaret Jacob quod promiserat. His tradidit greges unicolores ex pacto.

36. *Trium dierum.* Quale spatium ambulando greges conficiunt. Placuit tanta loci intercapedo, ne ex uno ad alium gregem admissarii transirent, aut ne oves, aut capræ maculosas inspiciendo, similes parerent.

37. *Tollens ergo.* Astus hic fuit, et stropha Jacobi, qua licite uti potuit : 1. quia rationem illam ab angelis in somnis doctus est, ut habetur cap. seq. n. 11;-2. titulo compensationis, quia a Laban homine avaro opprimebatur, et justam laborum suorum mercedem extorquere nequibat; 3. quia primus Laban pactum violavit, cum separavit oves unicolores a diversis coloribus, n. 35; nam ex unicoloribus fere non erant nasciturœ nisi unicolores. Porro ars Jacobi naturalis fuit; in coitu enim phantasiæ vis solet esse maxima, mentisque reputatio fœtui similitudinem cogitatam aut visam tunc maxime imprimit.

38. *In canalibus.* Conchis, vel aquæ ductibus, quibus aqua infusa detinebatur arte, ne defluerent, donec pecora bibissent. * Simile de equis et columbis habes apud Oppianum. l. 1, de Venat.

Digitized by Google

calore coitus oves intuerentur virgas et parerent maculosa, et varia, et diverso colore respersa.

40. Divisitque gregem Jacob, et posuit virgas in canalibus ante oculos arietum : erant autem alba et nigra quæque, Laban : cætera vero Jacob, separatis inter se gregibus.

41. Igitur quando primo tempore ascendebantur oves, ponebat Jacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum et ovium, ut in earum contemplatione conciperent :

42. Quando vero serotina admissura erat, et conceptus extremus, non ponebat eas. Factaque sunt ea quæ erant serotina, Laban: et quæ primi temporis, Jacob.

43. Ditatusque est homo ultra modum, et habuit greges multos, ancillas et servos, camelos et asinos.

en chaleur, et ayant conçu à la vue des branches *de diverses couleurs*, eurent des agneaux tachetés de diverses couleurs.

40. Jacob divisa *ensuite* son troupeau, *mettant d'un côté ce qui était né de diverses couleurs, et de l'autre ce qui l'était d'une seule couleur*, et il mit *de nouveau* ces branches *à moitié pelées* dans les canaux, devant les yeux des béliers *et des brebis d'une seule couleur; afin qu'il en vînt des agneaux tachetés; après quoi* les troupeaux étant séparés, ce qui était tout blanc et tout noir était à Laban, et le reste à Jacob, *selon la convention faite entre eux; mais Jacob, pour garder quelque égalité entre Laban et lui, n'usait de cet artifice qu'à une des saisons où les brebis peuvent concevoir et non à l'autre, prenant néanmoins la meilleure saison pour lui.*

41. Lors donc que les brebis devaient concevoir au printemps, Jacob mettait les branches dans les canaux, devant les yeux des béliers et des brebis, afin qu'elles conçussent en les regardant.

42. Mais lorsqu'elles devaient concevoir en automne, il ne les mettait point devant elles. Ainsi ce qui était conçu en automne fut pour Laban, et ce qui était conçu au printemps fut pour Jacob.

43. Il devint de cette sorte extrêmement riche, il eut de grands troupeaux, des serviteurs et des servantes, des chameaux et des ânes.

CHAPITRE XXXI.

§ I. *Jacob s'en retourne par ordre de Dieu vers son père. Il emmène avec lui ses femmes, ses enfants, et ses troupeaux.*

L'AN DU MONDE 2265. — AVANT J.-C. 1739.

1. Postquam autem audivit verba filiorum Laban dicentium :

1. Après cela Jacob entendit les enfants de Laban qui s'entre-disaient : Jacob

---

42. *Serotina.* Ovium quædam verno, quædam autumnali tempore concipiebant, arietibus ad eas admissis; *serotinam* ergo *admissuram* vocat autumnalem septembris; admissuram vero *primi temporis*, eam quæ in vere fiebat, mense martio.

CAP. XXXI. 1. *Postquam autem.* Discessus Jacobi tres causæ ponuntur : 1. mordaces calumniæ filiorum Laban; 2. ipsius odium vultu se prodens; 3.

Digitized by Google

a enlevé tout ce qui était à notre père, et il est devenu puissant en s'enrichissant de son bien.

2. Il remarqua ainsi que *depuis quelque temps* Laban ne le regardait pas du même œil dont il le regardait auparavant,

3. Et de plus le Seigneur lui dit : Retournez au pays de vos pères et vers votre famille, et je serai avec vous.

4. Il envoya donc querir Rachel et Lia, et les fit venir dans le champ où il faisait paître ses troupeaux,

5. Et il leur dit : Je vois que votre père ne me regarde plus du même œil dont il me regardait ci-devant : cependant le Dieu de mon père a été avec moi ;

6. Et vous savez vous-mêmes que j'ai servi votre père de toutes mes forces.

7. Il a même usé envers moi de tromperie en changeant dix fois ce que je devais avoir pour récompense, quoique Dieu ne lui ait pas permis de me faire tort *par tous ces changements, ayant toujours multiplié ce qui devait m'appartenir.*

8. *En effet*, lorsqu'il a dit que les agneaux de diverses couleurs seraient pour moi, toutes les brebis ont eu des agneaux de diverses couleurs. Et lorsqu'il a dit, au contraire, que tout ce qui serait blanc serait pour moi, tout ce qui est né des troupeaux a été blanc.

9. Ainsi Dieu a ôté le bien de votre père pour me le donner.

10. Car le temps où les brebis devaient concevoir étant venu, j'ai levé les yeux

Tulit Jacob omnia quæ fuerunt patris nostri, et de illius facultate ditatus, factus est inclytus.

2. Animadvertit quoque faciem Laban, quod non esset erga se sicut heri et nudiustertius.

3. Maxime dicente sibi Domino: Revertere in terram patrum tuorum, et ad generationem tuam, eroque tecum.

4. Misit, et vocavit Rachel et Liam in agrum ubi pascebat greges.

5. Dixitque eis : Video faciem patris vestri quod non sit erga me sicut heri et nudiustertius : Deus autem patris mei fuit mecum;

6. Et ipsæ nostis quod totis viribus meis servierim patri vestro.

7. Sed et pater vester circumvenit me, et mutavit mercedem meam decem vicibus : et tamen non dimisit eum Deus ut noceret mihi.

8. Si quando dixit : Variæ erunt mercedes tuæ : pariebant omnes oves varios fœtus : quando vero e contrario ait : Alba quæque accipies pro mercede : omnes greges alba peperunt.

9. Tulitque Deus substantiam patris vestri, et dedit mihi.

10. Postquàm enim conceptûs ovium tempus advenerat, levavi

---

et præcipua Dei jussio. — *Tulit.* Falso iniquitatis insimulant, dum furtum vocant justam mercedem opesque ipsi a Deo datas.

2. *Faciem Laban.* Hæc solet vel invita invidiam claris notis prodere, ut docet S. Basil. orat. de Invidia. — *Sicut heri et nudiustertius.* Sicut prius; est hebraismus.

3. *Dicente sibi Domino.* Per angelum in somnis.

4. *Rachel et Liam.* Rachel præponitur, ut primaria, et voluntarie sine fraude in uxorem accepta. — *In agrum.* Ut sine arbitris mentem suam illis pandere queat.

7. *Circumvenit.* Pacta me invito, sed non audente contradicere, mutavit. —*Decem vicibus.* Multis vicibus. Numerus certus pro incerto. Vel etiam vere decem vicibus mutavit, ut Jacob ipse cum Labano expostulat hoc cap. n. 41.

8. *Omnes oves.* Pleræque, adeo multæ, ut cæterarum vix habenda ratio præ paucitate.

Digitized by Google

oculos meos, et vidi in somnis ascendentes mares super feminas varios et maculosos, et diversorum colorum.

11. Dixitque angelus Dei ad me in somnis : Jacob ! Et ego respondi : Adsum.

12. Qui ait : Leva oculos tuos, et vide universos masculos ascendentes super feminas, varios, maculosos atque respersos. Vidi enim omnia quæ fecit tibi Laban.

13. Ego sum Deus Bethel, ubi unxisti lapidem, et votum vovisti mihi. Nunc ergo surge et egredere de terra hac, revertens in terram nativitatis tuæ.

14. Responderuntque Rachel et Lia : Numquid habemus residui quidquam in facultatibus et hæreditate domûs patris nostri ?

15. Nonne quasi alienas reputavit nos et vendidit, comeditque pretium nostrum ?

16. Sed Deus tulit opes patris nostri, et eas tradidit nobis ac filiis nostris : unde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac.

17. Surrexit itaque Jacob, et impositis liberis ac conjugibus suis super camelos, abiit.

au ciel, et j'ai vu en songe que les mâles qui couvraient les femelles étaient marquetés et tachetés de diverses couleurs.

11. Et l'ange de Dieu m'a dit en songe : Jacob ! Me voici, lui ai-je dit :

12. *Et* il a ajouté : Levez vos yeux et voyez que tous les mâles qui couvrent les femelles sont marquetés, tachetés de couleurs différentes : car j'ai vu tout ce que Laban vous a fait, *et j'ai voulu vous dédommager de toutes ses injustices.*

13. Je suis le Dieu *qui vous a apparu proche de la ville* de Béhel, où vous avez oint la pierre, et où vous m'avez fait un vœu. Sortez donc promptement de cette terre, et retournez au pays de votre naissance.

14. Rachel et Lia lui répondirent : Nous reste-t-il quelque chose du bien et de la part que nous devions avoir dans la maison de notre père ? *il ne nous a rien donné du tout.*

15. Ne nous a-t-il pas *au contraire* traitées comme des étrangères ? ne nous a-t-il pas vendues *pour vos services* ? et n'a-t-il pas mangé ce qui nous était dû pour notre travail ?

16. Mais Dieu *nous a rendu justice, car il* a pris les richesses de notre père, et nous les a données et à nos enfants. C'est pourquoi faites tout ce que Dieu vous a commandé.

17. Jacob fit donc monter aussitôt ses femmes et ses enfants sur des chameaux :

---

10. *Et vidi in somnis.* Probat Deum Labano abstulisse et sibi dedisse, quia in somnis illum Deus per angelum docuit dolum bonum, quo usus.

13. *Ego sum.* Hoc addidit, ne putet illusionem phantasiæ vel dæmonis astum esse.—*Deus Bethel.* Cui tibi apparuit innixus scalæ in Bethel, cap. 28. — *Et votum vovisti.* Meminit voti, ut sibi illud placuisse ostendat, et ut ad illud perficiendum excitet.

14. *Numquid habemus ?* Nonne pater nos quasi exhæredes fecit ? 1. dum nos indotatas tibi uxores tradidit ; 2. dum pretium nostrum, quo nos scilicet tibi coemisti uxores, puta laborem 14 annorum servitutis tuæ, totum sibi usurpavit, ut non tam quasi pater nos in matrimonio, attributa dote, collocasse, quam quasi mango vendidisse videatur.

17. *Surrexit.* Accinxit se ad iter.—*Impositis liberis.* Ætas id postulabat ; nam maximus natu Ruben, nondum quatuordecim annos compleverat : minimus Joseph vix sexennis.

Digitized by Google

18. Et emmenant avec lui tout ce qu'il avait, *ses femmes, ses enfants*, ses troupeaux, et généralement tout ce qu'il avait acquis en Mésopotamie, il se mit en chemin pour s'en aller trouver Isaac son père au pays de Chanaan.

19. Or Laban étant allé en ce temps-là faire tondre ses brebis, Rachel déroba les idoles de son père *et les emporta*.

20. Et Jacob ayant résolu de se retirer si promptement, ne voulut point découvrir son dessein à son beau-père, *de peur qu'il ne s'y opposât*.

18. Tulitque omnem substantiam suam, et greges, et quidquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in terram Chanaan.

19. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oves, et Rachel furata est idola patris sui (1).

20. Noluitque Jacob confiteri socero suo quòd fugeret.

§ II. *Jacob est poursuivi par Laban son beau-père, à qui Rachel avait enlevé ses idoles. Dieu défend à Laban de rien dire d'offensant à Jacob.*

21. Lors donc qu'il s'en fut allé avec tout ce qui était à lui, comme il avait déjà passé le fleuve *d'Euphrate* et qu'il marchait vers la montagne de Galaad,

22. Laban fut averti le troisième jour que Jacob s'enfuyait.

23. Et aussitôt ayant pris avec lui ses frères *et tous ses gens*, il le poursuivit durant sept jours et le joignit à la montagne de Galaad, *bien résolu de se venger de sa fuite*.

24. Mais Dieu lui apparut en songe et lui dit : Prenez garde de rien dire d'offensant à Jacob.

25. Jacob avait déjà tendu sa tente sur

21. Cùmque abiisset tam ipse quàm omnia quæ juris sui erant, et amne transmisso pergeret contra montem Galaad,

22. Nuntiatum est Laban die tertio quòd fugeret Jacob.

23. Qui, assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem : et comprehendit eum in monte Galaad.

24. Viditque in somnis dicentem sibi Deum : Cave ne quidquam asperè loquaris contra Jacob.

25. Jamque Jacob extenderat

(1) Bible vengée, note LXIX.

---

18. *Pergens ad Isaac patrem suum.* Hunc terminum itineri præfigebat. In via fere decennium posuit, habitando in Sichem et in Bethel.

19. *Furata est idola.* Hujus furti alii alias rationes afferunt. Abstulit, vel ne parens illa aspiciendo, vel per illa augurando fugam Jacob cognosceret et persequeretur; vel ut parenti idola colendi occasionem subtraheret; vel ut deos penates secum afferret, ipsa etiam idololatriæ addicta; vel tandem quia ex pretiosa materia, intentione dotis compensandæ quam injuste pater detraxerat, supra, n. 15.—*Idola*, Hebraice, *theraphim*. Sunt statuæ, figuræ, aut imagines humanam formam habentes, ut patet 1. Reg. 19. 13. Præsertim vero vox theraphim usu appropriata est iis statuis, quæ opera dæmonum responsa dabant, ut patet Jud. 18. 18 * Ezech. 21. 21. Zachar. 10. 2.

20. *Noluitque Jacob confiteri.* Hebr. *furatus est Jacob cor Laban*, id est, inscio et ignorante Laban, clanculum aufugit, quasi cor, id est, scientiam et conscientiam Laban, secum abstulisset. * Celavit eum; abstulit ei scientiam fugæ suæ.

21. *Amne transmisso.* Euphrate. — *Montem Galaad.* Qui postea, n. 48, dictus est Galaad; est prolepsis.

23. *Fratribus.* Valida manu cognatorum, et famulorum, et civium.

Digitized by Google

in monte tabernaculum : cumque ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem monte Galaad fixit tentorium.

26. Et dixit ad Jacob : Quare ita egisti ut clam me abigeres filias meas quasi captivas gladio?

27. Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi, ut prosequerer te cum gaudio et canticis, et tympanis, et citharis?

28. Non es passus ut osculari filios meos et filias : stultè operatus es : et nunc quidem

29. Valet manus mea reddere tibi malum : sed Deus patris vestri heri dixit mihi : Cave ne loquaris contra Jacob quidquam durius.

30. Esto, ad tuos ire cupiebas, et desiderio erat tibi domus patris tui : cur furatus es deos meos?

31. Respondit Jacob : Quòd inscio te profectus sum, timui ne violenter auferres filias tuas.

32. Quòd autem furti me arguis : apud quemcumque inveneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris : scrutare, quidquid tuorum apud me inveneris, et aufer; hæc dicens, ignorabat quod Rachel furata esset idola.

33. Ingressus itaque Laban tabernaculum Jacob et Liæ, et utriusque famulæ non invenit. Cùmque intrasset tentorium Rachelis,

34. Illa festinans abscondit idola subter stramenta cameli, et sedit

la montagne de Galaad; et Laban l'y ayant joint avec ses frères, y tendit aussi la sienne.

26. Et il dit à Jacob : Pourquoi avez-vous agi de la sorte, en m'enlevant ainsi mes filles sans m'en rien dire, comme si c'étaient des prisonnières de guerre?

27. Pourquoi avez-vous pris le dessein de vous enfuir sans que je le susse? et *pourquoi* ne m'avez-vous point averti *que vous vouliez vous retirer*, afin que je vous allasse reconduire avec des chants de joie, au bruit des tambours et au son des harpes?

28. Vous ne m'avez pas seulement permis de donner à mes filles et à mes *petits*-fils le dernier baiser. Vous n'avez pas agi sagement *en cela*. Et maintenant

29. Je pourrais bien vous rendre le mal *pour le mal*. Mais le Dieu de votre père me dit hier : Prenez bien garde de rien dire d'offensant à Jacob.

30. Vous aviez peut-être envie de retourner vers vos proches, et vous souhaitiez de revoir la maison de votre père; *je ne trouve pas cela mauvais*. Mais pourquoi m'avez-vous dérobé mes dieux?

31. Jacob lui répondit : Ce qui m'a fait partir sans vous en avoir averti, c'est que j'ai eu peur que vous ne me voulussiez ravir vos filles par la violence.

32. Mais pour le larcin dont vous m'accusez, je consens que quiconque sera trouvé avoir pris vos dieux soit puni de mort en présence de nos frères : cherchez partout et emportez tout ce que vous trouverez à vous ici. En disant cela il ne savait pas que Rachel avait dérobé ces idoles.

33. Laban étant donc entré dans la tente de Jacob, de Lia et des deux servantes, ne trouva point ce qu'il cherchait. Il entra ensuite dans la tente de Rachel;

34. Mais elle, ayant caché promptement les idoles *de son père* sous la litière d'un

---

26. *Quare ita egisti?* Culpat Jacob, cum ipse esset in culpa, fingitque se amicum, cum animo esset infesto.

27. *Ut prosequerer.* Forte ita mos habuit eo tempore prosequendi amicos discedentes.

28. *Filios meos.* Nepotes ex filiabus.

34. *Illa festinans.* Male sibi conscia, et ad quid pater veniret suspicata.—

Digitized by Google

chameau, s'assit dessus, et lorsqu'il cherchait partout dans la tente sans rien y trouver,

35. Elle lui dit : Que mon Seigneur ne se fâche pas si je ne puis me lever maintenant devant lui, parce que le mal qui est ordinaire aux femmes vient de me prendre. Ainsi Rachel rendit inutile cette recherche qu'il faisait avec tant de soin.

36. Alors Jacob tout ému fit ce reproche à Laban : Quelle faute avais-je commise ? en quoi vous avais-je offensé pour vous obliger de courir après moi avec tant de chaleur,

37. Et de fouiller et de renverser tout ce qui est à moi ? Qu'avez-vous trouvé ici de toutes les choses qui étaient dans votre maison ? faites-le voir devant mes frères et devant les vôtres, et qu'ils soient juges entre vous et moi.

38. Est-ce donc pour cela que j'ai passé vingt années avec vous? *est-ce là la récompense que vous me donnez pour tous les services que je vous ai rendus pendant un si long temps, et avec tant de travail et de fidélité ? En effet,* vos brebis et vos chèvres n'ont point été stériles, je n'ai point mangé les moutons de votre troupeau :

39. Je ne vous ai rien montré de ce qui avait été pris par les bêtes : je prenais sur moi tout ce qui avait été perdu et vous en tenais compte : et vous exigiez de moi tout ce qui avait été dérobé.

40. J'étais brûlé par la chaleur pendant

dit desuper : scrutantique omne tentorium, et nihil invenienti,

35. Ait : ne irascatur dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo : quia juxtà consuetudinem feminarum nunc accidit mihi : sic delusa sollicitudo quærentis est.

36. Tumensque Jacob cum jurgio ait : Quam ob culpam meam, et ob quod peccatum meum sic exarsisti post me,

37. Et scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid invenisti de cuncta substantia domûs tuæ? pone hic coram fratribus meis et fratribus tuis, et judicent inter me et te.

38. Idcirco viginti annis fui tecum? oves tuæ et capræ steriles non fuerunt : arietes gregis tui non comedi :

39. Nec captum a bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam : quidquid furto peribat, a me exigebas :

40. Die noctuque æstu urebar,

Subter stramenta. Sub clitellis. — *Sedit desuper.* Ne pater ibi quæreret.

35. *Juxta consuetudinem feminarum.* Quasi dicat : Laboro fluxu menstruorum; ideo præ infirmitate assurgere non possum.

36. *Tumensque Jacob cum jurgio.* Præ ira falsam causam defendens, sed ignarus. Jacob mitissimus erat, sed sæpius læsa patientia fit furor.

37. *Fratribus meis.* Quos tecum adduxisti, mihi affines, tibi consanguineos.

38. *Non comedi.* Ut solent mercenarii, qui se, non gregem pascunt.

39. *Captum a bestia.* Laniatum a fera. Lex pastoritia permittebat ut si sine pastoris culpa pecus a feris necaretur, ostensa domino parte aliqua residua, noxæ pastor eximeretur. — *Quidquid furto peribat.* Voluisti me non culpam tantum, sed et casum præstare, quod injustum fuit.

40. *Æstu urebar, et gelu.* Sudabam, et algebam. Urebat me sol per diem, et luna per noctem. Sicut calor, sic et frigus adurit, hoc est, exsiccat, et, ut habent hic hebræa, consumit ac comedit. — *Fugiebat somnus.* Præ sollici-

Digitized by Google

et gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis.

41. Sicque per viginti annos in domo tua servivi tibi, quatuordecim pro filiabus, et sex pro gregibus tuis : immutasti quoque mercedem meam decem vicibus.

42. Nisi Deus patris mei Abraham, et timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses : afflictionem meam et laborem manuum mearum respexit Deus, et arguit te heri.

le jour, et *transi* de froid pendant la nuit, et le sommeil fuyait de mes yeux.

41. Je vous ai servi ainsi dans votre maison vingt ans durant, quatorze pour vos filles et six pour vos troupeaux : vous avez aussi changé dix fois ce que je devais avoir pour récompense.

42. Si le Dieu de mon père Abraham, et *le Dieu* que craint Isaac ne m'eût assité, vous m'auriez peut-être renvoyé tout nu *de chez vous :* mais Dieu a regardé mon affliction et le travail de mes mains, et vous a arrêté cette nuit par ses menaces.

§ III. *Jacob et Laban font alliance ensemble, et se séparent bons amis.*

43. Respondit ei Laban : Filiæ meæ et filii, et greges tui, et omnia quæ cernis, mea sunt : quid possum facere filiis et nepotibus meis?

44. Veni ergo, et ineamus fœdus : ut sit in testimonium inter me et te.

45. Tulit itaque Jacob lapidem, et erexit illum in titulum :

46. Dixitque fratribus suis : Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntque super eum :

47. Quem vocavit Laban Tumulum testis : et Jacob, Acervum testimonii, uterque juxta proprietatem linguæ suæ.

43. Laban lui répondit : *Il n'était pas nécessaire que Dieu m'arrêtât :* mes filles et mes *petits*-fils, vos troupeaux et tout ce que vous voyez *avec vous* est à moi : quel *mal* puis-je *donc* faire à mes filles et à mes petis-fils? *aucun, sans doute; au contraire je voudrais les combler de biens.*

44. Venez donc et faisons une alliance qui serve de témoignage *de la bonne intelligence qui sera* entre vous et moi.

45. Alors Jacob prit une pierre, et en ayant dressé un monument,

46. Il dit à ses frères : Apportez des pierres. Et en ayant ramassé plusieurs ensemble, ils en firent un lieu élevé et mangèrent dessus.

47. Laban le nomma *d'un nom chaldéen qui signifie* le Monceau du témoin, et Jacob *d'un nom hébreu qui signifie* le Monceau du témoignage, chacun selon la propriété de sa langue.

---

tudine; boni enim patrisfamilias est ultimum decumbere, et primum de strato surgere.

42. *Timor Isaac.* Deus, quem timuit et coluit Isaac. * Non dicit, *Deus Isaac,* quia vivebat adhuc Isaac. Non cognominatur autem Deus a quoquam mortalem adhuc agente vitam.

43. *Quid possum?* Deum, a quo fuerat increpitus, timebat : fingit tamen se charitate suorum parcere, quasi dicat : Non patitur natura me meis nocumentum inferre.

44. *In testimonium.* Monumentum fœderis inter te et me.

45. *In titulum.* In signum et monumentum, vide supra, c. 28. 18.

46. *Tumulum.* Aggerem largum, latumque et planum, nam in eo quasi in mensa pransi sunt.

47. *Juxta proprietatem linguæ suæ.* Idem plane diversarum linguarum vocibus significant. Jacob hebraice locutus : Laban vero natus in Syria, et a stirpe Heber degenerans, syriacum nomen indidit.

Digitized by Google

48. Et Laban dit : Ce lieu élevé sera témoin aujourd'hui *de l'union qui est et qui sera* entre vous et moi. C'est pour cette raison qu'on a appelé ce lieu Galaad, c'est-à-dire le Monceau du témoin.

49. *Et Laban ajouta :* Que le Seigneur nous regarde et nous juge lorsque nous nous serons retirés l'un de l'autre.

50. Si vous maltraitez mes filles, et si vous prenez encore d'autres femmes qu'elles, *Dieu lui-même vous punira : car* nul n'est témoin de nos paroles que Dieu, qui est présent et qui nous regarde.

51. Il dit encore à Jacob : Ce lieu élevé et cette pierre que j'ai dressée entre vous et moi,

52. Nous serviront de témoin : ce lieu élevé, dis-je, et cette pierre porteront témoignage si je passe au delà pour aller à vous *afin de vous nuire*, ou si vous passez vous-même dans le dessein de me faire quelque mal.

53. Que le Dieu d'Abraham, le Dieu de Nachor et le Dieu de leur père soit notre juge. Jacob jura donc *cette alliance* par *le Dieu* que craignait Isaac.

54. Et après avoir immolé des victimes sur la montagne, il invita ses parents pour manger *ensemble*, et ayant mangé ils demeurèrent là *pour y coucher*.

55. Mais Laban, se levant avant qu'il fît jour, embrassa ses fils et ses filles, les bénit, et s'en retourna chez lui.

48. Dixitque Laban : Tumulus iste erit testis inter me et te hodie, et idcirco appellatum est nomen ejus Galaad, id est, Tumulus testis.

49. Intueatur et judicet Dominus inter nos quando recesserimus à nobis,

50. Si afflixeris filias meas, et si introduxeris alias uxores super eas : nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit.

51. Dixitque rursus ad Jacob : En tumulus hic, et lapis quem erexi inter me et te,

52. Testis erit : tumulus, inquam, iste et lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te, aut tu præterieris, malum mihi cogitans.

53. Deus Abraham, et Deus Nachor, judicet inter nos, Deus patris eorum. Juravit ergo Jacob per timorem patris sui Isaac :

54. Immolatisque victimis in monte, vocavit fratres suos ut ederent panem. Qui cùm comedissent, manserunt ibi.

55. Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios et filias suas, et benedixit illis : reversusque est in locum suum.

---

48. *Galaad.* Quid significet statim subjungitur, id est, Tumulus testis.

50. *Nullus.* Etiamsi nulli mortalium adsint, interest tamen Deus, quem nihil latet.

51. *Lapis quem erexi.* Hinc contra Mesopotamiam Laban, inde contra Chananæam Jacob ; singuli columellam supra tumuli marginem extremum erexerant, terminos quos ad nocendum neutri malo transgredi animo liceret.

53. *Deus Nachor.* Laban Deo vero falsa numina adjungit, Deo Abrahæ, idola Nachor : Jacob per solum Deum Abrahæ et Isaac jurat.—* *Per timorem.* Vide dicta supra, n. 42.

54. *Immolatisque victimis.* Hostiis pro pace ac fœdere cum socero Laban. — *Vocavit.* Invitavit, epulo excepit. Trita locutio, Job. 1. 4. Matth. 22. 3. Luc. 14. 9.

55. *De nocte.* Diluculo, summo mane. — *In locum suum.* In Haran.

Digitized by Google

CHAPITRE XXXII.

§ I. *Jacob rencontre des anges de Dieu. Il envoie avertir Esaü de sa venue. Celui-ci vient au-devant de lui avec quatre cents hommes.*

L'AN DU MONDE 2265. — AVANT J.-C. 1739.

1. Jacob quoque abiit itinere quo cœperat : fueruntque ei obviàm angeli Dei.

2. Quos cùm vidisset, ait : Castra Dei sunt hæc; et appellavit nomen loci illius Mahanaim, id est Castra.

3. Misit autem et nuntios ante se ad Esau fratrem suum in terram Seir, in regionem Edom :

4. Præcepitque eis, dicens : Sic loquimini domino meo Esau : Hæc dicit frater tuus Jacob : Apud Laban peregrinatus sum, et fui usque in præsentem diem.

1. Jacob continuant son chemin rencontra des anges de Dieu.

2. Et les ayant vus il dit : Voici le camp de Dieu; et il appela ce lieu-là Mahanaïm, c'est-à-dire le camp *des armées du Seigneur.*

3. Il envoya en même temps des gens devant lui pour donner avis de sa venue à son frère Esaü, *qui, par un effet particulier de la providence de Dieu, s'était retiré* en la terre de Seïr, au pays d'Edom, *abandonnant ainsi la terre de Chanaan, que le Seigneur avait destinée à Jacob.*

4. Et il leur donna cet ordre : Voici la manière dont vous parlerez à Esaü mon seigneur : Jacob votre frère vous envoie dire ceci : J'ai demeuré comme étranger chez Laban, et j'y ai été jusqu'aujourd'hui : *j'en reviens assez riche pour ne point vous être à charge.*

CAP. XXXII. 1. *Itinere quo cœperat.* A monte Galaad in Chananæam. — *Angeli Dei.* Comitatus illum fuerat angelus custos Mesopotamiæ cum suis usque ad confinia : nunc in limite Chananææ provinciæ hujus præses ei obviam procedit cum suis inferiorum angelorum cohortibus. Apparuit ergo illi utraque turma instar acierum ordinatarum hinc inde auxilio ejus parata. Diodorus Tharsensis putat angelum Chananææ fuisse sanctum Michaelem principem populi Israel.

2. *Castra Dei.* Cœli legiones ordinatæ, quarum summus imperator Deus Sabaoth, id est, exercituum.

3. *Misit autem.* Dei providentia factum, ut, dum Jacob in Mesopotamia moraretur, Esau, indignatus parentum voluntatem in Jacob propensiorem, Chananæam reliquerit, et montana habitare delegerit, ut sic Jacobi posteris libera cederet Chananææ possessio. — *Nuntios ante se.* Exploraturus quo animo erga se esset Esau.—*In terram Seir.* Hoc nomen, et sequens, *Edom,* per prolepsim posita.

4. *Domino meo.* Non cedit juri suo primogenituræ, etc.; sed utitur blanda compellatione, ut leniat hominis ferociam. — *Frater tuus.* Hebr. habetur, *servus tuus,* ut etiam apud LXX. — *Usque in præsentem diem.* Quasi dicat : Non est cur discessus meus, vel absentia mea tibi sit suspecta : duram tot annis servitutem servivi, quasi exul et mercenarius, misereri te par est, et fratrem domo non arcere.

Digitized by Google

5. J'ai des bœufs, des ânes, des brebis, des serviteurs et des servantes, et j'envoie maintenant vers mon seigneur, afin que je trouve grâce devant lui.

5. Habeo boves, et asinos, et oves, et servos, et ancillas: mittoque nunc legationem ad dominum meum, ut inveniam gratiam in conspectu tuo.

6. Ceux que Jacob avait envoyés revinrent lui dire : Nous avons été vers votre frère Esaü, et le voici qui vient lui-même en grande hâte au-devant de vous avec quatre cents hommes.

6. Reversique sunt nuntii ad Jacob, dicentes : Venimus ad Esau fratrem tuum, et ecce properat tibi in occursum cum quadringentis viris.

7. *A ces mots* Jacob eut une grande peur, *se souvenant de la haine qu'Esaü avait autrefois conçue contre lui :* et dans la frayeur dont il fut saisi, il divisa en deux bandes tous ceux qui étaient avec lui, et les troupeaux, les brebis, les bœufs et les chameaux,

7. Timuit Jacob valde : et perterritus divisit populum qui secum erat, greges quoque et oves et boves, et camelos in duas turmas,

8. En disant : Si Esaü vient attaquer une des troupes, l'autre qui restera sera sauvée.

8. Dicens : Si venerit Esau ad unam turmam, et percusserit eam, alia turma, quæ reliqua est, salvabitur.

§ II. *Jacob effrayé prie le Seigneur de le délivrer des mains d'Esaü. Il envoie des présents à ce frère irrité pour l'adoucir et se le rendre favorable.*

9. Jacob, *ayant pris ces précautions que sa prudence lui suggéra, eut ensuite recours à Dieu, et il lui* dit *avec une entière confiance :* Dieu d'Abraham mon père, Dieu de mon père Isaac, Seigneur, qui m'avez dit : Retournez en votre pays et au lieu de votre naissance, et je vous comblerai de bienfaits :

9. Dixitque Jacob : Deus patris mei Abraham, et Deus patris mei Isaac : Domine, qui dixisti mihi : Revertere in terram tuam, et in locum nativitatis tuæ, et benefaciam tibi :

10. Je suis indigne de toutes vos miséricordes et de la vérité que vous avez gardée dans toutes les promesses que vous avez faites à votre serviteur, *et que*

10. Minor sum cunctis miserationibus tuis, et veritate tuâ quam explevisti servo tuo. In baculo meo transivi Jordanem istum, et

---

5. *Habeo boves.* Non jactat divitias, sed indicat fratri se nec gravem futurum, nec dedecori propter egestatem, nec reditu paternas opes imminuturum.

6. *Reversique.* Nuntiarunt Esau placatum, et amoris honorisque causa obviam venire. — *Cum quadringentis viris.* Vel ad suam ostentandam potentiam, vel ut magis Jacob honoraret, vel ut se securum redderet; nam multos timet is, quem multi timent.

7. *Timuit.* Quia Esau violentus, et quia sciebat Esau existimare se ab Jacob offensum. — *In duas turmas.* Ita ut in singulis pretiosiora quæque ultimo essent loco, ideo secundum turmæ agmen extremum Rachel claudebat, et Joseph.

8. *Salvabitur.* Effugio vel cædis saturitate.

10. *Minor sum cunctis miserationibus.* Nulla vel minima gratia, vel miseratione tua dignus. — *Veritate.* Fide in promissis. — *In baculo meo.* So-

Digitized by Google

nunc cum duabus turmis regredior.

11. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo : ne fortè veniens percutiat matrem cum filiis.

12. Tu locutus es quòd benefaceres mihi, et dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest.

13. Cùmque dormisset ibi nocte illâ, separavit de his quæ habebat, munera Esau fratri suo,

14. Capras ducentas, hircos viginti, oves ducentas, et arietes viginti,

15. Camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, et tauros viginti, asinas viginti, et pullos earum decem.

16. Et misit per manus servorum suorum singulos seorsum greges, dixitque pueris suis : Antecedite me, et sit spatium inter gregem et gregem.

17. Et præcepit priori, dicens : Si obviam habueris fratrem meum Esau, et interrogaverit te, Cujus es? aut, Quò vadis? aut, Cujus sunt ista quæ sequeris?

18. Respondebis : Servi tui Jacob, munera misit domino meo Esau : ipse quoque post nos venit.

19. Similiter dedit mandata secundo, et tertio, et cunctis qui sequebantur greges, dicens : Iisdem

vous avez accomplies avec tant de magnificence et de libéralité; car j'ai passé ce fleuve du Jourdain, n'ayant qu'un bâton, et je retourne maintenant avec ces deux troupes *que vous m'avez données par un effet de votre bonté.*

11. *Conservez-les par la même bonté, et* délivrez-moi *aujourd'hui* de la main de mon frère Esaü, parce que je le crains extrêmement, de peur qu'à son arrivée il ne passe au fil de l'épée la mère avec les enfants.

12. *Souvenez-vous que* vous m'avez promis de me combler de biens et de multiplier ma race comme le sable de la mer, dont la multitude est innombrable.

13. Jacob ayant passé la nuit en ce même lieu, il sépara de tout ce qui était à lui ce qu'il avait destiné pour en faire présent à Esaü son frère ;

14. *Savoir :* deux cents chèvres, vingt boucs, deux cents brebis et vingt béliers,

15. Trente femelles de chameaux avec leurs petits, quarante vaches, vingt taureaux, vingt ânesses et dix ânons.

16. Il envoya séparément chacun de ces troupeaux, qu'il fit conduire par ses serviteurs, et il leur dit : Marchez toujours devant moi, et qu'il y ait de l'espace entre un troupeau et l'autre.

17. Il dit à celui qui marchait le premier : Si vous rencontrez Esaü mon frère, et qu'il vous demande, A qui êtes-vous ? ou bien, Où allez-vous ? ou, A qui sont ces bêtes que vous menez ?

18. Vous lui répondrez : Elles sont à Jacob votre serviteur qui les envoie pour présent à mon seigneur Esaü, et il vient lui-même après nous.

19. Il donna aussi le même ordre au second, au troisième et à tous ceux qui conduisaient les troupeaux, en leur di-

---

lus, scipioni seu pedo innixus. — *Jordanem istum.* Quem ex edito loco a longe conspicio, et te favente cogito transmittere.

11. *Matrem cum filiis.* Adagialis loquendi formula, id est, nulli parcat.

13. *Ibi.* In Mahanaim.

15. *Camelos fœtas.* Quæ recens pepererant, et pullos lactabant.

Digitized by Google

sant : Lorsque vous rencontrerez Esaü, vous lui direz la même chose.

20. Et vous ajouterez : Jacob votre serviteur vient aussi lui-même après nous. Car Jacob disait : Je l'apaiserai par les présents qui vont devant moi ; et ensuite, quand je le verrai, peut-être qu'il me regardera favorablement.

21. Les présents marchèrent donc devant Jacob ; et pour lui, il demeura cette nuit dans son camp.

verbis loquimini ad Esau, cùm inveneritis eum.

20. Et addetis : Ipse quoque servus tuus Jacob iter nostrum insequitur. Dixit enim : Placabo illum muneribus quæ præcedunt, et postea videbo illum, forsitan propitiabitur mihi.

21. Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse verò mansit nocte illâ in castris.

§ III. *Jacob fait passer le gué de Jaboc à tous ses gens ; et étant resté seul, il lutte contre un ange qui change son nom de Jacob en celui d'Israël.*

22. Et s'étant levé de fort bonne heure, il prit ses deux femmes et leurs deux servantes, avec ses onze fils, et passa le gué de Jaboc.

23. Après avoir fait passer tout ce qui était à lui,

24. Il demeura seul *en ce lieu-là*. Et il parut en même temps un *ange sous la figure d'un* homme, qui lutta contre lui jusqu'au matin.

25. Cet *ange qui n'agissait avec Jacob que comme un* homme, voyant qu'il ne pouvait le surmonter, *parce qu'il ne voulait pas employer toute sa force contre lui, lui fit sentir de quoi il eût été capable, s'il eût voulu :* il lui toucha le nerf de la cuisse, qui se sécha aussitôt.

22. Cùmque maturè surrexisset, tulit duas uxores suas, et totidem famulas, cum undecim filiis, et transivit vadum Jaboc.

23. Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant,

24. Mansit solus : et ecce vir luctabatur cum eo usque mane (1).

25. Qui cùm videret quòd eum superare non posset, tetigit nervum femoris ejus, et statim emarcuit.

(1) Bible vengée, note LXX.

---

20. *Forsitan.* Id est, utique ; habet enim particula illa vim continuandi et affirmandi ; Joan. 8. 19 : *Si me sciretis, forsitan et Patrem meum sciretis.*

21. *Nocte illa.* Cujus die præcedente munera miserat, postridie summo mane uxores, liberos, familiam, gregesque traduxit per vadum Jacob.

22. *Vadum Jaboc.* Torrentem seu fluviolum : fuit duobus fere milliaribus ante Jordanem.

24. *Vir luctabatur cum eo.* Hic vir fuit angelus, ut patet Osee 12. 3, hoc cap. n. 30 ; vocatur Deus, quia Deus repræsentabat. Videtur fuisse angelus custos Jacob, et lucta ad eum finem instituta, ut spem Jacob conciperet se cum Esau prospere acturum, illo placato, et officiis superato ; hoc enim est quod ait angelus, n. 28 : *Quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis?* Videtur autem hæc lucta non imaginaria, sed corporea fuisse, quia angelus sibi corpus aptaverat.

25. *Quod eum superare non posset.* Deus concursum suum, et vires resistendi subtraxit angelo, ut a Jacobo teneretur et vinceretur. — *Tetigit.* Percussit, seu læsit, ut Jacob intelligeret se non suis viribus, sed peculiari Dei auxilio prævaluisse angelicæ creaturæ. — *Nervum femoris.* Caput illud ossis femoris, quod in cotylen seu acetabulum inseritur, et cum illa nervo liga-

Digitized by Google

26. Dixitque ad eum : Dimitte me, jam enim ascendit aurora. Respondit : Non dimittam te, nisi benedixeris mihi.

26. Et *en même temps* il lui dit : Laissez-moi aller, car l'aurore commence déjà à paraître. Jacob, *qui reconnut alors que c'était un ange du Seigneur*, lui répondit : Je ne vous laisserai point aller que vous ne m'ayez béni.

27. Ait ergo : Quod nomen est tibi ? Respondit : Jacob.

27. Cet homme lui demanda : Comment vous appelez-vous ? Il lui répondit : Je m'appelle Jacob.

28. At ille : Nequaquam, inquit, Jacob appellabitur nomen tuum, sed Israel : quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines prævalebis (1) !

28. Et le même homme ajouta : On ne vous nommera plus à l'avenir Jacob, mais Israël, *c'est-à-dire puissant, invincible :* car si vous avez été fort contre Dieu, combien le serez-vous davantage contre les hommes !

29. Interrogavit eum Jacob : Dic mihi, quo appellaris nomine. Respondit : Cur quæris nomen meum ? Et benedixit ei in eodem loco.

29. Jacob lui fit ensuite cette demande : Dites-moi, *je vous prie*, comment vous vous appelez. Il lui répondit : Pourquoi demandez-vous mon nom ? Et il le bénit en ce même lieu,

30. Vocavitque Jacob nomen loci illius Phanuel, dicens : Vidi Deum facie ad faciem, et salva facta est anima mea.

30. Jacob donna le nom de Phanuel à ce lieu-là, en disant : J'ai vu Dieu face à face : et *cependant* mon âme a été sauvée ; *je n'en suis pas mort, contre l'opinion commune des hommes, qui croient qu'on ne peut voir Dieu ou son ange sans en mourir.*

31. Ortusque est ei statim sol, postquam transgressus est Pha-

31. Aussitôt qu'il eut passé ce lieu qu'il venait de nommer Phanuel, il vit le soleil

(1) Bible vengée, note LXXI. — Rép. crit., tome II, page 103. — Lettres de quelques Juifs, tome II, page 332.

---

tur, percussum est. — *Emarcuit.* Nimia luxatione et extensione inutilis factus fuit, vel loco motus est.

26. *Ascendit aurora.* Nolebat angelus specie humana a quoquam videri, et mox adfuturi erant famuli Jacob. — *Non dimittam te.* Ita loquitur desiderio benedictionis, quam cum lacrymis petiisse insinuat Oseas, 12. 3.

28. *Israel.* Dicitur שרה אל *Sara el*, id est, *dominatus est Deo ;* quod scilicet prævaluisset contra angelum, qui Deum referebat. — *Contra homines.* Contra Esau et cæteros tibi infensos.

29. *Cur quæris nomen meum ?* Noluit angelus indicare nomen suum, ne posteri Jacob illum adorarent ut Deum ; fuerunt enim Judæi in superstitionem proclives. — *Benedixit ei.* Benedixerat ei facto, cum nomen ejus mutavit ; nunc etiam verbo benedicit, sed qua formula Scriptura non expressit. Fortasse precatus est illi benedictiones Abrahæ et semini ejus promissas.

30. *Phanuel.* Id est, *facies Dei*, vel *visio Dei*, aut *videns Deum.* — *Vidi.* Non tantum vidi angelum in facie corporea, sed cum eo etiam manus conserui et victor evasi. — *Salva facta est anima mea.* Erat enim vetus persuasio eos, qui angelos vidissent, morituros. Vel sensus est : liberatus sum metu fratris ; unde Oseas, cap. 12, habet, *confortatus sum*, certam spem concepi me a fratre non violandum.

31. *Ortusque est statim sol.* Generale hoc in nocturnis visis, ut prima

Digitized by Google

qui se levait; mais il se trouva boiteux d'une jambe.

32. C'est pour cette raison que jusqu'aujourd'hui les enfants d'Israël ne mangent point du nerf *de la cuisse des bêtes, se souvenant de celui* qui fut touché en la cuisse de Jacob et qui demeura sans mouvement.

nuel : ipse verò claudicabat pede.

32. Quam ob causam non comedunt nervum filii Israel, qui emarcuit in femore Jacob, usque in præsentem diem : eò quòd tetigerit nervum femoris ejus, et obstupuerit.

CHAPITRE XXXIII.

1. Jacob aperçoit Esaü et se prépare à le recevoir. Il va au-devant de lui, et lui fait de grandes soumissions. Esaü le reçoit avec amitié, l'embrasse étroitement et accepte ses présents.

L'AN DU MONDE 2256. — AVANT J.-C. 1739.

1. Jacob levant ensuite les yeux vit Esaü qui s'avançait avec quatre cents hommes; et il partagea les enfants de Lia, de Rachel et des deux servantes.

2. Il mit à la tête les deux servantes avec leurs enfants, Lia et ses enfants au second rang, Rachel et Joseph au dernier.

3. Et lui s'avançant, adora Esaü, *et pour lui marquer plus de respect*, se prosterna sept fois en terre, jusqu'à ce que son frère fût proche de lui.

4. Alors Esaü, *dont Dieu avait changé le cœur*, courut au-devant de son frère, l'embrassa, le serra étroitement et le baisa, en versant des larmes *de joie et de tendresse*.

1. Elevans autem Jacob oculos suos, vidit venientem Esau, et cum eo quadringentos viros : divisitque filios Liæ et Rachel, ambarumque famularum.

2. Et posuit ut ramque ancillam, et liberos earum, in principio : Liam verò, et filios ejus, in secundo loco : Rachel autem et Joseph novissimos.

3. Et ipse progrediens adoravit prōnus in terram septies, donec appropinquaret frater ejus.

4. Currens itaque Esau obviàm fratri suo, amplexatus est eum : stringensque collum ejus et osculans flevit.

---

luce appetente evanescant. Sic Anchises apud Virg. lib. 5. Æn. dicebat :

Jamque vale : torquet medios nox humida cursus :
Et me sævus equis Oriens afflavit anhelis.

—*Claudicabat.* Abulensis et alii passim docent Jacob illico ab angelo sanatum, antequam ad Esau perveniret.

32. *Non comedunt.* Jacob et posteri non abstinuerunt se omni nervo, sed isto tantum. Vatablus per nervum intelligit ipsum musculum, qui est propinquus acetabulo, de quo diximus.

CAP. XXXIII. 1. *Divisitque.* Jacob divino quamvis fretus auxilio et promissis alacer fratri occurreret, ita tamen suas uxores et filios disposuit, ut quos maxime diligeret longius a periculo removeret.

3. *Ipse progrediens.* Primam turmam præcedens, ut decebat patremfamilias pro charissimis pignoribus se primum periculo offerre.—*Adoravit.* Genu in terram, et capite submisso, civilem fratri, ut natu majori, honorem exhibuit. — *Septies.* Potest accipi pro, *sæpius;* potest etiam accipi definite.

Digitized by Google

5. Levatisque oculis, vidit mulieres et parvulos earum, et ait : Quid sibi volunt isti? et si ad te pertinent? Respondit : Parvuli sunt, quos donavit mihi Deus servo tuo.

6. Et appropinquantes ancillæ et filii earum, incurvati sunt.

7. Accessit quoque Lia cum pueris suis : et cùm similiter adorassent, extremi Joseph et Rachel adoraverunt.

8. Dixitque Esau : Quænam sunt istæ turmæ, quas obviàm habui? Respondit : Ut invenirem gratiam coram domino meo.

9. At ille ait : Habeo plurima, frater mi, sint tua tibi.

10. Dixitque Jacob : Noli ita, obsecro : sed si inveni gratiam in oculis tuis, accipe munusculum de manibus meis : sic enim vidi faciem tuam, quasi viderim vultum Dei : esto mihi propitius,

11. Et suscipe benedictionem quam attuli tibi, et quam donavit mihi Deus tribuens omnia.

5. Et ayant levé les yeux, il vit les femmes et leurs enfants, et il dit à Jacob : Qui sont ceux-là? sont-ils à vous? Jacob lui répondit : Ce sont les petits enfants que Dieu a donnés à votre serviteur.

6. Et les servantes s'approchant avec leurs enfants, le saluèrent profondément.

7. Lia s'approcha ensuite avec ses enfants, et l'ayant aussi adoré, Joseph et Rachel l'adorèrent les derniers.

8. Alors Esaü lui dit : Quelles sont ces troupes que j'ai rencontrées? Jacob lui répondit : *Ce sont celles que j'ai destinées pour vous les présenter*, afin de trouver grâce devant mon seigneur.

9. Esaü lui répondit : J'ai des biens en abondance, mon frère; gardez pour vous ce qui est à vous.

10. Jacob ajouta : N'en usez pas ainsi, je vous prie; mais si j'ai trouvé grâce devant vous, recevez de ma main ce petit présent : *vous rendrez parfaite la joie que j'ai eue en ce jour*, car j'ai vu *aujourd'hui* votre visage, comme si je voyais le visage de Dieu; *j'ai été ravi de vous voir plein de douceur et de bonté pour moi*; soyez-moi *donc* favorable *encore en ce point*,

11. Et recevez ce présent que je vous ai offert, et que j'ai reçu de Dieu qui donne toutes choses. Esaü, après ces ins-

---

5. *Quid sibi volunt?* Quæ causa ut tali ordine me excipiant? suntne tui?

8. *Quænam sunt istæ turmæ?* Primæ gregum dono missorum. Audierat a pastoribus, sed iterum rogat, ut occasionem habeat ex fratris responso non acceptandi munus. — *Ut invenirem gratiam.* Observantiæ meæ contestandæ gratia, misi munusculum, ut digneris mihi benevolus esse, et præteritorum oblivionem animo admittere.

9. *Sint tua tibi.* Nec his egeo, nec opus tibi ad veniam obtinendam; nam placatus sum.

10. *Noli ita.* Abnuere quæ offero. — *Si inveni gratiam in oculis tuis.* Si bona fide mihi reconciliatus es, et ex animo condonas. — *Munusculum.* Vox hebræa מִנְחָה *mincha*, significat proprie munus, quod vel Deo, vel homini superiori, ad contestandam eorum excellentiam, et offerentis subjectionem offertur. — *Quasi viderim vultum Dei.* Visus est mihi vultus tuus inclytus, augustus, veneratione dignus, et quædam imago Dei. * Non est adulatio, sed hyperbole, qua se mirifice recreatum significat. — *Esto mihi propitius.* Censebo te mihi bene velle, et propitium mihi esse, si a me oblata non repudies.

11. *Benedictionem.* Munus de benedictione, qua Deus mihi benedixit : particulam bonorum, quibus me Dominus cumulavit.

Digitized by Google

tances de son frère, reçut avec peine ce qu'il lui donnait,

12. Et *il lui* dit : Allons ensemble, et je vous accompagnerai dans votre chemin.

Vix, fratre compellente, suscipiens,

12. Ait : Gradiamur simul, eroque socius itineris tui.

§ II. *Jacob s'excuse de suivre Esaü sur la faiblesse de ses troupeaux. Il le remercie de l'escorte qu'il veut lui donner. Il le prie de lui accorder seulement son amitié, et ils se séparent en bonne intelligence. Esaü retourne en Seïr, et Jacob s'établit près de Salem. Il y dresse un autel au Seigneur.*

13. Jacob lui répondit : Vous savez, mon seigneur, que j'ai avec moi des enfants fort petits, et des brebis et des vaches pleines; que si je les lasse en les faisant marcher trop vite, tous mes troupeaux mourront en un même jour.

14. Que mon seigneur marche donc devant son serviteur, et je le suivrai tout doucement, selon que je verrai que mes petits le pourront faire, jusqu'à ce que j'arrive chez mon seigneur en Seïr.

15. Esaü lui dit : Je vous prie qu'il demeure au moins quelques-uns des gens que j'ai avec moi pour vous accompagner dans votre chemin. Jacob lui répondit : Cela n'est pas nécessaire ; je n'ai besoin, mon seigneur, que d'une seule chose, qui est de trouver grâce devant vous.

16. Esaü s'en retourna donc le même jour en Seïr par le même chemin qu'il était venu.

17. Et Jacob, *au lieu d'aller en Seïr, comme il l'avait promis à son frère Esaü,* vint à Socoth, où ayant bâti une maison *pour lui*, et dressé ses tentes *pour ses troupeaux*, il appela ce lieu-là Socoth, qui veut dire les tentes.

18. Il passa ensuite jusqu'à Salem, qui est une ville des Sichimites dans le pays de Chanaan, et il demeura près de cette ville depuis son retour de Mésopotamie qui est en Syrie.

13. Dixitque Jacob : Nosti, domine mi, quòd parvulos habeam teneros, et oves, et boves fœtas, mecum : quas si plus in ambulando fecero laborare, morientur unâ die cuncti greges.

14. Præcedat dominus meus ante servum suum : et ego sequar paulatim vestigia ejus, sicut videro parvulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir.

15. Respondit Esau : Oro te, ut de populo qui mecum est, saltem socii remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse : hoc uno tantùm indigeo, ut inveniam gratiam in conspectu tuo, domine mi.

16. Reversus est itaque illo die Esau itinere quo venerat in Seir.

17. Et Jacob venit in Socoth : ubi ædificatâ domo et fixis tentoriis, appellavit nomen loci illius Socoth, id est, tabernacula.

18. Transivitque in Salem urbem Sichimorum, quæ est in terra Chanaan, postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ : et habitavit juxta oppidum.

---

12. *Gradiamur simul.* In terram meam Seir.

13. *Nosti.* Causam reddit veram et idoneam, ne simul gradiantur.—*Fœtas.* Hoc est, lactantes.— *Cuncti greges.* Multi, plerique; est hyperbole.

14. *Ad dominum meum in Seir.* Ita nunc proponebat Jacob; sed postea mentem mutavit, Esau veritus ingenium.

15. *De populo.* De comitibus, aut militibus meis.

17. *In Socoth.* Quæ ita postea dicta est a tentoriis Jacob. — *Ædificata domo.* Tugurio seu magali.

18. *Salem.* Nomen urbis, quæ etiam Sichem et Sichar est dicta, Joan. 4. 5. — *Habitavit juxta oppidum.* Ante Salem tentoria sua defixit, et habitationem castrorum vallo circumdedit.

Digitized by Google

19. Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula, à filiis Hemor patris Sichem, centum agnis.

20. Et erecto ibi altari, invocavit super illud fortissimum Deum Israel.

19. Il acheta une partie du champ dans lequel il avait dressé ses tentes, et en paya cent agneaux aux enfants d'Hémor, père de Sichem.

20. Et ayant dressé là un autel, il invoqua le Dieu très-fort, *le Dieu* d'Israël.

CHAPITRE XXXIV.

§ 1. *Dina, fille de Jacob, est enlevée et violée par Sichem, fils d'Hémor. Ce prince, fortement attaché à cette fille, la demande en mariage à ses parents, et promet tout pour l'obtenir* (1).

L'AN DU MONDE 2273. — AVANT J.-C. 1731.

1. Egressa est autem Dina filia Liæ ut videret mulieres regionis illius.

2. Quam cùm vidisset Sichem, filius Hemor Hevæi, princeps terræ illius, adamavit eam : et rapuit, et dormivit cum illa, vi opprimens virginem.

3. Et conglutinata est anima ejus cum ea, tristèmque delinivit blanditiis.

4. Et pergens ad Hemor patrem suum : Accipe, inquit, mihi puellam hanc conjugem.

5. Quod cùm audisset Jacob, absentibus filiis, et in pastu pe-

1. Alors Dina, fille de Lia, sortit pour voir les femmes de ce pays-là : *elle avait environ quinze ans.*

2. Et Sichem, fils d'Hémor Hévéen, prince du pays, l'ayant vue, conçut un grand amour pour elle, l'enleva, et dormit avec elle par force et par violence.

3. Son cœur demeura fortement attaché à cette fille ; et la voyant triste, il tâcha de la gagner par ses caresses.

4. Il alla ensuite trouver Hémor son père, et lui dit : Faites-moi épouser cette fille.

5. Jacob ayant été averti de cette violence, lorsque ses enfants étaient absents

(1) Bible vengée, note LXXII.

---

19. *Emitque.* Modum agri non ita magnum, eo quod Sichimitæ non alia lege permittebant eum in suis finibus habitare, nisi quid proprium possideret. — *A filiis Hemor.* Hemor fuit princeps Sichimorum; ejus subditi hic vocantur filii, quia princeps patriæ pater esse debet. *Centum agnis.* Vel permutatione centum agnorum, vel pretio agnorum dato, vel centum nummis, quibus agni figura esset impressa; nam Act. 7. 16, dicitur emisse pretio argenti.

20. *Fortissimum Deum Israel.* Videtur aliquibus inscriptio aræ addita in hæc verba concepta : *Ara Dei fortis Israel.*

CAP. XXXIV. 1. *Dina.* Filia Jacob ex Lia, tum annorum forte quindecim. — *Ut videret mulieres.* Hebr. *filias :* puta virgines æquales suas.—*Regionis.* Tunc festum fuisse ait Josephus, ad quod convenerant.

2. *Filius Hemor Hevæi.* De stirpe Hevæi, filii Chanaan, nepotis Cham, Gen. 10. 17. — *Princeps terræ.* Filius principis terræ.

3. *Conglutinata est anima ejus.* Impotenter eam amavit. — *Delinivit blanditiis.* Hebr. *locutus est ad cor puellæ.* Loqui ad cor, est verba grata et consolatoria dicere.

5. *Quod cum audisset.* A comitibus Dinæ, qui effugerant. — *Si-*

Digitized by Google

et occupés à la conduite de leurs troupeaux, il ne parla de rien jusqu'à ce qu'ils fussent revenus.

6. Cependant Hémor, père de Sichem, vint pour lui parler.

7. En même temps les enfants de Jacob revinrent des champs, et ayant appris ce qui était arrivé *à leur sœur*, ils entrèrent en une grande colère, à cause de l'action si honteuse que cet homme avait commise contre *la maison d'*Israël, en violant et traitant si outrageusement la fille de Jacob.

8. Hémor leur parla donc, et leur dit : Le cœur de mon fils Sichem est fortement attaché à votre fille; donnez-la-lui *donc*, afin qu'il l'épouse.

9. Allions-nous réciproquement les uns avec les autres; donnez-nous vos filles en mariage, et prenez aussi les nôtres.

10. Habitez avec nous : la terre est en votre puissance : cultivez-la, trafiquez-y, et la possédez.

11. Sichem dit aussi au père et aux frères de la fille : Que je trouve grâce devant vous, et je vous donnerai tout ce que vous désirerez.

12. Faites monter ses droits aussi haut que vous voudrez; demandez des présents, et je vous donnerai de tout mon cœur ce que vous voudrez; donnez-moi seulement cette fille, afin que je l'épouse.

corum occupatis, siluit donec redirent.

6. Egresso autem Hemor patre Sichem, ut loqueretur ad Jacob.

7. Ecce filii ejus veniebant de agro : auditoque quod acciderat, irati sunt valde, eò quòd fœdam rem operatus esset in Israel, et, violatâ filiâ Jacob, rem illicitam perpetrasset.

8. Locutus est itaque Hemor ad eos : Sichem filii mei adhæsit anima filiæ vestræ : date eam illi uxorem :

9. Et jungamus vicissim connubia : filias vestras tradite nobis, et filias nostras accipite.

10. Et habitate nobiscum : terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, et possidete eam.

11. Sed et Sichem ad patrem et ad fratres ejus ait : Inveniam gratiam coram vobis : et quæcumque statueritis, dabo :

12. Augete dotem, et munera postulate, et libenter tribuam quod petieritis : tantùm date mihi puellam hanc uxorem.

§ II. *Les enfants de Jacob demandent à Sichem qu'il se fasse circoncire, lui et tous les mâles qui sont dans sa ville, pour faire alliance ensemble, et s'unir par des mariages réciproques. Ce prince en fait la proposition à son peuple qui l'accepte, et tous se font circoncire.*

13. Les enfants de Jacob, transportés de colère, à cause de l'outrage fait à leur

13. Responderunt filii Jacob Sichem et patri ejus in dolo, sæ-

---

luit. Dissimulavit quod corrigere non poterat, Deo totum permittens.

6. *Hemor patre Sichem.* Indulget filio, quem debebat corripere. — *Ut loqueretur ad Jacob.* De futuris nuptiis.

7. *In Israel.* Contra Israel patrem Dinæ.

8. *Adhæsit anima.* Deperit filiam vestram.

10. *Terra in potestate vestra.* Habitate eam, et colite arbitratu vestro.

11. *Inveniam gratiam coram vobis.* Annuite precibus meis.—*Quæcumque statueritis, dabo.* In compensationem injuriæ, et donationem propter nuptias.

12. *Augete dotem.* Uxorem de more comparabo; sed vos, quod vultis, pretium statuite. — *Munera postulate.* Etiam amplissima vobis dari, ut mos sponsæ fratribus dare.

13. *In dolo.* Fraudulenter; non enim sic illos intendebant ad Dei cultum

Digitized by Google

vientes ob stuprum sororis :

14. Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircumciso : quod illicitum et nefarium est apud nos.

15. Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostrî, et circumcidatur in vobis omne masculini sexûs.

16. Tunc dabimus et accipiemus mutuò filias vestras ac nostras : et habitabimus vobiscum, erimusque unus populus :

17. Si autem circumcidi nolueritis, tollemus filiam nostram, et recedemus.

18. Placuit oblatio eorum Hemor, et Sichem filio ejus :

19. Nec distulit adolescens quin statim quod petebatur expleret : amabat enim puellam valde, et ipse erat inclytus in omni domo patris sui.

20. Ingressique portam urbis, locuti sunt ad populum :

21. Viri isti pacifici sunt, et volunt habitare nobiscum : negotientur in terra, et exerceant eam, quæ spatiosa et lata cultoribus indiget : filias eorum accipie-

sœur, répondirent frauduleusement à Sichem et à son père ; *car quoiqu'il n'y eût point de loi parmi eux qui leur défendît de s'allier avec des incirconcis, ils leur dirent :*

14. Nous ne pouvons faire ce que vous demandez, ni donner notre sœur à un homme incirconcis ; ce qui est une chose défendue et abominable parmi nous.

15. Mais nous pourrons bien faire alliance avec vous, pourvu que vous vouliez devenir semblable à nous, et que tous les mâles qui sont parmi vous soient circoncis.

16. Nous vous donnerons alors nos filles en mariage, et nous prendrons les vôtres ; nous demeurerons avec vous, et nous ne serons plus qu'un peuple.

17. Que si vous ne voulez point être circoncis, nous reprendrons notre fille, et nous nous retirerons.

18. Cette offre plut à Hémor et à Sichem son fils ;

19. Et ce jeune homme ne différa pas davantage à exécuter ce qu'on lui avait proposé, parce qu'il aimait cette fille avec passion. Or il était le plus considéré dans la maison de son père.

20. *Hémor et Sichem*, étant donc entrés dans l'assemblée qui se tenait à la porte de la ville, ils parlèrent ainsi au peuple :

21. Ces personnes sont des gens paisibles, qui veulent habiter avec nous ; permettons-leur de trafiquer dans cette terre et de la labourer : étant spacieuse et étendue comme elle est, et ayant be-

---

allicere, sed vulneris dolore ægros opprimere. Jacob doli fuit ignarus.

14. *Non possumus.* Jacob filiis permisit ut responderent quod ipsis videretur : illa capita contulerunt, et dolum meditati, crudelitati pietatem prætexunt.

15. *In hoc valebimus.* Ita demum licebit mutuis jungi connubiis.—*Similes nostri.* Ritum eumdem circumcisionis usurpantes.

17. *Tollemus.* Discedentes dehonestatam adducemus, vos Deo puniendos relinquentes.

18. *Hemor et Sichem.* Hemor, qui spe lucri movebatur, et volebat filio complacere : Sichem, cui præ amore nihil difficile.

19. *Inclytus.* Totius familiæ honoratissimus.

20. *Portam.* Ubi prætorium erat, et judicia, conditionesque fiebant, et forum venalitium.

21. *Pacifici.* Triplex ad persuadendum ratio adhibetur : 1. necessitas communis terræ colendæ et inhabitandæ ; 2. voluptas conjugiorum ductis mulie-

Digitized by Google

soin de gens qui s'appliquent à la cultiver, *cela nous sera très-avantageux :* nous prendrons leurs filles en mariage, et nous leur donnerons les nôtres.

22. Il n'y a qu'une chose qui pourrait différer un si grand bien, qui est qu'auparavant nous devons circoncire tous les mâles parmi nous, pour nous conformer à la coutume de ce peuple.

23. Et après cela, leurs biens, leurs troupeaux et tout ce qu'ils possèdent sera à nous; donnons-leur seulement cette satisfaction, et nous demeurerons ensemble pour ne faire plus qu'un même peuple.

24. Ils s'accordèrent tous à cette proposition, et tous les mâles furent circoncis.

mus uxores, et nostras illis dabimus.

22. Unum est, quo differtur tantum bonum : Si circumcidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes.

23. Et substantia eorum, et pecora, et cuncta quæ possident, nostra erunt : tantùm in hoc acquiescamus, et habitantes simul, unum efficiemus populum.

24. Assensique sunt omnes, circumcisis cunctis maribus.

§ III. *Siméon et Lévi égorgent tous les Sichimites le troisième jour après leur circoncision; les autres enfants de Jacob pillent la ville, et emmènent les femmes captives avec leurs enfants. Jacob désapprouve cette action qui le rendait odieux à tous les peuples voisins.*

25. Mais le troisième jour d'après, lorsque la douleur des plaies *de la circoncision* est plus violente, deux des enfants de Jacob, Siméon et Lévi, qui étaient frères *utérins* de Dina, entrèrent hardiment dans la ville, l'épée à la main, tuèrent tous les mâles,

25. Et ecce, die tertio, quando gravissimus vulnerum dolor est : arreptis, duo filii Jacob, Simeon et Levi fratres Dinæ, gladiis, ingressi sunt urbem confidenter : interfectisque omnibus masculis,

---

ribus ex Mesopotamia, quæ Chananæis pulchriores; 3. lucrum, quia particeps futuri opum Jacob.

23. *Nostra erunt.* Non proprietate, sed commercio et communicatione civili.

25. *Quando gravissimus vulnerum dolor.* Quod verum esse confirmat Hippocrates lib. de Fracturis. Vide Valesium, sacræ Philosophiæ cap. 12.— *Duo filii.* Non sine suorum comitatu. Tunc Simeon viginti unius, Levi viginti annorum erat. — *Confidenter.* Ut in oppressos dolore, et nihil tale suspicantes. — *Interfectisque omnibus masculis.* Multiplex in hoc facinore peccatum. Mendacium, perfidia, erga parentem inobedientia, quem ista non probaturum satis intelligebant; injustitia belli, cum penes illos summa potestas non esset, sed penes parentem Israel; sacrilegium, quod circumcisionis sacra ceremonia ad injustam cædem abusi; crudelitas, quod ultra modum sævierint; temeritas, quod Jacob et totam familiam in magnum discrimen adduxerint, irritatis Chaldæorum populis. Quod si in libro Judith, 9. 2, laudari videtur hoc factum, justitia tantum Dei laudatur, quo Sichimitarum impuritas et violentia vindicata est; Deusque dicitur gladium Simeoni dedisse, ad eum modum, quo datus est postea Chananæis et Assyriis, ut divinæ justitiæ administri essent ad punienda peccata, sceleris ipsi interim non immunes.

Digitized by Google

26. Hemor et Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam.

27. Quibus egressis, irruerunt super occisos cæteri filii Jacob, et depopulati sunt urbem in ultionem stupri,

28. Oves eorum, et armenta, et asinos, cunctaque vastantes quæ in domibus et in agris erant,

29. Parvulos quoque eorum et uxores duxerunt captivas.

30. Quibus patratis audacter, Jacob dixit ad Simeon et Levi : Turbastis me, et odiosum fecistis me Chananæis et Pheresæis habitatoribus terræ hujus; nos pauci sumus; illi congregati percutient me, et delebor ego, et domus mea.

31. Responderunt : Numquid ut scorto abuti debuêre sorore nostrâ?

26. Et entre autres, Hémor et Sichem; et ensuite ils emmenèrent de la maison de Sichem leur sœur Dina.

27. Après qu'ils furent sortis, les autres enfants de Jacob se jetèrent sur les morts, pillèrent toute la ville, pour venger l'outrage fait à leur sœur,

28. Prirent les brebis, les bœufs et les ânes des habitants, ruinèrent tout ce qui était dans les maisons et dans les champs,

29. Et emmenèrent leurs femmes captives avec leurs petits enfants.

30. Après cette exécution si violente, Jacob dit à Siméon et à Levi : Vous m'avez mis tout en désordre, et vous m'avez rendu odieux aux Chananéens et aux Phérézéens qui habitent en ce pays. Nous ne sommes que peu de monde, et ils s'assembleront tous pour m'attaquer, et ils me perdront avec toute ma maison.

31. Ses enfants lui répondirent : Devaient-ils *demeurer impunis, eux qui ont vu tranquillement leur prince* abuser de notre sœur, comme d'une prostituée?

CHAPITRE XXXV.

I. ***Dieu ordonne à Jacob d'aller à Béthel et d'y dresser un autel. Jacob purifie ceux de sa maison, et enterre toutes les idoles qu'il trouve parmi eux. Mort de Débora.***

LA MÊME ANNÉE 2273.

1. Interea locutus est Deus ad Jacob : Surge, et ascende Bethel, et habita ibi, facque altare Deo, qui apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum.

1. Cependant Dieu parla à Jacob, et lui dit : Allez promptement à Béthel; demeurez-y, et y dressez un autel à Dieu, qui vous apparut lorsque vous fuyiez Esaü votre frère.

---

26. ***Tollentes de domo Sichem.*** Ubi a die stupri mansit.

27. ***Depopulati.*** Diripuerunt quæ placebant, cætera vero perdiderunt.

29. ***Captivas.*** Cum cædes et deprædatio fuerint injustæ, credendus Jacob, ubi rescivit et potuit, captivos omnes liberos dimisisse, et quæ supererant bona restituisse.

30. ***Turbastis.*** Metu et angore. — ***Odiosum fecistis.*** Hebr. ***me fœtere fecistis.*** — ***Chananæis et Pherezæis.*** Qui sunt Hevæis vicini.

31. ***Numquid in scorto.*** Iratorum frivola excusatio.

CAP. XXXV. 1. ***Interea.*** Dum Jacob accolarum incursum pavet, Deus illius metum discutit, et consolatur. — ***Facque altare.*** Ut promisisti, cum lapidem erigeres. — ***Deo, qui apparuit tibi.*** Mihi, qui apparui. Loquitur de alio in tertia persona. Sic Num. 12. 6, dicitur ***Propheta Domini,*** hoc est meus.

Digitized by Google

2. Alors Jacob ayant assemblé tous ceux de sa maison, leur dit : Jetez loin de vous les dieux étrangers qui sont au milieu de vous, *tant ceux que vous avez apportés de Mésopotamie, que ceux que vous avez enlevés de la ville de Sichem;* purifiez-vous, et changez de vêtements.

3. Venez, allons à Béthel, pour y dresser un autel à Dieu, qui m'a exaucé au jour de mon affliction, et qui m'a accompagné pendant mon voyage.

4. Ils lui donnèrent donc tous les dieux étrangers qu'ils avaient, et les pendants d'oreilles qui y étaient, et Jacob les cacha en terre sous un térébinthe qui est derrière la ville de Sichem.

5. S'étant mis alors en chemin, Dieu frappa de terreur toutes les villes voisines, et ils n'osèrent les poursuivre dans leur retraite.

6. Ainsi Jacob et tout le peuple qui était avec lui vint à Luza, surnommé Béthel, qui est dans le pays de Chanaan.

7. Il y bâtit un autel, et nomma ce lieu la Maison de Dieu, parce que Dieu lui avait apparu en ce lieu-là lorsqu'il fuyait Esaü son frère.

8. En ce même temps Débora, nourrice de Rebecca, mourut, et fut enterrée sous

2. Jacob verò convocatâ omni domo suâ, ait : Abjicite deos alienos qui in medio vestri sunt, et mundamini, ac mutate vestimenta vestra (1).

3. Surgite, et ascendamus in Bethel, ut faciamus ibi altare Deo : qui exaudivit me in die tribulationis meæ, et socius fuit itineris mei.

4. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, et inaures quæ erant in auribus eorum : at ille infodit ea subter terebinthum, quæ est post urbem Sichem.

5. Cùmque profecti essent, terror Dei invasit omnes per circuitum civitates, et non sunt ausi persequi recedentes.

6. Venit igitur Jacob Luzam, quæ est in terra Chanaan, cognomento Bethel : ipse et omnis populus cum eo.

7. Ædificavitque ibi altare, et appellavit nomen loci illius, Domus Dei : ibi enim apparuit ei Deus cùm fugeret fratrem suum.

8. Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, et sepulta

(1) Bible vengée, note LXXIII.

---

2. *Deos alienos.* Quia forte tunc audiverat Rachelem furatam idola Laban, aut etiam aliquid adhæserat aliquibus de præda Sichimorum, idolum scilicet aliquod aureum, vel argenteum. — *Mutate vestimenta.* Exuite sordida, induite munda, ut hoc cultu externo munditiam animi profiteamini.

3. *Socius fuit.* Itu in Mesopotamiam, et reditu in Chanaan.

4. *Inaures.* Quæ idolorum auribus appendi solebant, vel in quibus idololatræ deorum suorum imagines sculpebant. — *Infodit.* Prius confracta ac liquefacta; sicut fecere Moses et Ezechias, Exod. 32. 20, IV. Reg. 18. 4. Potuisset materiam in usum sacrum convertere; sed noluit, ne quod vestigium superesset profani cultus. — *Subter terebinthum.* Vox hebræa terebinthum et quercum significat. Masius, Jos. c. ultimo, n. 26, putat hanc esse terebinthum, seu quercum More juxta quam Abraham primo aram Deo erexit, Gen. 12. 7.

5. *Terror Dei.* Ingens et a Deo missus, ne auderent insequi discedentem.

6. *Quæ est in terra Chanaan.* Ad differentiam alterius, Jud. 1. 26. — *Omnis populus.* Numerosa ejus familia.

7. *Appellavit.* Prius inditam appellationem, supra, c. 28. 19, confirmavit.

8. *Debora.* Fuit hæc nutrix Rebeccæ matris Jacob, quæ cum ea ex Harau venit in Chananæam ad Isaac. Tradunt Hebræi hanc Deboram a Rebecca remissam in Haran, ut inde revocaret Jacob, ac in itinere, dum cum Jacobo

Digitized by Google

est ad radices Bethel subter quercum : vocatumque est nomen loci illius, Quercus fletûs.

un chêne, au pied *de la montagne* de Béthel ; et ce lieu fut nommé le Chêne des pleurs, *parce qu'on y avait pleuré cette mort.*

§ II. *Dieu apparaît de nouveau à Jacob, et change son nom en celui d'Israël. Il lui renouvelle les promesses qu'il lui avait faites. Naissance de Benjamin. Mort de Rachel.*

L'AN DU MONDE 2274. — AVANT J.-C. 1730.

9. Apparuit autem iterum Deus Jacob postquam reversus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitque ei,

10. Dicens : Non vocaberis ultra Jacob, sed Israel erit nomen tuum. Et appellavit eum Israel (1),

11. Dixitque ei : Ego Deus omnipotens, cresce et multiplicare : gentes et populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur.

12. Terramque quam dedi Abraham et Isaac, dabo tibi et semini tuo post te.

13. Et recessit ab eo.

14. Ille verò erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus : libans super eum libamina, et effundens oleum :

15. Vocansque nomen loci illius Bethel.

16. Egressus autem inde, venit verno tempore ad terram quæ du-

9. Or Dieu apparut encore à Jacob depuis son retour de Mésopotamie qui est en Syrie, et il le bénit,

10. Et lui dit : Vous ne serez plus nommé Jacob, mais Israël sera votre nom. Et Dieu le nomma Israël.

11. Il lui dit encore : Je suis le Dieu tout-puissant; croissez et multipliez-vous : vous serez le chef de plusieurs nations et d'une multitude de peuples, et des rois sortiront de vous.

12. Je vous donnerai, et à votre race après vous, la terre que j'ai donnée à Abraham et à Isaac,

13. Dieu se retira ensuite, *c'est-à-dire qu'il disparut à ses yeux.*

14. Et Jacob dressa un monument de pierre au même lieu où Dieu lui avait parlé ; il offrit du vin dessus, et y répandit de l'huile :

15. Et il appela ce lieu Béthel.

16. Après qu'il fut parti de ce lieu-là, il vint au printemps sur le chemin qui

(1) Rép. crit., tome I, page 68.

---

redit, mortuam esse, ut hic dicitur.' — *Ad radices Bethel.* Ad imum montis, in quo Bethel. — *Quercus fletus.* Sic vocata propter planctum quem ibi fecit familia Jacob.

9. *Apparuit autem.* Proxime apparuerat, quando jussit eum in Bethel ascendere : nunc rursus apparet postquam eo pervenerat. — *Benedixitque.* Cum nominis novi confirmatione, gratiæ donis et virtutibus animum adauxit.

10. *Non vocaberis ultra.* Non amplius solo nomine Jacob, sed etiam novo Israel appellaberis.

11. *Omnipotens.* Ut scias præstare me posse, quæ promisi. — *Cresce et multiplicare.* Cresces et multiplicaberis. — *Gentes et populi nationum.* Tribus Israel, numero, gentibus et nationibus pares.

12. *Dabo tibi et semini tuo.* Tibi dabo, quia semini tuo dabo.

14. *Titulum.* Qui simul esset titulus, id est, monumentum hujus apparitionis, et promissionis divinæ, et simul esset altare, unde super eum Jacob sacrificat, et libat, id est, effundit in honorem Dei libamina, vinum scilicet.

16. *Verno tempore.* Hebræa est כברת *chibrath,* quod deducitur a radice

Digitized by Google

mène à Ephrata, où Rachel étant en travail,

17. Et ayant grande peine à accoucher, elle se trouva en péril de sa vie. La sage-femme lui dit : Ne craignez point, car vous aurez encore ce fils-ci.

18. Mais Rachel, qui sentit que la violence de la douleur la faisait mourir, étant près d'expirer, nomma son fils Bénoni, c'est-a-dire le fils de ma douleur ; et le père le nomma Benjamin, c'est-à-dire le fils de la droite, *le bien-aimé*.

19. Rachel mourut donc, et elle fut ensevelie dans le chemin qui conduit à la ville d'Ephrata, appelée *depuis* Bethléem.

20. Jacob dressa un monument *de pierre* sur son sépulcre ; et c'est ce monument de Rachel que l'on voit encore aujourd'hui.

cit Ephratam : in qua cùm parturiret Rachel,

17. Ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obstetrix : Noli timere, quia et hunc habebis filium.

18. Egrediente autem anima præ dolore, et imminente jam morte, vocavit nomen filii sui Benoni, id est, filius doloris mei : pater vero appellavit eum Benjamin, id est, filius dextræ.

19. Mortua est ergo Rachel, et sepulta est in via quæ ducit Ephratam, hæc est Bethleem (1).

20. Erexitque Jacob titulum super sepulcrum ejus. Hic est titulus monumenti Rachel, usque in præsentem diem.

§ III. *Inceste de Ruben. Dénombrement des enfants de Jacob. Mort d'Isaac.*

L'AN DU MONDE 2288. — AVANT J.-C. 1716.

21. Après qu'il fut sorti de ce lieu, il dressa sa tente au delà de la Tour du troupeau.

22. Et lorsqu'il demeurait en ce lieu-là, Ruben dormit avec Bala, qui était femme de son père, et cette action ne put lui être cachée ; *aussi la punit-il par la malédiction qu'il donna à ce fils incestueux.* Or Jacob avait douze fils.

21. Egressus inde, fixit tabernaculum trans Turrem gregis.

22. Cumque habitaret in illa regione, abiit Ruben, et dormivit cum Bala, concubina patris sui : quod illum minime latuit. Erant autem filii Jacob duodecim.

(1) Bible vengée, note LXXIV.

בדרת *bara*, quæ cibare significat, addito caph servili, quod *secundum*, vel *juxta* significat, quasi dicat : Juxta tempus quo terra cibum et segetem effert, quod sanctus Hieronymus aliquando vertit, *tempus viridationis*.

18. *Benjamin*. Rachel moriens vocavit filium *Benoni*, id est, filium doloris; sed pater illum appellat, *Benjamin*, id est, *filium dextræ;* ut enim ostenderet se forti animo hunc casum ferre, nomen auspicatius indidit et filium dextræ nominavit, quia robur præcipuum in dextra. Vocatus etiam est filius dextræ, quia fuit patri charissimus, utpote natu minimus, et in senectute genitus.

19. *Via quæ ducit*. Inter Jerusalem et Bethleem.

20. *Titulum*.* Columellam, pyramidem perelegantem fuisse ait Brochardus.

21. *Trans Turrem gregis*. Turris *Eder*, id est, gregis, mille tantum passibus distat a Bethleem : juxta hanc turrem multi docent angelum apparuisse pastoribus nocte nativitatis Christi.

22. *Dormivit cum Bala*. Hinc Jacob spoliavit Ruben sua primogenitura, eique moriens maledixit, Genes. 49. 4; Balam autem deinceps Jacob non attigit, utpote hoc incestu pollutam, sicuti David abstinuit concubinis, quas Absalon incestaverat. II. Reg. 16. 22.

Digitized by Google

23. Filii Liæ : primogenitus Ruben, et Simeon, et Levi, et Judas, et Issachar, et Zabulon.

24. Filii Rachel : Joseph et Benjamin.

25. Filii Balæ ancillæ Rachelis : Dan et Nephthali.

26. Filii Zelphæ ancillæ Liæ : Gad et Aser : hi sunt filii Jacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.

27. Venit etiam ad Isaac patrem suum in Mambre, civitatem Arbee, hæc est Hebron, in qua peregrinatus est Abraham et Isaac.

28. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum.

29. Consumptusque ætate mortuus est : et appositus est populo suo senex et plenus dierum : et sepelierunt eum Esau et Jacob filii sui.

23. Les fils de Lia *étaient* Ruben, l'aîné de tous, Siméon, Lévi, Juda, Issachar, et Zabulon.

24. Les fils de Rachel *sont* Joseph et Benjamin.

25. Les fils de Bala, servante de Rachel, Dan et Nephthali.

26. Les fils de Zelpha, servante de Lia, Gadet Aser. Ce sont là les fils de Jacob, qu'il eut en Mésopotamie qui est en Syrie, *excepté Benjamin, qu'il eut depuis.*

27. Jacob vint ensuite trouver Isaac son père *en la plaine* de Mambré, à la ville d'Arbée, appelée *depuis* Hébron, où Abraham et Isaac avaient demeuré comme étrangers.

28. Isaac avait alors cent quatre-vingts ans accomplis.

29. Et ses forces étant épuisées par son grand âge, il mourut. Ayant donc achevé sa carrière dans une extrême vieillesse, il fut réuni à son peuple ; et ses enfants Esaü et Jacob, *s'étant trouvés chez lui*, l'ensevelirent *avec honneur.*

CHAPITRE XXXVI.

§ I. ***Dénombrement des enfants d'Esaü nés au pays de Chanaan. Il quitte le pays, le laisse à Jacob, et se retire sur la montagne de Séir.***

1. Hæ sunt autem generationes Esau, ipse est Edom.

2. Esau accepit uxores de filiabus Chanaan : Ada filiam Elon

1. Voici le dénombrement des enfants d'Esaü, appelé *aussi* Edom.

2. Esaü épousa des femmes d'entre les filles de Chanaan : Ada, fille d'Elon Hé-

---

26. ***Nati sunt ei in Mesopotamia.*** Fere omnes; nam Benjamin natus juxta Bethleem.

27. ***Civitatem Arbee.*** In Cariath-Arbe, sive Hebron. — ***Peregrinatus.*** Sine fixo domicilio.

29. ***Consumptusque ætate.*** Deficiente calore naturali, et exarescente humido radicali, quod calorem naturalem pascit et conservat, sicut flamma lucernæ pascitur oleo. — ***Appositus est populo suo.*** Patribus in limbo. Vide dicta supra, cap. 25, n. 8. * Vel simpliciter significatur transivisse a statu viventium ad statum mortuorum; cum non minus de impiis quam de piis dicat Scriptura appositos vel congregatos ad populum suum. — ***Plenus dierum.*** Satur vitæ. — ***Sepelierunt.*** Apud Rebeccam, quæ prius obierat.—***Esau et Jacob.*** Filiorum munus est parentum jussa curare.

CAP. XXXVI. 1. ***Generationes.*** Enumerantur Esau generationes, ut ostendatur non irrita fuisse benedictio patris, et quia Idumæos cum Judæis in unam gentem coalituros Deus ab illis pro fratribus haberi voluit, Deut. 33. 7. — ***Ipse est Edom.*** Esau qui alio nomine Edom appellatur.

2. ***Ada filiam Elon Hethæi.*** Hæc, Gen. 26. 34, vocatur Judith filia Beeri;

Digitized by Google

théen, et Oolibama, fille d'Ana, et *petite*-fille de Sébéon Hévéen.

3. Il épousa aussi Basemath, fille d'Ismaël, et sœur de Nabajoth.

4. Ada enfanta Eliphaz. Basemath fut mère de Rahuel.

5. Oolibama eut pour fils Jehu, Ihélon et Coré. Ce sont là les fils d'Esaü, qui lui naquirent au pays de Chanaan.

6. Or Esaü, *après avoir rendu les derniers devoirs à son père*, prit ses femmes, ses fils, ses filles, et toutes les personnes de sa maison, son bien, ses bestiaux, et tout ce qu'il possédait dans la terre de Chanaan, et s'en alla en un autre *pays, c'est-à-dire en Seïr où il avait déjà demeuré*, et se retira *ainsi* d'auprès de son frère Jacob.

7. Car comme ils étaient extrêmement riches, ils ne pouvaient demeurer ensemble, et la terre où ils étaient comme étrangers ne pouvait les contenir, à cause de la multitude de leurs troupeaux.

Hethæi, et Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Hevæi :

3. Basemath quoque filiam Ismael sororem Nabajoth.

4. Peperit autem Ada, Eliphaz : Basemath genuit Rahuel :

5. Oolibama genuit Jehus, et Ihelon et Core; hi filii Esau qui nati sunt ei in terra Chanaan.

6. Tulit autem Esau uxores suas, et filios, et filias, et omnem animam domus suæ, et substantiam, et pecora, et cuncta quæ habere poterat in terra Chanaan : et abiit in alteram regionem, recessitque a fratre suo Jacob.

7. Divites enim erant valde, et simul habitare non poterant; nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.

§ II. ***Nom des descendants d'Esaü qui lui naquirent lorsqu'il demeurait dans les montagnes de Seïr.***

8. Esaü, appelé *aussi* Edom, habita *donc de nouveau* la montagne de Seïr.

9. Or voici les *noms des petits*-fils d'Esaü, père des Iduméens, qui lui naquirent *depuis qu'il fut venu demeurer* dans la montagne de Seïr,

10. Et voici *auparavant* les noms de ses enfants *nés dans la terre de Chanaan; savoir :* Eliphaz, *qui* fut fils d'Ada, femme d'Esaü; et Rahuel, fils de Basemath, qui fut *aussi* sa femme.

8. Habitavitque Esau in monte Seir, ipse est Edom.

9. Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in monte Seir.

10. Et hæc nomina filiorum ejus : Eliphaz filius Ada uxoris Esau : Rahuel quoque filius Basemath uxoris ejus.

---

nam olim tam viri quam mulieres non uno tantum nomine vocabantur. Sic Jacob dicitur etiam Israel; Esau, Edom; Sara, Jesca.

* 4. *Eliphaz.* Sunt qui putant hunc Eliphaz amicum illum esse Job, qui cum duobus aliis sociis eum solatus est. Alii existimant hunc, cujus mentio hoc capite, alterius illius magnum patruum fuisse.

6. *Abiit in alteram regionem.* In Idumæam, quo jam ante abierat propter parentum offensam? ut patet cap. 32. 3; sed mortuo patre, cum pascua tam multis gregibus non sufficerent, eodem rediit. Factum est hoc nutu divino ut terra Chanaan Jacobo cederet, cui promissa fuerat.

7. *Divites.* Imitatus est Esau consilium proavi sui Abrahæ, qui eadem de causa separatus est a Loth nepote suo.

8. *Ipse est Edom.* Ipse, non mons, sed Esau.

9. *Patris Edom.* Idumæorum.

10. *Filiorum ejus.* Nomine filiorum nepotes quæque comprehendit, sicut Matth. 1. 1, Christus dicitur *filius David, filii Abraham.*

Digitized by Google

11. Fueruntque Eliphaz filii : Theman, Omar, Sepho, et Gatham, et Cenez.

12. Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filii Esau, quæ peperit ei Amalech : hi sunt filii Ada uxoris Esau.

13. Filii autem Rahuel : Nahath et Zara, Samma et Meza; hi filii Basemath uxoris Esau.

14. Isti quoque erant filii Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon, uxoris Esau, quos genuit ei, Jehus, et Ihelon, et Core.

15. Hi duces filiorum Esau : filii Eliphaz primogeniti Esau : dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez,

16. Dux Core, dux Gatham, dux Amalech : hi filii Eliphaz in terra Edom, et hi filii Ada.

17. Hi quoque filii Rahuel filii Esau : dux Nahath, dux Zara, dux Samma, dux Meza; hi autem duces Rahuel in terra Edom : isti filii Basemath uxoris Esau.

18. Hi autem filii Oolibama uxoris Esau : dux Jehus, dux Ihelon, dux Core; hi duces Oolibama filiæ Anæ uxoris Esau.

19. Isti sunt filii Esau, et hi duces eorum : ipse est Edom.

20. Isti sunt filii Seir Horræi,

11. Or les fils d'Eliphaz *qui lui naquirent dans la terre de Seïr*, furent Theman, Omar, Sépho, Gatham, et Cenez.

12. Eliphaz, fils d'Esaü, avait encore une femme *nommée* Thamna, qui lui enfanta Amalech. Ce sont là les petits-fils d'Ada, femme d'Esaü.

13. Les fils de Rahuel *furent* Nahath, Zara, Samma et Meza. Ce sont là les petits-fils de Basemath, femme d'Esaü.

14. Jehus, Ihélon et Coré, furent fils d'Oolibama, femme d'Esaü; elle était fille d'Ana, *petite*-fille de Sébéon.

15. *Or, la terre de Seïr, nommée depuis la terre d'Edom ou d'Idumée, du nom d'Esaü, qui en conquit la plus grande partie, eut différents princes, tant de la race d'Esaü, que de celle de Seïr, qui l'occupait auparavant tout entière.* Les princes de la famille d'Esaü *qui y commandèrent, furent d'entre* les fils d'Eliphaz, fils aîné d'Esaü, le prince Theman, le prince Omar, le prince Sépho, le prince Cenez,

16. Le prince Coré, le prince Gatham, le prince Amalech. Ce sont là les petits-fils d'Eliphaz, *qui étaient* dans le pays d'Edom, et les petits-fils d'Ada, *femme d'Esaü.*

17. *D'entre* les enfants de Rahuel, fils d'Esaü, *furent* le prince Nahath, le prince Zara, le prince Samma, le prince Meza. Ce sont là les princes sortis de Rahuel au pays d'Edom; et ce sont les petits-fils de Basemath, femme d'Esaü.

18. *D'entre* les fils d'Oolibama, femme d'Esaü, *furent* le prince Jehus, le prince Ihélon, le prince Coré. Ce sont là les princes sortis d'Oolibama, fille d'Ana et femme d'Esaü.

19. Voilà *donc tous* les fils d'Esaü, appelé *aussi* Edom, et ceux d'entre eux qui ont été princes ou *chefs parmi eux.*

20. *Voici maintenant les chefs de la*

---

15. *Hi duces filiorum Esau.* Hi recensentur duces, n. vero 31, reges, rursum n. 40, duces in Idumæa regnantes, quia Idumæi primo amplexi sunt aristocratiam, in qua duces ex optimatum sententia rempublicam gubernabant; deinde monarchiam et reges habuerunt; tandem iterum aristocratiam. Porro tam duces quam reges electione, non successione veniebant ad principatum; quare non defunctorum filii, sed alii habenas imperii capessunt.

Digitized by Google

famille de Seïr, avant qu'Esaü eût conquis son pays. Ces fils de Seïr Horréen, qui habitaient alors ce pays-là, sont Lothan, Sobal, Sébéon et Ana,

21. Dison, Eser et Disan. Ce sont là les princes Horréens, fils de Seïr, *qui habitaient* dans le pays *qui fut depuis appelé le pays* d'Edom.

22. Les fils de Lothan *furent* Hori et Heman, et ce Lothan avait une sœur *nommée* Thamna.

23. Les fils de Sobal *furent* Alvan, Manahat, Ebal, Sépho et Onam.

24. Les fils de Sébéon *furent* Aja et Ana. C'est cet Ana qui trouva des eaux chaudes dans la solitude, lorsqu'il conduisait les ânes de Sébéon son père.

25. Il eut un fils *nommé* Dison, et une fille *nommée* Oolibama.

26. Les fils de Dison *furent* Hamdan, Eseban, Jethram et Charan,

27. Les fils d'Eser *furent* Balaam, Zavan et Acan.

28. Les fils de Disan *furent* Hus et Aran.

29. ***Tels furent*** les princes des Horréens, *savoir :* le prince Lothan, le prince Sobal, le prince Sébéon, le prince Ana,

30. Le prince Dison, le prince Eser, le prince Disan. Ce sont là les princes des Horréens qui commandèrent dans le pays de Seïr, *avant qu'Esaü s'y fût établi. Et depuis qu'il s'en fut emparé,*

31. Les rois qui régnèrent au pays d'Edom, avant que les enfants d'Israël eussent un roi *ou un chef, comme ils en ont un aujourd'hui*, furent ceux-ci :

32. Bela, fils de Beor, et sa ville s'appelait Denaba.

33. Bela étant mort, Jobab, fils de Zara de Bosra, régna en sa place.

habitatores terræ : **Lothan, et Sobal, et Sebeon, et Ana,**

21. **Et Dison, et Eser, et Disan;** hi duces Horræi, filii Seir, **in terra** Edom.

22. **Facti sunt autem filii Lothan:** Hori et Heman; **erat autem soror** Lothan, Thamna.

23. Et isti filii Sobal : **Alvan, et** Manahat, et Ebal, Sepho, **et Onam,**

24. Et hi filii Sebeon : **Aja et** Ana. Iste est Ana qui invenit aquas calidas in solitudine, cum pasceret asinos Sebeon patris sui :

25. Habuitque **filium Dison, et** filiam Oolibama.

26. Et isti filii Dison : **Hamdan,** et Eseban, et Jethram, **et Charan.**

27. Hi quoque filii Eser : Balaan, et Zavan, et Acan.

28. Habuit autem filios Disan : Hus et Aram.

29. Hi duces Horræorum : **dux** Lothan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana.

30. Dux Dison, dux Eser, dux Disan, isti duces Horræorum qui imperaverunt in terra Seir.

31. Reges autem **qui regnaverunt** in terra Edom, antequam haberent regem filii Israel, **fuerunt** hi (1) :

32. Bela filius Beor, **nomenque** urbis ejus Denaba.

33. Mortuus est autem **Bela, et** regnavit pro eo Jobab filius Zaræ de Bosra.

(1) Bible vengée, note LXXV.

---

24. *Qui invenit aquas calidas.* Pro *aquas calidas* in Hebr. est ימים *jemmim*, quod vocabulum hebraizantes *mulos* significare affirmant; sed Noster bene vertit, non enim cum iisdem punctis legit, sed חמים *jammim*, id est, aquas, calidas nimirum, et medicinales.

31. *Antequam haberent regem.* Hæc Moses, ut et multa alia dicit prophetico spiritu. Alii putant addita post Mosem ab eo, qui diaria Mosis digessit. Tempore enim Mosis nulli adhuc reges in Israel.

33. *Jobab.* Hic est Job, speculum patientiæ.

Digitized by Google

34. Cumque mortuus esset Jobab, regnavit pro eo Husam de terra Themanorum.

35. Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in regione Moab : et nomen urbis ejus Avith.

36. Cumque mortuus esset Adad, regnavit pro eo Semla de Masreca.

37. Hoc quoque mortuo, regnavit pro eo Saul de fluvio Rohoboth.

38. Cumque et hic obiisset, successit in regnum Balanan, filius Achobor.

39. Isto quoque mortuo, regnavit pro eo Adar, nomenque urbis ejus Phau : et appellabatur uxor ejus Meetabel, filia Matred, filiæ Mezaab.

40. Hæc ergo nomina ducum Esau, in cognationibus, et locis, et vocabulis suis : dux Thamna, dux Alva, dux Jetheth,

41. Dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon,

42. Dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar.

43. Dux Magdiel, dux Hiram : hi duces Edom habitantes in terra imperii sui, ipse est Esau pater Idumæorum.

34. Après la mort de Jobab, Husam, qui était du pays des Thémanites, lui succéda au royaume.

35. Celui-ci étant mort, Adad, fils de Badad, régna après lui : ce fut lui qui défit les Madianites au pays de Moab ; sa ville s'appelait Avith.

36. Adad étant mort, Semla, qui était de Masreca, lui succéda au royaume.

37. Après la mort de Semla, Saül, qui était des environs du fleuve *de l'Euphrate, c'est-à-dire de la ville de* Rohoboth, *située sur le bord du fleuve*, régna en sa place.

38. Saül étant mort, Balanan, fils d'Achobor, lui succéda au royaume.

39. Après la mort de Balanan, Adar régna en sa place : sa ville s'appelait Phaü, et sa femme se nommait Méétabel, fille de Matred, *qui était* fille de Mezaab.

40. *A ces rois qui commandèrent dans l'Idumée, succédèrent des ducs ou des princes, qui la gouvernèrent chacun dans son canton; et voici* les noms des princes *sortis* d'Esaü, selon leurs familles, les lieux de leur demeure, et les peuples qui en ont été nommés : le prince Thamna, le prince Alva, le prince Jetheth,

41. Le prince Oolibama, le prince Ela, le prince Phinon,

42. Le prince Cenez, le prince Theman, le prince Mabsar,

43. Le prince Magdiel, et le prince Hiram. Ce sont là les princes sortis d'Edom qui ont habité dans les terres de son empire : c'est *cet Edom appelé aussi* Esaü, qui fut *frère de Jacob et* père des Iduméens, *que les enfants d'Israël doivent par conséquent regarder comme leurs frères.*

Digitized by Google

CHAPITRE XXXVII.

§ I. *Joseph accuse ses frères devant son père Jacob, qui l'aime plus que tous ses autres enfants. Ils en sont jaloux, et conçoivent une haine mortelle pour Joseph. Il leur raconte deux songes qui augmentent encore leur haine contre lui.*

L'AN DU MONDE 2276. — AVANT J.-C. 1728.

1. Or *pendant qu'Esaü s'établissait ainsi en Seïr, dont il s'était mis en possession*, Jacob habitait comme *voyageur* dans la terre de Chanaan, où son père avait été *lui-même* comme étranger.

1. Habitavit autem Jacob in terra Chanaan, in qua pater suus peregrinatus est.

2. Et voici ce qui regarde sa famille. Joseph, âgé *seulement* de seize ans, et n'étant encore qu'enfant, conduisait le troupeau *de son père* avec ses frères, et il était *ordinairement* avec les enfants de Bala et de Zelpha, femmes de son père. *Sa vertu, qui était fort au-dessus de son âge, ne lui permit pas de voir leurs dérèglements sans en être touché et sans en avertir celui qui y pouvait remédier :* et *ainsi* il accusa ses frères devant son père d'*avoir commis* un crime énorme. *Cette accusation augmenta beaucoup la haine qu'ils avaient conçue contre lui, à cause de l'amitié particulière que Jacob lui témoignait.*

2. Et hæ sunt generationes ejus: Joseph cum sedecim esset annorum, pascebat gregem cum fratribus suis adhuc puer : et erat cum filiis Balæ et Zelphæ uxorum patris sui : accusavitque fratres suos apud patrem crimine pessimo.

3. Car Israël aimait Joseph plus que tous ses autres enfants, parce qu'il l'avait eu étant déjà vieux ; et il lui avait fait faire

3. Israel autem diligebat Joseph super omnes filios suos, eo quod in senectute genuisset eum : fe-

---

CAP. XXXVII. 1. *In qua.* Habitavit in Hebron.

2. *Hæ sunt generationes.* Hæ sunt res gestæ, et eventa Jacob in generationibus, seu filiis ejus. — *Cum edecim esset sannorum.* Expleverat decimum sextum, et decimum septimum inchoaverat; nam Hebr. et LXX decimum septimum egisse docent. — *Adhuc puer.* Ætate, moribus et innocentia. — *Cum filiis Balæ et Zelphæ.* Fortasse Jacob gregum curam diviserat, ita ut partem curarent sex filii Liæ; alteram quatuor filii ancillarum, cum quibus Josephum junxit, quia non tam ægre ferebant isti minorem natu sibi præferri. Priores illi tumebant uxore primaria, et superstite adhuc, et seniore, et ingenua nati. — *Fratres.* Maxime filios Balæ et Zelphæ, cum quibus versabatur. — *Crimine pessimo.* Contra naturam, vel sodomitico, ut vult Rupertus; vel bestialitatis cum ovibus quas pascebant, ut vult sanctus Thomas et alii.

3. *In senectute genuisset eum.* Parentes filios in senectute genitos magis diligunt; vel quia post hos alios se suscepturos non sperant; vel quia per hos, utpote diutius victuros, diutius etiam parentum nomen, et memoria conservatur ; vel quia sunt indices bonæ, firmæ et viridis senectæ parentum. Adde aliam in Josepho fuisse amoris causam, vitæ scilicet ac morum

Digitized by Google

citque ei tunicam polymitam.

4. Videntes autem fratres ejus quod a patre plus cunctis filiis amaretur, oderant eum, nec poterant ei quidquam pacifice loqui.

5. Accidit quoque ut visum somnium referret fratribus suis : quæ causa majoris odii seminarium fuit (1).

6. Dixitque ad eos : Audite somnium meum quod vidi :

7. Putabam nos ligare manipulos in agro : et quasi consurgere manipulum meum, et stare, vestrosque manipulos circumstantes adorare manipulum meum.

8. Responderunt fratres ejus : Numquid rex noster eris? aut subjiciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, invidiæ et odii fomitem ministravit.

9. Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait : Vidi per somnium, quasi solem, et lunam, et stellas undecim, adorare me.

10. Quod cum patri suo et fratribus retulisset, increpavit eum pater suus, et dixit : Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti? num

une robe de plusieurs couleurs *comme une marque de distinction.*

4. Ses frères voyant donc que leur père l'aimait plus que tous ses autres enfants, le haïssaient et ne pouvaient lui parler avec douceur.

5. Il arriva aussi que Joseph rapporta à ses frères un songe qu'il avait eu, qui fut *encore* la semence d'une plus grande haine.

6. Car il leur dit : Ecoutez le songe que j'ai eu.

7. Il me semblait que je liais avec vous des gerbes dans un champ ; que ma gerbe se leva et se tint debout, et que les vôtres étant autour de la mienne l'adoraient.

8. Ses frères lui répondirent : Est-ce que vous serez notre roi, et que nous serons soumis à votre puissance? Ces songes et ces entretiens allumèrent donc encore davantage l'envie et la haine qu'ils avaient contre lui.

9. Il eut encore un autre songe qu'il raconta à ses frères, en leur disant : J'ai cru voir en songe que le soleil et la lune, et onze étoiles m'adoraient.

10. Lorsqu'il eut rapporté ce songe à son père et à ses frères, son père lui en fit réprimande, et lui dit : Que voudrait dire ce songe que vous avez eu? est-ce

(1) Bible vengée, note LXXVI.

---

innocentiam. — *Tunicam polymitam.* Hebr. est פַּסִּים *passim*, quæ vox videtur significare vestem ex segmentis alterius materiæ vermiculato opere variegatam. LXX tantum dixerunt ποικίλον, *variam, variegatam.* Noster interpres vocabulo græco usus polymitam dixit : est autem πολύμιτον quod varii coloris liciis constat, et italice vestes hujusmodi appellantur, *di color cangiante.*

4. *Oderant eum.* Causæ odii : 1. amor hic patris; 2. delatio criminis; 3. tunica polymita; 4. somnia.

7. *Ligare manipulos.* Segetum. Apte hoc symbolo portendebatur fratrum in Ægyptum profectio ad frumentationem tempore famis. Rursus quod manipuli fratrum adorent manipulum Joseph, significabat fratres adoraturos Joseph in Ægypto.

9. *Aliud quoque.* Similiter a Deo immissum somnium, quod eodem tendebat, et geminatione sua præcedentis certitudinem astruebat.

10. *Increpavit eum.* Nec infensus, nec dicta vilipendens; sed hoc pacto livorem fratrum prudenter leniturus. — *Num ego et mater tua.* Quasi dicat : Quis credat me et matrem tuam te adoraturos aliquando? * Per matrem non intelligit Rachelem, quæ jam erat mortua, sed Balam uxorem suam, a qua

Digitized by Google

que votre mère, vos frères et moi, nous vous adorerons sur la terre ?

11. Ainsi ses frères étaient pleins d'envie contre lui : mais le père considérait tout ceci avec attention, *et* dans le silence, *pensant en lui-même aux desseins que Dieu pouvait avoir sur cet enfant.*

ego et mater tua et fratres tui adorabimus te super terram?

11. Invidebant ei igitur fratres sui : pater verò rem tacitus considerabat.

§ II. *Israël envoie Joseph vers ses frères. Ils prennent la résolution de le tuer : Ruben tâche de le sauver. Il les engage à le jeter dans une citerne, d'où il avait dessein de le retirer.*

12. Il arriva alors que les frères de Joseph s'arrêtèrent à Sichem, où ils faisaient paître les troupeaux de leur père,

13. Et Israel dit à Joseph : Vos frères font paître nos brebis dans le pays de Sichem ; venez *donc*, et je vous enverrai vers eux ;

14. Je suis tout prêt, lui dit Joseph. *Jacob ajouta :* Allez, et voyez si vos frères se portent bien, et si les troupeaux sont en bon état ; et vous me rapporterez ce qui se passe. Ayant *donc* été envoyé de la vallée d'Hébron, il vint à Sichem ;

15. Et un homme l'ayant trouvé errant dans la campagne, lui demanda ce qu'il cherchait.

16. Il répondit : Je cherche mes frères ; je vous prie de me dire où ils font paître leurs troupeaux.

17. Cet homme lui répondit : Ils se sont retirés de ce lieu, et j'ai entendu qu'ils s'entredisaient : Allons vers Dothaïn. Joseph alla donc après ses frères, et il les trouva dans *la plaine de* Dothaïn.

18. Lorsqu'ils l'eurent aperçu de loin, avant qu'il se fût approché d'eux, ils résolurent de le tuer.

19. Et ils se disaient l'un à l'autre : Voici notre songeur qui vient.

12. Cùmque fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem (1).

13. Dixit ad eum Israël : Fratres tui pascunt oves in Sichimis : veni, mittam te ad eos. Quo respondente,

14. Præstò sum, ait ei : Vade, et vide si cuncta prospèra sint erga fratres tuos, et pecora : et renuntia mihi quid agatur. Missus de valle Hebron, venit in Sichem :

15. Invenitque eum vir errantem in agro, et interrogavit quid quæreret.

16. At ille respondit : Fratres meos quæro, indica mihi ubi pascant greges.

17. Dixitque ei vir : Recesserunt de loco isto : audivi autem eos dicentes : Eamus in Dothain. Perrexit ergo Joseph post fratres suos, et invenit eos in Dothain.

18. Qui cùm vidissent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitaverunt illum occidere :

19. Et mutuò loquebantur : Ecce somniator venit.

(1) Sichem était à une grande distance d'Hébron, où résidait Jacob ; mais souvent on menait paître les troupeaux encore plus loin.

Joseph nutritus fuerat, et quæ, Rachele extincta, in matris locum successerat.

11. *Rem tacitus.* Suspicans a Deo immissa, eventum expectabat.

13. *Veni, mittam te.* Josephum domi retinuerat pater, ut tempus, et absentia invidentiæ morbo mederetur post aliquod tempus jam ratus odia evanuisse, mittit ad eos.

15. *Errantem in agro.* Ignarum ubi fratres inveniret, et palantem.

19. *Somniator.* Hebr. est, *dominus somniorum*, id est, habens et possidens somnia ; vel peritus fingere somnia, vel dominus et princeps, sed in somnio.

Digitized by Google

20. Venite, occidamus eum, et mittamus in cisternam veterem : dicemusque, fera pessima devoravit eum : et tunc apparebit quid illi prosint somnia sua.

21. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, et dicebat :

22. Non interficiatis animam ejus, nec effundatis sanguinem : sed projicite eum in cisternam hanc, quæ est in solitudine, manusque vestras servate innoxias : hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum, et reddere patri suo.

23. Confestim igitur ut pervenit ad fratres suos, nudaverunt eum tunicâ talari et polymitâ :

24. Miseruntque eum in cisternam veterem, quæ non habebat aquam.

20. Allons, tuons-le, et le jetons dans cette vieille citerne : nous dirons qu'une bête sauvage l'a dévoré; et après cela, on verra à quoi ses songes lui auront servi.

21. Ruben, les ayant entendus parler ainsi, tâchait de le tirer d'entre leurs mains, et il leur disait :

22. Ne le tuez point, et ne répandez point son sang : mais jetez-le dans cette citerne, qui est dans le désert, et conservez vos mains pures. Il disait ceci dans le dessein de le tirer de leurs mains, et de le rendre à son père.

23. Aussitôt donc que *Joseph* fut arrivé près de ses frères, ils lui ôtèrent sa robe de plusieurs couleurs, qui descendait jusqu'aux talons ;

24. Et ils le jetèrent dans cette vieille citerne, qui était sans eau, *dans le dessein de l'y laisser mourir de faim.*

§ III. *Les frères de Joseph le retirent de la citerne où ils l'avaient jeté, et le vendent à des Ismaélites qui le mènent en Egypte. Jacob reçoit la robe de son fils Joseph toute teinte de sang, et croit qu'une bête l'a dévoré. Il le pleure et ne veut point recevoir de consolation.*

L'AN DU MONDE 2276. — AVANT J.-C. 1728.

25. Et sedentes ut comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad, et camelos eorum, portantes aromata, et re-

25. S'étant ensuite assis pour manger, ils virent des Ismaélites qui passaient, et qui venant de Galaad portaient sur leurs chameaux des parfums, de la résine et

---

20. *In cisternam.* In Hebræo est בור *bor*, quæ vox cisternam significat, in qua aquæ non scaturiunt, ut in puteo, sive fonte; sed aliunde colliguntur. Scoliastes hebræus est באר *beer*, significare puteum effossum tantum, בור *bor*, adjecto ædificio et parietibus.

21. *Nitebatur.* Conjectum in cisternam cogitabat clanculum extrahere, et salvum patri restituere, ut amissam incestu gratiam, hac in fratrem tam dilectum patri pietate, recuperaret.

22. *Interficiatis animam.* Metonymia. Ne interficiatis eum.

23. *Talari et polymita.* Duplici veste spoliatus est, interiore quam vocat talarem; et polymita quæ exterior. Credibile postea rursum indutum talari : nam polymitam ad patrem miserunt.

24. *Miseruntque.* Josephus scribit a Ruben fuisse fune demissum.

25. *De Galaad.* Qua venientibus ex Arabia per Dothain in Ægyptum erat transeundum. — *Aromata.* In hebræo est נכאת *nechoth*, quam vocem alii interpretantur ceram, alii opobalsamum, alii aromata, alii res desiderabiles. — *Resinam.* Resina dicitur humor tenax ex arbore defluens, illique adhærens. Aliqui vocem צרי *tseri*, balsamum, vel theriacam interpretantur. — *Stacten.*

Digitized by Google

de la myrrhe, et s'en allaient en Egypte.

26. Alors Juda dit à ses frères : Que nous servira d'avoir tué notre frère, et d'avoir caché sa mort?

27. Il vaut mieux le vendre à ces Ismaélites, et ne point souiller nos mains *de son sang :* car il est notre frère et notre chair. Ses frères consentirent à ce qu'il disait.

28. L'ayant donc tiré de la citerne, et voyant ces marchands madianites qui passaient, ils le vendirent vingt pièces d'argent aux Ismaélites, qui le menèrent en Egypte.

29. Ruben, *qui n'était pas avec ses frères lorsqu'ils vendirent Joseph*, étant retourné à la citerne, et n'y ayant point trouvé l'enfant,

30. Déchira ses vêtements, et vint dire à ses frères : L'enfant ne paraît plus, et où irai-je *le chercher ? que deviendrai-je ? et comment paraîtrai-je devant mon père ?*

31. Après cela, ils prirent la robe de Joseph *qu'ils avaient gardée ;* et l'ayant trempée dans le sang d'un chevreau qu'ils avaient tué,

32. Ils l'envoyèrent à son père, lui faisant dire par ceux qui la lui portaient : Voici une robe que nous avons trouvée : voyez si c'est celle de votre fils, ou non.

33. Le père, l'ayant reconnue, dit : C'est la robe de mon fils ; une bête cruelle l'a dévoré, une bête a dévoré Joseph.

sinam, et stacten, in Ægyptum (1).

26. Dixit ergo Judas fratribus suis : Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrum, et celaverimus sanguinem ipsius?

27. Melius est ut venundetur Ismaelitis, et manus nostræ non polluantur : frater enim et caro nostra est. Acquieverunt fratres sermonibus illius.

28. Et prætereuntibus madianitis negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Ismaelitis viginti argenteis, qui duxerunt eum in Ægyptum.

29. Reversusque Ruben ad cisternam, non invenit puerum :

30. Et scissis vestibus pergens ad fratres suos, ait : Puer non comparet, et ego quò ibo?

31. Tulerunt autem tunicam ejus, et in sanguine hædi, quem occiderant, tinxerunt :

32. Mittentes qui ferrent ad patrem, et dicerent : hanc invenimus : vide utrùm tunica filii tui sit an non.

33. Quam cùm agnovisset pater, ait : Tunica filii mei est; fera pessima comedit eum, bestia devoravit Joseph.

(1) Bible vengée, note LXXVII.

Est myrrhæ lacryma, quæ ab arbore illa stillat, et defluit ἀπὸ τοῦ ςάζειν.

27. *Acquieverunt fratres.* Octo qui aderant tempore venditionis. Nam Ruben aberat, ut patet ex num. 29.

28. *Madianitis.* Madianitæ simul cum Ismaelitis in eodem comitatu proficiscebantur : hi simul emerunt Joseph, et simul vendiderunt. Propter hanc societatem eos Moses modo Madianitas, modo Ismaelitas vocat. — *Viginti argenteis.* Siclis.

29. *Reversusque.* Abierat pascua quæsiturus.

30. *Scissis vestibus.* In mœroris argumentum, ut solebant Hebræi. — *Ego quo ibo?* Ut eum inveniam. Quoad venditionem ab omni culpa Ruben liber fuit. Fratres narrarunt vivum venditum. Sic placatus consensit in patris deceptionem.

33. *Fera pessima.* Ita credebat; nec enim tam immane scelus animum paternum subibat; et Pœlestina leonibus, ursis, aliisque carnivoris feris abundat.

Digitized by Google

34. Scissisque vestibus, indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore.

35. Congregatis autem cunctis liberis ejus ut lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere, sed ait : Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseverante in fletu,

36. Madianitæ vendiderunt Joseph in Ægypto Putiphari eunucho Pharaonis, magistro militum (1).

34. Et ayant déchiré ses vêtements, il se couvrit d'un cilice, *qui était un habit de deuil fait de poil de chèvre;* pleurant son fils fort longtemps.

35. Alors tous ses enfants s'assemblèrent *auprès de lui* pour tâcher de soulager leur père dans sa douleur ; mais il ne voulut point recevoir de consolation, et il leur dit : Je pleurerai toujours, jusqu'à ce que je descende avec mon fils au fond de la terre, *et que je me réunisse à lui dans le sein d'Abraham.* Ainsi il continua toujours de pleurer.

36. Cependant les Madianites vendirent Joseph en Egypte à Putiphar, eunuque de Pharaon et général de ses troupes.

CHAPITRE XXXVIII.

§ I. ***Juda quitte ses frères, épouse une femme chananéenne, et en a plusieurs enfants. Il marie successivement deux de ses fils à Thamar. Dieu les frappe de mort à cause de leurs crimes*** (2).

1. Eodem tempore descendens Judas à fratribus suis, divertit ad virum Odollamitem, nomine Hiram.

1. En ce même temps, Juda quitta ses frères, et vint chez un homme *de la ville* d'Odollam, qui s'appelait Hiras.

(1) Bible vengée, note LXXVIII. — (2) Bible vengée, note LXXIX.

---

34. ***Indutus est cilicio.*** Hebr. *sacco.* Primus qui in luctu saccum seu cilicium induerit, quantum habemus ex Scripturis, Jacob fuit, quem postea Israelitæ imitati sunt. — ***Multo tempore.*** Annis 23, donec ei nuntiatum Joseph in Ægypto vivere.

35. ***In infernum.*** Infernus sæpe in Scriptura sepulcrum significat : sæpe etiam locum ad quem migrant animæ, quæ est hujus loci significatio : nam Jacob putabat filium a feris laniatum, nec ad illum, cujus ossa sepulcro non condebantur, se descensurum sperare poterat.

36. ***Eunucho.*** Eunuchus non fuit qui uxorem habuit, et, ut multi volunt, filiam, quæ postea Josepho nupsit; sed omnes qui in aula et obsequio regum versabantur, eunuchi dicebantur, fortasse quod plerique eunuchi essent. — ***Magistro militum.*** LXX dixerunt ἀρχιμαγείρῳ, *principi coquorum;* alii *principi lanionum;* id enim vox hebræa טַבָּחִים *tabbachim,* significat, sive *mactantium :* verum eodem referuntur omnia; nam laniones et coqui et mactantes iidem erant; mactabant enim coqui eas pecudes, quas coquere cogitabant. Inde vox ad milites translata, quia ut illi pecudes, ita isti homines mactant. Quare et apud Græcos vox μαγειρέυειν occidere significat.

Cap. XXXVIII. 1. ***Eodem tempore.*** Anno 16 Josephi cum Judas annorum esset 19. — ***Descendens Judas.*** Potius fit mentio Judæ, et posteritatis ejus, quam aliorum fratrum, quia ex Juda de Thamar Christus erat nasciturus

Digitized by Google

2. Et ayant vu en ce lieu-là la fille d'un homme chananéen, nommé Sué, il l'épousa et vécut avec elle, *comme avec sa femme.*

3. Elle conçut *ensuite*, et elle enfanta un fils qu'elle nomma Her.

4. Et ayant conçu une seconde fois, elle eut encore un fils, qu'elle nomma Onan.

5. Et elle en enfanta encore un troisième, qu'elle nomma Séla, après lequel elle cessa d'avoir des enfants.

6. Juda fit épouser à Her, son fils aîné, *une fille* nommée Thamar.

7. Her, fils aîné de Juda, fut un très-méchant homme; et le Seigneur le frappa de mort *peu de temps après son mariage.*

8. Juda dit donc à Onan son second fils : Epousez la femme de votre frère, et vivez avec elle, afin que vous suscitiez des enfants à votre frère.

9. Onan voyant la femme de son frère *aîné*, et sachant que les enfants qui naîtraient d'elle ne seraient pas à lui, *mais seraient réputés appartenir à feu son frère*, empêchait, *par une action exécrable*, qu'elle ne devînt mère, et qu'on n'en vît naître des enfants qui seraient censés l'être de son frère.

10. C'est pourquoi le Seigneur le frappa

2. Viditque ibi filiam hominis Chananæi, vocabulo Sue : et acceptâ uxore, ingressus est ad eam.

3. Quæ concepit, et peperit filium, et vocavit nomen ejus Her.

4. Rursumque concepto fœtu, natum filium vocavit Onan.

5. Tertium quoque peperit : quem appellavit Sela; quo nato, parere ultrà cessavit.

6. Dedit autem Judas uxorem primogenito suo Her, nomine Thamar.

7. Fuit quoque Her, primogenitus Judæ, nequam in conspectu Domini : et ab eo occisus est.

8. Dixit ergo Judas ad Onan filium suum : Ingredere ad uxorem fratris tui, et sociare illi, ut suscites semen fratri tuo.

9. Ille sciens non sibi nasci filios, introiens ad uxorem fratris sui, semen fundebat in terram, ne liberi fratris nomine nascerentur.

10. Et idcircò percussit eum

---

2. *Viditque.* Concupivit.—*Sue.* Non est nomen filiæ, sed patris ejus, soceri Judæ, ut patet ex hebræo.

3. *Vocavit nomen ejus Her.* Ipse Judas : nam in hebræo est vox masculina.

4. *Vocavit Onan.* Uxor Juda ita vocavit : quod patet ex hebræo textu, in quo est vox feminina, ut etiam numero sequenti.

7. *Fuit quoque Her... nequam.* Her et Onan fratrum idem peccatum fuisse ferunt auctores, nempe immunditiæ, eo quod in actu matrimonii se retraherent, et sic, semine extra vas fuso, generationem impedirent. Diverso tamen fine ambo : Her, ne puerperia, et lactatio liberorum de pulchritudine conjugis, quam deperibat, quidquam decerperet; Onan, ne fratri suo filios gigneret : in hoc invidia, in illo libido dominabatur; uterque scelus immane admittebat. — *Occisus est.* Ut et frater plaga insolita, sed tali, qua manifestum esset hominibus propter scelus aliquod atrox interemptos : opinor ministerio angeli mali, quo solet Deus uti in ultione exigenda, *immissiones per angelos malos*, ut dicitur Ps. 37. 49 : fortasse Asmodæus fuit, *qui fuit etiam* necator libidinosorum maritorum Saræ. Tob. 3. 8.

8. *Ingredere.* Jam ergo in more positum, quod postea lege sancitum, ut frater uxorem fratris, qui sine liberis decesserat, in conjugium acciperet. Deut. 25. 5; Ruth. cap. ult. n. 10.

9. *Non sibi nasci filios.* Enallage, filios pro filium; solus enim primogenitus filius mortui censebatur, reliqui ipsi gignenti nascebantur.

Digitized by Google

Dominus, quòd rem detestabilem faceret.

de mort, parce qu'il faisait une chose détestable.

§ II. *Juda engage Thamar à demeurer veuve jusqu'à ce que Séla, son troisième fils, soit en âge de l'épouser; mais il la trompe et ne lui donne point ce fils. Thamar surprend Juda lui-même et conçoit de lui.*

11. Quamobrem dixit Judas Thamar nurui suæ : Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus : timebat enim ne et ipse moreretur, sicut fratres ejus. Quæ abiit, et habitavit in domo patris sui.

11. Juda dit donc à Thamar sa belle-fille : Demeurez veuve dans la maison de votre père, jusqu'à ce que mon fils Séla devienne grand, *et puisse vous épouser. Mais quand Séla fut grand, Juda ne le donna point à Thamar;* car il avait peur que Séla ne mourût aussi, comme ses autres frères. Ainsi Thamar retourna demeurer dans la maison de son père.

12. Evolutis autem multis diebus, mortua est filia Sue uxor Judæ : qui post luctum consolatione susceptâ, ascendebat ad tonsores ovium suarum, ipse et Hiras opilio gregis Odollamites, in Thamnas.

12. Beaucoup de temps s'étant passé, la fille de Sué, femme de Juda, mourut. Juda, après l'avoir pleurée et s'être consolé de cette perte, alla à Thamnas, avec Hiras d'Odollam, le pasteur de ses troupeaux, pour voir ceux qui tondaient ses brebis.

13. Nuntiatumque est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oves.

13. Thamar ayant été avertie que Juda son beau-père allait à Thamnas pour faire tondre ses brebis,

14. Quæ, depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrum : et mutato habitu, sedit in bivio itineris, quod ducit Thamnam : eò quòd crevisset Sela, et non eum accepisset maritum.

14. Quitta ses habits de veuve, se couvrit d'un grand voile, et s'étant déguisée, s'assit dans un carrefour sur le chemin de Thamnas, parce que Séla étant en âge d'être marié, Juda ne le lui avait point fait épouser.

---

11. ***Esto vidua.*** Moris videtur fuisse ut quæ in familiam aliquam nupserat, illi familiæ addicta maneret, quamdiu aliquis superesset consanguineus, qui defuncto semen suscitare vellet. Juxta hunc morem sine soceri consensu non licebat Thamar aliunde conditionem sibi quærere, Judas autem timens ne Selæ simile quid ac fratribus accideret, variis promissis viduam frustrari statuerat, donec ipsa moræ pertæsa, peteret ab eo licentiam alteri nubendi; quod illam non latebat; sed nolebat ex alia stirpe quam Abrahami prolem; et simul sterilitatis improperium oderat; quare stropham commentat, quam in caput Judæ, vel cum vitæ periculo verteret.

12. ***Opilio gregis.*** Chald. *socius ejus*, nempe amicus. Sane hebraice iisdem litteris pastor et amicus significantur, si puncta removeas. — ***In Thamnas.*** Videtur esse Thamnata Samsonis, de qua Judic. 4. 2.

14. ***Theristrum.*** Vestis est tenuis et linea, qua mulieres æstivo tempore utebantur, quam *peplum* interpretantur. Olim veste tegebant mulieres caput et faciem, vel certe ita vultum velabant, ut unus tantum oculus appareret, atque ideo cognosci facile non poterant.—***In bivio itineris.*** Sic olim scorta, quæ ideo a Latinis mœchæ semitariæ dictæ : in hebr. est, ***in porta oculorum.*** Porta dicitur oculorum, quod inde viatores oculis speculentur quam viam insistere debeant. Alii vertunt, ***viam duorum fontium,*** quia vox hebr. quæ oculos, etiam fontes significat.

Digitized by Google

15. Juda l'ayant vue s'imagina que c'était une femme de mauvaise vie, parce qu'elle s'était couvert le visage de peur d'être reconnue.

16. Et s'approchant d'elle, il lui parla pour la faire consentir au mauvais désir qu'il avait ; car il ne savait pas que ce fût sa belle-fille. Elle lui répondit : Que me donnerez-vous pour ce que vous me demandez ?

17. Je vous enverrai, dit-il, un chevreau de mon troupeau. Elle lui repartit : Je consentirai à ce que vous voulez, pourvu que vous me donniez un gage, en attendant que vous m'envoyiez ce que vous me promettez.

18. Que voulez-vous que je vous donne pour gage ? lui dit Juda. Elle lui répondit : Donnez-moi votre anneau, votre bracelet, et le bâton que vous tenez à la main. *Il les lui donna.* Ayant donc connu Juda une seule fois, elle conçut de lui.

19. Elle s'en alla aussitôt : et ayant quitté l'habit qu'elle avait pris, elle se revêtit de ses habits de veuve.

20. Juda envoya ensuite le chevreau par son pasteur, qui était d'Odollam, afin qu'il retirât le gage qu'il avait donné à cette femme : mais ne l'ayant point trouvée,

21. Il demanda aux habitants de ce lieu : Où est une femme qui était assise dans ce carrefour ? Tous lui répondirent qu'il n'y avait point eu en cet endroit de femme débauchée.

22. *Ainsi* il retourna à Juda, et lui dit : Je ne l'ai point trouvée, et même les ha-

15. Quam cùm vidisset Judas, suspicatus est esse meretricem : operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur.

16. Ingrediensque ad eam, ait : Dimitte me ut coeam tecum : nesciebat enim quod nurus sua esset. Quâ respondente : Quid dabis mihi ut fruaris concubitu meo?

17. Dixit : Mittam tibi hædum de gregibus. Rursùmque illâ dicente : Patiar quod vis, si dederis mihi arrhabonem, donec mittas quod polliceris.

18. Ait Judas : Quid tibi vis pro arrhabone dari? Respondit : Annulum tuum, et armillam, et baculum quem manu tenes. Ad unum igitur coitum mulier concepit.

19. Et surgens abiit : depositoque habitu, quem sumpserat, induta est viduitatis vestibus.

20. Misit autem Judas hædum per pastorem suum Odollamitem ut reciperet pignus quod dederat mulieri : qui cùm non invenisset eam,

21. Interrogavit homines loci illius : Ubi est mulier quæ sedebat in bivio? Respondentibus cunctis : Non fuit in loco isto meretrix;

22. Reversus est ad Judam, et dixit ei : Non inveni eam : sed

---

16. *Ingrediensque ad eam.* Judas peccavit simplici fornicatione; non enim agnoscebat suam nurum, et ipse eo tempore matrimonio solutus erat. Thamar peccavit incestu, et quasi adulterio, quia uxor Selæ debebatur. * Fortasse Thamar personata Judæ sui copiam fecit, ideoque non est agnita; morem hunc fuisse meretricum tradit Chrysippus in Isagoge bonorum et molorum, cum ait : ἔξω πόλεως, καὶ προσωπεῖα περικείμεναι ἀι ἑταῖραι ἐξεμίσθωσαν ἑαυτὰς τοῖς βουλομένοις. *Extra civitatem meretrices personatæ volentibus prostituebant se, pretio accepto.*

17. *Hædum de gregibus.* Hebr. *hædum caprarum;* ponitur plurale pro singulari, *hædum capræ filium*, hædum, qui adhuc matrem sequeretur, nondum ab uberibus avulsum. — *Arrhabonem.* Pignus vertit Chaldæus; vox est latina et græca, sed quæ ab Hebræis sumpta videtur.

18. *Annulum.* Sigillum. — *Armillam.* Monile, seu torquem. Alii *taeniam* vertunt; Chaldæus, *palliolum.* — *Baculum.* Scipionem viatorium.

Digitized by Google

et homines loci illius dixerunt mihi, nunquàm sedisse ibi scortum.

23. Ait Judas : Habeat sibi, certè mendacii arguere nos non potest : ego misi hædum quem promiseram, et tu non invenisti eam.

bitants de ce lieu m'ont dit que jamais femme de mauvaise vie ne s'était assise en cet endroit.

23. Juda dit : Qu'elle garde ce qu'elle a. Elle ne peut pas au moins m'accuser d'avoir manqué à ma parole : j'ai envoyé le chevreau que je lui avais promis, et vous ne l'avez point trouvée.

§ III. *Thamar ayant conçu est accusée d'adultère, et conduite au supplice. Elle représente les gages que Juda lui avait donnés, et elle est délivrée. Elle met au monde deux jumeaux, Pharès et Zara.*

24. Ecce autem post tres menses nuntiaverunt Judæ, dicentes : Fornicata est Thamar nurus tua, et videtur uterus illius intumescere. Dixitque Judas : Producite eam ut comburatur.

25. Quæ cùm duceretur ad pœnam, misit ad socerum suum, dicens : De viro, cujus hæc sunt, concepi : cognosce cujus sit annulus, et armilla, et baculus.

26. Qui, agnitis muneribus, ait : Justior me est : quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen ultrà non cognovit eam.

27. Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero : atque in ipsa effusione infantium, unus protulit manum, in quâ

24. Mais trois mois après on vint dire à Juda : Thamar, votre belle-fille, est tombée en fornication, car on commence à s'apercevoir qu'elle est grosse. Juda, *selon le droit qu'avaient alors les pères de famille, la jugeant comme une adultère,* répondit : Qu'on la produise en public, afin qu'elle soit brûlée.

25. Et lorsqu'on la menait au supplice, elle envoya dire à son beau-père : J'ai conçu de celui à qui sont ces gages. Voyez à qui est cet anneau, ce bracelet et ce bâton.

26. Juda ayant reconnu ce qu'il lui avait donné, dit : Elle a moins de tort que moi, parce que j'ai manqué *à ce que je devais*, en ne la faisant point épouser à Séla mon fils, *et qu'elle ne s'est portée à faire ce qu'elle a fait, que par le désir d'avoir des enfants de mon sang. Ainsi il lui conserva la vie; mais* néanmoins il ne la connut point depuis.

27. Comme elle fut sur le point d'accoucher, il parut qu'il y avait deux jumeaux dans son sein; et, lorsque ces enfants étaient près de sortir, l'un d'eux

---

23. *Mendacii arguere.* Hebr. *ne forte simus in confusionem,* id est, ne res publicetur, et jactet illa se mecum congressam, neque me pactis stetisse. Chald. et LXX, *ne simus derisui.*

24. *Producite eam ut comburatur.* Judas ut paterfamilias in nurum sententiam tulit, judicis auctoritate, et tunc adulterii pœna ignis fuit. Fortasse illud, *producite,* exponendum de domo in carcerem, donec peperierit, ut postea rogo tradatur. * Non Judæ, sed legitimi judicis sententia.

26. *Justior me est.* Non castior, aut sanctior, sed justior; Judas enim promissa et pacta sua non servaverat, et injuste impediebat ne prolem ex Sela susciperet. — *Attamen ultra.* Quia nurus illi erat, et concubitus incestus fuisset. Pariter Sela ab ea abstinuit, quia a Juda parente cognita.

27. *Apparuerunt.* Obstetrix manu ad uterum admota cognovit duos intus

Digitized by Google

passa sa main, à laquelle la sage-femme lia un ruban d'écarlate, en disant :

28. Celui-ci sortira le premier.

29. Mais cet enfant ayant retiré sa main, l'autre sortit. Alors la sage-femme dit : Pourquoi avez-vous *ainsi* rompu le mur *qui vous divisait, pour sortir le premier*? C'est pourquoi il fut nommé Pharès, *c'est-à-dire division.*

30. Son frère, qui avait le ruban d'écarlate à la main, sortit ensuite, et on le nomma Zara, *c'est-à-dire Orient, parce qu'il devait sortir le premier.*

obstetrix ligavit coccinum, dicens :

28. Iste egredietur prior.

29. Illo verò retrahente manum, egressus est alter : dixitque mulier : Quare divisa est propter te maceria? et ob hanc causam vocavit nomen ejus Phares.

30. Posteà egressus est frater ejus, in cujus manu erat coccinum : quem appellavit Zara.

CHAPITRE XXIX.

§ I. *Joseph vendu à Putiphar trouve grâce devant lui et s'attire sa confiance. Dieu, en considération de Joseph, bénit la maison de Putiphar.*

1. Joseph ayant donc été mené en Egypte, Putiphar, Egyptien, ennuque de Pharaon et général de ses troupes, l'acheta des Ismaélites, qui l'y avaient amené.

2. Le Seigneur était avec lui, et tout lui réussissait heureusement : il demeurait dans la maison de son maître,

3. Qui *le tenait auprès de sa personne, parce qu'il* savait très-bien que le Seigneur était avec lui, et qu'il le favorisait *et* le bénissait en toutes ses actions.

1. Igitur Joseph ductus est in Ægyptum, emitque eum Putiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitûs, vir Ægyptius, de manu Ismaelitarum, à quibus perductus erat (1).

2. Fuitque Dominus cum eo, et erat vir in cunctis prosperè agens : habitavitque in domo domini sui,

3. Qui optimè noverat Dominum esse cum eo, et omnia, quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius.

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome II, page 379.

---

esse et quasi luctari quis prior egrederetur. — *Coccinum.* Ut constaret uter esset primogenitus.

29. *Dixitque mulier.* Obstetrix ægre ferens se deceptam : metuens etiam ne violenta hæc eruptio matri aut gemellis noceret.—*Quare divisa est propter te maceria?* Sensus est : Quare frater tuus primus egredi volens, secundinas, quibus eratis in utero involuti, disrupit?—*Phares.* Significat *separationem* seu *divisionem.*

30. *Zara.* Oriens; ita dictus, quod eum prior manum extulisset, prius oriri debuerat.

CAP. XXXIX. 1. *A quibus.* Qui illum in Palæstina emerant a fratribus, iidem nunc Ægypto Putiphari vendiderunt.

2. *Fuitque Dominus cum eo.* Semper illum divina gratia comitabatur, omnia illi expediens, et omnibus gratum reddens. — *Vir in cunctis prospere agens.* Vir non ætate, sed prudentia et maturitate, cui cuncta prospere cedebant.

3. *Optime noverat.* Experientia scilicet didicerat. — *Dirigi.* Prosperari, fortunari.

Digitized by Google

4. Invenitque Joseph gratiam coram domino suo, et ministrabat ei, à quo præpositus omnibus, gubernabat creditam sibi domum, et universa quæ ei tradita fuerant :

5. Benedixitque Dominus domui Ægyptii propter Joseph, et multiplicavit tam in ædibus quàm in agris cunctam ejus substantiam :

6. Nec quidquam aliud noverat, nisi panem quo vescebatur. Erat autem Joseph pulchrâ facie, et decorus aspectu.

4. Joseph, ayant donc trouvé grâce devant son maître, se donna tout entier à son service ; et ayant reçu de lui l'autorité sur toute sa maison, il la gouvernait, et prenait soin de tout ce qui lui avait été mis entre les mains.

5. Le Seigneur bénit la maison de l'Egyptien, à cause de Joseph, et il multiplia tout son bien, tant à la ville qu'à la campagne ;

6. En sorte que *son maître* n'avait d'autre soin que de se mettre à table et de manger, *se reposant du reste sur Joseph.* Or Joseph était beau de visage et très-agréable.

§ II. *La maîtresse de Joseph le sollicite de commettre un adultère avec elle; et voyant qu'il la rebute, elle l'accuse d'avoir voulu la violer.*

L'AN DU MONDE 2286. — AVANT J.-C. 1718.

7. Post multos itaque dies injecit domina sua oculos suos in Joseph, et ait : Dormi mecum.

8. Qui nequaquam acquiescens operi nefario, dixit ad eam : Ecce dominus meus, omnibus mihi traditis, ignorat quid habeat in domo sua :

9. Nec quidquam est quod non in mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ uxor ejus es : quomodo ergo possum hoc malum facere, et peccare in Deum meum?

10. Hujuscemodi verbis per singulos dies, et mulier molesta

7. Longtemps après, sa maîtresse jeta les yeux sur lui et lui dit : Dormez avec moi.

8. Mais Joseph ayant horreur de consentir à une action si criminelle, lui dit : Vous voyez que mon maître m'a confié toutes choses, qu'il ne sait pas même ce qu'il y a dans sa maison ;

9. Qu'il n'y a rien qui ne soit en mon pouvoir, et que m'ayant mis tout entre les mains, il ne s'est réservé que vous seule qui êtes sa femme. Comment donc pourrais-je commettre un si grand crime, et pécher contre mon Dieu, *en violant la fidélité que je dois à mon maître ?*

10. Cette femme continua pendant plusieurs jours à solliciter Joseph par de

---

Benedixitque. Bonorum omnium affluentia replevit. — ***Tam in ædibus quam in agris.*** Domi forisque.

6. ***Nec quidquam aliud noverat, nisi panem quo vescebatur.*** Adagialis loquendi formula; sensus est : ita omnia sua commiserat Joseph, ut cum probitati ejus maxime confideret, nullam rationem dati et accepti reposceret, sollicitus duntaxat mensæ accumbere, et frui iis quæ Josephi arbitrio apponerentur.

7. ***Post multos itaque dies.*** Forte anno octavo, nono, vel decimo post venditionem in Ægypto; nam nihil certi definiri potest. — ***Injecit... oculos.*** Flagitium spirantes, lascivos.

9. ***Quomodo ergo possum.*** Quasi dicat : Qui fieri possit ut erga tam benignum dominum tam sim ingratus, maxime cum id sine gravi Dei offensa fieri non possit?

10. ***Per singulos dies.*** Nullam occasionem colloquii pellacis et male-

Digitized by Google

semblables paroles, et lui *il continua* à résister à son infâme désir.

11. Or il arriva un jour que Joseph étant entré dans la maison, et y faisant quelque chose sans que personne fût présent,

12. Sa maîtresse le prit par son manteau, et lui dit *encore* : Dormez avec moi. Alors Joseph lui laissant le manteau entre les mains, s'enfuit et sortit hors du logis.

13. Cette femme se voyant le manteau *de Joseph* entre les mains, *dans la douleur* d'avoir été méprisée *par cet esclave,*

14. Appela les gens de sa maison, et leur dit, *en parlant de son mari* : Il nous a amené ici cet Hébreu pour nous faire insulte : il est venu à moi dans le dessein de me corrompre ; et m'étant mise à crier,

15. Lorsqu'il a entendu ma voix, il m'a laissé son manteau que je tenais, et s'est enfui dehors.

16. Lors donc que son mari fut retourné en sa maison, elle lui montra ce manteau qu'elle avait retenu comme une preuve de sa fidélité,

17. Et lui dit : Cet esclave hébreu que vous nous avez amené est venu pour me faire violence,

18. Et m'ayant entendu crier, il m'a laissé son manteau que je tenais et s'est enfui dehors.

erat adolescenti, et ille recusabat stuprum.

11. Accidit autem quâdam die, ut intraret Joseph domum, et operis quippiam absque arbitris faceret.

12. Et illa, apprehensâ laciniâ vestimenti ejus, diceret : Dormi mecum. Qui relicto in manu ejus pallio fugit, et egressus est foras.

13. Cùmque vidisset mulier vestem in manibus suis, et se esse contemptam,

14. Vocavit ad se homines domûs suæ, et ait ad eos : En introduxit virum Hebræum, ut illuderet nobis : ingressus est ad me, ut coiret mecum : cùmque ego succlamassem,

15. Et audisset vocem meam, reliquit pallium quod tenebam, et fugit foras.

16. In argumentum ergo fidei retentum pallium ostendit marito revertenti domum,

17. Et ait : Ingressus est ad me servus Hebræus, quem adduxisti, ut illuderet mihi.

18. Cùmque audisset me clamare, reliquit pallium quod tenebam, et fugit foras.

---

suadi sibi elabi patiebatur. — *Stuprum.* Adulterium : est catachresis.

11. *Ut intraret Joseph domum, et operis quidpiam absque arbitris faceret.* Soli domi negotia domini procuranti mulier impura supervenit. Chaldæus ait ingressum, ut scripturas ratiociniorum investigaret.

12. *Lacinia.* Extrema fimbria, seu ora vestimenti. — *Egressus est foras.* Potuisset robustus juvenis pallium de mulierculæ manibus violenter extorquere; sed nec vim dominæ facere voluit, nec contactum impuræ feminæ manibus vestem ultra gestare sustinuit.

13. *Vidisset mulier.* Facilis mulieri ex amore in odium migratio, præsertim si se et contemptam et deprehensam animadvertat.

14. *Vocavit ad se.* Quiritans, et ut opem ferrent, et comprehenderent Josephum, jubens.

17. *Servus Hebræus, quem adduxisti.* Etiam maritum culpæ quodammodo participem facit, ut ita cogat acrius in Josephum sævire. * Simile illud in Hippolyto Senecæ :

. . . . . En praceps abiit,
Ensemque trepida liquit attonitus fuga.

Digitized by Google

§ III. *Putiphar trop crédule fait mettre Joseph en prison. Il trouve grâce auprès du geôlier qui lui confie le soin de tous les prisonniers.*

19. His auditis dominus, et nimiùm credulus verbis conjugis, iratus est valdè :

20. Tradiditque Joseph in carcerem, ubi vincti regis custodiebantur, et erat ibi clausus.

21. Fuit autem Dominus cum Joseph, et misertus illius dedit gratiam in conspectu principis carceris.

22. Qui tradidit in manu illius universos vinctos qui in custodia tenebantur : et quidquid fiebat, sub ipso erat.

23. Nec noverat aliquid, cunctis ei creditis : Dominus enim erat cum illo, et omnia opera ejus dirigebat.

19. Le maître *de Joseph*, trop crédule aux accusations de sa femme, entra à ces paroles dans une grande colère,

20. Et fit mettre Joseph en la prison où l'on gardait ceux que le roi faisait arrêter. Il était donc enfermé en ce lieu-là.

21. Mais le Seigneur fut avec Joseph ; il en eut compassion, et il lui fit trouver grâce devant le gouverneur de la prison,

22. Qui lui remit le soin de tous ceux qui y étaient enfermés. Il ne se faisait rien que par son ordre.

23. Et le gouverneur lui ayant tout confié, ne prenait connaissance de quoi que ce soit, parce *qu'il voyait* que le Seigneur était avec Joseph, et qu'il le faisait réussir en toutes choses.

CHAPITRE XL.

§ I. *Disgrâce du grand échanson et du grand panetier du roi d'Egypte. Ils sont mis dans la prison avec Joseph. Ils ont des songes qui les troublent.*

L'AN DU MONDE 2287. — AVANT J.-C. 1717.

1. His ita gestis, accidit ut peccarent duo eunuchi, pincerna regis Ægypti, et pistor, domino suo.

2. Iratusque contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter pistoribus),

1. Il arriva ensuite que deux eunuques du roi d'Egypte, son grand échanson et son grand panetier, offensèrent leur seigneur.

2. Et Pharaon étant en colère contre ces deux officiers (dont l'un commandait à ses échansons, et l'autre à ses panetiers),

---

19. *Nimium credulus.* Excæcante zelotypia : nec advertit hanc ipsam vestem indicium potius esse violentiæ a muliere profectæ, ut notavit Philo.

20. *In carcerem.* Hebr. *in domum carceris.*

21. *Principis carceris.* Præfecti et custodis.

22. *Sub ipso erat.* Directione ejus fiebat.

23. *Nec noverat aliquid.* Nulli rei se immiscebat, nihil curabat ; omnia enim fidei et prudentiæ Josephi commissa.

Cap. XL. 1. *Ut peccarent.* Quod crimen admiserint ignoratur ; fortasse aliquid furati de annona, vel aliqua orta suspicio, ne Pharaoni venenum pararent. — *Pincerna.* LXX habent, *principem pincernarum ;* eorum scilicet qui Pharaoni vinum miscebant pocillatorum. — *Pistor.* Vox hebræa *panis coctorem* significat. LXX, principem eorum qui panes faciebant.

Digitized by Google

3. Les fit mettre dans la prison du général de ses troupes, où Joseph était prisonnier.

4. Le gouverneur de la prison les mit entre les mains de Joseph, qui les servait *et avait soin d'eux*. Quelque temps s'étant passé, pendant lequel ils demeuraient toujours prisonniers,

5. Ils eurent tous deux un songe dans une même nuit, qui étant expliqué marquait ce qui devait arriver à chacun d'eux.

6. Joseph entra le matin où ils étaient, et les ayant vus tristes,

7. Il leur en demanda le sujet, et leur dit : D'où vient que vous avez le visage plus abattu aujourd'hui qu'à l'ordinaire ?

8. Ils lui répondirent : Nous avons eu *cette nuit* un songe *qui nous inquiète*, et nous n'avons personne pour nous l'expliquer. Joseph leur dit : N'est-ce pas à Dieu qu'il appartient de donner l'interprétation *des songes* ? Dites-moi ce que vous avez vu.

9. Le grand échanson lui rapporta le premier son songe *en ces termes* : Il me semblait que je voyais devant moi un cep de vigne,

10. Où il y avait trois provins qui poussaient peu à peu, premièrement des boutons, ensuite des fleurs, et à la fin des raisins mûrs ;

11. Et qu'ayant dans la main la coupe de Pharaon, j'ai pris ces grappes de raisins, je les ai pressées dans la coupe que je tenais, et en ai donné à boire au roi.

3. Misit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus et Joseph.

4. At custos carceris tradidit eos Joseph, qui et ministrabat eis. Aliquantulùm temporis fluxerat, et illi in custodia tenebantur,

5. Videruntque ambo somnium nocte unâ juxta interpretationem congruam sibi :

6. Ad quos cùm introisset Joseph manè, et vidisset eos tristes,

7. Sciscitatus est eos dicens : Cur tristior est hodie solitò facies vestra?

8. Qui responderunt : Somnium vidimus, et non est qui interpretetur nobis. Dixitque ad eos Joseph : Numquid non Dei est interpretatio ? Referte mihi quid videritis.

9. Narravit prior, præpositus pincernarum, somnium suum : Videbam coram me vitem (1),

10. In qua erant tres propagines, crescere paulatim in gemmas, et post flores uvas matures cere :

11. Calicem Pharaonis in manu mea : tuli ergo uvas, et expressi in calicem quem tenebam, et tradidi poculum Pharaoni.

(1) Rép. crit., tome III, page 41.

---

3. ***Principis militum.*** Putipharis. — ***Vinctus.*** Captivus, jam enim vincula dempta.

4. ***Custos carceris.*** Clavicularius, ergastularius.—***Aliquantulum temporis fluxerat.*** Aliqui probabiliter putant annum unum.

5. ***Juxta interpretationem congruam sibi.*** Unusquisque vidit somnium congruum functioni suæ, et indicans quid singulis eventurum.

8. ***Non est qui interpretetur.*** Quia carcere conclusi sumus, interpretis copiam non habemus. — *Numquid non Dei est interpretatio ?* Quasi dicat : Neminem posse interpretari vere somnia, nisi a Deo interpretationem accipiat : Deum vero revelare cui velit, et se sperare id a Deo sibi concessum iri.

10. ***Tres propagines.*** Tres palmites, seu tria flagella vitium in terram depressa ad novas vites in solo colligendas, et novos pampinos fundendos. Hoc latina vox, *propago*, et græca πυθμήν, quæ est apud LXX, significant.

Digitized by Google

§ II. *Joseph explique le songe du grand échanson, et lui prédit qu'il sera rétabli dans sa charge. Le grand panetier lui expose le sien, et Joseph lui déclare que dans trois jours il sera attaché à une croix. L'événement vérifie cette prédiction. Le grand échanson rétabli oublie Joseph.*

12. Respondit Joseph : Hæc est interpretatio somnii : Tres propagines, tres adhuc dies sunt :

13. Post quos recordabitur Pharao ministerii tui, et restituet te in gradum pristinum : dabisque ei calicem juxta officium tuum, sicut ante facere consueveras.

14. Tantùm memento mei, cùm bene tibi fuerit, et facias mecum misericordiam : ut suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere :

15. Quia furto sublatus sum de terra Hebræorum, et hic innocens in lacum missus sum.

16. Videns pistorum magister quòd prudenter somnium dissolvisset, ait : Et ego vidi somnium, Quòd tria canistra farinæ haberem super caput meum :

17. Et in uno canistro quod erat excelsius, portare me omnes

12. Joseph lui dit : Voici l'interprétation de votre songe : Les trois provins de la vigne marquent trois jours ;

13. Après lesquels Pharaon se souviendra du service que vous lui rendiez ; il vous rétablira dans votre première charge, et vous lui présenterez à boire, selon que vous aviez accoutumé de faire auparavant dans le rang que vous teniez.

14. Seulement souvenez-vous de moi, *je vous prie*, quand ce bonheur vous sera arrivé, et rendez-moi ce bon office, de supplier Pharaon qu'il daigne me tirer de la prison où je suis ;

15. Parce que j'ai été enlevé par fraude *et par violence* du pays *de Chanaan, où habitent maintenant mes parents qui sont* des Hébreux, et que l'on m'a renfermé ici étant innocent.

16. Le grand panetier, voyant qu'il avait interprété ce songe si sagement, lui dit : J'ai eu aussi un songe : Il me semblait que je portais sur ma tête trois corbeilles de farine,

17. Et qu'en celle qui était au-dessus des autres, il y avait de tout ce qui se

---

12. ***Tres adhuc dies sunt.*** Id est, significant. Tres porro propagines in terram depressæ, et ex illa emergentes, bene tres dies significant; totiesenim sol conditur, et rursus in triduo existit.

13. ***Post quos.*** Hebr. *Et dum adhuc tres dies*, id est, post tertium inchoatum. — ***Recordabitur Pharao ministerii tui.*** Hebr. *elevabit Pharao caput tuum*, hoc est, pristinæ dignitati restituet.

14. ***Tantum memento.*** Non posco pretium tam fausti nuntii, tantum mihi faveas apud Pharaonem, ut hinc educar.

15. ***Furto.*** Plagito fratrum. Non fratres, non adulteram accusat, sed suam tantum innocentiam profitetur. — ***De terra Hebræorum.*** De terra Chanaan, in qua pater et fratres, qui Hebræi sunt, degunt. — ***In lacum.*** In carcerem. Vox hebræa בור *bor*, cisternam, lacum, antrum significat.

16. ***Videns.*** Ex interpretatione præcedentis somnii spe bona plenus. — ***Prudenter.*** Magna verisimilitudine. — *Canistra farinæ. Tres cophini pollinis triticei*, ut vertit Aquila; vel, ut habet Chaldæus, *tria canistra plena pane principali.* Visus ergo sibi est pistor capite sustinere tria canistra invicem superposita, in quorum imo et medio soli panes erant, in supremo vero omne genus cibi pistorii, pastæ, artocreatis, et hujusmodi alia, ad quæ aves carnivoræ advolabant.

Digitized by Google

peut apprêter avec la pâte pour servir sur une table, et que les oiseaux en venaient manger.

18. Joseph lui répondit : Voici l'interprétation de votre songe : Les trois corbeilles signifient que vous avez encore trois jours *à vivre*;

19. Après lesquels Pharaon vous fera couper la tête, et vous fera ensuite attacher à une croix, où les oiseaux déchireront votre chair.

20. Le troisième jour suivant, étant celui de la naissance de Pharaon, il fit un grand festin à ses serviteurs, pendant lequel il se souvint du grand échanson et du grand panetier.

21. Il rétablit l'un dans sa charge, afin qu'il continuât à lui présenter la coupe *pour boire;*

22. Et il fit attacher l'autre à une croix, ce qui vérifia l'interprétation que Joseph avait donnée à leurs songes.

23. Cependant le grand échanson, se voyant rentré en faveur après sa disgrâce, ne se souvint plus de son interprète, *ni de la prière qu'il lui avait faite.*

cibos qui fiunt arte pistoriâ, avesque comedere ex eo.

18. Respondit Joseph : Hæc est interpretatio somnii : Tria canistra, tres adhuc dies sunt :

19. Post quos auferet Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce, et lacerabunt volucres carnes tuas (1).

20. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat : quifaciens grande convivium pueris suis, recordatus est inter epulas magistri pincernarum, et pistorum principis.

21. Restituitque alterum in locum suum, ut porrigeret ei poculum :

22. Alterum suspendit in patibulo, ut conjectoris veritas probaretur.

23. Et tamen succedentibus prosperis, præpositus pincernarum oblitus est interpretis sui.

CHAPITRE XLI.

§ I. *Songes de Pharaon. Il en demande en vain l'interprétation aux devins et aux sages de l'Egypte.*

L'AN DU MONDE 2289. — AVANT J.-C. 1715.

1. Deux ans après, Pharaon eut un songe. Il lui sembla qu'il était sur le bord du fleuve *du Nil,*

1. Post duos annos vidit Pharao somnium. Putabat se stare super fluvium,

(1) Les Egyptiens, ainsi que d'autres peuples de l'antiquité, après l'exécution des criminels, suspendaient encore, pour plus grande flétrissure, leurs cadavres à des croix ou à des poteaux.

---

19. *Post quos.* Inchoatos, nam tertio die durante id accidit. — *Auferet... caput tuum.* Vita privabit. — *Lacerabunt volucres.* Nam crucifixorum cadavera gentiles de crucibus pendere sinebant, et carnivoræ aves in ea involare solebant, seque eorum carnibus pascere.* Iloc est quod Horatius dixit:

. . . . . Pa . . es in cruce corvos.

22. *Ut conjectoris veritas.* Sensus est : ex quo factum est ut appareret conjectorem vere somnium fuisse interpretatum.

CAP. XLI. 1. *Post duos annos.* Hebr. a fine duorum annorum, id est, biennio completo a liberatione principis pincernarum. — *Super fluvium.* Juxta fluvium Nilum.

Digitized by Google

2. De quo ascendebant septem boves, pulchræ et crassæ nimis : et pascebantur in locis palustribus.

3. Aliæ quoque septem emergebant de flumine, fœdæ confectæque macie : et pascebantur in ipsa amnis ripa in locis virentibus :

4. Devoraveruntque eas, quarum mira species et habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao,

5. Rursùm dormivit, et vidit alterum somnium : Septem spicæ pullulabant in culmo uno plenæ atque formosæ :

6. Aliæ quoque totidem spicæ tenues et percussæ uredine oriebantur,

7. Devorantes omnem priorum pulchritudinem. Evigilans Pharao post quietem,

8. Et facto mane, pavore perterritus, misit ad omnes conjectores Ægypti cunctosque sapientes : et accersitis narravit somnium, nec erat qui interpretaretur.

2. D'où sortaient sept vaches fort belles et extrêmement grasses, qui paissaient dans des marécages ;

3. Qu'ensuite il en sortit sept autres toutes défigurées, et extraordinairement maigres, qui paissaient *aussi* sur le bord du même fleuve, en des lieux pleins d'herbes,

4. Et que *ces dernières* dévorèrent les premières, qui étaient si grasses et si belles. Pharaon, s'étant éveillé,

5. Se rendormit, et il eut un second songe : Il vit sept épis pleins de grains et très-beaux, qui sortaient d'une même tige.

6. Il en vit aussi paraître sept autres fort maigres, qu'un vent brûlant avait desséchés.

7. Et *ces derniers* dévorèrent les premiers qui étaient si beaux. Pharaon, s'étant éveillé,

8. Fut saisi de frayeur, et ayant envoyé dès le matin chercher tous les devins et tous les sages de l'Egypte, leur raconta son songe, sans qu'il s'en trouvât un seul qui pût l'interpréter.

---

2. ***Locis palustribus.*** Paulo remotius a Nilo, pratis tamen humentibus, et proinde gramine plenis.

3. ***In ipsa amnis ripa.*** Hebr. *super labium fluminis.* Fertilitas Ægypti dependet a Nili exundatione; ideo pingues vaccæ visæ pasci remotius. Steriles anni sunt, quando flumen maligne solam viciniam irrigat; propterea macræ in ipsa ripa pascuntur.

4. ***Devoraveruntque.*** Quia sterilibus annis omnis fertilium annorum copia fuit absumpta.

5. ***Alterum.*** Infra, n. 25, hæc duo somnia unum vocantur somnium, quia unum fuerunt significatione prophetica, duo vero tempore, et modo significandi. * Solent autem somnia divinitus immissa non raro eamdem rem exhibere, ut patet ex hoc eodem cap. n. 32 : sic apud Danielem idem significatum per statuam et arborem. Sic de somnio Ptolomæi Tacitus, l. 5. hist. ***Eadem species terribilior jam et instantior.***

6. ***Uredine.*** Vento urente, euro desiccante, qui ventus Ægypto noxius; flat enim a vasta Arabiæ solitudine.

7. ***Evigilans Pharao.*** Hebr. *evigilavit Pharao, et ecce somnium.* Quasi dicat : Illi jugiter obversabantur.

8. ***Conjectores.*** Ariolos, qui, pacto cum dæmone inito, divinant. * Mos vetus Ægyptiorum, et diu retentus, consulendi hoc genus hominum. Tacitus, lib. 4. hist. de Ptolomæo; ***Ptolomæus omine et miraculo excitus, sacerdotibus Ægyptiorum, quibus mos talia intelligere, nocturnos visus aperit.—Nec erat qui interpretaretur.*** Apte et sapienter, ita ut regi satisfaceret.

Digitized by Google

§ II. *Le grand échanson se souvient enfin de Joseph, et l'indique à Pharaon. Joseph est tiré de prison et présenté au roi, qui lui expose ses songes.*

9. Le grand échanson s'étant enfin souvenu *de Joseph* dit *au roi :* Je confesse ma faute, *et l'oubli que j'ai fait de mon bienfaiteur.*

10. *Car* lorsque le roi étant en colère contre ses serviteurs, commanda que je fusse mis avec le grand panetier dans la prison du général de ses troupes,

11. Nous eûmes tous deux en une même nuit un songe, qui nous prédisait ce qui nous arriva ensuite.

12. Il y avait alors en cette prison un jeune homme hébreu, serviteur du même général de votre armée, auquel ayant raconté chacun notre songe,

13. Il nous dit tout ce que l'événement confirma depuis; car je fus rétabli dans ma charge, et le grand panetier fut pendu à une croix, *comme il nous l'avait prédit.*

14. Aussitôt Joseph fut tiré de sa prison par ordre du roi; on le rasa, on lui fit changer d'habits, et on le présenta devant ce prince.

15. Alors Pharaon lui dit: J'ai eu des songes, *qui sans doute signifient quelque chose:* et je ne trouve personne qui *me* les interprète. Mais on m'a dit que vous aviez une grande lumière pour les expliquer, *et c'est pour cela que je vous ai envoyé querir.*

16. Joseph lui répondit : Ce sera Dieu, et non pas moi, qui rendra au roi une réponse favorable, *et qui lui fera connaître ce qu'il désire savoir.*

9. Tunc demùm reminiscens pincernarum magister, ait : Confiteor peccatum meum :

10. Iratus rex servis suis, me et magistrum pistorum retrudi jussit in carcerem principis militum :

11. Ubi unâ nocte uterque vidimus somnium præsagum futurorum.

12. Erat ibi puer Hebræus, ejusdem ducis militum famulus, cui narrantes somnia,

13. Audivimus quidquid posteà rei probavit eventus; ego enim redditus sum officio meo, et ille suspensus est in cruce.

14. Protinus ad regis imperium eductum de carcere Joseph totonderunt : ac veste mutatâ, obtulerunt ei,

15. Cui ille ait : Vidi somnia, nec est qui edisserat : quæ audivi te sapientissimè conjicere.

16. Respondit Joseph : Absque me Deus respondebit prospera Pharaoni :

---

9. *Peccatum meum.* Ingratitudinem, et beneficii oblivionem a Josepho accepti.

11. *Præsagum.* Hebr. *unusquisque secundum solutionem somnii sui somniavimus.*

12. *Puer.* Adolescens.

14. *Totonderunt.* Moris olim fuit ut in luctu, captivitate, servitute, capillum barbamque intonsam reliquerint in mœroris argumentum. — * *Veste mutata.* Lugentes enim aut sordidati regem adire non poterant. Vide infra, cap. 50. 4, et Esther 4. 4.

16. *Absque me.* Hoc est, *non ego, sed Deus,* ut vertit Symmachus; sive non tam ego quam Deus, unde et recte chaldæus, *non ex sapientia mea, sed a facie Domini respondebitur pax Pharaoni.* — *Prospera.* Puto vaticinium potius hoc esse quam bene precandi formulam.

Digitized by Google

17. Narravit ergo Pharao quod viderat : Putabam me stare super ripam fluminis,

18. Et septem boves de amne conscendere pulchras nimis, et obesis carnibus, quæ in pastu paludis vireta carpebant;

19. Et ecce has sequebantur aliæ septem boves in tantùm deformes et macilentæ, ut nunquàm tales in terra Ægypti viderim :

20. Quæ, devoratis et consumptis prioribus,

21. Nullum saturitatis dedere vestigium : sed simili macie et squalore torpebant. Evigilans, rursùs sopore depressus,

22. Vidi somnium : Septem spicæ pullulabant in culmo uno, plenæ atque pulcherrimæ.

23. Aliæ quoque septem tenues et percussæ uredine, oriebantur è stipula,

24. Quæ priorum pulchritudinem devoraverunt. Narravi conjectoribus somnium, et nemo est qui edisserat.

17. Pharaon lui raconta donc ce qu'il avait vu : Il me semblait, *dit-il*, que j'étais sur le bord du fleuve,

18. D'où sortaient sept vaches fort belles et extrêmement grasses, qui paissaient l'herbe dans des marécages ;

19. Et qu'ensuite il en sortit sept autres si défigurées et si prodigieusement maigres, que je n'en ai jamais vu de telles en Egypte.

20. Ces dernières devorèrent et consumèrent les premières,

21. Sans qu'elles parussent en aucune sorte en être rassasiées : mais *au contraire* elles demeurèrent aussi maigres et aussi affreuses qu'elles étaient auparavant. M'étant éveillé *après ce songe*, je me rendormis,

22. Et j'en eus un second : Je vis sept épis pleins de grains et très-beaux, qui sortaient d'une même tige.

23. Il en parut en même temps sept autres fort maigres, qu'un vent brûlant avait desséchés,

24. *Et* ces derniers devorèrent les premiers qui étaient si beaux. J'ai dit mon songe à tous les devins *de mon royaume*, et je n'en trouve point qui me l'explique.

§ III. *Joseph explique les songes de Pharaon. Il lui déclare qu'ils annoncent une famine extrême, et il lui propose les moyens d'y remédier.*

25. Respondit Joseph : Somnium regis unum est : quæ facturus est Deus ostendit Pharaoni.

26. Septem boves pulchræ, et septem spicæ plenæ, septem ubertatis anni sunt : eamdemque vim somnii comprehendunt.

27. Septem quoque boves tenues atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, et septem spicæ tenues, et vento urente percussæ : septem anni venturæ sunt famis.

25. Joseph répondit : Les deux songes du roi signifient la même chose : Dieu a montré à Pharaon ce qui arrivera dans la suite.

26. Les sept vaches si belles *sortant du Nil*, et les sept épis si pleins de grains que le roi a vus en songe, marquent la même chose, et signifient sept années d'abondance, *qui seront produites par les heureuses inondations du Nil.*

27. Les sept vaches maigres et défaites, qui sont sorties du fleuve après ces premières, et les sept épis maigres et frappés d'un vent brûlant, marquent sept autres années d'une famine qui doit arriver *ensuite, parce que le Nil ne se débordera presque point.*

---

25. *Unum est.* Significatione, nam ejusdem rei symbolum.

Digitized by Google

28. Et ceci s'accomplira de cette sorte :

29. Il viendra premièrement sept années d'une fertilité extraordinaire dans toute l'Egypte,

30. Qui seront suivies de sept autres d'une si grande stérilité qu'elle fera oublier toute l'abondance qui l'aura précédée; car la famine consumera *les fruits de* toute la terre *de l'Egypte et des environs*,

31. Et cette fertilité si extraordinaire sera comme absorbée par l'extrême indigence *qui la doit suivre* (1).

32. Quant au second songe que vous avez eu, qui signifie la même chose, c'est une marque que cette parole de Dieu sera ferme, qu'elle s'accomplira infailliblement et bientôt, *car ce second songe, qui confirme le premier, en marque la vérité.*

33. Il est donc de la prudence du roi de choisir un homme sage et habile, à qui il donne le commandement sur toute l'Egypte;

34. Afin qu'il établisse des officiers dans toutes les provinces, qui, pendant les sept années de fertilité qui vont venir, amassent dans les greniers publics la cinquième partie des fruits de la terre.

35. Que tout le blé *ainsi amassé* soit mis sous la puissance du roi, et qu'on le conserve dans les villes *par son ordre*,

36. Afin qu'il soit tout préparé pour les sept années de famine qui doivent accabler l'Egypte, et que ce pays ne soit pas entièrement consumé par la famine.

28. Qui hoc **ordine complebuntur** :

29. Ecce **septem anni venient** fertilitatis magnæ **in universa terra** Ægypti,

30. Quos sequentur **septem anni** alii tantæ sterilitatis, **ut oblivioni** tradatur cuncta retro **abundantia** : consumptura est enim **fames** omnem terram,

31. Et **ubertatis magnitudinem** perditura est **inopiæ magnitudo.**

32. Quod **autem vidisti secundò** ad eamdem rem pertinens somnium : firmitatis **indicium est**, eò quòd fiat sermo **Dei, et velociùs** impleatur.

33. Nunc ergo **provideat rex** virum sapientem et industrium, et præficiat eum terræ Ægypti :

34. Qui constituat præpositos per cunctas regiones, et quintam partem fructuum per septem annos fertilitatis,

35. Qui jam nunc futuri sunt, congreget in horrea : et omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, serveturque in urbibus,

36. Et præparetur futuræ septem annorum fami, quæ oppressura est Ægyptum, **et non consumetur terra inopiâ.**

(1) De sorte qu'il n'en restera plus aucun vestige.

---

32. *Firmitatis indicium est.* Hoc est, ad confirmandam **priorem** prædictionem adhibitum, et certiorem te reddendum procul dubio **ita futurum.**

34. *Quintam partem.* Cum sint totidem anni fertilitatis et sterilitatis, **cur non** mediam ? 1. quia sufficiebat quinta, id est, quia famis tempore parciore victu homines contenti sunt; 2. quod de fertilioribus annis multorum horrea adhuc plena essent; 3. quia semper prope Nilum aliquid seri poterat, quod, quia valde parum propter exiguas ejus exundationes, pro nihilo fere reputabatur; adeo ut idcirco dicatur inferius, cap. 45. 6, *nec arari, nec seri potuisse.*

35. *Congreget in horrea.* **Per singulas urbes divisa.** — *Omne frumentum.* **Scilicet e quinta illa parte collectum.**

Digitized by Google

§ IV. *Pharaon approuve le conseil de Joseph, et le charge de le faire exécuter. Il lui donne l'autorité sur l'Egypte, et lui fait épouser la fille de Putipharé, prêtre d'Héliopolis.*

37. Placuit Pharaoni consilium et cunctis ministris ejus,

38. Locutusque est ad eos : Num invenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit?

39. Dixit ergo ad Joseph : Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, numquid sapientiorem et consimilem tui invenire potero?

40. Tu eris super domum meam, et ad tui oris imperium cunctus populus obediet : uno tantùm regni solio te præcedam.

41. Dixitque rursus Pharao ad Joseph : Ecce, constitui te super universam terram Ægypti.

42. Tulitque annulum de manu sua, et dedit eum in manu ejus : vestivitque eum stolâ byssinâ, et collo torquem auream circumposuit.

43. Fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante præcone, ut omnes coram eo genu flecterent, et præpositum esse scirent universæ terræ Ægypti.

44. Dixit quoque Rex ad Joseph: Ego sum Pharao : absque tuo im-

37. Ce conseil plut à Pharaon et à tous ses ministres,

38. Et il leur dit : Où pourrions-nous trouver un homme comme celui-ci, qui fût aussi rempli qu'il l'est de l'esprit de Dieu?

39. Il dit donc à Joseph : Puisque Dieu vous a fait voir tout ce que vous avez dit, où pourrais-je trouver quelqu'un plus sage que vous, ou *même* semblable à vous, *pour exécuter le conseil que vous m'avez donné?*

40. Ce sera *donc* vous qui aurez l'autorité sur ma maison ; quand vous ouvrirez la bouche pour commander, tout le peuple vous obéira : et je n'aurai au-dessus de vous que le trône et la qualité de roi.

41. Pharaon dit encore à Joseph : Je vous établis aujourd'hui pour commander à toute l'Egypte.

42. *En même temps* il prit son anneau qu'il avait à la main et le mit à celle de Joseph; il le fit revêtir d'une robe de fin lin et lui mit au cou un collier d'or, *ornements de distinction qui marquaient la dignité à laquelle il plaisait au roi de l'élever.*

43. Il le fit *ensuite* monter sur l'un de ses chars, qui était le second après le sien, et fit crier par un héraut que tout le monde eût à fléchir le genou devant lui, et que tous reconnussent qu'il avait été établi pour commander à toute l'Egypte.

44. Le roi dit encore à Joseph : Je suis Pharaon, *et je jure par cette qualité, que*

---

40. *Ad tui oris imperium cunctus populus obediet.* Hebr. est, *omnis populus ad os tuum osculabitur,* id est, oris tui præceptum exosculabitur, venerabitur, eique libenter parebit.

42. *Annulum.* Signatorium ad sancienda decreta. — *Stola byssina.* Quæ tunc satraparum et principum in Ægypto propria. Byssus lini tenuissimi species est. — *Torquem.* Catenam auream.

43. *Currum suum secundum.* Quo vehi solitus, qui secundus a rege.—*Ut omnes coram eo genu flecterent.* In Hebr. est, *et clamaverunt ante eum abrech.* Aliqui putant vocem *abrech* significare *flecte genu;* alii, *pater tener;* alii, *pater regis.* Thargum ita vertit : *Clamabant : Vivat pater regis, qui est princeps in sapientia, et tener in annis.*

44. *Ego sum Pharao.* Quasi dicat : Juro tibi per meipsum, qui sum rex

Digitized by Google

nul ne remuera ni le pied ni la main dans toute l'Egypte que par votre ordre et par votre commandement.

45. Il lui changea aussi son nom, et l'appela en langue égyptienne le Sauveur du monde. Il lui fit ensuite épouser Aseneth, fille de Putipharé, prêtre d'Héliopolis. Après cela Joseph alla visiter l'Egypte.

perio non movebit quisquam manum aut pedem in omni terra Ægypti.

45. Vertitque nomen ejus, et vocavit eum linguâ ægyptiacâ, Salvatorem mundi. Deditque illi uxorem Aseneth filiam Putiphare sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Joseph ad terram Ægypti.

§ V. *Joseph fait le tour de l'Egypte. Il met en réserve les blés qu'on recueille en abondance durant sept ans, et les vend au profit du roi durant les sept années stériles.*

46. (Il avait trente ans lorsqu'il parut devant le roi Pharaon), et il fit le tour de toutes les provinces de l'Egypte *pour y établir l'ordre qu'il avait projeté.*

47. Les sept années de fertilité vinrent donc, et le blé ayant été mis en gerbes, fut serré ensuite dans les greniers de l'Egypte.

48. Et *la cinquième partie de* toute cette grande abondance de grains fut mise en réserve dans toutes les villes.

49. Car il y eut une si grande quantité de froment qu'elle égalait le sable de la mer, et qu'elle ne pouvait pas même se mesurer.

50. Avant que la famine vînt, Joseph eut deux enfants de sa femme Aseneth,

46. (Triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis), et circuivit omnes regiones Ægypti.

47. Venitque fertilitas septem annorum: et in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Ægypti.

48. Omnis etiam frugum abundantia in singulis urbibus condita est.

49. Tantaque fuit abundantia tritici, ut arenæ maris coæquaretur, et copia mensuram excederet.

50. Nati sunt autem Joseph filii duo antequam veniret fames: quos

---

supremus. Omnes Ægypti reges *Pharaones* dicti sunt annis ferme mille quadringentis a primo cui hoc nomen. Postea reges Alexandrini dicti sunt Ptolomæi. — *Non movebit quisquam.* Nihil momenti alicujus fiet sine consensu tuo. Videtur adagium.

45. *Lingua ægyptiaca.* Verba hæc non in hebræo sunt, nec in græco; additum ab interprete latino, ne cruciemur quærentes cujus linguæ vocabulum sit, quod sequitur. — *Salvatorem mundi.* Quod scilicet sua prudentia et sapientia ab ea mundi plaga exitium averterit, quod a fame imminebat. — *Aseneth filiam Putiphare.* Putant aliqui hunc Putipharem eumdem esse cum primo hero Josephi: sed verius esse diversum: hic enim sacerdos erat, ille militiæ princeps; hic Heliopoli, ille Memphi in regia degebat. — *Heliopoleos.* Quæ vox *civitatem solis* significat.

46. *Stetit in conspectu.* Hebræis, stare in conspectu Domini est servire, seu ministrare. Dan. 1. 19, *steterunt in conspectu regis.* I. Reg. 16. 21, *stetit coram eo.*

47. *In manipulos.* Tanta fuit abundantia, ut cuncta horrea manipulorum acervis complerentur, ideo etiam manipuli conditi in horrea, quia sic diutius conservatur triticum, et quia quotannis ex manipulis frumentum excutiendo quædam triturræ species exhibebatur, quæ tristitiam ex sterilitate leniret.

49. *Ut arenæ maris.* Hyperbole. — *Mensuram.* Annorum præcedentium, etiam fertilissimorum.

Digitized by Google

peperit ei Aseneth, filia Putiphare, sacerdotis Heliopoleos.

51. Vocavitque nomen primogeniti, Manasses, dicens : Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, et domûs patris mei.

52. Nomen quoque secundi appellavit Ephraim, dicens : Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ.

53. Igitur transactis septem ubertatis annis, qui fuerant in Ægypto :

54. Cœperunt venire septem anni inopiæ, quos prædixerat Joseph : et in universo orbe fames prævaluit, in cuncta autem terra Ægypti panis erat.

55. Quâ esuriente, clamavit populus ad Pharaonem, alimenta petens. Quibus ille respondit : Ite ad Joseph, et quidquid ipse vobis dixerit, facite.

56. Crescebat autem quotidie fames in omni terra : aperuitque Joseph universa horrea, et vendebat Ægyptiis : nam et illos oppresserat fames.

57. Omnesque provinciæ veniebant in Ægyptum, ut emerent escas, ef malum inopiæ temperarent.

fille de Putipharé, prêtre d'Héliopolis,

51. Il nomma l'aîné Manassé *qui signifie oubli*, en disant : Dieu m'a fait oublier tous mes travaux et la maison de mon père.

52. Il nomma le second Ephraïm, *qui signifie production*, en disant : Dieu m'a fait croître dans la terre *de mon affliction et* de ma pauvreté.

53. Ces années de la fertilité d'Egypte étant donc passées,

54. Les sept années de stérilité vinrent ensuite, selon la prédiction de Joseph ; et pendant que tout le reste du monde était affligé de la famine, il y avait *de quoi faire* du pain dans toute l'Egypte.

55. Le peuple étant pressé de la famine cria à Pharaon et lui demanda de quoi vivre. Mais il leur dit : Allez *trouver* Joseph, et faites tout ce qu'il vous dira.

56. Cependant la famine croissait tous les jours dans toute la terre : et Joseph, ouvrant tous les greniers, vendait du blé aux Egyptiens, parce qu'ils étaient tourmentés eux-mêmes de la famine, *n'ayant pas eu soin de la prévenir*.

57. Et l'on venait de toutes les provinces *voisines* en Egypte pour acheter de quoi vivre, et pour trouver quelque soulagement dans la rigueur de cette famine.

CHAPITRE XLII.

§ I. *Les frères de Joseph sont envoyés en Egypte par Jacob pour y acheter du blé. Joseph les reconnaît, les traite d'espions, et les fait mettre en prison.*

L'AN DU MONDE 2297. — AVANT J.-C. 1707.

1. Audiens autem Jacob quòd alimenta venderentur in Ægyp-

1. Cependant Jacob, ayant ouï dire qu'on vendait du blé en Egypte, dit à ses

---

51. *Manasses.* Id est, faciens oblivisci.

52. *Ephraim.* Id est, fructificationes. — *Paupertatis.* Humiliationis, afflictionis.

54. *In universo orbe.* Ægypto circumjacente Syria, Chananæa, etc.

57. *Omnesque provinciæ.* Proximæ, nam cæteris vix ad paucos menses Josephi horrea suffecissent.

CAP. XLII. 1. *Quod alimenta venderentur.* Hebr. *quod esset divisio, seu fractio in Ægypto,* id est, quod dividerentur cibi. Frequenter Hebræi utun-

Digitized by Google

enfants : Pourquoi négligez-vous *ce qui regarde notre soulagement?*

2. J'ai appris qu'on vend du blé en Egypte, allez-y acheter ce qui nous est nécessaire, afin que nous puissions vivre et que nous ne mourions pas de faim.

3. Les dix frères de Joseph allèrent donc en Egypte pour y acheter du blé ;

4. Car Jacob retint Benjamin avec lui, ayant dit à ses frères *qu'il craignait* qu'il ne lui arrivât quelque accident dans le chemin.

5. Ils entrèrent dans l'Egypte avec les autres qui y allaient pour acheter *du blé*, parce que la famine était dans la terre de Chanaan.

6. Joseph commandait dans toute l'Egypte, et le blé ne se vendait aux peuples que par son ordre. *Ainsi il fallait s'adresser à lui pour en avoir.* Ses frères l'ayant donc adoré,

7. Il les reconnut : et leur parlant assez rudement, comme à des étrangers, il leur dit : D'où venez-vous? Ils lui répondirent : *Nous venons* du pays de Chanaan pour acheter ici de quoi vivre.

8. Et quoiqu'il connût bien ses frères, il ne fut pas néanmoins connu d'eux.

9. Alors se souvenant des songes qu'il avait eus autrefois, *et de l'autorité qu'il devait, selon ses songes, avoir un jour*

to, dixit filiis suis : Quare negligitis?

2. Audivi quòd triticum venundetur in Ægypto : descendite, et emite nobis necessaria, ut possimus vivere, et non consumamur inopiâ.

3. Descendentes igitur fratres Joseph decem, ut emerent frumenta in Ægypto,

4. Benjamin domi retento à Jacob, qui dixerat fratribus ejus : Ne fortè in itinere quidquam patiatur mali :

5. Ingressi sunt terram Ægypti cum aliis qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in terra Chanaan.

6. Et Joseph erat princeps in terra Ægypti, atque ad ejus nutum frumenta populis vendebantur. Cùmque adorassent eum fratres sui,

7. Et agnovisset eos, quasi ad alienos duriùs loquebatur, interrogans eos : Unde venistis? Qui responderunt : De terra Chanaan, ut emamus victui necessaria.

8. Et tamen fatres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis.

9. Recordatusque somniorum quæ aliquando viderat, ait ad eos : Exploratores estis, ut videa-

---

tur verbo frangendi, cum de cibis est mentio. Thren. 4. 4 : *Parvuli petierunt panem, et non erat qui frangeret eis.* — *Quare negligitis?* Hebr. *ut quid vos ipsi aspicitis?* qui habitus otiosorum est et desidum expectantium dum alter rem expediat.

6. *Adorassent.* More regio, vultu profunde ad terram inclinato, aut genu submisso. Hoc eventu somnium Joseph comprobatum est.

7. *Quasi ad alienos.* Offensi personam sumens, indignanti similis, et minanti.

8. *Non est cognitus ab eis.* Quia jam ætas adultior barbam induxerat, et aliquam lineamentorum mutationem. Quæres cur tamdiu rem celari voluit Deus, ut Jacob parenti Josephi status et vita non innotescerent? Respondeo id divino consilio factum, ut Jacobi virtus et patientia exercerentur, et levia ejus crimina hoc purgationis genere expiarentur. Deinde ne redimeretur Joseph a Jacob, esset que locus impletioni somnii, et Jacob in Ægyptum descenderet cum suis, ut inde postea numero aucti, ad promissam terram possidendam ascenderent.

9. *Exploratores estis.* Nihil laborandum ut hanc insimulationem mendacii nota liberemus : sciebat eos non esse exploratores; sed hoc crimen impin-

Digitized by Google

tis infirmiora terræ venistis.

10. Qui dixerunt : non est ita, domine, sed servi venerunt ut emerent cibos.

11. Omnes filii unius viri sumus : pacifici venimus, nec quidquam famuli tui machinantur mali.

12. Quibus ille respondit : Aliter est, immunita terræ hujus considerare venistis.

13. At illi : Duodecim, inquiunt, servi tui, fratres sumus, filii viri unius in terra Chanaan : minimus cum patre nostro est, alius non est super.

14. Hoc est, ait, quod locutus sum : Exploratores estis.

15. Jam nunc experimentum vestri capiam : per salutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater vester minimus.

16. Mittite ex vobis unum, et adducat eum : vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixistis utrùm vera an falsa sint : alioquin per salutem Pharaonis exploratores estis.

17. Tradidit ergo illos custodiæ tribus diebus.

sur ses frères, il leur dit : Vous êtes des espions, *et* vous êtes venus ici pour considérer les endroits les plus faibles de l'Egypte.

10. Ils lui répondirent : Non, seigneur, nous ne sommes point venus pour cela ; mais vos serviteurs sont venus ici *seulement* pour acheter du blé.

11. Nous sommes tous enfants d'un seul homme : nous venons avec des pensées de paix, et vos serviteurs n'ont aucun mauvais dessein.

12. Joseph leur répondit : Non, cela n'est pas ; mais vous êtes venus pour remarquer ce qu'il y a de moins fortifié dans l'Egypte.

13. Ils lui dirent : Nous sommes douze frères, *tous* enfants du même homme dans le pays de Chanaan, et vos serviteurs. Le dernier de tous est avec notre père, et l'autre n'est plus au monde.

14. Voilà, dit Joseph, *qui ne détruit point* ce que je disais, *que* vous êtes des espions.

15. *Mais* je m'en vais éprouver si vous dites la vérité. Vive Pharaon ! vous ne sortirez point d'ici jusqu'à ce que le dernier de vos frères y soit venu.

16. Envoyez l'un de vous pour l'amener : cependant vous demeurerez en prison jusqu'à ce que j'aie reconnu si ce que vous dites est vrai ou faux : autrement, vive Pharaon ! vous êtes des espions.

17. Il les fit donc mettre en prison pour trois jours.

---

git, ut adigat illos sibi de statu, in quo pater versaretur, et quod de Benjamino fratre uterino actum, vera narrare. Non tamen injustus fuit sic insimulando ; cum enim personam publicam gereret, licebat a reis quos sciebat affines parricidii et plagiti fraterni pœnam exigere : quanto autem minorem exigit, quam commeriti essent? D. Augustinus ait non esse mentitum, sed jocosa simulatione ita locutum. — *Infirmiora terræ.* Hebr. *nuditates terræ*, id est, loca minus arte munita.

11. *Pacifici.* Vox hebræa rectos, sinceros, veraces significat.

14. *Hoc est, ait.* Ex eo quod fingitis vos alium fratrem habere qui non adest, colligo cætera quoque falsa.

15. *Experimentum vestri capiam.* An mentiti sitis.

16. *Per salutem Pharaonis.* Jurat per vitam Pharaonis se illos tanquam exploratores habiturum et tractaturum, nisi Benjamin abducant. * Est juramentum per modum exsecrationis, qua vitam et salutem Pharaonis Deo obligat, tanquam rem sibi charissimam, si secus faciat ac dixit.

Digitized by Google

§ II. *Joseph au bout de trois jours fait sortir ses frères de prison, retenant seulement Siméon. Il renvoie les autres dans leur pays, à condition qu'ils lui ramèneront leur frère Benjamin.*

18. Et le troisième jour il les fit sortir de prison et leur dit : Faites ce que je vous dis et vous vivrez : car je crains Dieu *et je ne veux pas vous faire de mal, si vous êtes innocents.*

19. Si *donc* vous venez ici dans un esprit de paix, que l'un de vos frères demeure lié dans la prison, et allez-vous-en vous *autres ;* emportez en votre pays le blé que vous avez acheté,

20. Et amenez-moi le dernier de vos frères, afin que je puisse reconnaître si ce que vous dites est véritable, et que vous ne mouriez point. Ils firent ce qu'il leur avait ordonné.

21. Et ils se disaient l'un à l'autre : C'est justement que nous souffrons tout ceci, parce que nous avons péché contre notre frère ; et que voyant la douleur de son âme, lorsqu'il nous priait d'avoir compassion de lui, nous ne l'écoutâmes point : c'est pour cela que nous sommes tombés dans cette affliction.

22. Ruben, l'un d'entre eux, leur disait : Ne vous dis-je pas alors : Ne commettez point un si grand crime contre cet enfant ? Et cependant vous ne m'écoutâtes point ; c'est son sang maintenant que *Dieu nous* redemande.

23. *En s'entretenant ainsi,* ils ne savaient pas que Joseph les entendît, parce qu'il leur parlait par un truchement.

24. Mais il se retira pour un peu de temps et versa des larmes ; et étant revenu, il leur parla *de nouveau.*

18. Die autem tertio eductis de carcere, ait : Facite quæ dixi, et vivetis : Deum enim timeo.

19. Si pacifici estis, frater vester unus ligetur in carcere : vos autem abite, et ferte frumenta quæ emistis, in domos vestras,

20. Et fratrem vestrum minimum ad me adducite, ut possim vestros probare sermones, et non moriamini. Fecerunt ui dixerat :

21. Et locuti sunt ad invicem : Meritò hæc patimur, quia peccavimus in fratrem nostrum, videntes angustiam animæ illius, dum deprecaretur nos, et non audivimus : idcirco venit super nos ista tribulatio.

22. E quibus unus Ruben ait : Numquid non dixi vobis : Nolite peccare in puerum, et non audistis me? en sanguis ejus exquiritur.

23. Nesciebant autem quòd intelligeret Joseph, eò quòd per interpretem loqueretur ad eos.

24. Avertitque se parumper, et flevit : et reversus locutus est ad eos.

---

18. *Deum enim timeo.* Quasi dicat : Nihil injuste faciam aut inhumane ; scio excelso excelsiorem esse alium, cui mea dicta et facta probare debeam.

21. *Merito hæc patimur.* En conscientiæ vim. *Oculos quos culpa claudit, pœna aperit,* ait quodam loco S. Gregorius.

22. *En sanguis ejus exquiritur.* Moriendum nobis, quia fratrem occidimus ; nam mortuum credebant.

24. *Et flevit.* Naturali affectu simulationis artificium vincente.

Digitized by Google

§ III. *Joseph fait lier Siméon devant ses frères, et ordonne à ses officiers d'emplir leurs sacs de blé et d'y remettre l'argent qu'ils avaient donné. Jacob ne peut se résoudre à laisser aller en Egypte son fils Benjamin.*

25. Tollensque Simeon, et ligans illis præsentibus, jussit ministris ut implerent eorum saccos tritico, et reponerent pecunias singulorum in sacculis suis, datis supra cibariis in viam : qui fecerunt ita.

26. At illi portantes frumenta in asinis suis, profecti sunt (1).

27. Apertoque unus sacco, ut daret jumento pabulum in diversorio, contemplatus pecuniam in ore sacculi (2),

28. Dixit fratribus suis : Reddita est mihi pecunia, en habetur in sacco. Et obstupefacti turbatique, mutuo dixerunt : Quidnam est hoc quod fecit nobis Deus?

29. Veneruntque ad Jacob patrem suum in terram Chanaan, et narraverunt ei omnia quæ accidissent sibi, dicentes :

30. Locutus est nobis dominus terræ dure, et putavit nos exploratores esse provinciæ.

31. Cui respondimus : Pacifici sumus, nec ullas molimur insidias.

32. Duodecim fratres uno patre geniti sumus : unus non est super, minimus cum patre nostro est in terra Chanaan.

25. Il fit prendre Siméon et le fit lier devant eux ; et il commanda à ses officiers d'emplir leurs sacs de blé, et de remettre dans le sac de chacun d'eux l'argent qu'ils avaient donné, en y ajoutant encore des vivres pour se nourrir pendant le chemin ; ce qui fut exécuté aussitôt.

26. Les frères de Joseph s'en allèrent donc, emportant leur blé sur leurs ânes.

27. Et l'un d'eux ayant ouvert son sac dans l'hôtellerie pour donner à manger à son âne, vit son argent à l'entrée du sac,

28. Et il dit à ses frères : On m'a rendu mon argent, le voici dans mon sac. Ils furent tout saisis d'étonnement et de trouble, et s'entre-disaient : Quelle est cette conduite de Dieu sur nous?

29. Lorsqu'ils furent arrivés chez Jacob leur père, au pays de Chanaan, ils lui racontèrent tout ce qui leur était arrivé, en disant :

30. Le seigneur de ce pays-là nous a parlé durement, il nous a pris pour des espions qui venaient observer le royaume.

31. Nous lui avons répondu : Nous sommes des gens paisibles et très-éloignés d'avoir aucun mauvais dessein.

32. Nous étions douze frères, *tous* enfants d'un même père. L'un n'est plus au monde, le plus jeune est avec notre père au pays de Chanaan.

(1) Bible vengée, note LXXX. — (2) Bible vengée, note LXXXI.

---

25. *Simeon.* Hic eligitur ad pœnam, quia cum natu esset proximus Rubeno, si se illi adjunxisset (quia Judas etiam in Josephum propendebat), facile cæteros auctoritate sua coercuisset; ideo præcipuam culpam Simeoni nonnulli auctores adscribunt. — *Illis præsentibus.* Ut eos magis terreret. — *Datis supra cibariis in viam.* Dato insuper viatico, id est, addita annonæ emptæ tanta panum et pabuli quantitate, quanta per iter ipsis jumentisque satis esset, ut quod coemerant, integrum, et sine diminutione domum ferrent.

27. *Pabulum.* Hordeum vel avenam.

28. *Obstupefacti.* Hebr. *Egressum est cor illorum.* Veriti scilicet insidias sibi strui, consternati sunt.

29. *Narraverunt.* Ultro et sponte, ne pater animi penderet ubi mansisset Simeon.

Digitized by Google

33. Il nous a répondu : Je veux éprouver s'il est vrai que vous n'ayez que des pensées de paix. Laissez-moi donc ici l'un de vos frères ; prenez le blé qui vous est nécessaire pour vos maisons, et vous en allez,

34. Et amenez-moi le plus jeune de vos frères, afin que je sache que vous n'êtes point des espions ; que vous puissiez ensuite remener avec vous celui que je retiens prisonnier, et qu'il vous soit permis à l'avenir d'acheter ici ce que vous voudrez.

35. Après avoir ainsi parlé *à leur père*, comme ils jetaient leur blé hors de leurs sacs, ils trouvèrent chacun leur argent lié à l'entrée du sac, et ils en furent tous épouvantés.

36. Alors Jacob leur père leur dit : Vous m'avez réduit à être sans enfants. Joseph n'est plus au monde, Siméon est en prison, et vous voulez *encore* m'enlever Benjamin. Tous ces maux sont retombés sur moi.

37. Ruben lui répondit : Faites mourir mes deux enfants si je ne vous le ramène ; confiez-le-moi, et je vous le rendrai *certainement*.

38. Non, dit Jacob : Mon fils n'ira point avec vous. Son frère est mort, et il est demeuré seul. S'il lui arrive quelque malheur au pays où vous allez, vous accablerez ma vieillesse d'une douleur qui m'emportera dans le tombeau.

33. Qui ait nobis : Sic probabo quod pacifici sitis : Fratrem vestrum unum dimittite apud me, et cibaria domibus vestris necessaria sumite, et abite,

34. Fratremque vestrum minimum adducite ad me, ut sciam quod non sitis exploratores : et istum, qui tenetur in vinculis, recipere possitis : ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam.

35. His dictis, cum frumenta effunderent, singuli repererunt in ore saccorum ligatas pecunias : exterritisque simul omnibus,

36. Dixit pater Jacob : Absque liberis me esse fecistis, Joseph non est super, Simeon tenetur in vinculis, et Benjamin auferetis : in me hæc omnia mala reciderunt.

37. Cui respondit Ruben : Duos filios meos interfice, si non reduxero illum tibi : trade illum in manu mea, et ego eum tibi restituam.

38. At ille : Non descendet, inquit, filius meus vobiscum; frater ejus mortuus est, et ipse solus remansit: si quid ei adversi acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

---

35. *Singuli repererunt.* Filii aperuerunt saccos in via, sciebantque pecuniam eis inesse; pater vero nesciebat, sed filii coram patre simulant se quoque id nescire, ne a patre increpentur. Exterriti ergo sunt filii, id est, simularunt novum metum. Jacob verum concepit, timens Simeoni si non redirent.

36. *Absque liberis.* Orbum fecistis. — *In me hæc omnia.* Solus omnia luo, qui sic in liberis discerpor.

37. *Duos filios meos interfice.* Hyperbolica locutio, significans certo certius se reducturum.

38. *Canos meos.* Me jam decrepitum. — *Cum dolore.* Efficietis ut ego senex mœrore contabescam, senio meo mortem accelerabitis.

Digitized by Google

CHAPITRE XLIII.

§ I. *La famine contraint Jacob de laisser aller Benjamin avec ses frères en Egypte. Il leur ordonne de porter des présents à celui qui y commande, et prie Dieu de le leur rendre favorable.*

L'AN DU MONDE 2298. — AVANT J.-C. 1706.

1. Interim fames omnem terram vehementer premebat;

2. Consumptisque cibis quos ex Ægypto detulerant, dixit Jacob ad filios suos : Revertimini, et emite nobis pauxillum escarum.

3. Respondit Judas : Denuntiavit nobis vir ille sub attestatione jurisjurandi, dicens : Non videbitis faciem meam, nisi fratrem vestrum minimum adduxeritis vobiscum.

4. Si ergo vis eum mittere nobiscum, pergemus pariter, et ememus tibi necessaria.

5. Sin autem non vis, non ibimus : vir enim, ut sæpe diximus, denuntiavit nobis, dicens : Non videbitis faciem meam absque fratre vestro minimo.

6. Dixit eis Israel : In meam hoc fecistis miseriam, ut indicaretis ei et alium habere vos fratrem.

7. At illi responderunt : Interrogavit nos homo per ordinem nostram progeniem : si pater viveret, si haberemus fratrem : et

1. Cependant la famine désolait extraordinairement tout le pays *de Chanaan;*

2. Et le blé que les enfants de Jacob avaient apporté d'Égypte étant consommé, Jacob leur dit : Retournez *en Egypte* pour nous acheter *encore* un peu de blé.

3. Juda répondit : Celui qui commande en ce pays-là nous a déclaré sa volonté avec serment, en disant : Vous ne verrez point mon visage, à moins que vous n'ameniez avec vous le plus jeune de vos frères.

4. Si vous voulez donc l'envoyer avec nous, nous irons ensemble, et nous achèterons ce qui vous est nécessaire.

5. Que si vous ne le voulez pas, nous n'irons point; car cet homme, comme nous vous l'avons dit plusieurs fois, nous a déclaré que nous ne verrions point son visage, si nous n'avions avec nous notre jeune frère.

6. Israël leur dit : C'est pour mon malheur que vous lui avez appris que vous aviez encore un autre frère.

7. Mais ils lui répondirent : Il nous demanda par ordre toute la suite de notre famille : si notre père vivait, si nous avions *encore* un frère : et nous lui ré-

---

CAP. XLIII. 1. *Interim.* Dum Jacob differt Benjamin in Ægyptum mittere, secundo jam famis grassantis anno.

2. *Consumptisque.* Non prorsus, sed prope. — *Pauxillum escarum.* Quod hujus anni inediæ depellendæ sufficiat : nesciebat adhuc quinquennium superesse.

3. *Judas.* Qui inter alios fratres animo, facundia, prudentia et auctoritate excellebat. — *Sub attestatione jurisjurandi.* Juraverat enim per salutem Pharaonis. — *Non videbitis faciem meam.* Nullus vobis ad me patebit tutus accessus : nam si audeatis vos coram me sistere, puniam ut exploratores.

4. *Ememus tibi.* Cui totius familiæ alendæ cura incumbit.

5. *Non ibimus.* Ne frustra, imo cum periculo eamus.

6. *In meam hoc fecisti miseriam.* Non intendendo, sed occasionem dando vestris sermonibus huic meæ miseriæ, qua filio me privare cogor.

Digitized by Google

pondîmes conformément à ce qu'il nous avait demandé. Pouvions-nous deviner qu'il nous dirait : Amenez avec vous votre *jeune* frère ?

8. Juda dit encore à son père : Envoyez l'enfant avec moi, afin que nous puissions partir et avoir de quoi vivre, et que nous ne mourions pas nous et nos petits enfants.

9. Je me charge de cet enfant, et c'est à moi que vous en demanderez compte. Si je ne le ramène et que je ne vous le rende, je consens que vous ne me pardonniez jamais cette faute.

10. Si nous n'avions point tant différé, nous serions déjà revenus une seconde fois.

11. Israël leur père leur dit donc : Si c'est une nécessité absolue, faites ce que vous voudrez. Prenez avec vous des plus excellents fruits de ce pays-ci, pour en faire présent à celui qui commande *en Egypte*, un peu de résine, de miel, de storax, de myrrhe, de térébenthine et d'amandes.

12. Portez aussi deux fois autant d'argent qu'au premier voyage ; et reportez celui que vous avez trouvé dans vos sacs, de peur que ce ne soit une méprise.

13. Enfin menez votre frère avec vous, et allez vers cet homme.

14. Je prie mon Dieu, le Dieu tout-puissant, de vous le rendre favorable, afin

nos respondimus ei consequenter juxta id quod fuerat sciscitatus : numquid scire poteramus quod dicturus esset : Adducite fratrem vestrum vobiscum ?

8. Judas quoque dixit patri suo : Mitte puerum mecum, ut proficiscamur, et possimus vivere, ne moriamur nos et parvuli nostri.

9. Ego suscipio puerum : de manu mea require illum : nisi reduxero, et reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore.

10. Si non intercessisset dilatio, jam vice altera venissemus.

11. Igitur Israel pater eorum dixit ad eos : Si sic necesse est, facite quod vultis : sumite de optimis terræ fructibus in vasis vestris, et deferte viro munera, modicum resinæ, et mellis, et storacis, stactes, et terebinthi, et amygdalarum.

12. Pecuniam quoque duplicem ferte vobiscum : et illam, quam invenistis, in sacculis reportate, ne forte errore factum sit :

13. Sed et fratrem vestrum tollite, et ite ad virum.

14. Deus autem meus omnipotens faciat vobis eum placabilem :

---

* 8. *Puerum.* Fratrem natu minimum ; alioquin enim jam annorum erat 24, filiosque genuerat, ut patet infra, c. 46. 21. — *Ne moriamur.* Expedit unum filium Benjamin incerto vitæ periculo exponi, quam simul illum tecum et nobiscum certa fame perire.

9. *Ero peccati reus.* Quasi dicat : Quamdiu vivam, hoc mihi peccatum impropera, et quamcumque voles pœnam mihi infligе.

11. *Sumite de optimis terræ fructibus.* Hebr. est, *sumite de cantatione terræ.* Cantatio hebraice vocatur res præstans, nobilis, laudabilis, decantada. — *Resinæ.* Vide supra, c. 37. 25. — *Storacis.* In hebr. est נכאת *nechoth* de qua voce dictum c. 37. 25. — Storax lacryma est arboris, quæ storax dicitur ; de qua Dioscorides, lib. 1. c. 78 ; Plin. lib. 12. 25. — *Stactes.* Vide supra c. 37. 25 ; stactem aliquando noster interpres *guttam* vocat, ut Psalm 44. 9. *Myrrha, et gutta, et casia, etc.* — *Terebinthi.* Terebinthus hic est resina, vel succus qui ex arbore terebintho distillat, vulgo *termentina.* — *Amygdalarum.* LXX, *et nuces ;* sed pon tur genus pro specie ; nam amygdalæ sunt de genere nucum.

12. *Errore.* Famulorum incuria, non domini voluntate.

Digitized by Google

et remittat vobiscum fratrem vestrum quem tenet, et hunc Benjamin : ego autem quasi orbatus absque liberis ero.

qu'il renvoie avec vous votre frère qu'il tient *prisonnier*, et Benjamin que je vous confie. Cependant je demeurerai seul, comme si j'étais sans enfants.

§ II. *Joseph reçoit ses frères avec bonté, mais sans se faire connaître à eux. Il est attendri en voyant Benjamin, et ne peut retenir ses larmes. Il leur fait un grand festin, et donne à Benjamin une portion cinq fois plus grande qu'à ses autres frères.*

15. Tulerunt ergo viri munera, et pecuniam duplicem, et Benjamin : descenderuntque in Ægyptum, et steterunt coram Joseph.

15. Ils prirent donc avec eux les présents et le double de l'argent *qu'ils avaient la première fois*, avec Benjamin; et étant partis, ils arrivèrent en Egypte, où ils se présentèrent devant Joseph.

16. Quos cum ille vidisset, et Benjamin simul, præcepit dispensatori domus suæ, dicens : Introduc viros domum, et occide victimas, et instrue convivium, quoniam mecum sunt comesturi meridie.

16. Joseph les ayant vus, et Benjamin avec eux, dit à son intendant : Faites entrer ces personnes chez moi, tuez *les animaux les plus gras et les plus excellents, tels qu'on les choisit pour en faire* des victimes, et préparez un festin, parce qu'ils mangeront à midi avec moi.

17. Fecit ille quod sibi fuerat imperatum, et introduxit viros domum.

17. L'intendant exécuta ce qui lui avait été commandé, et les fit entrer dans la maison.

18. Ibique exterriti, dixerunt mutuo : Propter pecuniam quam retulimus prius in saccis nostris, introducti sumus : ut devolvat in nos calumniam, et violenter subjiciat servituti, et nos, et asinos nostros.

18. Alors étant saisis de crainte, ils s'entre-disaient : C'est sans doute à cause de cet argent que nous avons remporté dans nos sacs qu'il nous fait entrer ici, pour faire retomber sur nous ce reproche, et nous opprimer en nous réduisant en servitude, et *se saisissant de* nos ânes.

19. Quamobrem in ipsis foribus accedentes ad dispensatorem domus,

19. C'est pourquoi étant encore à la porte, ils s'approchèrent de l'intendant de Joseph,

20. Locuti sunt : Oramus, domine, ut audias nos. Jam ante descendimus ut emeremus escas :

20. Et lui dirent : Seigneur, nous vous supplions de nous écouter. Nous sommes déjà venus une fois acheter du blé;

21. Quibus emptis, cum venissemus ad diversorium, aperuimus saccos nostros, et invenimus pecuniam in ore saccorum, quam nunc eodem pondere reportavimus.

21. Et après l'avoir acheté, lorsque nous fûmes arrivés à l'hôtellerie, en ouvrant nos sacs nous y trouvâmes notre argent, que nous vous rapportons maintenant au même poids.

22. Sed et aliud attulimus argentum, ut emamus quæ nobis ne-

22. Et nous vous en rapportons encore d'autre pour acheter ce qui nous est né-

---

14. *Quasi orbatus*. Dum abestis, videbor mihi prorsus esse sine filiis. LXX, pathetice, *filiis orbatus sum, filiis orbatus sum.*

16. *Victimas*. Animalia quæ ad convivium occiduntur. Vocantur vero victimæ, quia antiqui de carnibus sacrificatis frequenter epulabantur. In hebræo est, *macta mactationem.*

Digitized by Google

cessaire ; mais nous ne savons en aucune sorte qui a pu remettre cet argent dans nos sacs.

23. L'intendant leur répondit : Ayez l'esprit en repos, ne craignez point. Votre Dieu et le Dieu de votre père vous a donné des trésors dans vos sacs ; car pour moi j'ai reçu l'argent que vous m'avez donné, et j'en suis content. Il fit sortir aussi Siméon *de la prison*, et le leur amena.

24. Après les avoir fait entrer en la maison, il leur apporta de l'eau ; ils se lavèrent les pieds, et il donna à manger à leurs ânes.

25. Cependant ils tinrent leurs présents tout prêts, attendant que Joseph entrât sur le midi, parce qu'on leur avait dit qu'ils devaient manger en ce lieu-là.

26. Joseph étant donc entré dans sa maison, ils lui offrirent leurs présents, qu'ils tenaient en leurs mains, et ils l'adorèrent en se baissant jusqu'en terre.

27. Il les salua aussi en leur faisant bon visage, et il leur demanda : Votre père, *ce bon* vieillard dont vous m'aviez parlé, vit-il encore ? se porte-t-il bien?

28. Ils lui répondirent : Notre père, votre serviteur, est encore en vie, et il se porte bien. Et en se baissant profondément, ils l'adorèrent.

29. Joseph levant les yeux, vit Benjamin son frère, fils de *Rachel* sa mère, et il leur dit : Est-ce là le plus jeune de vos frères dont vous m'aviez parlé ? Mon fils, ajouta-t-il, je prie Dieu qu'il vous conserve, et vous soit toujours favorable.

30. Et il se hâta *de sortir*, parce que ses entrailles avaient été émues en voyant son frère, et qu'il ne pouvait plus retenir ses larmes. Passant donc dans une *autre* chambre, il pleura.

cessaria sunt; non est in nostra conscientia quis posuerit eam in marsupiis nostris.

23. At ille respondit : Pax vobiscum, nolite timere : Deus vester et Deus patris vestri dedit vobis thesauros in saccis vestris : nam pecuniam quam dedictis mihi, probatam ego habeo. Eduxitque ad eos Simeon.

24. Et introductis domum, attulit aquam, et laverunt pedes suos, deditque pabulum asinis eorum.

25. Illi vero parabant munera, donec ingrederetur Joseph meridie : audierant enim quod ibi comesturi essent panem.

26. Igitur ingressus est Joseph domum suam, obtuleruntque ei munera, tenentes in manibus suis: et adoraverunt proni ad terram.

27. At ille, clementer resalutatis eis, interrogavit eos, dicens : Salvusne est pater vester senex, de quo dixeratis mihi? adhuc vivit?

28. Qui responderunt : Sospes est servus tuus pater noster, adhuc vivit. Et incurvati, adoraverunt eum.

29. Attollens autem Joseph oculos, vidit Benjamin fratrem suum uterinum, et ait : Iste est frater vester parvulus, de quo dixeratis mihi? Et rursum : Deus, inquit, misereatur tui, fili mi.

30. Festinavitque, quia commota fuerant viscera ejus super fratre suo, et erumpebant lacrymæ : et introiens cubiculum flevit.

---

23. ***Pax vobiscum.*** Securos esse jubeo. — ***Deus... dedit vobis.*** Per me cui Deo inspirante jussit Joseph.—***Thesauros.*** Pecuniam arcanam, quæ vos latebat. — ***Probatam ego habeo.*** Hebr. ***pecunia vestra venit ad me.*** Sensus est : ego illam acceptam fero, fateor me recepisse. — ***Eduxitque.*** Liberum, vinculis solutum.

26. ***Proni in terram.*** Flexo poplite.

29. ***Vidit Benjamin.*** Viderat prius, sed obiter et dissimulanter; nunc ex professo eum intuetur et alloquitur : unde hic aspectus lacrymas amoris et pietatis excussit. — ***Misereatur.*** Faveat tibi.

30. ***Festinavitque.*** Quasi ad aliud negotium evocatus.

Digitized by Google

31. Rursumque lota facie egressus, continuit se, et ait : Ponite panes.

32. Quibus appositis, seorsum Joseph, et seorsum fratribus, Ægyptiis quoque qui vescebantur simul, seorsum (illicitum est enim Ægyptiis comedere cum Hebræis, et profanum putant hujuscemodi convivium) (1).

33. Sederunt coram eo, primogenitus juxta primogenita sua, et minimus juxta ætatem suam. Et mirabantur nimis,

34. Sumptis partibus quas ab eo acceperant : majorque pars venit Benjamin, ita ut quinque partibus excederet. Biberuntque, et inebriati sunt cum eo (2).

31. Et après s'être lavé le visage, il revint, se faisant violence, et il dit *à ses gens :* Servez à manger.

32. On servit Joseph à part, et ses frères à part, et les Egyptiens qui mangeaient avec lui *furent aussi servis à* part (car il n'est pas permis aux Egyptiens de manger avec *les étrangers tels qu'étaient* les Hébreux, et ils croient qu'un festin de cette sorte serait profane).

33. Ils s'assirent *donc* en présence de Joseph, l'aîné le premier selon son rang, et le plus jeune selon son âge. Et ils furent extrêmement surpris,

34. En voyant les parts qu'il leur avait données, *de ce que* la part la plus grande était tombée à Benjamin ; car elle était cinq fois plus grande que celle des autres, *et ils pensaient qu'étant le plus jeune, cette marque de distinction lui convenait moins qu'à aucun de ses frères.* Ils burent ainsi avec Joseph, et firent grande chère.

CHAPITRE XLIV.

§ I. ***Joseph fait mettre sa coupe dans le sac de Benjamin. Il fait courir après ses frères comme après des voleurs, et les fait arrêter.***

1. Præcepit autem Joseph dispensatori domus suæ, dicens :

1. Or Joseph, *voulant connaître dans quelles dispositions étaient ses frères à*

(1) Bible vengée, note LXXII. — (2) Rép. crit., tome III, page 103.

---

32. ***Seorsum Joseph.*** Tres ut minimum mensæ positæ sunt : in prima solus Joseph, ut regno præpositus; in secunda undecim fratres; in tertia proceres Ægyptii ad convivium vocati. — ***Vescebantur simul.*** Simul tempore et loco, non mensa. — ***Illicitum est enim.*** 1. Quia quadam superstitione et fastu pastores immundos judicabant; 2. quia ea quibus vescebantur Hebræi, oves, hirci, tauri erant eorum numina. Exod. 8. Non quidem ista nunc Hebræis apposita, sed sciebant iis vesci solitos.

33. ***Sederunt.*** Antiquior est mos ad mensam assidendi, quam in lectis accubandi. — ***Mirabantur nimis.*** Non enim ipsi sic sponte sua consederant, sed eo ordine jussu Josephi dispositi fuerant. Mirabantur etiam convivatoriis humanitatem, et excessum missus Benjamin.

34. ***Sumptis partibus.*** Hebr. est, *et elevavit elevationes a faciebus suis ad eos;* unde patet consuetudo. Cibi primo apponebantur Josepho; ille vero distribuebat convivis cæteris. Misit ergo missus æquales cæteris fratribus, Benjamin soli largius et multiplicius. Hebræi missus vocant *elevationes,* quia honoris causa elevatis in altum manibus deferebantur. ***A faciebus suis,*** hoc est, de cibis coram eo positis. — ***Ita ut quinque partibus excederet.*** Non quinque fercula Benjamino pro uno cæteris apposito, data sunt; sed portio quintuplo major, honoris et benevolentiæ causa. — ***Inebriati sunt.*** Exhilarati sunt, et mero incaluerunt, citra tamen crapulam aut temulentiam.

Digitized by Google

l'égard de Benjamin, donna cet ordre à l'intendant de sa maison, et lui dit : Mettez dans les sacs de ces personnes autant de blé qu'ils en pourront tenir, et l'argent de chacun à l'entrée du sac ;

2. Et mettez ma coupe d'argent à l'entrée du sac du plus jeune, avec l'argent qu'il a donné pour le blé. Cet ordre fut donc exécuté.

3. Et le lendemain, dès le matin, on les laissa aller avec leurs ânes *chargés*.

4. Lorsqu'ils furent sortis de la ville, comme ils n'avaient fait encore que peu de chemin, Joseph appela l'intendant de sa maison, et lui dit : Courez vite après ces gens ; arrêtez-les, et leur dites : Pourquoi avez-vous rendu le mal pour le bien ?

5. La coupe que vous avez dérobée est celle dans laquelle mon seigneur boit, et dont il se sert pour deviner ; vous avez fait une très-méchante action.

6. L'intendant fit ce qui lui avait été commandé ; et les ayant arrêtés, il leur dit tout ce qui lui avait été ordonné de leur dire.

7. Ils lui répondirent : Pourquoi mon seigneur parle-t-il ainsi à ses serviteurs, et les croit-il capables d'une action si honteuse ?

8. Nous vous avons rapporté du pays

Imple saccos eorum frumento, quantum possunt capere : et pone pecuniam singulorum in summitate sacci.

2. Scyphum autem meum argenteum et pretium quod dedit tritici, pone in ore sacci junioris. Factumque est ita.

3. Et orto mane, dimissi sunt cum asinis suis.

4. Jamque urbem exierant, et processerant paululum : tunc Joseph, accersito dispensatore domus : Surge, inquit, et persequere viros ; et apprehensis dicito : Quare reddidistis malum pro bono ?

5. Scyphus quem furati estis, ipse est in quo bibit dominus meus, et in quo augurari solet : pessimam rem fecistis (1).

6. Fecit ille ut jusserat ; et apprehensis per ordinem locutus est.

7. Qui responderunt : Quare sic loquitur dominus noster, ut servi tui tantum flagitii commiserint ?

8. Pecuniam quam invenimus

(1) Rép. crit., tome IV, page 108. — Bible vengée, note LXXXIII.

Cap. XLIV. 2. *Scyphum.* Quo præcipue delector. Vox hebræa significat poculum in colliculi modum elevatum. — *Junioris.* Duplici de causa, animi eorum explorandi, et Benjamin apud se retinendi, dum pater adveniret. Fecit etiam, ut sic experiretur quo animo in Benjamin fratres forent, et an aliqua illos invidia afflasset, quod a Joseph honorificentius quam ipsi habitus esset.

3. *Dimissi.* Inopinato discessu læti, ac doli ignari.

4. *Persequere.* Cum equitum turma, ut celeriter assecuti ab invitis Benjaminum abducerent. — *Quare reddidistis ?* Licebat Josepho cæteros fratres sic affligere dolore et metu, quia innocentem fratrem vendiderant : Benjaminum vexandi jus nullum habebat, sed hanc quæ modici temporis fuit injuriam, mox majore lætitia et honore statuerat compensare. Mendacii aliquid intercessit, sed jocosi ; calumniæ nonnihil, sed sine animo nocendi.

5. *In quo augurari solet.* Hebr. *in quo augurando auguratur.* Sententia est : si quando dominus meus velit augurari, hoc scypho utitur. Itaque non dicit absolute illum auguriis vacare ; sed ut id opinentur, loquendi ambiguitate occasionem præbet. Vel ita loquitur ex opinione vulgi, quod auguriorum scientiam Josepho tribuebat. Alii excusant Joseph, quod joco id dixerit, et ad breve tempus ita fratres siverit opinari ; * vel etiam hoc de suo addidit dispensator, ut strophæ suæ colorem adderet, et crimen exaggeraret.

Digitized by Google

in summitate saccorum, reportavimus ad te de terra Chanaan : et quomodo consequens est ut furati simus de domo domini tui aurum vel argentum?

9. Apud quemcumque fuerit inventum servorum tuorum quod quæris, moriatur, et nos erimus servi domini nostri.

10. Qui dixit eis : Fiat juxta vestram sententiam : apud quemcumque fuerit inventum, ipse sit servus meus ; vos autem eritis innoxii.

11. Itaque festinato deponentes in terram saccos, aperuerunt singuli.

12. Quos scrutatus, incipiens a majore usque ad minimum, invenit scyphum in sacco Benjamin.

13. At illi, scissis vestibus, oneratisque rursum asinis, reversi sunt in oppidum.

de Chanaan l'argent que nous trouvâmes à l'entrée de nos sacs. Comment donc se pourrait-il faire que nous eussions dérobé *et enlevé* de la maison de votre seigneur de l'or ou de l'argent?

9. Que celui de vos serviteurs, quel qu'il puisse être, à qui l'on trouvera ce que vous cherchez, meure, et nous serons esclaves de mon seigneur.

10. Il leur dit : *Je pourrais exiger* que ce que vous prononcez *contre vous-mêmes* soit exécuté ; *mais je n'en demande pas tant : je demande seulement que* quiconque se trouvera avoir pris ce que je cherche, soit mon esclave ; et pour vous, vous serez innocents, *et vous vous en irez en paix.*

11. Ils déchargèrent donc aussitôt leurs sacs à terre, et chacun ouvrit le sien.

12. L'intendant les ayant fouillés, en commençant depuis le plus grand jusqu'au plus petit, trouva la coupe dans le sac de Benjamin.

13. Alors ayant déchiré leurs vêtements et rechargé leurs ânes, ils revinrent à la ville.

§II. *Les frères de Joseph se présentent devant lui. Il leur reproche leur ingratitude et leur infidélité. Ils s'humilient devant lui, et Juda s'offre à être son esclave à la place de Benjamin.*

14. Primusque Judas cum fratribus ingressus est ad Joseph (necdum enim de loco abierat), omnesque ante eum pariter in terram corruerunt.

15. Quibus ille ait : Cur sic age-

14. Juda se présenta le premier avec ses frères devant Joseph (qui n'était pas encore sorti du lieu où il était) et ils se prosternèrent tous ensemble à terre devant lui.

15. Joseph leur dit : Pourquoi avez-

---

8. *Quomodo consequens est.* Si pecuniæ alienæ cupidi fuissemus, quod licebat clam retinere, non sponte retulissemus.

10. *Apud quemcumque.* Mutat pœnam mortis in servitutem, et noxios ab innoxiis separat, leniens dictum illorum, qui et mortis et servitutis pœnam, et noxios innoxiosque juxta comprehenderant.

12. *A majore.* Notat ex convivali sessione singulorum ætatem : hoc autem ordine procedit: ut melius lateant insidiæ structæ Benjamino.

13. *Scissis vestibus.* Ut soliti in mœrore, et audita quavis re valde molesta.—*Reversi.* Nihil Benjamin improperantes, parati vel veniam impetrare, vel simul servitutem servire.

14. *Primusque Judas.* Animo et lingua promptior, et promissi sui, quo se patri obstrinxerat, non immemor. — *Necdum enim.* Illos operiebatur, cupidus se prodere.

Digitized by Google

vous agi ainsi avec moi ? ignorez-vous qu'il n'y a personne qui m'égale dans la science de deviner les choses *secrètes, et qu'ainsi votre vol ne pourrait m'être caché?*

16. Juda lui dit : Que répondrons-nous à mon seigneur ? que lui dirons-nous, et que pouvons-nous lui représenter avec quelque ombre de justice pour notre défense ? Dieu a trouvé l'iniquité *dans les mains* de vos serviteurs. Nous sommes tous les esclaves de mon seigneur, nous, et celui à qui on a trouvé la coupe.

17. Joseph répondit : Dieu me garde d'agir de la sorte. Que celui qui a pris ma coupe soit mon esclave ; et pour vous autres, allez en liberté trouver votre père.

18. Juda s'approchant alors plus près de Joseph, lui dit avec assurance : Mon seigneur, permettez, je vous prie, à votre serviteur de vous dire un mot, et ne vous mettez pas en colère contre votre esclave ; car, après Pharaon,

19. C'est vous qui êtes mon seigneur. Vous avez demandé d'abord à vos serviteurs : Avez-vous encore votre père, ou quelque autre frère ?

20. Et nous vous avons répondu : Mon seigneur, nous avons un père qui est vieux, et un jeune frère qu'il a eu dans sa vieillesse, dont le frère qui était né de la même mère est mort ; il ne reste plus que celui-là, et son père l'aime tendrement.

21. Vous dites alors à vos serviteurs : Amenez-le-moi, je serai bien-aise de le voir ;

re voluistis? an ignoratis quod non sit similis mei in augurandi scientia (1)?

16. Cui Judas : Quid respondebimus, inquit, domino meo ? vel quid loquemur, aut juste poterimus obtendere? Deus invenit iniquitatem servorum tuorum, en omnes servi sumus domini mei, et nos, et apud quem inventus est scyphus.

17. Respondit Joseph : Absit a me ut sic agam : qui furatus est scyphum, ipse sit servus meus : vos autem abite liberi ad patrem vestrum.

18. Accedens autem propius Judas, confidenter ait : Oro, domine mi, loquatur servus tuus verbum in auribus tuis, et ne irascaris famulo tuo; tu es enim, post Pharaonem,

19. Dominus meus. Interrogasti prius servos tuos : Habetis patrem aut fratrem ?

20. Et nos respondimus tibi domino meo : Est nobis pater senex, et puer parvulus, qui in senectute illius natus est, cujus uterinus frater mortuus est : et ipsum solum habet mater sua, pater vero tenere diligit eum.

21. Dixistique servis tuis : Adducite eum ad me, et ponam oculos meos super illum.

(1) Rép. crit., tome IV, page 108. — Bible vengée, note LXXXIII.

---

16. *Aut juste poterimus obtendere?* Licet conscientia hujus criminis nos non redarguat, palam tamen ut noxii deprehensi sumus, et fieri non potest quin justo Dei judicio propter aliquod occultum crimen nostrum, quod nondum satisfactione luimus, nunc hac calamitate obruamur. Respicit ad peccatum in Joseph commissum. — *Iniquitatem.* Potest sumi pro pœna iniquitatis. — *Omnes servi sumus.* Plus offert quam debebat, ut oblatione tot innoxiorum, uni qui insimulabatur, veniam obtineat.

17. *Absit a me.* Flagitiosum hoc facere, et tyrannicum.

20. *Qui in senectute.* Hebr. *puer senectutum.* — *Solum habet mater sua.* Solus ex matre superest, quod etiam de mortua dici potest; mortua enim erat Rachel mater Benjamin.

21. *Ponam oculos meos super illum.* Benevolus sum illi futurus, fovebo, et juvabo illum.

Digitized by Google

22. Suggessimus domino meo : Non potest puer relinquere patrem suum : si enim illum dimiserit, morietur.

23. Et dixistis servis tuis : Nisi venerit frater vester minimus vobiscum, non videbitis amplius faciem meam.

24. Cum ergo ascendissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narravimus ei omnia quæ locutus est dominus meus.

25. Et dixit pater noster : Revertimini, et emite nobis parum tritici,

26. Cui diximus : Ire non possumus : si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul : alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri.

27. Ad quæ ille respondit : Vos scitis quod duos genuerit mihi uxor mea.

28. Egressus est unus, et dixistis : Bestia devoravit eum, et hucusque non comparet.

29. Si tuleritis et istum, et aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos.

30. Igitur si intravero ad servum tuum patrem nostrum, et puer defuerit (cum anima illius ex hujus anima pendeat),

31. Videritque eum non esse nobiscum, morietur, et deducent famuli tui canos ejus cum dolore ad inferos.

32. Ego proprie servus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, et spopondi dicens : Nisi

22. Mais nous vous répondîmes : Mon seigneur, cet enfant ne peut quitter son père ; car s'il le quitte, il le fera mourir *de douleur*.

23. Vous dites à vos serviteurs : Si le dernier de vos frères ne vient avec vous, vous ne verrez plus mon visage.

24. Lors donc que nous fûmes retournés vers notre père, votre serviteur, nous lui rapportâmes tout ce que vous aviez dit, mon seigneur.

25. Et notre père nous ayant dit *quelque temps après :* Retournez *en Egypte* pour nous acheter *encore* un peu de blé,

26. Nous lui répondîmes : Nous ne pouvous y aller *seuls* ; si notre jeune frère y vient avec nous, nous irons ensemble ; mais à moins qu'il ne vienne, nous n'osons pas nous présenter devant celui qui commande *en ce pays-là*.

27. Il nous répondit : Vous savez que j'ai eu deux fils de *Rachel*, ma femme.

28. L'un d'eux étant allé aux champs, vous m'avez dit qu'une bête l'avait dévoré, et il ne paraît point jusqu'à cette heure.

29. Si vous emmenez encore celui-ci, et qu'il lui arrive quelque accident dans le chemin, vous accablerez ma vieillesse d'une affliction qui la conduira dans le tombeau.

30. Si je me présente donc à mon père, votre serviteur, et que l'enfant n'y soit pas (comme sa vie dépend de celle de son fils),

31. Lorsqu'il verra qu'il n'est point avec nous, il mourra, et vos serviteurs accableront sa vieillesse d'une douleur qui le mènera au tombeau.

32. Que ce soit donc plutôt moi qui sois votre esclave, puisque je me suis rendu caution de cet enfant, et que j'en

---

26. *Ire non possumus.* Scilicet sine Benjamin.

27. *Uxor mea.* Sic vocat Rachelem, quia hanc solam propria electione duxerat.

30. *Anima illius.* Vita patris pendet ex vita filii ; si enim moriatur, vel auferatur filius, morietur pater præ tristitia.

32. *Ego proprie.* Peculiaris tibi servus sim, qui et aptior futurus ; nam et robore, et rerum usu potior sum.—*In meam hunc.* Spopondi me reducturum.

Digitized by Google

ai répondu à mon père, en disant : Si je ne le ramène, je veux bien que mon père m'impute cette faute, et qu'il ne me la pardonne jamais.

33. Et ainsi je demeurerai votre esclave, et je servirai mon seigneur en la place de l'enfant, afin qu'il retourne avec ses frères.

34. Car je ne puis pas retourner vers mon père, sans que l'enfant soit avec nous, de peur que je ne sois moi-même témoin de l'extrême affliction qui accablera notre père.

reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore.

33. Manebo itaque servus tuus pro puero in ministerio domini mei, et puer ascendat cum fratribus suis.

34. Non enim possum redire ad patrem meum, absente puero : ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum testis assistam.

CHAPITRE XLV.

§ I. *Joseph se fait enfin connaître à ses frères. Ils sont saisis de frayeur. Il les rassure en les embrassant et pleurant sur chacun d'eux. Il leur ordonne de venir demeurer auprès de lui avec leur père, leurs enfants et leurs troupeaux.*

1. Joseph ne pouvant plus se retenir, et parce qu'il était environné de plusieurs personnes, il commanda que l'on fît sortir tout le monde, afin que nul étranger ne fût présent lorsqu'il se ferait connaître à ses frères.

2. Alors les larmes lui tombant des yeux, il éleva fortement sa voix, qui fut entendue des Egyptiens, et de toute la maison de Pharaon.

3. Et il dit à ses frères : Je suis Joseph ; mon père vit-il encore ? Mais ses frères ne purent lui répondre, tant ils étaient saisis de frayeur.

4. Il leur parla *donc* avec douceur, et leur dit : Approchez-vous *donc* de moi. Et s'étant approchés de lui, il ajouta : Je suis Joseph votre frère, que vous avez vendu à *des marchands qui m'ont amené* en Egypte.

1. Non se poterat ultra cohibere Joseph multis coram astantibus : unde præcepit ut egrederentur cuncti foras, et nullus interesset alienus agnitioni mutuæ.

2. Elevavitque vocem cum fletu : quam audierunt Ægyptii, omnisque domus Pharaonis.

3. Et dixit fratribus suis : Ego sum Joseph : adhuc pater meus vivit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti.

4. Ad quos ille clementer : Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent prope : Ego sum, ait, Joseph frater vester, quem vendidistis in Ægyptum.

---

34. *Ne calamitatis.* Nisi oculatus testis esse sustineam præproperæ mortis patris mei, mea promissione acceleratæ.

Cap. XLV. 1. *Non se poterat.* Vel invito coram cunctis lacrymæ erumpebant.

2. *Elevavitque vocem.* Quia prius sibi vim fecerat, ideo vox altior erupit cum locutus est. Audierunt qui in proximo erant conclavi. Fama ad Pharaonem usque manavit.

4. *Accedite.* Jubet accedere, ne delictum fratrum, de quo verba facturus, alienus aliquis auribus acciperet.

Digitized by Google

5. Nolite pavere, neque vobis durum esse videatur quod vendidistis me in his regionibus : pro salute enim vestra misit me Deus ante vos in Ægyptum.

6. Biennium est enim quod cœpit fames esse in terra : et adhuc quinque anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti.

7. Præmisitque me Deus ut reservemini super terram, et escas ad vivendum habere possitis.

8. Non vestro consilio, sed Dei voluntate, huc missus sum : qui fecit me quasi patrem Pharaonis et dominum universæ domus ejus, ac principem in omni terra Ægypti.

9. Festinate, et ascendite ad patrem meum, et dicetis ei : Hæc mandat filius tuus Joseph : Deus fecit me dominum universæ terræ Ægypti : descende ad me, ne moreris,

10. Et habitabis in terra Gessen : erisque juxta me tu, et filii tui, et filii filiorum tuorum, oves tuæ, et armenta tua, et universa quæ possides.

11. Ibique te pascam (adhuc enim quinque anni residui sunt famis), ne et tu pereas, et domus tua, et omnia quæ possides.

5. Ne craignez point de ce que vous m'avez vendu *pour être conduit* en ce pays-ci, car Dieu *l'a permis ainsi pour votre bien, et il* m'a envoyé en Egypte avant vous pour votre salut.

6. Il y a déjà deux ans que la famine a commencé sur la terre ; et il en reste encore cinq, pendant lesquels on ne pourra ni labourer *utilement la terre*, ni en recueillir *les fruits nécessaires pour se nourrir.*

7. *Mais* Dieu m'a fait venir ici avant vous, pour vous conserver la vie, et afin que, *par mon moyen*, vous puissiez avoir des vivres pour subsister.

8. Ce n'est point par votre conseil que j'ai été envoyé ici, mais par la volonté de Dieu, qui m'a rendu comme le père de Pharaon, le grand-maître de sa maison, et le prince de toute l'Egypte. *Ne vous troublez donc point de ce que vous avez fait à mon égard.*

9. *Mais* hâtez-vous d'aller trouver mon père, et dites-lui : Voici ce que vous mande votre fils Joseph : Dieu m'a rendu *comme* le maître de toute l'Egypte; venez me trouver, et ne différez point.

10. Vous demeurerez dans la terre de Gessen, vous serez près de moi, vous et vos enfants, et les enfants de vos enfants, vos brebis, vos troupeaux de bœufs, et tout ce que vous possédez.

11. Et je vous nourrirai là (parce qu'il reste encore cinq années de famine), de peur qu'autrement vous ne périssiez avec toute votre famille et tout ce qui est à vous.

---

5. *Neque vobis durum esse videatur.* Hebr. *ne sit indignatio in oculis vestris,* id est, ne vobis ipsis irascamini propter hoc factum. — *Pro salute enim.* Ut victu suppeditato vitam vestram conservarem. — *Misit me Deus.* Non tam iniquitate vestra factum est hoc, quam divina providentia.

6. *Nec arari poterit.* Nisi paucissimis locis ad Nili ripam. In aliis regionibus sterilitas erat propter pluviæ defectum.

8. *Quasi patrem.* Rectorem, instructorem, consiliarium.

9. *Mandat.* Non significat, *imperat,* sed *dicit, nuntiat.*

10. *Gessen.* Est in inferiore Ægypto terra multis fossis irrigua, prope Delta, ab ea parte quæ Arabiam et Palæstinam spectat, et regio est pascendis pecoribus idonea. — *Juxta me.* Non procul ab urbe ubi domicilium meum.

11. *Te pascam.* Te tuosque nutriam demenso copioso viritim attributo.

Digitized by Google

12. Vous voyez de vos yeux, vous et mon frère Benjamin, que c'est moi-même qui vous parle de ma propre bouche.

13. Annoncez à mon père quelle est la gloire dont je suis ici comblé, et tout ce que vous avez vu dans l'Egypte : hâtez-vous de me l'amener.

14. Et s'étant jeté au cou de Benjamin son frère pour l'embrasser, il pleura; et Benjamin pleura aussi en le tenant embrassé.

15. Joseph embrassa aussi tous ses frères, il pleura sur chacun d'eux; et après cela ils se rassurèrent pour lui parler.

12. En oculi vestri, et oculi fratris mei Benjamin, vident quod os meum loquatur ad vos.

13. Nuntiate patri meo universam gloriam meam, et cuncta quæ vidistis in Ægypto : festinate, et adducite eum ad me.

14. Cumque amplexatus recidisset in collum Benjamin fratris sui, flevit : illo quoque similiter flente super collum ejus.

15. Osculatusque est Joseph omnes fratres suos, et ploravit super singulos : post quæ ausi sunt loqui ad eum.

§ II. *Le roi apprend avec joie l'arrivée des frères de Joseph. Il leur fait fournir des chariots et des vivres pour transporter leur famille en Egypte. Joseph leur fait des présents et en envoie à son père. Joie de Jacob en apprenant cette nouvelle.*

16. Aussitôt il se répandit un grand bruit dans toute la cour du roi, et l'on dit publiquement que les frères de Joseph étaient venus. Pharaon s'en réjouit avec toute sa maison.

17. Et il dit à Joseph qu'il donnât cet ordre à ses frères : Chargez vos ânes de blé, et retournez à Chanaan;

18. Amenez de là votre père avec toute votre famille, et venez me trouver; je vous donnerai tous les biens de l'Egypte, et vous serez nourris de ce qu'il y a de meilleur dans cette terre.

19. Ordonnez-leur aussi d'emmener des chariots de l'Egypte, pour faire venir leurs femmes avec leurs petits enfants, et dites-leur : Amenez votre père, et hâtez-vous de revenir le plus tôt que vous pourrez,

16. Auditumque est, et celebri sermone vulgatum in aula regis : Venerunt fratres Joseph : et gavisus est Pharao, atque omnis familia ejus.

17. Dixitque ad Joseph ut imperaret fratribus suis, dicens: Onerantes jumenta, ite in terram Chanaan,

18. Et tollite inde patrem vestrum et cognationem, et venite ad me; et ego dabo vobis omnia bona Ægypti, ut comedatis medullam terræ.

19. Præcipe etiam ut tollant plaustra de terra Ægypti, ad subvectionem parvulorum suorum ac conjugum : et dicito : Tollite patrem vestrum, et properate quantocius venientes,

---

12. *Quod os meum loquatur ad vos.* Videtis meipsum illum esse : patrium sermonem nostis, vultum et vocem agnoscitis. Ore ad os vobiscum, et non per interpretem ago.

16. *Gavisus est Pharao.* Non mirum de Pharaone; nam major non invidet minori. Mirum de aulicis, quibus ingenium alienæ felicitati invidere; sed mira omnium propensio in Joseph faciebat ut ejus honore gauderent. Nisi forte Pharao ex animo, aulici externis tantum signis lætitiam simulabant.

18. *Omnia bona Ægypti.* Optimam et uberrimam Ægypti regionem. — *Medullam terræ.* Hebr. *adipem terræ.* Sic vocant Hebræi id quod in quaque re optimum est.

Digitized by Google

20. Nec dimittatis quidquam de suppellectili vestra : quia omnes opes Ægypti vestræ erunt.

21. Feceruntque filii Israel ut eis mandatum fuerat. Quibus dedit Joseph plaustra, secundum Pharaonis imperium : et cibaria in itinere.

22. Singulis quoque proferri jussit binas stolas : Benjamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque stolis optimis :

23. Tantumdem pecuniæ et vestium mittens patri suo, addens et asinos decem, qui subveherent ex omnibus divitiis Ægypti : et totidem asinas, triticum in itinere panesque portantes.

24. Dimisit ergo fratres suos, et proficiscentibus ait : Ne irascamini in via.

25. Qui ascendentes ex Ægypto, venerunt in terram Chanaan ad patrem suum Jacob.

26. Et nuntiaverunt ei, dicentes : Joseph filius tuus vivit, et ipse dominatur in omni terra Ægypti. Quo audito Jacob, quasi de gravi somno evigilans, tamen non credebat eis.

27. Illi e contra referebant omnem ordinem rei. Cumque vidisset plaustra, et universa quæ miserat, revixit spiritus ejus,

20. Sans rien laisser de ce qui est dans vos maisons : *et en abandonnant ainsi votre pays, ne craignez pas de manquer de rien en celui-ci*, parce que toutes les richesses de l'Egypte seront à vous.

21. Les enfants d'Israël firent ce qui leur avait été ordonné. Et Joseph leur fit donner des chariots, selon l'ordre qu'il en avait reçu de Pharaon, et des vivres pour le chemin.

22. Il commanda aussi qu'on donnât deux robes à chacun de ses frères ; mais il en donna cinq des plus belles à Benjamin, et trois cents pièces d'argent.

23. Il envoya autant d'argent et de robes pour son père, avec dix ânes chargés de tout ce qu'il y avait de plus précieux dans l'Egypte, et autant d'ânesses qui portaient du blé et du pain pour le chemin.

24. Il renvoya donc *ainsi* ses frères, et leur dit en partant : Ne vous mettez point en colère *les uns contre les autres* pendant le chemin, *mais allez-vous-en en paix.*

25. Ils vinrent *donc* de l'Egypte au pays de Chanaan, vers Jacob leur père.

26. Et ils lui dirent cette *grande* nouvelle : Votre fils Joseph est vivant, et commande dans toute la terre d'Egypte. Ce que Jacob ayant entendu, il se réveilla comme d'un profond sommeil, et cependant il ne pouvait croire ce qu'ils lui disaient.

27. Ses enfants insistaient, au contraire, en lui rapportant comment toute la chose s'était passée. Enfin ayant vu les chariots et tout ce que Joseph lui envoyait, il reprit ses esprits,

---

22. ***Binas stolas.*** Hebr. *mutationes vestium.* Duas dedit vestes, viliorem alteram quam domi ferrent; alteram pretiosiorem, qua amicti in publicum prodirent. — ***Trecentos argenteos.*** Mille et ducenta regalia hispanica.

23. ***Ex omnibus divitiis.*** Ex rebus quibusque pretiosioribus et selectioribus Ægypti.

24. ***Ne irascamini in via.*** Hebr. *ne rixemini,* nempe crimen in me commissum invicem improperantes.

26. ***Quasi de gravi somno evigilans.*** Attonitus, stupens, ad intelligendum ineptus, et ad respondendum hebes. Hebr. est, *cor elanguit.* — ***Non credebat.*** Nam magnis rebus rara fides solet adesse, quod verissimum in miseris, qui sibi persuaserunt se a malis liberandos non esse.

27. ***Revixit spiritus ejus.*** Sibi quasi redditus.

Digitized by Google

28. Et il dit : Je n'ai plus rien à souhaiter, puisque mon fils Joseph vit encore ; j'irai, et je le verrai avant que je meure.

28. Et ait : Sufficit mihi, si adhuc Joseph filius meus vivit : vadam, et videbo illum antequam moriar.

CHAPITRE XLVI.

§ I. *Jacob part pour aller en Egypte avec toute sa famille. Il immole en chemin des victimes. Dieu l'assure qu'il sera avec lui en Egypte, et qu'il l'y rendra chef d'un grand peuple.*

L'AN DU MONDE 2298. — AVANT J.-C. 1706.

1. Israël partit donc avec tout ce qu'il avait, et vint au puits du Jurement ; et ayant immolé en ce lieu des victimes au Dieu de son père Isaac,

2. Il l'entendit dans une vision pendant la nuit, qui l'appelait, et qui lui disait : Jacob, Jacob. Il lui répondit : Me voici.

3. Et Dieu ajouta : Je suis le Dieu très-puissant de votre père : ne craignez point, allez en Egypte, parce que je vous y rendrai chef d'un grand peuple.

4. J'irai là avec vous, et je vous en ramènerai, lorsque vous en reviendrez *en la personne de vos petits-enfants.* Joseph aussi vous fermera les yeux de ses mains.

5. Jacob étant donc parti du puits du Jurement, ses enfants l'emmenèrent avec ses petits-enfants et leurs femmes, dans les chariots que Pharaon avait envoyés pour faire venir *ce bon* vieillard,

6. Avec tout ce qu'il possédait au pays de Chanaan ; et il arriva en Egypte avec toute sa race,

1. Profectusque Israel cum omnibus quæ habebat, venit ad puteum Juramenti ; et mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac,

2. Audivit eum per visionem noctis vocantem se, et dicentem sibi : Jacob, Jacob. Cui respondit : Ecce adsum.

3. Ait illi Deus : Ego sum fortissimus Deus patris tui : noli timere, descende in Ægyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi.

4. Ego descendam tecum illuc, et ego inde adducam te revertentem : Joseph quoque ponet manus suas super oculos tuos.

5. Surrexit autem Jacob a puteo Juramenti : tuleruntque eum filii cum parvulis et uxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandum semen,

6. Et omnia quæ possederat in terra Chanaan : venitque in Ægyptum cum omni semine suo,

---

28. *Sufficit mihi.* Hebr. *multum est mihi.* Superat vota, spes meas vincit, nihil amplius est quod optem.

Cap. XLVI. 3. *Noli timere.* Eximit metum, quo teneri poterat multis ex causis : 1. ne liberi idolorum cultu, et aliis Ægyptiorum vitiis imbuerentur ; 2. ne posteri illecti fertilitate et amœnitate Ægypti in Chananæam redire nollent, et Dei promissa negligerent ; 3. ne quid adversi pateretur, si Deo inconsulto hoc iter susciperet ; 4. ne moreretur in via, priusquam filium cerneret.

4. *Descendam tecum.* Adero, et favebo tibi eunti, et semini tuo redeunti. — *Inde adducam te revertentem.* Posteros tuos, qui ossa tua secum ex Ægypto asportabunt, ut sepulcro patrum tuorum condaris. — *Ponet manus suas super oculos tuos.* Tibi morienti oculos claudet juxta priscum Hebræorum morem, quo charissimis morientibus oculos premunt.

Digitized by Google

7. Filii ejus, et nepotes, filiæ, et cuncta simul progenies.

7. Ses fils, ses petits-fils, ses filles et tout ce qui était né de lui.

§ II. *Dénombrement des enfants et des petits-enfants de Jacob lorsqu'il entra en Égypte.*

8. Hæc sunt autem nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Ægyptum, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben.

8. Or, voici les noms des enfants d'Israël, qui entrèrent dans l'Egypte, lorsqu'il y vint avec toute sa race, *ou qui lui naquirent depuis.* Son fils aîné était Ruben.

9. Filii Ruben : Henoch, et Phallu, et Hesron, et Charmi.

9. Et les fils de Ruben *étaient* Hénoch, Phallu, Hesron et Charmi.

10. Filii Simeon : Jamuel, et Jamin, et Ahod, et Jachin, et Sohar, et Saul, filius Chanaanitidis.

10. Les fils de Siméon *étaient* Jamuel, Jamin, Ahod, Jachin, Sohar, et Saül, fils d'une femme de Chanaan.

11. Filii Levi: Gerson, et Caath, et Merari.

11. Les fils de Lévi *étaient* Gerson, Caath et Mérari.

12. Filii Juda : Her, et Onan, et Sela, et Phares, et Zara; mortui sunt autem Her et Onan in terra Chanaan. Natique sunt filii Phares : Hesron et Hamul.

12. Les fils de Juda *étaient* Her et Onan, Sela, Pharès et Zara. Her et Onan moururent dans le pays de Chanaan. Les fils de Pharès étaient Hesron et Hamul.

13. Filii Issachar : Thola, et Phua, et Job, et Semron.

13. Les fils d'Issachar, Thola, Phua, Job et Semron.

14. Filii Zabulon : Sared, et Elon, et Jahelel.

14. Les fils de Zabulon, Sared, Elon, et Jahelel.

15. Hi filii Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua; omnes animæ filiorum ejus et filiarum triginta tres.

15. Ce sont là les fils de Lia, qu'elle eut en Mésopotamie, qui est en Syrie, avec sa fille Dina. Ses fils et ses filles étaient en tout trente-trois personnes.

16. Filii Gad : Sephion, et Haggi, et Suni, et Esebon, et Heri, et Arodi, et Areli.

16. Les fils de Gad *étaient* Séphion, Haggi, Suni, Esébon, Héri, Arodi et Areli.

17. Filii Aser : Jamne, et Jesua, et Jessui, et Beria, Sara quoque soror eorum. Filii Beria : Heber et Melchiel.

17. Les fils d'Aser, Jamné, Jesua, Jessui, Beria et Sara leur sœur. Les fils de Beria *étaient* Heber et Melchiel.

---

7. *Filiæ.* Videtur esse enallage numeri; nam Jacob unam tantum filiam habuit Dinam.

8. *Hæc sunt autem nomina.* Recensentur, ut in exitu ab Ægypto manifestum sit quantopere fuerint multiplicati tam paucis annis. — *Qui ingressi.* Qui quando Jacob in Ægyptum ingressus est, erant superstites. Excipe tamen filios Juda, Her et Onan, de quibus n. 12; fatetur enim eos in Chanaan mortuos.

12. *Hesron et Hamul.* Hi nati sunt postea in Ægypto; dicuntur tamen eum Jacob in Ægyptum descendisse, non in sua persona, sed in lumbis Phares patris sui, in quibus adhuc latebant. Nam, ut annotat D. Augustinus, descensus hic, et ingressus Jacobi in Ægyptum complectitur etiam annos 17 vitæ ejus in Ægypto, imo et annos reliquæ vitæ Josephi, puta 71.

15. *Omnes animæ.* Synecdoche. — *Triginta tres.* Computata et ipsa Lia, aut potius ipso Jacob cum suis filiis, et filia Dina, exclusis tamen Her et Onan.

Digitized by Google

18. Ce sont là les fils de Zelpha, que Laban avait donnés à Lia sa fille, qui étaient aussi fils de Jacob, *et qui faisaient* seize personnes.

19. Les fils de Rachel, femme de Jacob, *étaient* Joseph et Benjamin.

20. Joseph étant en Egypte eut deux fils de sa femme Aseneth, fille de Putipharé, prêtre d'Héliopolis, *qui se nommaient* Manassé et Ephraïm.

21. Les fils de Benjamin, *dont plusieurs naquirent en Egypte, furent* Bela, Béchor, Asbel, Géra, Naaman, Echi, Ros, Mophim, Ophim, et Ared;

22. Ce sont là les fils que Jacob eut de Rachel, *qui sont* en tout quatorze personnes.

23. Dan n'eut qu'un fils, *qui se nomma* Husim.

24. Les fils de Nephthali *étaient* Jasiel, Guni, Jesel et Sallem.

25. Ce sont là les fils de Bala, que Laban avait donnés à Rachel sa fille, qui étaient aussi fils de Jacob, *et qui faisaient* en tout sept personnes.

26. Tous ceux qui vinrent en Egypte avec Jacob, et qui étaient sortis de lui, sans compter les femmes de ses fils, étaient en tout soixante-six personnes.

27. *Il y faut joindre Jacob*, les deux enfants de Joseph, qui lui étaient nés en Egypte, *et Joseph lui-même. Ainsi* toutes les personnes de la maison de Jacob qui vinrent en Egypte, furent au nombre de soixante-dix.

18. **Hi filii Zelphæ, quem dedit** Laban Liæ filiæ suæ; **et hos genuit Jacob sedecim animas.**

19. Filii Rachel **uxoris Jacob :** Joseph et Benjamin.

20. Natique sunt **Joseph filii in** terra Ægypti, **quos genuit ei** Aseneth filia Putiphare, **sacerdotis** Heliopoleos: **Manasses et Ephraim.**

21. Filii Benjamin : **Bela, et** Bechor, et Asbel, **et Gera, et** Naaman, **et Echi, et Ros, et** Mophim, et Ophim, **et Ared ;**

22. Hi filii Rachel **quos genuit Jacob:** omnes animæ, **quatuordecim.**

23. Filii Dan : **Husim.**

24. Filii Nephthali : **Jasiel, et** Guni, et Jesel, et Sallem.

25. Hi filii Balæ, quam dedit Laban Racheli filiæ suæ : et hos genuit Jacob : omnes animæ, septem.

26. Cunctæ animæ, quæ ingressæ sunt cum Jacob in Egyptum, et egressæ sunt de femore illius, absque uxoribus filiorum ejus, sexaginta sex.

27. Filii autem Joseph, qui nati sunt ei in terra Ægypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Jacob, quæ ingressæ sunt in Ægyptum, fuere septuaginta.

---

21. *Filii Benjamin.* Numerantur hic decem filii Benjamin, ex quibus aliquos ipse postea genuit in Ægypto : nam cum descendit in Ægyptum, erat tantum viginti trium aut viginti quatuor annorum.

26. *Egressæ sunt de femore.* Ex eo orti sunt. Utuntur hac phrasi hebræi, vel quia femur ponunt pro partibus, quæ inter femora; vel quia reipsa in femore tres venæ sunt, quæ ortæ ex venis lumborum, priusquam in crura descendant, viris per femora in scrotum, feminis in uterum recurrunt, et fecundi seminis materiam generationi suificiunt. — *Sexaginta sex.* In hoc numero non continetur Jacob, utpote parens omnium, nec Joseph, et filii ejus, utpote qui jam erant in Ægypto.

27. *Septuaginta.* Hic annumeres oportet ipsum Jacob, et Joseph cum duobus ejus filiis, sic enim constabit numerus septuaginta. Porro LXX interpretes, et S. Lucas, Act. 7. 14, aiunt fuisse septuaginta quinque, quia addunt et adnumerant Josepho Manassis filium Machir, et nepotem Galaad, rursus Ephraimi filios Sutalaam, et Jaam, ac nepotem Edem, qui fuit filius Sutalaam. Hi autem adduntur, quia nati sunt vivente adhuc Josepho avo, ut patet Gen. 50. 22.

Digitized by Google

§ III. *Jacob fait avertir Joseph de sa venue. Joseph vient au-devant de nos père, et l'embrasse tendrement. Il lui conseille de dire à Pharaon que lui et ses enfants sont pasteurs de brebis.*

28. Misit autem Judam ante se ad Joseph, ut nuntiaret ei, et occurreret in Gessen.

29. Quo cum pervenisset, juncto Joseph curru suo, ascendit obviam patri suo ad eumdem locum: vidensque eum, irruit super collum ejus, et inter amplexus flevit.

30. Dixitque pater ad Joseph : Jam lætus moriar, quia vidi faciem tuam, et superstitem te relinquo.

31. At ille locutus est ad fratres suos, et ad omnem domum patris sui : Ascendam et nuntiabo Pharaoni, dicamque ei : Fratres mei, et domus patris mei, qui erant in terra Chanaan, venerunt ad me;

32. Et sunt viri pastores ovium, curamque habent alendorum gregum : pecora sua, et armenta, et omnia quæ habere potuerunt, adduxerunt secum.

33. Cumque vocaverit vos, et dixerit : Quod est opus vestrum ?

34. Respondebitis : Viri pastores sumus servi tui, ab infantia nostra usque in præsens, et nos, et patres nostri. Hæc autem dicetis, ut habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Ægyptii omnes pastores ovium (1).

28. Or, Jacob envoya Juda devant lui vers Joseph, pour l'avertir de sa venue, afin qu'il vînt au-devant de lui en la terre de Gessen.

29. Quand Jacob y fut arrivé, Joseph fit mettre les chevaux à son chariot, et vint au même lieu au-devant de son père; et le voyant, il se jeta à son cou, et l'embrassa en pleurant.

30. Jacob dit à Joseph : Je mourrai maintenant avec joie, puisque j'ai vu votre visage, et que je vouslaisse après moi.

31. Joseph dit à ses frères et à toute la maison de son père : Je m'en vais dire à Pharaon que mes frères et tous ceux de la maison de mon père sont venus me trouver de la terre de Chanaan, où ils demeuraient;

32. Que ce sont des pasteurs de brebis, qui s'occupent à nourrir des troupeaux, et qu'ils ont amené avec eux leurs brebis, leurs bœufs, et tout ce qu'ils pouvaient avoir.

33. Et lorsque Pharaon vous fera venir, et vous demandera : Quelle est votre occupation ?

34. Vous lui répondrez : Vos serviteurs sont pasteurs, depuis leur enfance jusqu'à présent, et nos pères l'ont toujours été comme nous. Vous direz ceci pour pouvoir demeurer dans la terre de Gessen, *qui est abondante en pâturages, et pour n'avoir aucun commerce avec les Egyptiens*, parce que les Egyptiens ont en abomination tous les pasteurs de brebis, *à cause qu'ils mangent ces bêtes, que les Egyptiens adorent comme des dieux.*

(1) Bible vengée, note LXXXIV.

---

34. *Pastores sumus.* Notanda Josephi modestia, prudentia, ac simplicitas. Modestia, quia in aula Pharaonis sciri cupit se esse fratrem pastorum. Prudentia, quia fratres in aulam non induxit, ne aulicorum moribus corrumperentur. Simplicitas, quia fratres ad sublimiorem statum non evehit, sed in arte patria ac pastoritia sinit hærere. — *Detestantur Ægyptii omnes pastores.* Quia pastores solent occidere et comedere carnes suarum ovium et pecudum, quas Ægyptii pro diis colebant, ut patet Exod. 8. 26. Alebant tamen Ægyptii oves et boves, ut patet cap. sequent. n. 17, non ad esum, sed ad

Digitized by Google

CHAPITRE XLVII.

§ I. *Joseph annonce à Pharaon la venue de son père. Il le présente à ce prince avec cinq de ses frères qui lui déclarent qu'ils sont pasteurs de brebis. Il les établit dans le pays le plus fertile de l'Egypte, et leur fournit tout ce qui leur était nécessaire pour vivre.*

1. Joseph étant donc allé trouver Pharaon, lui dit : Mon père et mes frères sont venus du pays de Chanaan avec leurs brebis, leurs troupeaux, et tout ce qu'ils possèdent : et ils se sont arrêtés en la terre de Gessen.

2. Il présenta aussi au roi cinq de ses frères :

3. Et le roi leur ayant demandé : A quoi vous occupez-vous? ils lui répondirent : Vos serviteurs sont pasteurs de brebis, comme l'ont été nos pères.

4. Nous sommes venus passer quelque temps dans vos terres, parce que la famine est si grande dans le pays de Chanaan, qu'il n'y a plus d'herbe pour les troupeaux de vos serviteurs : et nous vous supplions d'agréer que vos serviteurs demeurent dans la terre de Gessen, *où ils trouveront des pâturages.*

5. Le roi dit donc à Joseph : Votre père et vos frères vous sont venus trouver.

6. Vous pouvez choisir dans toute l'Egypte *le lieu qui leur convient;* faites-les demeurer dans *l'endroit* du pays qui vous

1. Ingressus ergo Joseph nuntiavit Pharaoni, dicens : Pater meus et fratres, oves eorum et armenta, et cuncta quæ possident, venerunt de terra Chanaan : et ecce consistunt in terra Gessen.

2. Extremos quoque fratrum suorum quinque viros constituit coram rege.

3. Quos ille interrogavit : Quid habetis operis? Responderunt : Pastores ovium sumus servi tui, et nos, et patres nostri.

4. Ad peregrinandum in terra tua venimus : quoniam non est herba gregibus servorum tuorum, ingravescente fame in terra Chanaan : petimusque ut esse nos jubeas servos tuos in terra Gessen.

5. Dixit itaque rex ad Joseph : Pater tuus et fratres tui venerunt ad te.

6. Terra Ægypti in conspectu tuo est : in optimo loco fac eos habitare : et trade eis terram Ges-

---

oblectationem, lanam et lac, ad stercorationem etiam agrorum, et ut aliis gentibus divenderent.

CAP. XLVII. 1. *Nuntiavit Pharaoni.* Reverentiæ in regem id fuit, et fortasse aliquis metus animum illius subiit, ne animo mutatus esset Pharao : itaque non recta introduxit.

2. *Extremos.* Hebr. est, *de extremitate fratrum suorum accepit quinque viros.* Vatablus explicat, non selegit; sed maxime obvios accepit. Alii interpretantur, præstantissimos. Alii, ut Pererius et Oleaster, vilissimos et abjectiores quoad speciem, ne scilicet Pharao, aut in militiam allegere, aut in aulam inducere tentaret, unde mores illorum corrumperentur, et incommodis aliis obnoxii essent. Satius judicavit ut seorsim quiete agerent.

4. *Non est herba gregibus.* Citius Chananæam herba defecerat, quam Ægyptum, quia Chananæa altior, terra vero Gessen humilior est pars Ægypti, et multis fossis irrigua ex Nilo.

6. *In conspectu tuo est.* Elige quam voles partem : idem significat quod *coram te est.*

Digitized by Google

sen. Quòd si nosti in eis esse viros industrios, constitue illos magistros pecorum meorum.

7. Post hæc introduxit Joseph patrem suum ad regem, et statuit eum coram eo : qui benedicens illi,

8. Et interrogatus ab eo : Quot sunt dies annorum vitæ tuæ?

9. Respondit : Dies peregrinationis meæ centum triginta annorum sunt, parvi et mali, et non pervenerunt usque ad dies patrum meorum quibus peregrinati sunt.

10. Et benedicto rege, egressus est foras.

11. Joseph verò patri et fratribus suis dedit possessionem in Ægypto in optimo terræ loco, Ramesses, ut præceperat Pharao.

12. Et alebat eos, omnemque domum patris sui, præbens cibaria singulis.

13. In toto enim orbe panis deerat, et oppresserat fames terram, maximè Ægypti et Chanaan.

paraîtra le meilleur, et donnez-leur la terre de Gessen *qu'ils demandent*. Que si vous connaissez qu'il y ait parmi eux des hommes habiles, donnez-leur l'intendance sur mes troupeaux.

7. Joseph introduisit ensuite son père devant le roi, et il le lui présenta ; Jacob salua Pharaon, *et* lui souhaita toutes sortes de prospérités.

8. Le roi lui ayant demandé quel âge il avait ?

9. Il lui répondit : Il y a cent trente ans que je suis voyageur ; et ce petit nombre d'années, qui n'est pas venu jusqu'à égaler celui des années de mes pères, a été traversé de beaucoup de maux.

10. Et après avoir souhaité toute sorte de bonheur au roi, il se retira.

11. Joseph, selon le commandement de Pharaon, mit son père et ses frères en possession *du lieu où l'on bâtit depuis la ville* de Ramessès, *située* dans la terre *de Gessen, qui est* la plus fertile de l'Egypte.

12. Et il les nourrissait avec toute la maison de son père, donnant à chacun ce qui lui était nécessaire pour vivre, *comme il le pratiquait à l'égard des Egyptiens. Il vendait aussi du blé aux étrangers qui venaient de toutes parts en acheter en Egypte ;*

13. Car le pain manquait dans tout le monde ; et la famine affligeait toute la terre, mais principalement l'Egypte et le pays de Chanaan.

---

7. *Benedicens illi.* Salutans, et fausta precatus regi, et fortasse dicens : *Vivat rex,* aut, *Rex, in æternum vive.* Nam differt benedictio, qua minor majori benedicit, ab ea qua major minori.

9. *Peregrinationis meæ.* Jacob multum fuerat peregrinatus, et omnes in hac vita peregrinamur ad Dominum. — *Parvi.* Pauci ; multo enim breviore tempore vixi, quam majores mei. — *Mali.* Pleni ærumnis et infelices.

10. *Benedicto rege.* Postquam regi valedixit.

11. *Ramesses.* In regione illa provinciæ Gessen, ubi postea Ramesse oppidum exstructum Israelitarum opera.

13. *In toto enim orbe.* Magna orbis parte : est hyperbole.

Digitized by Google

§II. * *Joseph fait porter dans les coffres du roi tout l'argent des blés qu'il a vendus.* ** *Les Egyptiens n'ayant plus d'argent lui cèdent leurs troupeaux, leurs terres et leurs personnes pour avoir du blé.* *** *Joseph acquiert ainsi à Pharaon toute l'Egypte, excepté le bien des prêtres qu'il leur laisse.*

* L'AN DU MONDE 2300. — ** L'AN DU MONDE 2301. — — *** L'AN DU MONDE 2302.

14. Joseph ayant amassé tout l'argent qu'il avait reçu des Egyptiens et des Chananéens, pour le blé qu'il leur avait vendu, le porta au trésor du roi.

15. Et lorsqu'il ne restait plus d'argent à personne pour en acheter, tout le peuple de l'Egypte vint dire à Joseph : Donnez-nous du pain ; pourquoi nous laissez-vous mourir faute d'argent?

16. Joseph leur répondit : Si vous n'avez plus d'argent, amenez vos troupeaux, et je vous donnerai du blé en échange.

17. Ils lui amenèrent donc leurs troupeaux, et il leur donna du blé pour le prix de leurs chevaux, de leurs brebis, de leurs bœufs, et de leurs ânes ; et il les nourrit cette année-là pour les troupeaux qu'il reçut d'eux en échange.

18. Ils revinrent l'année d'après et lui dirent : Nous ne vous cacherons pas, mon seigneur, que l'argent nous ayant manqué d'abord, nous n'avons plus aussi de troupeaux, et vous n'ignorez pas qu'excepté nos corps et nos terres, nous n'avons rien.

19. Pourquoi donc mourrions-nous à vos yeux? Nous nous donnons à vous, nous et nos terres; achetez-nous pour être les esclaves du roi, et donnez-nous de quoi semer, de peur que la terre ne demeure en friche, si vous laissez périr ceux qui peuvent la cultiver.

20. Ainsi Joseph acheta toutes les terres de l'Egypte, chacun vendant tout ce

14. E quibus omnem pecuniam congregavit pro venditione frumenti, et intulit eam in ærarium regis,

15. Cùmque defecisset emptoribus pretium, venit cuncta Ægyptus ad Joseph, dicens : Da nobis panes : quare morimur coram te, deficiente pecuniâ?

16. Quibus ille respondit : Adducite pecora vestra, et dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis (1).

17. Quæ cùm adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, et ovibus, et bobus, et asinis : sustentavitque eos illo anno pro commutatione pecorum.

18. Venerunt quoque anno secundo, et dixerunt ei : Non celabimus dominum nostrum, quòd deficiente pecuniâ, pecora simul defecerunt : nec clam te est quòd absque corporibus et terra nihil habeamus.

19. Cur ergo moriemur te vidente? et nos et terra nostra tui erimus : eme nos in servitutem regiam, et præbe semina, ne peremte cultore redigatur terra in solitudinem.

20. Emit igitur Joseph omnem terram Ægypti, vendentibus sin-

(1) Bible vengée, note LXXXV.

---

14. *Intulit eam in ærarium.* Nihil sibi reservans, ut ait Philo.

15. *Panes.* Triticum ad conficiendos panes.

18. *Anno secundo.* Ab abductis et venditis pecoribus, qui fuit quartus, vel quintus ab inchoata fame.

19. *Eme nos in servitutem regiam.* Parati sumus mancipia fieri; potest quis seipsum vendere et liberos, famis vitandæ causa. — *Præbe semina,* Poterat aliquid seri aliquibus locis juxta Nilum, ut supra dictum est.

Digitized by Google

gulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subjecitque eam Pharaoni,

21. Et cunctos populos ejus, à novissimis terminis Ægypti usque ad extremos fines ejus,

22. Præter terram sacerdotum, quæ à rege tradita fuerat eis : quibus et statuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, et idcirco non sunt compulsi vendere possessiones suas.

qu'il possédait à cause de l'extrémité de la famine. Et il acquit de cette sorte à Pharaon toute l'Egypte,

21. Avec tous les peuples, depuis une extrémité du royaume jusqu'à l'autre,

22. Excepté les seules terres des prêtres, qui leur avaient été données par le roi ; car on leur fournissait une certaine quantité de blé des greniers publics ; c'est pourquoi ils ne furent point obligés de vendre leurs terres.

§ III. *Joseph rend aux Egyptiens leurs terres, et leur fournit de quoi semer, à condition qu'ils donneront au roi la cinquième partie de ce qu'ils recueilleront. Ce qui s'observe en toute l'Egypte comme une loi.*

23. Dixit ergo Joseph ad populos : En, ut cernitis, et vos et terram vestram Pharao possidet : accipite semina, et serite agros,

24. Ut fruges habere possitis. Quintam partem regi dabitis : quatuor reliquas permitto vobis in sementem, et in cibum familiis et liberis vestris.

25. Qui responderunt : Salus nostra in manu tua est : respiciat nos tantùm dominus noster, et læti serviemus regi.

26. Ex eo tempore usque in præsentem diem, in universa terra Ægypti, regibus quinta pars

23. Après cela Joseph dit au peuple : Vous voyez que vous êtes à Pharaon, vous et toutes vos terres ; je m'en vais donc vous donner de quoi semer, et vous sèmerez vos champs *cette année qui sera la dernière de la stérilité*,

24. Afin que vous puissiez recueillir des grains *l'année prochaine*. Vous en donnerez la cinquième partie au roi, et je vous abandonnerai les quatre autres pour semer les terres, et pour nourrir vos familles et vos enfants.

25. Ils lui répondirent : Notre salut est entre vos mains : regardez-nous seulement, mon seigneur, d'un œil favorable, et nous servirons le roi avec joie.

26. Depuis ce temps-là jusqu'aujourd'hui, on paie au roi, dans toute l'Egypte, la cinquième partie *du revenu des terres ;*

---

21. *A novissimis terminis.* Hebræa sic habent : *Et populum transire fecit ad civitates de una extremitate termini Ægypti usque ad extremitatem ejus ;* id est, incolas transtulit de una in aliam remotissimam civitatem. Id factum ut turbis et seditionibus obviam iretur, si forte aliquæ existerent dolore stimulante quod suis possessionibus excidissent.

22. *Præter terram sacerdotum.* Vide immunitatem bonorum sacerdotalium ; ita crediderim factum voluntate potius Pharaonis, quam studio Joseph, qui idolorum cultoribus non est existimandus favere, et tributa remittere voluisse. — *Non sunt compulsi.* Quia nulla pressi penuria.

23. *Dixit ergo Joseph.* Anno famis septimo et ultimo, cum jam spes futuræ fertilitatis affulgeret.

24. *In sementem.* Vult Philo speculatores positos, qui viderent ut sationi ea pars impenderetur.

25. *Salus nostra.* Per te salvi futuri sumus. Omnia tibi et regi debemus et deferimus.

Digitized by Google

et ceci est comme passé en loi, excepté la terre des prêtres, qui est demeurée exempte de cette sujétion.

solvitur et factum est quasi in legem, absque terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit.

§ IV. *Jacob sentant sa mort approcher fait jurer à son fils Joseph qu'il le fera transporter après sa mort dans le sépulcre de ses ancêtres.*

L'AN DU MONDE 2315. — AVANT J.-C. 1689.

27. Israël demeura donc en Egypte, c'est-à-dire dans la terre de Gessen, dont il jouit comme de son bien propre, et où sa famille s'accrut et se multiplia extraordinairement.

28. Il y vécut dix-sept ans, et tout le temps de sa vie fut de cent quarante-sept ans.

29. Comme il vit que le jour de sa mort approchait, il appela son fils Joseph, et lui dit : Si j'ai trouvé grâce devant vous, mettez votre main sous ma cuisse, et donnez-moi cette marque de la bonté que vous avez pour moi de me promettre avec vérité que vous ne m'enterrerez point dans l'Egypte :

30. Mais que je reposerai avec mes pères, et que vous me transporterez hors de ce pays, et me mettrez dans le sépulcre de mes ancêtres, *qui est dans le champ d'Ephron*. Joseph lui répondit : Je ferai ce que vous me commandez.

31. Jurez-le-moi donc, dit Jacob. Et pendant que Joseph jurait, Israël, *appuyé*

27. Habitavit ergo Israel in Ægypto, id est, in terra Gessen, et possedit eam, auctusque est, et multiplicatus nimis.

28. Et vixit in ea decem et septem annis ; factique sunt omnes dies vitæ illius centum quadraginta septem annorum.

29. Cùmque appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocavit filium suum Joseph, et dixit ad eum : Si inveni gratiam in conspectu tuo, pone manum tuam sub femore meo, et facies mihi misericordiam et veritatem, ut non sepelias me in Ægypto :

30. Sed dormiam cum patribus meis ; et auferas me de terra hac, condasque in sepulcro majorum meorum. Cui respondit Joseph ; Ego faciam quod jussisti.

31. Et ille : Jura ergo, inquit, mihi. Quo jurante, adoravit Is-

---

26. *Quasi in legem.* Hebræus, græcus et chaldæus simpliciter aiunt hanc legem a Josepho in perpetuum latam.

27. *Israel.* Jacob.

29. *Pone manum tuam sub femore.* Vide dicta c. 24. 2. — *Misericordiam et veritatem.* Duæ sunt explicationes. Una, quæ copulat ambas, ut sit sensus : beneficium certum, seu bona fide. Altera quæ disjungit : misericordiam facias promittendo non necessitate, sed miseratione mei : veritatem, quod promiseris in rem deducendo.

30. *Sed dormiam cum patribus meis.* Hujus voti plures causæ fuerunt. 1. Optavit in terra sancta, in qua sola futurus Dei cultus, cum piis parentibus sepeliri. 2. Ut hac postulatione securos faceret de reditu suorum in Chananitidem ; atque ita a deliciis Ægypti eorum animum averteret. 3. Ut reversi in Chananæam posteri haberent præ oculis sepulcrum suum, monumentum et incitamentum virtutis. 4. Quia non ignorabat Christum in Chananæa versaturum, moriturum, et resurrecturum cum multis, ex quorum numero esse cupiebat. — *In sepulcro majorum.* In spelunca duplici, de qua supra, c. 23. 17.

32. *Jura ergo.* Non diffidit filio, sed præbet excusationis ansam cum Pha-

Digitized by Google

rael Deum, conversus ad lectuli caput.

sur son bâton, adora Dieu, se tournant vers le chevet de son lit, *du côté de la terre promise. Il s'inclina aussi profondément devant le bâton de commandement que portait son fils, révérant en sa personne la grandeur et l'autorité du Messie, dont Joseph était la figure.*

CHAPITRE XLVIII.

§ I. *Joseph va voir son père dans sa dernière maladie. Il y mène ses deux fils, Manassé et Ephraïm. Jacob les adopte pour ses enfants.*

L'AN DU MONDE 2315. — AVANT J.-C. 1689.

1. His ita transactis, nuntiatum est Joseph quòd ægrotaret pater suus : qui, assumptis duobus filiis Manasse et Ephraim, ire perrexit.

2. Dictumque est seni : Ecce filius tuus Joseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo.

3. Et ingresso ad se, ait : Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ est in terra Chanaan, benedixitque mihi,

4. Et ait : Ego te augebo et multiplicabo, et faciam te in turbas populorum : daboque tibi terram hanc, et semini tuo post te, in possessionem sempiternam.

5. Duo ergo filii tui, qui nati sunt tibi in terra Ægypti, ante-

1. Quelque temps après, on vint dire à Joseph que son père était *plus* mal ; alors prenant avec lui ses deux fils Manassé et Ephraïm, il l'alla voir.

2. On dit à Jacob : Voici votre fils Joseph qui vient vous rendre visite. Jacob reprenant ses forces, se mit sur son séant dans son lit :

3. Et il dit à Joseph, lorsqu'il fut entré : Le Dieu tout-puissant m'a apparu à Luza, qui est au pays de Chanaan, et m'ayant béni,

4. Il m'a dit : Je ferai croître et je multiplierai beaucoup votre race ; je vous rendrai chef d'une multitude de peuples, et je vous donnerai cette terre, et à votre race après vous, afin que vous la possédiez pour jamais.

5. C'est pourquoi vos deux fils, Ephraïm et Manassé, que vous avez eus en Égypte,

---

raone. — *Conversus.* Ad orientem, sive ad terram promissionis. — *Ad lectuli caput.* Septuaginta vertunt : *Adoravit Jacob fastigium virgæ ejus*, sceptri scilicet Josephi. Utraque interpretatio vocibus hebraicis convenit pro varietate subjectorum punctorum, et utrumque Jacob præstitit; adoravit, id est, reverentiam exhibuit sceptro et potestati Josephi, et Deum etiam adoravit, gratias agendo quod eam mentem dedisset Joseph ut in Chananæam cadaver transferret, et patribus suis apponeret, juxta postulatum suum.

CAP. XLVIII. 1. *Quod ægrotaret.* Langueret senio, paulatimque deficeret. 2. *Confortatus.* Gaudio quasi roboratus ob charissimi filii conspectum, et simul spiritu prophetico illum implente.

4. *Et ait.* Ita commemorat, ut qui præsentes aderant, intelligerent jus ipsi competere dividendæ terræ Chanaan, et filios Joseph adoptatos in partem hæreditatis adsciscendi. — *In possessionem sempiternam.* Longo tempore duraturam.

Digitized by Google

avant que je vinsse ici avec vous, seront à moi, et ils seront mis au nombre de mes enfants, comme Ruben et Siméon, *et ils partageront avec eux la terre que Dieu m'a promise.*

6. Mais les autres que vous aurez après eux, seront à vous, et ils porteront le nom de leurs frères dans les terres qu'ils posséderont, *ayant leur partage dans celles qui seront assignées aux deux tribus dont Ephraïm et Manassé seront les chefs; j'adopte ainsi vos deux enfants, pour suppléer au petit nombre de ceux que Rachel m'a donnés.*

7. Car lorsque je revenais de Mésopotamie, je perdis Rachel, qui mourut en chemin au pays de Chanaan : c'était au printemps, à l'entrée d'Ephrata, et je l'enterrai sur le chemin d'Ephrata qui s'appelle aussi Bethléem.

8. En même temps Jacob voyant les fils de Joseph, lui demanda : Qui sont ceux-ci?

quam hùc venirem ad te, mei erunt : Ephraim et Manasses, sicut Ruben et Simeon, reputabuntur mihi.

6. Reliquos autem quos genueris post eos, tui erunt, et nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis.

7. Mihi enim, quando veniebam de Mesopotamia, mortua est Rachel in terra Chanaan in ipso itinere; eratque vernum tempus, et ingrediebar Ephratam, et sepelivi eam juxta viam Ephratæ, quæ alio nomine appellatur Bethleem.

8. Videns autem filios ejus dixit ad eum : Qui sunt isti?

§ II. *Jacob fait approcher les enfants de Joseph, et les bénit, donnant la préférence à Ephraïm qui était le cadet. Il laisse par préciput à Joseph la part de son bien qu'il avait gagnée sur les Amorrhéens.*

9. Joseph lui répondit : Ce sont mes enfants que Dieu m'a donnés en ce pays-ci. Approchez-les de moi, dit Jacob, afin que je les bénisse.

10. Car les yeux d'Israël s'étaient obscurcis à cause de sa grande vieillesse, et il ne pouvait bien voir. Les ayant donc

9. Respondit : Filii mei sunt, quos donavit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, ut benedicam illis.

10. Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, et clarè videre non poterat. Applicitosque

---

5. *Mei erunt.* Adoptati sortem sortirentur non minus quam Ruben et Simeon.

6. *Quos genueris.* Si quos genueris; nec legimus ullos postea genuisse. — *Nomine fratrum suorum vocabuntur.* Quando dividetur terra Chanaan, non accipient funiculum proprium tanquam capita tribuum; sed sub Manasse et Ephraim comprehendentur.

7. *Mihi enim.* Hæc dicit, ne Joseph miretur eum tantopere sollicitum ut in Mambre seu Hebron sepeliatur, cum uxorem suam dilectissimam Josephi matrem ipsemet in Ephrata sepelierit. Docet se id non sponte, sed necessitate fecisse. — *Vernum tempus.* Quo tempore facile putrescunt cadavera, ideo non potui illud deferre usque in Hebron, præsertim quia tot greges agens iter accelerare non poteram.

8. *Videns.* Quamvis caligaverant oculi præ senio, videbat filios Joseph, sed non satis discernebat quinam essent.

9. *Adduc.* Propius admove.

Digitized by Google

ad se deosculatus, et circumplexus eos,

11. Dixit ad filium suum : Non sum fraudatus aspectu tuo : insuper ostendit mihi Deus semen tuum.

12. Cùmque tulisset eos Joseph de gremio patris, adoravit pronus in terram.

13. Et posuit Ephraim ad dexteram suam, id est, ad sinistram Israel, Manassen verò in sinistra sua, ac dexteram scilicet patris, applicuitque ambos ad eum,

14. Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephraim minoris fratris : sinistram autem super caput Manasse qui major natu erat, commutans manus.

15. Benedixitque Jacob filiis Joseph, et ait : Deus, in cujus conspectu ambulaverunt patres mei Abraham et Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea usque in præsentem diem :

16. Angelus, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis : et invocetur super eos nomen meum, nomina quoque pa-

fait approcher de lui, il les embrassa et les baisa,

11. Et il dit à son fils : Dieu m'a voulu donner la joie de vous voir, et il y ajoute encore celle de voir vos enfants.

12. Joseph, les ayant retirés d'entre les bras de son père, adora en se prosternant en terre.

13. Et ayant mis Ephraïm à sa droite, c'est-à-dire à la gauche d'Israël, et Manassé à sa gauche, c'est-à-dire à la droite de son père, il les approcha tous deux de Jacob,

14. Lequel étendant sa main droite, la mit sur la tête d'Ephraïm, qui était le plus jeune, et mit sa main gauche sur la tête de Manassé, qui était l'aîné, changeant ainsi ses deux mains *de la place que naturellement elles devaient occuper.*

15. Et bénissant les enfants de Joseph, il dit : Que le Dieu en la présence de qui ont marché mes pères, Abraham et Isaac, le Dieu qui me nourrit depuis ma jeunesse jusqu'à ce jour :

16. Que l'ange qui m'a délivré de tous mes maux, bénisse ces enfants : qu'ils portent mon nom, et les noms de mes pères Abraham et Isaac, et qu'ils se mul-

---

11. *Non sum fraudatus.* Hebraice est significantius : *Quod faciem tuam viderem, nunquam apud me cogitassem; et ecce Deus ostendit mihi etiam semen tuum.*

12. *De gremio patris.* Accedentes ad senem genu flexerunt, et sic erant capite in sinum ejus demisso, et quasi genibus incumbebant. Ne ergo avum gravarent, et ut illis commodius benedictionem impartiretur, Joseph inde amotos utrinque collocat ad latus senis sedentis, et Jacob pedes supra lectulum collegit.—*Adoravit.* Joseph tum patrem, illi se reverenter incurvando, tum proprie Deum, gratias agens pro hoc beneficio et benedictione patris.

14. *Super caput Ephraim.* Iste præfertur : 1. quia ex Ephraim nasciturі erant reges Israel, puta decem tribuum : ita Eusebius; 2. quia hæc tribus et gloria et numero superavit tribum Manasse, ut prædicit Jacob n. 19; — 3. quia ex Ephraim nasciturus erat Josue dux Israelis, qui populum induxit in Chanaan : unde et typus fuit Christi, qui nos in cœlum inducit. Ita S. Hieronymus. — *Commutans manus.* Hebr. est, *fecit intelligere manus suas,* id est, sciens et prudens manus suas transposuit; scilicet decussatim in modum crucis.

15. *In cujus conspectu ambulaverunt.* Cui placuerunt per omnia obsecuti.

* 16. *Angelus.* Custos meus : subaudi hic vocem *quoque,* quasi dicat : Deus benedicat pueris istis, angelus quoque meus iisdem benedicat. — *Invocetur*

Digitized by Google

tiplient de plus en plus sur la terre.

17. Mais Joseph voyant que son père avait mis sa main droite sur la tête d'Ephraïm, en eut de la peine; et prenant la main de son père, il tâcha de la lever de dessus la tête d'Ephraïm, pour la mettre sur la tête de Manassé,

18. En disant à son père : Vos mains ne sont pas bien, mon père; car celui-ci est l'aîné, mettez votre main droite sur sa tête.

19. Mais refusant de le faire, il lui dit : Je le sais bien, mon fils, je le sais bien; celui-ci sera aussi chef des peuples, et sa race se multipliera : mais son frère, qui est le plus jeune, sera plus grand que lui, et sa postérité se multipliera dans les nations.

20. Jacob les bénit donc alors, et dit : Israël sera béni en vous, et l'on dira : Que Dieu vous bénisse comme Ephraïm et Manassé. Ainsi il mit Ephraïm devant Manassé.

21. Il dit ensuite à Joseph son fils : Vous voyez que je m'en vais mourir; Dieu sera avec vous, et il vous ramènera au pays de vos pères,

22. Je vous donne de plus qu'à vos frères cette part de mon bien que j'ai gagnée sur les Amorrhéens avec mon épée et mon arc.

trum meorum Abraham et Isaac, et crescant in multitudinem super terram.

17. Videns autem Joseph quòd posuisset pater suus dexteram manum super caput Ephraim, graviter accepit : et apprehensam manum patris levare conatus est de capite Ephraim, et transferre super caput Manasse,

18. Dixitque ad patrem : Non ita convenit, pater : quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput ejus.

19. Qui renuens, ait : Scio, fili mi, scio : et iste quidem erit in populos, et multiplicabitur : sed frater ejus minor, major erit illo : et semen illius crescet in gentes.

20. Benedixitque eis in tempore illo, dicens : In te benedicetur Israel, atque dicetur : Faciat tibi Deus sicut Ephraim, et sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen.

21. Et ait ad Joseph filium suum : Ego morior, et erit Deus vobiscum, reducetque vos ad terram patrum vestrorum.

22. Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio et arcu meo.

---

super eos nomen meum. Hebr. *vocetur eis nomen meum,* hoc est, dicantur filii mei, et filii Isaac et Abraham.

* 19. *Major erit.* Propter regnum decem tribuum, quod in Ephraimi potestate cœptum, diuque consedit. Vide III. Reg. 11, 26. Itaque prophetæ illud regnum Ephraimi nomine appellant.

20. *In te benedicetur Israel.* Quando Israelitæ volent alicui bene precari, dicent : Sic multiplicet te Deus, sicut multiplicavit Ephraim et Manasse.

22. *Extra fratres tuos.* Futuræ divisioni eximens, jam nunc tibi illam concedo ut eximiam. Hæc pars eximia fuit Sichem, quæ in sorte filiorum Joseph ponitur, Josue c. 17. — *De manu Amorrhæi.* Ab Hemor, quem lato sumpto vocabulo vocat Amorrhæum, cum Hevæus fuerit. — *In gladio et arcu meo.* Jacob agrum situm in Sichem prius emit pecunia ab Hemor, cap. 33, n. 39; sed cum post stragem *Sichimitis* a suis illatam, metuens ne Chananæi in se vicissim irruerent, inde abiisset; tunc agrum hunc Sichimensem occuparunt vicini Amorrhæi, quos rediens Jacob vi et armis expulit, suumque agrum in gladio et arcu recepit. Hoc enim hic clare dicitur, licet alibi res gesta non narretur. Ita ex Andrea Masio, Pererius et alii.

Digitized by Google

CHAPITRE XLIX.

§ I. *Jacob fait venir ses enfants, et en les bénissant il leur reproche leurs fautes et marque ce qui doit leur arriver à l'avenir* (1).

1. Vocavit autem Jacob filios suos, et ait eis : Congregamini, ut annuntiem quæ ventura sunt vobis in diebus novissimis.

2. Congregamini, et audite, filii Jacob, audite Israel patrem vestrum :

3. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, et principium doloris mei : prior in donis, major in imperio.

4. Effusus es sicut aqua, non crescas : quia ascendisti cubile patris tui, et maculasti stratum ejus.

1. Or Jacob appela ses enfants, et leur dit : Assemblez-vous tous, afin que je vous annonce ce qui doit vous arriver dans les derniers temps.

2. Venez tous ensemble, et écoutez, enfants de Jacob, écoutez Israël votre père.

3. Ruben, mon fils aîné, vous étiez toute ma force, *étant le premier fruit de mon mariage, et vous m'aviez comblé de joie par votre naissance ; mais vous êtes devenu par votre crime* la principale cause de ma douleur *; vous deviez être* le premier dans les dons, *et* le plus grand en autorité.

4. *Mais* vous vous êtes répandu comme l'eau, *vous êtes déchu de ces prérogatives par votre péché :* vous ne croîtrez point, *et votre tribu ne sera recommandable, ni par le nombre, ni par la force, ni par la dignité,* parce que vous avez monté sur le lit de votre père, et que vous avez souillé sa couche, *en abusant de celle qu'il avait prise pour femme.*

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome II, page 507.

Cap. XLIX. 1. *Vocavit.* Mos Hebræorum fuit filios, vel alios curæ suæ commissos morte imminente convocare, et salutaria monita dare, ac bene precari, et interdum futura prædicere. Exempla obvia in sacris Scripturis. * Deut. 31; Josue, cap. ult.; I. Reg. 12; Tob. 14; I. Machab. 2.—*In diebus novissimis.* Futuris temporibus, *in posterum.*

3. *Primogenitus.* Secundum carnem, nam jura primogenituræ illi adempta, ut impio in patrem. — *Fortitudo mea.* Quem, cum adhuc robustus et viridis ætatem essem, genui. — *Principium doloris.* Quia nati liberi multum anxietatis, laboris, sollicitudinis parentibus afferunt. Vel sensus est : tu mihi fuisti præcipua causa doloris et tristitiæ ob tuum incestum. — *Prior in donis.* Nam primogenito duplex hæreditatis portio debebatur, Deut. 21. 17. Hoc jus in Josephum translatum; nam duæ sortes ejus posteris attributæ, seu duæ tribus; ager etiam eximius extra sortem, cap. præcedenti, n. 22. — *Major in imperio.* Quia primogenito fratres debebant subesse fraterna quadam et quasi paterna subjectione. Hoc quoad duas tribus in Juda, quoad decem diu in Ephraim permansit; et quia utraque prærogativa cernitur in familia Joseph, * quæ duplicem in partitione terræ sanctæ portionem accepit, et per Ephraimitas imperium in decem tribus obtinuit : ideo I. Paralip. 5. 1, dicitur Joseph potitus primogenitura Rubeni.

4. *Effusus es sicut aqua.* Præceps in scelus ruisti. — *Non crescas.* Non

Digitized by Google

5. Siméon et Lévi, frères *et compagnons dans le crime*, instruments d'un carnage plein d'injustice.

6. A Dieu ne plaise que mon âme ait aucune part à leurs conseils *pleins de tromperie et de cruauté*, et que ma gloire soit ternie en me liant avec eux, *et en approuvant leur conduite qu'on ne doit regarder qu'avec horreur*, parce qu'ils ont signalé leur fureur, en tuant des hommes qui *étaient hors d'état de se défendre, et qu'ils ont fait voir leur mauvaise* volonté, en renversant une ville *qui avait fait alliance avec eux.*

7. Que leur fureur soit maudite, parce qu'elle est opiniâtre; et que leur colère soit en exécration, parce qu'elle est dure

5. Simeon et Levi fratres : vasa iniquitatis bellantia.

6. In consilium eorum non veniat anima mea, et in cœtu illorum non sit gloria mea : quia in furore suo occiderunt virum, et in voluntate sua suffoderunt murum.

7 Maledictus furor eorum, quia pertinax : et indignatio eorum, quia dura : dividam eos in

---

creses; nam est prophetia : tribus tua erit exigua numero. — ***Cubile patris tui.*** Incestasti novercam, supra, c. 35. 22. — ***Maculasti stratum ejus.*** Me, novercam, te, ipsam prosapiam universam dehonestasti.

5. ***Fratres.*** Non tam germani natura, sed simillimi et conjunctissimi dolo, furore, crudelitate, et præ cæteris ob sororis dedecus exardescentes in ultionem. Supra, c. 34. 25.— ***Vasa iniquitatis.*** Instrumenta iniquitatis.— ***Bellantia.*** Prompta et strenua in flagitium et ultionem.

6. ***In consilium eorum.*** Absit ut glorier hoc filiorum meorum facinore : Olim detestatus sum, et nunc detestor. — ***Et in cœtu illorum non sit gloria mea.*** Quasi dicat : Illi in hac strage quasi indice fortitudinis suæ gloriati sunt : absit a me tale decus, et gloria. — ***Occiderunt virum.*** Enallage, singulare pro plurali, *viros*, ut complectamur omnem populum masculini sexus. — ***In voluntate sua.*** In sua libidine sæviendi. LXX habent, *in sua concupiscentia.* — ***Suffoderunt murum.*** Vel murus proprie accipitur, quod scilicet urbis mœnia suffoderint, et aliqua saltem ex parte everterint; vel murus metaphorice sumitur, et significat Hemor et Sichem, principes civitatis, quia sua potentia illam muniebant. Hinc LXX vertunt, *subnervaverunt taurum.* Taurus, quia in feminas ruebat, et quia in civitate potens.

7. ***Maledictus furor eorum.*** Hæc maledictio prophetica in fratres istos temporaria et conditionalis fuit, nisi scelus novis meritis expiarent. Hæc maledictio a Levi et a levitis sublata est per zelum tum Mosis et Aaronis, aliorumque levitarum in cæde adorantium vitulum aureum; tum Phinees levitæ, qui Hebræum cum Madianitide concumbentem occidit, et Beelphegor evertit, Num. 25. n. 5 et 6; ideoque tribus Levi et sacerdotium et benedictionem a Mose accepit, Deuter. 33. 10. Simeoni vero mansit hæc maledictio propter fornicationem et idololatriam Zambri, qui fuit dux tribus Simeonis, quem occidit Phinees, Num. 25. Unde solus Simeon a Mose non fuit benedictus, Deut. 33. — ***Quia pertinax.*** Excusari possent, si subito impetu excanduissent : inexcusabiles fuerunt, quod iracundia tenax, vindictæ amor insatiabilis, et flecti nescia fuit indignatio. — ***Dividam.*** Aptissima pœna malos consultores disgregandi, et conspirationem disturbandi, ne rursus in aliorum perniciem capita conferant. In Simeone id adimpletum, quando data ei sorte portio in medio tribus Juda, Josue 19. 2 et 9, quæ portio exigua fuit; et ita factum, ut cum Simeonis tribus hominibus facta esset numero-

Digitized by Google

Jacob, et dispergam eos in Israel.

8. Juda, te laudabunt fratres tui : manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui.

9. Catulus leonis Juda : ad prædam, fili mi, ascendisti : requiescens accubuisti ut leo, et quasi leœna, quis suscitabit eum?

10. NON AUFERETUR sceptrum de Juda, et dux de femore ejus,

et inflexible. *Pour les punir de leur union dans le crime*, je les diviserai dans Jacob et je les disperserai dans Israël ; *Siméon n'aura qu'une petite portion dans la tribu de Juda, et l'héritage de Lévi sera répandu dans toutes les tribus.*

8. Juda, vos frères vous loueront ; votre main mettra sous le joug vos ennemis ; les enfants de votre père vous adoreront *en la personne du Messie qui naîtra de vous.*

9. Juda, *par son courage et son humeur guerrière*, est *comme* un jeune lion *qui répand partout la terreur :* vous vous êtes levé, mon fils, pour ravir la proie *comme un lion affamé ;* et en vous reposant, vous vous êtes couché comme un lion et une lionne, *dont on n'ose approcher :* qui osera *aussi* le réveiller ?

10. Le sceptre ne sera point ôté de Juda, ni le prince de sa postérité, jusqu'à

---

sior, exierint in desertum ad quærendas sibi sedes, pars in Gador, pars in montem Seir. Vide I. Paralip. 4. 27, 39 et 42. In levitis impleta, quia levitis nulla sors obtigit propria, sed per omnes tribus dispersi, Jos. 18. 7.

8. *Juda, te laudabunt.* In hebræis vocibus elegans allusio ad nomen Juda continetur. Vocarat eum mater, supra, cap. 29, n. ult., Judam, quoniam laudandi Deum causam habebat maximam. Nunc pater aliam nominis rationem addit; quod tribus Juda a cæteris fratribus sit laudanda. — *Manus tua in cervicibus inimicorum.* Ut eos in fugam agat, insequatur, capiat, trucidet. — *Adorabunt te filii patris tui.* In rege, vel Messia ex te nascituro.

9. *Catulus leonis Juda.* Sicut Judas inter fratres est, ita tribus Juda inter alias erit, instar leonis impavida, fortis, bellicosa, victrix. — *Ad prædam, fili mi, ascendisti.* Hebr. Symmach. et Aquila habent, *a præda.* Sensus est : a præda ad prædam ascendisti, assidue prædaris, jugiter a prædatione, et cum præda redis. Id maxime verum tempore Davidis viri bellatoris, et in multis bellis victoris. — *Requiescens accubuisti.* Post victoriam læta pace potitus es, ut leo qui adeptus prædam securus accubat, et illa fruitur. * Alludit ad Davidem et Salomonem qui, debellatis hostibus, jam præda saturi quiescentes, fuerunt nihilominus terrori omnibus, ut solet leo, etiam dum humi profusus quiescit, terrori esse reliquis animalibus. — *Quasi leœna.* Quæ catulos lactans sævior et fortior est leone. — *Quis suscitabit eum?* Quis eum suscitare, et bello audeat lacessere?

10. *Non auferetur sceptrum.* Sceptrum regni judaici erit in finibus Juda, hoc est, Jerosolymis. — *Et dux de femore ejus.* Si non per lineam masculinam, certe per femininam; nam etiam hi de femore Juda progressi sunt. Dices : Herodes alienigena regnavit Jerosolymis ante Messiæ adventum, qui tamen non exierat de femore Juda. Respond. Herodem non fuisse regem, sed tyrannum non legitime dominantem. Præterea intelligendam prophetiam de regno libero, et a nemine dependente, quale Herodis regnum non fuit, quod a Romanorum pendebat arbitrio. Tandem si Herodes aliquando legitime regnavit, id illi non contigit nisi secundo Christi anno, quo

Digitized by Google

ce que celui qui doit être envoyé soit venu : et c'est lui qui sera l'attente des nations *et la source de leur bonheur.*

11. Il liera son ânon à la vigne ; il liera, ô mon fils ! son ânesse à la vigne ; il lavera sa robe dans le vin, et son manteau dans le sang des raisins ; *c'est-à-dire qu'il attachera à son Eglise les Juifs et les gentils par la foi qu'il leur inspirera, et il lavera dans son sang leurs péchés, dont il aura bien voulu se charger.*

12. *Je vois par avance que* ses yeux sont plus beaux que le vin, et ses dents plus blanches que le lait.

13. Zabulon habitera *d'un côté* sur le rivage de la mer *Méditerranée, et de l'autre sur celui de la mer de Tibériade,* près du port des Navires, *et* il s'étendra jusqu'à *la Phénicie, dont* Sidon *est la capitale, et avec laquelle il aura un grand commerce.*

donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium.

11. Ligans ad vineam pullum suum, et ad vitem, ô fili mi, asinam suam. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum.

12. Pulchriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores.

13. Zabulon in littore maris habitabit, et in statione Navium pertingens usque ad Sidonem.

---

illum Judæi in regem suum volentes susceperunt. Vide Philonem, lib. 2. de Tempore, et Josephum 17 Antiquit. cap. 3. — *Qui mittendus.* Messias. — *Ipse erit expectatio gentium.* Sic Aggæi 2. 8, Christus vocatur *desideratus cunctis gentibus,* et hoc cap. n. 26, *desiderium collium æternorum.* * Fuit expectatio gentium, quia Christo ad salutem maxime indigebant, et si necessitatem suam cognovissent, et a solo Christo remedium afferendum, illius adventum expectassent et optassent. Sic tellus, cum est arida, pluviam expectare et optare dicitur.

11. *Ligans ad vineam.* Christus ligabit funiculo fidei, spei et charitatis *ad vineam,* id est, ad Ecclesiam primævam ex Judæis collectam, *pullum suum,* id est, populum gentium, qui jugum legis nondum tulerat, cum eum Judæis in una Ecclesia conjunxit, et adunavit : *et ad vitem,* id est, ad seipsum (Christus enim vitis, Joan. 15. 1). O Juda, *fili mi,* ligabit idem Christus *asinam suam,* id est, populum Judæorum, jugo legis assuetum et attritum. Recte Christus dicitur *asinam ligasse ad se,* quia per seipsum prædicavit Judæis ; *pullum* vero alligasse *vineæ,* quia gentibus per Judæos, puta apostolos, prædicavit, et per eos gentes sibi aggregavit. * Hæc tamen et sequentia multi de terræ fertilitate explicant, quæ tribui Judæ obtigit, quod respexisse quidem videtur patriarcha, sed Christum principalius. — *Lavabit in vino.* Sanguinis sui. — *Stolam suam.* Carnem suam. — *Et in sanguine uvæ pallium suum.* Sanguine suo ecclesiam suam, cum scilicet mortuus est in cruce, et in dies lavat mundans eam lavacro aquæ in verbo vitæ.

12. *Pulchriores sunt oculi ejus vino.* Hebr. *rubicundiores, ardentiores, magis radiantes quam vinum;* quia loti per passionem, et radiantes post resurrectionem, conferuntur cum vino, quia lætificant corda spectantium. — *Et dentes ejus lacte candidiores.* His et ante dictis explicatur pulchritudo Christi, maxime resurgentis. Hæc enim potissimum in genis, oculis et dentibus spectatur.

13. *Zabulon in littore maris habitabit.* Juxta mare Mediterraneum, et mare Galilææ, sive stagnum Genesareth. — *In statione Navium.* Quia terra Zabulon portuosa. — *Pertingens usque ad Sidonem.* Hebr. *latus ejus ad Sidonem,* vel *versus Sidonem,* spectat scilicet.

Digitized by Google

14. Issachar asinus fortis accubans inter terminos,

15. Vidit requiem quòd esset bona, et terram quòd optima : et supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis serviens.

16. Dan judicabit populum suum sicut et alia tribus in Israel.

17. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro.

18. Salutare tuum expectabo, Domine.

14. Issachar, comme un âne fort *et dur* au travail, se tient dans les bornes de son partage.

15. En voyant que le repos est bon et que sa terre est excellente, il a baissé l'épaule sous les fardeaux *que ses ennemis lui ont imposés*, et il s'est assujetti à *leur* payer tribut, *plutôt que de s'exposer aux fatigues de la guerre pour s'en exempter.*

16. Dan jugera son peuple aussi bien que les autres tribus d'Israël, *et il fournira, en la personne de Samson, un chef qui les gouvernera.*

17. Que *ce chef sorti de la tribu de* Dan devienne, *à l'égard des Philistins, comme* un serpent dans le chemin, et *comme* un céraste dans le sentier, qui mord le pied du cheval, afin que celui qui le monte tombe à la renverse ; *qu'il use ainsi d'adresse pour vaincre les ennemis du peuple du Seigneur.*

18. *Mais,* Seigneur, *ce n'est ni de Samson, ni des autres que vous donnerez à votre peuple, que* j'attendrai le *véritable* salut ; *je l'attends uniquement du Sauveur* que vous devez envoyer.

---

14. *Issachar asinus fortis.* Hebr. osseus, robustus scilicet ad agriculturæ opera. — *Accubans inter terminos.* Aliarum tribuum ; ideo procul a navigatione, sorte et rure suo se pascet.

15. *Vidit requiem quod esset bona.* Quietem vitæ rusticanæ. — *Supposuit humerum suum ad portandum.* Ut asinus osseus ac robustus ad onera rustica. — *Factusque est tributis serviens.* Quod fere agricolis accidit, qui plus cæteris tributis gravantur, a quibus milites sunt immunes.

16. *Dan judicabit.* In hebræo est allusio ad nominis etymologiam, quasi dicat : Judex judicabit, per Samsonem scilicet judicem Israel, qui fuit de tribu Dan. — *Sicut et alia tribus.* Quæ suum Israeli dedit judicem ; non enim omnes tribus judices protulerunt ; nam ex Ruben, Gad, Simeon, et Aser nullus judex extitit. Sensus ergo est : si quæ tribus Israeli judicem dabit, et hæc dabit ; non deerit illi hoc decus.

17. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita.* Samson Danita quasi coluber fuit, dolo Philisthæos aggressus, ut patet in trecentis vulpibus, et in concussione columnarum. Similis etiam serpenti, quia cum aures non sibi obturasset, pellacibus Dalilæ vocibus incantatus est. — *Cerastes.* Genus quoddam serpentis cornuti, de quo Plin. lib. 8, c. 29 : nomen habet ἀπὸ τοῦ κέρατος. — *Mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro.* Hoc est cerastæ ingenium, ut calcaneum equi petat, quo percusso et dejecto, etiam equitem perdit. Conveniunt hæc Samsoni, qui et fortitudine et dolis contra Philisthæos grassatus. Conveniunt etiam propter eamdem rationem Antichristo ex tribu Dan nascituro, qui violentiam et insidias contra fideles exeret.

18. *Salutare tuum expectabo, Domine.* Nam brevis requies sub Samsone ; ideoque securior et diuturnior a Christo expectanda ; expectabo etiam eumdem Christum, ut Antichristum perdat, et nos salvos faciat.

Digitized by Google

19. Gad, *après avoir reçu son partage dans la terre de Galaad, passera le Jourdain; et*, combattant tout armé à la tête d'Israël, *pour conquérir celle de Chanaan*, et *après avoir mis ses frères en possession de cette terre*, il retournera *en son pays* couvert de ses armes *et chargé des dépouilles de ses ennemis.*

19. Gad, accinctus præliabitur ante eum : et ipse accingetur retrorsum.

20. Le pain d'Aser, *qui habitera dans une terre grasse et fertile*, sera excellent, et les rois y trouveront leurs délices.

20. Aser, pinguis panis ejus, et præbebit delicias regibus.

21. Nephthali sera *comme* un cerf qui s'échappe ; *Barach, un des chefs de cette tribu, poursuivra ses ennemis avec la même vitesse*, et la grâce sera répandue sur ses paroles *et sur celles de Débora, dans le cantique qu'ils chanteront après la mort de Sisara, et la victoire remportée sur Jabin.*

21. Nephthali, cervus emissus, et dans eloquia pulchritudinis.

22. Joseph va toujours croissant et s'augmente *en vertus et en gloire;* son visage est beau et agréable, et les filles *de l'Egypte, renfermées dans leurs maisons*, ont couru sur la muraille *pour le voir.*

22. Filius accrescens Joseph, filius accrescens et decorus aspectu : filiæ discurrerunt super murum.

23. Mais *avant qu'il fût arrivé à cet*

23. Sed exasperaverunt eum,

---

19. *Gad, accinctus præliabitur ante eum; et ipse accingetur retrorsum.* Tribus Gad juxta suum nomen (Gad enim accinctum significat) accincta erit, armata et bellicosa, idque tunc maxime patebit, quando ipsa armata ante Israelem ibit, hoc est, ante reliquas tribus, quasi dux, easque per Jordanem ducet in Chananæam. Ipsa etiam accingetur retrorsum quando aliis tribubus in sua sorte collocatis, ipsa post decimum quartum annum spoliis onusta gloriose domum in suam sortem trans Jordanem redibit.

20. *Aser, pinguis panis ejus, et præbebit delicias regibus.* Significat et prædicit opes, fertilitatem, fructusque Aser, adeo sapidos et delicatos, ut in deliciis haberentur a regibus Israel, Juda et Tyri; quod illi ob soli bonitatem contingebat. Idem de Aser prædicit Moses, cum ait Deuter. 33. 24. *Tingat in oleo pedem suum, etc.*

21. *Nephthali, cervus emissus, et dans eloquia pulchritudinis.* Est prophetia Barach Israelis duce, qui ex hac tribu. Hic prius ut cervus pavidus, quamvis ad bellum emissus, nonnisi Debora comite in expeditionem ire ausus est; victoria vero luculenta reportata dedit eloquia pulchritudinis, pulcherrimum nimirum carnem gratulatorium et eucharisticum, quod habetur c. 5. Jud.

22. *Filius accrescens Joseph.* Sane accrescens; nam duas ipse tribus obtinuit de nomine filiorum dictas Manasse et Ephraim, quarum ista juxta suum nomen fructificans fœcundissima fuit, ac florentissima, ac etiam regia. — *Decorus aspectu.* Ex hebr. verti potest, *super oculum*, adeo decorus, ut oculos ad se raperet, quod præcipue verum in Ægyptia. — *Filiæ discurrerunt super murum.* Ut te formosum cultu regio amictum intuerentur.

23. *Exasperaverunt eum.* Fratres scilicet ejus. — *Et jurgati sunt.* Di-

Digitized by Google

et jurgati sunt, invideruntque illi habentes jacula.

état de grandeur où la Providence l'a élevé, ceux *de ses propres frères* qui sont armés de dards, l'ont piqué *par des paroles aigres; ils* l'ont querellé, et lui ont porté une envie mortelle, *jusqu'à le vendre pour être esclave chez un peuple étranger.*

24. Sedit in forti arcus ejus, et dissoluta sunt vincula brachiorum et manuum illius per manus potentis Jacob : inde pastor egressus est lapis Israel.

24. *Dans cette humiliation*, son *cœur; comme un* arc *tendu*, est demeuré dans sa force; *il a mis sa confiance dans le Seigneur*, et *ainsi* les chaînes de ses mains et de ses bras ont été rompues par la main du Tout-Puissant, *Dieu* de Jacob, *de sorte qu'*il est sorti de là pour être *sauveur de l'Egypte*, le pasteur et la force d'Israël.

25. Deus patris tui erit adjutor tuus, et omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum, benedictionibus uberum et vulvæ.

25. *O mon fils!* le Dieu de votre père sera *toujours* votre protecteur, et le Tout-Puissant vous comblera des bénédictions du haut du ciel, *en vous envoyant la pluie et la rosée dont vous aurez besoin*; des bénédictions de l'abîme *des eaux* d'en bas, *en vous faisant trouver dans le sein de la terre les puits et les fontaines qui vous seront nécessaires;* des bénédictions du lait et des mamelles, *en multipliant vos troupeaux*, et du fruit des entrailles, *en vous donnant un grand nombre d'enfants.*

26. Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus : donec veniret desiderium collium æternorum : fiant

26. Les bénédictions que vous donne votre père surpassent celles qu'il a reçues de ses pères, et elles dureront jusqu'à ce que le désir des collines éternelles soit

---

centes : *Numquid rex noster erit, etc.* — *Habentes jacula.* Irrisionum, mendaciorum, calumniarum, verberum; vel etiam illum armatis manibus circumsistentes.

24. *Sedit in forti arcus ejus.* Per spem in Deo quasi in arce fortissima et inexpugnabili sedit. — *Dissoluta sunt vincula.* Cum e carcere eductus est. — *Per manus potentis Jacob.* Dei potentis, quem Jacob coluit. — *Inde pastor egressus est lapis Israel.* Effectus est rector et princeps Ægyptiorum, et firmamentum populi sui Israel.

25. *Benedictionibus cœli.* Dando tibi e cœlo opportunam pluviam, rorem, nivem, soles, etc. — *Benedictionibus abyssi.* Terram dabit tibi irriguam et fertilem ex aquis inferne ex abysso prodeuntibus. — *Benedictionibus uberum et vulvæ.* Ut scilicet habeas copiosum lac, feturam, ac proles tum animalium, tum hominum.

26. *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus.* Quasi dicat : Major est mea benedictio, qua ego tibi benedico, quam ea qua mihi parentes mei benedixerunt. Eris me felicior, magisque benedictus. — *Donec veniret desiderium collium æternorum.* Hæ benedictiones durabunt donec veniat Christus, quem omnis creatura reparatorem deside

Digitized by Google

accompli. Que ses bénédictions se répandent sur la tête de Joseph et sur le haut de la tête de celui qui est *comme* Nazaréen entre ses frères, *chéri de Dieu et honoré des hommes d'une manière toute particulière.*

27. Benjamin sera *porté à la violence et au brigandage, comme* un loup ravissant ; il dévorera la proie le matin, et le soir il partagera les dépouilles *de ses ennemis vaincus.*

28. Ce sont là les chefs des douze tribus d'Israël : leur père leur parla de cette sorte, et il bénit chacun d'eux en leur donnant les bénédictions qui leur étaient propres, *et qui marquaient ce qui devait leur arriver dans la suite des temps.*

in capite Joseph, et in vertice Nazaræi inter fratres suos.

27. Benjamin lupus rapax, mane comedet prædam, et vespere dividet spolia.

28. Omnes hi in tribubus Israel duodecim : hæc locutus est eis pater suus, benedixitque singulis, benedictionibus propriis.

§ II. *Jacob ordonne à ses enfants de l'ensevelir avec ses pères dans le pays de Chanaan, et meurt tranquillement.*

29. Il leur fit aussi ce commandement et leur dit : Je vais être réuni à mon peuple : ensevelissez-moi avec mes pères dans l'autre double qui est dans le champ d'Ephron Hethéen,

30. Qui regarde Mambré au pays de Chanaan, et qu'Abraham acheta d'Ephron Héthéen, avec tout le champ où il est, pour y avoir son sépulcre.

31. C'est là qu'il a été enseveli avec Sara sa femme : c'est aussi où Isaac a été enseveli avec Rebecca sa femme, et où Lia est encore ensevelie.

32. Après avoir achevé de donner ses ordres et ses instructions à ses enfants,

29. Et præcepit eis, dicens : Ego congregor ad populum meum : sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quæ est in agro Ephron Hethæi,

30. Contra Mambre in terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo, in possessionem sepulcri.

31. Ibi sepelierunt eum, et Saram uxorem ejus : ibi sepultus est Isaac cum Rebecca conjuge sua, ibi et Lia condita jacet.

32. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes

---

rat : ille maximam toti mundo benedictionem afferet. Colles æterni, id est, qui æternum durant. Allegorice colles æterni sunt patriarchæ sapientia et sanctitate eminentes. — *Et in vertice Nazaræi.* Nazaræum separatum et coronatum significat. Fuit autem Joseph a patre, et fratribus, et ab aliorum consuetudine segregatus, cum in Ægyptum venditus, et carcere conditus fuit : postea coronatus ipse in Ægypto, et posteri ejus in Israel. LXX habent, *supra verticem glorificatus in fratribus.*

27. *Benjamin lupus rapax.* Prædicit tribum Benjamin instar lupi fortem et bellicosam futuram, quod patet ex bello Gabaa, Jud. 20. Alludit etiam ad victorias et prædas Saulis, Estheris et Mardochæi, qui ex hac tribu fuerunt. — *Mane comedet prædam, et vespere dividet spolia.* Idem est comedere prædam et dividere spolia, nimirum prædari, prædas dividere, comedere, etc.

28. *Omnes hi in tribubus Israel duodecim.* Hebr. est, *omnes istæ tribus Israel sunt duodecim.* Quasi dicat : Ab his duodecim filiis Jacob descenderunt et denominatæ sunt duodecim tribus Israel. — *Benedixitque singulis, benedictionibus propriis.* Hactenus recitatis.

32. *Collegit pedes suos super lectulum.* Nam prius in sponda lectuli sede-

Digitized by Google

suos super lectulum, et obiit: appositusque est ad populum suum.

il *se recoucha*, joignit ses pieds sur son lit, *les étendit* et mourut; et il fut réuni avec son peuple.

CHAPITRE L.

§ I. *Joseph fait embaumer le corps de son père. Il obtient du roi la permission de le porter dans la terre de Chanaan pour l'enterrer dans le tombeau de ses pères. Obsèques magnifiques de Jacob.*

1. Quod cernens Joseph, ruit super faciem patris flens et deosculans eum.

2. Præcepitque servis suis medicis ut aromatibus condirent patrem.

3. Quibus jussa explentibus, transieruut quadraginta dies: iste quippe mos erat cadaverum conditorum. Flevitque eum Ægyptus septuaginta diebus.

4. Et expleto planctûs tempore, locutus est Joseph ad familiam Pharaonis : Si inveni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis,

5. Eò quòd pater meus adjuraverit me, dicens : En morior, in sepulcro meo quod fodi mihi in

1. Joseph, voyant son père expiré, se jeta sur son visage et le baisa en pleurant.

2. Il commanda aux médecins qu'il avait à son service d'embaumer le corps de son père.

3. Et ils exécutèrent l'ordre qu'il leur avait donné, *en l'oignant de drogues aromatiques pendant trente jours, puis ils le mirent tremper dans le sel et dans le nitre*, ce qui dura *encore* quarante jours, parce que c'était la coutume d'employer ce temps pour embaumer les corps morts. Et *ainsi* l'Egypte pleura Jacob soixante-dix jours, *comme elle pleure ses rois*.

4. Le temps du deuil *public* étant passé, Joseph *qui le portait encore, ne pouvant en cet état se présenter devant le roi*, dit aux *principaux* officiers de Pharaon: Si j'ai trouvé grâce devant vous, je vous prie de représenter au roi,

5. Que mon père m'a dit *en mourant*: Vous voyez que je me meurs, promettez-moi avec serment que vous m'ensevelirez

---

bat, cruribus prudentibus; colligit ergo pedes in lectulum, et sensim expirat. — *Appositusque est ad populum suum.* Mortuus est, et quoad animam descendit ad patres, et ad justos in limbo sinuque Abrahæ degentes.

CAP. L. 1. *Ruit super faciem.* Hic elucet affectus filialis vehementia. — *Deosculans.* Moris erat recens mortuos in præteriti amoris signum deosculari.

2. *Medicis.* Pollinctoribus, funeratoribus, entaphiastis, qui corpora mortuorum condiunt, involvunt, humant. — *Aromatibus.* Unguentis ex balsamo, myrrha, casia, et similibus, quæ apta ad prohibendam putredinem, et bonum odorem conciliandum.

3. *Quadraginta dies.* Qui condituræ impendebantur. — *Septuaginta diebus.* Ad dies quadraginta condituræ, alios triginta luctui adjecit. Judæis condituræ et luctus simul tantum fuisse dies triginta colligit Procopius ex Num. 20. n. ult. de Aaron, et Deut. 44. 8, de Mose.

5. *Fodi.* Præparavi mihi.

Digitized by Google

dans mon sépulcre que je me suis préparé au pays de Chanaan. J'irai donc *avec l'agrément du roi*, ensevelir mon père *dans son sépulcre*, et je reviendrai aussitôt.

6. Pharaon lui dit : Allez et ensevelissez votre père, selon qu'il vous y a engagé par serment.

7. Et lorsque Joseph y alla, les premiers officiers de la maison de Pharaon et les plus grands de l'Egypte l'y accompagnèrent tous,

8. Avec la maison de Joseph et tous ses frères qui le suivirent, laissant au pays de Gessen leurs petits enfants et tous leurs troupeaux.

9. Il y eut aussi des chariots et des cavaliers qui le suivirent, et il se trouva là une grande multitude de personnes.

10. Lorsqu'ils furent venus à l'aire d'Atad, qui est située au delà du Jourdain, ils y célébrèrent les funérailles pendant sept jours avec beaucoup de pleurs et de grands cris.

11. Ce que les habitants du pays de Chanaan ayant vu, ils dirent : Voilà un grand deuil parmi les Egyptiens. C'est pourquoi ils nommèrent ce lieu le deuil de l'Egypte.

12. Les enfants de Jacob accomplirent donc ce qu'il leur avait commandé :

13. Et l'ayant porté au pays de Chanaan, ils l'ensevelirent dans l'antre double, qu'Abraham avait acheté d'Ephron Héthéen avec le champ qui regarde Mambré, pour en faire le lieu de son sépulcre.

14. Aussitôt que Joseph eut enseveli son père, il retourna en Egypte avec ses frères et toute sa suite.

(1) Rép. crit., tome I, page 63.

terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, et sepeliam patrem meum, ac revertar.

6. Dixitque ei Pharao : Ascende et sepeli patrem tuum sicut adjuratus es.

7. Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domûs Pharaonis, cunctique majores natu terræ Ægypti,

8. Domus Joseph cum fratribus suis, absque parvulis et gregibus atque armentis, quæ dereliquerant in terra Gessen (1).

9. Habuit quoque in comitatu currus et equites : et facta est turba non modica.

10. Veneruntque ad aream Atad, quæ sita est trans Jordanem : ubi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi, impleverunt septem dies.

11. Quod cùm vidissent habitatores terræ Chanaan, dixerunt : Planctus magnus est iste Ægyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci illius, Planctus Ægypti.

12. Fecerunt ergo filii Jacob sicut præceperat eis :

13. Et portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulcri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre.

14. Reversusque est Joseph in Ægyptum cum fratribus suis, et omni comitatu, sepulto patre.

---

8. *Absque parvulis.* Cum his matres manserunt, et cum gregibus pecuarii.

9. *Currus et equites.* Milites et falcatos currus qui funebri pompæ præsidio essent.

10. *Ad aream Atad.* Quæ tertio ad Jericho, secundo ab Jordane lapide distat. — *Trans Jordanem.* Venientibus ex Chananæa; nam venientibus ex Ægypto cis Jordanem erat. In area Atad luctum facere maluerunt, ne si tamdiu hærerent in intimis Chananææ, periculum aliquod immineret, aut occasio pugnæ oriretur. — *Septem dies.* Hic numerus approbatur ex Eccli. 22. 15 : *Luctus mortui septem dies.*

13. *Emerat Abraham.* Supra, cap. 23.

Digitized by Google

§ II. *Les frères de Joseph craignent son ressentiment après la mort de leur père. Joseph les rassure, et promet de les nourrir eux et leurs enfants. Mort de Joseph.*

L'AN DU MONDE 2369. — AVANT J.-C. 1635.

15. Quo mortuo, timentes fratres ejus, et mutuò colloquentes : Ne fortè memor sit injuriæ quam passus est, et reddat nobis omne malum quod fecimus,

16. Mandaverunt ei, dicentes : Pater tuus præcepit nobis antequam moreretur

17. Ut hæc tibi verbis illius diceremus : Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum, et peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te : nos quoque oramus ut servis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis, flevit Joseph.

18. Veneruntque ad eum fratres sui, et proni adorantes in terram, dixerunt : Servi tui sumus.

19. Quibus ille respondit : Nolite timere : num Dei possumus resistere voluntati?

20. Vos cogitastis de me malum : sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in præsentiarum cernitis, et salvos faceret multos populos.

21. Nolite timere : ego pascam vos et parvulos vestros ; consolatusque est eos, et blandè ac leniter est locutus.

15. Après la mort de Jacob, les frères de Joseph eurent peur, et ils s'entredirent : Joseph pourrait bien présentement se souvenir de l'injure qu'il a soufferte, et nous rendre tout le mal que nous lui avons fait.

16. Ils lui envoyèrent *donc* dire : Votre père, avant de mourir, nous a commandé

17. De vous dire de sa part : Je vous conjure d'oublier le crime de vos frères, et cette malice noire dont ils ont usé contre vous ; nous vous conjurons aussi de pardonner cette iniquité aux serviteurs du Dieu de votre père. Joseph pleura ayant entendu ces paroles.

18. Et ses frères, étant venus le trouver, se prosternèrent devant lui en l'adorant, et lui dirent : Nous sommes vos serviteurs.

19. Il leur répondit : Ne craignez point : pouvons-nous résister à la volonté de Dieu ? *vous n'avez fait qu'exécuter ses ordres.*

20. *Il est vrai que* vous avez eu dessein de me faire du mal ; mais Dieu a changé ce mal en bien, afin de m'élever comme vous voyez maintenant, et *de se servir de moi pour sauver* plusieurs peuples.

21. Ne craignez *donc* point : je vous nourrirai, vous et vos enfants ; et il les consola en leur parlant avec beaucoup de douceur et de tendresse.

---

16. ***Mandaverunt ei.*** Cum ipsi verecundarentur, aliquem insontem, fortasse Benjamin, miserunt. — ***Pater.*** Videntur mentiri hic fratres Joseph, et nomine patris abuti; nam Jacob de Joseph clementia et mansuetudine certus nihil super hac re illi mandaverat.

17. ***Servis Dei patris tui.*** Qui eidem Deo servimus, cui et pater tuus servivit. — ***Flevit Joseph.*** Dolens fratres adeo sollicitos ejus voluntati et sinceræ reconciliationi diffidere.

19. ***Num Dei possumus resistere voluntati?*** Hebr. ***num Deus ego sum?*** scilicet ut quæ ille in bonum vestrum disposuit, ego queam in perniciem convertere.

20. ***Vos cogitastis.*** Sed quia homines, nequivistis perficere.—***Deus vertit,*** Quia Dei velle efficax est, de facto convertit.

21. ***Blande ac leniter.*** Hebr. ***locutus est ad cor eorum :*** apte ad eos consolandos.

Digitized by Google

22. Il demeura dans l'Egypte avec toute la maison de son père, et il vécut cent dix ans. Il vit les enfants d'Ephraïm jusqu'à la troisième génération. Machir, fils de Manassé, eut aussi des enfants qui furent élevés sur les genoux de Joseph.

23. Joseph dit ensuite à ses frères: Dieu vous visitera après ma mort, et il vous fera passer de cette terre à celle qu'il a juré de donner à Abraham, à Isaac et à Jacob.

24. Lorsqu'il leur eut dit : Dieu vous visitera, *il y ajouta :* Transportez mes os avec vous hors de ce lieu, et promettez-le-moi avec serment.

25. Il mourut *ensuite* âgé de cent dix ans accomplis; et son corps, ayant été embaumé, fut mis dans un cercueil en Egypte *où il demeura jusqu'au jour que les Israélites en sortirent, et l'emportèrent avec eux dans la terre de Chanaan.*

22. **Et habitavit in Ægypto cum omni domo patris sui, vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios usque ad tertiam generationem. Filii quoque Machir filii Manasse nati sunt in genibus Joseph.**

23. Quibus transactis, locutus est fratribus suis : Post mortem meam Deus visitabit vos, et ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam juravit Abraham, Isaac et Jacob.

24. Cùmque adjurasset eos, atque dixisset : Deus visitabit vos : asportate ossa mea vobiscum de loco isto;

25. Mortuus est, expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Ægypto.

---

22. ***Filii quoque Machir.*** Enallage, filium; nam Machir unum tantum filium suscepit. — ***Nati sunt in genibus.*** Quasi dicat : Joseph filium, quem Machir genuit, mox ut natus est, sibi in filium adoptavit, ideoque in genibus suis eum statuit et excepit, ut fecit Rachel, c. 30. 3.

24. ***Asportate ossa mea.*** Ut cum patre, avo et abavo sepeliar in Chanaan.

Digitized by Google

AVERTISSEMENT.

EXODE est un mot grec qui signifie la sortie; c'est le nom qu'on a donné à ce livre, parce qu'il contient l'histoire de la sortie des enfants d'Israël hors de l'Egypte. Moïse la commence à la mort de Joseph, et il la continue jusqu'à l'érection du tabernacle au pied du mont Sinaï, ce qui comprend cent quarante-cinq ans.

On peut diviser ce livre en trois parties. Dans la première, Moïse fait le dénombrement des enfants de Jacob qui vinrent s'établir en Egypte, où ils se multiplièrent extraordinairement. Il raconte la jalousie qu'en conçut Pharaon, le dessein qu'il forma de les exterminer, les mesures qu'il prit pour le faire avec adresse, et ensuite à force ouverte; l'obligation où se trouvèrent les parents de Moïse de l'exposer sur le Nil comme les autres enfants hébreux; la manière dont il fut trouvé par la fille de Pharaon; son adoption par cette princesse; son éducation à la cour du roi; sa fuite de l'Egypte; sa retraite à Madian; son mariage avec la fille de Jethro, et son application à garder les troupeaux de son beau-père durant quarante ans.

Dans la seconde partie, Moïse décrit la manière dont Dieu lui apparut dans le désert; l'ordre qu'il lui donna d'aller délivrer son peuple des mains des Egyptiens; la résistance qu'il fit à cet ordre; la condescendance avec laquelle le Seigneur lui associa Aaron; leur voyage en Egypte; les miracles qu'ils firent devant Pharaon; les plaies dont ils frappèrent les Egyptiens; le départ des Israélites; leur passage au travers de la mer Rouge; leurs premiers campements dans le désert; leur ingratitude et leur idolâtrie.

Enfin dans la troisième, Moïse raconte l'éclat avec lequel Dieu fit paraître sa gloire et sa puissance sur le mont Sinaï, la pompe et la majesté avec laquelle il fit alliance avec les enfants d'Israël. Il rapporte les lois que Dieu lui donna pour le gouvernement de ce peuple, et les règles qu'il lui prescrivit pour la construction de son tabernacle et pour les cérémonies de son culte.

Voilà en abrégé ce que contient le livre de l'Exode. Mais comme l'Apôtre nous apprend que tout ce qui arrivait aux Israélites était une figure de ce qui regarde les chrétiens, ils doivent étudier dans ces ombres la vérité que Dieu n'y a cachée qu'afin qu'ils travaillent à la

Digitized by Google

découvrir, et qu'ils méritent ainsi la récompense de leur travail, et la connaissance de la vérité pour laquelle ils auront travaillé.

Dieu, en les engageant à cette étude, ne les a pas laissés sans secours; il a voulu que saint Paul, ou plutôt le Saint-Esprit parlant par sa bouche, leur découvrît plusieurs des mystères qui y sont renfermés.

Ainsi ils apprennent de ce grand apôtre à adorer la profondeur des jugements de Dieu dans l'endurcissement où il a abandonné Pharaon, et à admirer sa sagesse infinie, qui a su faire servir à sa propre gloire et à la manifestation de sa puissance la dureté de ce prince, et l'opiniâtreté avec laquelle il a osé lui résister.

Le même apôtre leur apprend encore à regarder le passage de la mer Rouge comme l'image de leur baptême; la manne qui tombait du ciel comme la figure de l'Eucharistie; la pierre d'où sortait l'eau qui suivait les Israélites dans le désert comme la figure de Jésus-Christ, qui nourrit les chrétiens durant cette vie, et qui les suit par sa grâce et par son esprit jusqu'à ce qu'ils soient entrés dans la vraie terre promise; le mont Sinaï comme l'image de la Jérusalem d'ici-bas; la loi comme un pédagogue qui ne pouvait donner la vraie justice, mais qui conduisait à Jésus-Christ, par lequel seul on la devait recevoir; la gloire dont le visage de Moïse éclatait comme l'image de celle de l'Evangile; le voile dont il le couvrait comme la figure de l'aveuglement des Juifs; le tabernacle comme l'image du sanctuaire céleste; le sang des victimes comme la figure de celui de Jésus-Christ.

Enfin le même apôtre leur fait partout envisager Jésus-Christ comme la fin de la loi, la vérité de ses figures, et l'accomplissement de toutes ses promesses.

On aurait souhaité pouvoir développer ces mystères dans le commentaire que l'on donne ici; mais les bornes étroites que l'on s'est prescrites ne l'ont pas permis, et on laisse encore aux fidèles le plaisir de les découvrir eux-mêmes, en comparant l'Ancien Testament avec le Nouveau, et surtout en étudiant les Epîtres de saint Paul. Ils y verront que tout ce qui a été écrit, a été écrit pour leur instruction, afin qu'ils conçoivent une ferme espérance par la patience et par la consolation que ces saintes Ecritures leur donnent.

Ils y apprendront à regarder les récompenses promises aux Juifs, comme de faibles rayons de la gloire qui est réservée aux chrétiens; leurs murmures, leurs infidélités et leurs châtiments, comme des exemples qui leur apprennent avec quelle fidélité ils doivent observer cette loi nouvelle que Dieu leur a donnée pour communiquer la vraie justice, et pour procurer le véritable salut.

Digitized by Google

L'EXODE.

CHAPITRE PREMIER.

§ I. ***Dénombrement des Israélites qui vinrent en Egypte avec Jacob. Ils s'y multiplient extraordinairement. Il s'élève un nouveau roi en Egypte qui devient jaloux de la puissance d'Israël.***

1. Hæc sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Ægyptum cum Jacob : singuli cum domibus suis introierunt :

2. Ruben, Simeon, Levi, Juda,

3. Issachar, Zabulon, et Benjamin,

4. Dan, et Nephtali, Gad, et Aser.

5. Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Jacob, septuaginta : Joseph autem in Ægypto erat (1).

6. Quo mortuo, et universis fratribus ejus, omnique cognatione illa,

7. Filii Israel creverunt, et quasi germinantes multiplicati sunt : ac roborati nimis, impleverunt terram.

1. Voici les noms des enfants d'Israël qui vinrent en Egypte avec Jacob, et qui y entrèrent chacun avec sa famille :

2. Ruben, Siméon, Lévi, Juda,

3. Issachar, Zabulon, Benjamin,

4. Dan, Nephtali, Gad et Aser *avec leurs femmes et leurs enfants.*

5. Tous ceux qui étaient sortis de Jacob, *en le comptant lui-même*, étaient donc en tout soixante-dix personnes, *y compris* Joseph, *qui* était *déjà* en Egypte *lorsqu'ils y arrivèrent, et les deux enfants qu'il avait eus en ce pays-là.*

6. Après la mort de Joseph et celle de ses frères, et de toute cette *première* génération,

7. Les enfants d'Israël s'accrurent *comme des arbres*, et se multiplièrent *comme des poissons*, et étant devenus extrêmement forts *par leur nombre et leurs richesses*, ils remplirent tout le pays où ils étaient.

(1) Bible vengée, Exode, note I.

CAP. I. 1. ***Cum domibus suis.*** Id est, filiis et nepotibus.

2. ***Ruben, Simeon... et Benjamin.*** Non est iste ordo nativitatis, sic enim Benjamin deberet esse ultimus ; sed est ordo conjugalis thori. Primi enim sex primæ uxoris Jacob, id est, Liæ, sunt filii : septimus, id est, Benjamin, est filius secundæ uxoris, id est, Rachelis : duo sequentes sunt tertiæ uxoris, id est, ancillæ Balæ : duo ultimi sunt filii quartæ, nempe Zelphæ.

5. ***Animæ eorum qui egressi sunt de femore Jacob, septuaginta.*** Quomodo hoc intelligendum sit, vide in notis ad Gen. cap. 46, n. 26 et 27.

6. ***Omnique cognatione.*** Mortuis illis septuaginta, qui cum Jacob ingressi fuerant Ægyptum.

7. ***Quasi germinantes.*** In hebræo est vox quæ significat eructare, ebullire in morem piscium aut ranarum, quorum mira est multiplicatio.—***Roborati nimis.*** Aucti multitudine, quæ exercitus aut populi ingens est robur.—***Impleverunt terram.*** Gessen, in qua habitabant. Tanta fecunditas Hebræis contigit Dei beneficio ; neque tamen est adscribenda miraculo, quia 70 capita per continuas generationes annis 215, immensum propemodum numerum producunt. Vide hujus rei accuratam supputationem apud Bonfrerium nostrum, hoc loco.

Digitized by Google

8. Cependant il s'éleva dans l'Egypte un roi nouveau, à qui Joseph était inconnu, *aussi bien que les grands services qu'il avait rendus à son royaume.*

9. *Ce nouveau roi* dit donc à son peuple : Vous voyez que le peuple d'Israël est devenu très-nombreux, et qu'il est plus fort que nous.

10. Opprimons-les donc, *non par violence, mais avec adresse et* avec sagesse, de peur qu'ils ne se multiplient encore davantage, et que si nous nous trouvons surpris de quelque guerre, ils ne se joignent à nos ennemis, et qu'après nous avoir vaincus, ils ne sortent de l'Egypte, *et nous privent du fruit que nous tirons de leurs travaux.*

8. Surrexit interea rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Joseph (1) :

9. Et ait ad populum suum : Ecce populus filiorum Israel multus, et fortior nobis est.

10. Venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur : et si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.

§ II. *Le nouveau roi d'Egypte fait accabler les Hébreux de fardeaux insupportables. Il commande aux sages-femmes de tuer les enfants mâles de ce peuple, et à ses sujets de les jeter dans le fleuve, et de réserver les filles.*

11. Il établit donc sur eux des officiers pour présider aux ouvrages *publics auxquels il ordonna qu'on les appliquât, et*

11. Præposuit itaque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus : ædificaveruntque ur-

(1) Bible vengée, note II. — On ne peut guère douter que ce roi n'appartînt à une nouvelle dynastie, comme paraît d'ailleurs l'indiquer l'expression de *roi nouveau*. Il est vraisemblable que ce fut Ahmes ou Amos, appelé aussi Tethmosis, qui chassa les Hyksos et fonda la 18e dynastie.

---

8. ***Rex novus.*** Hunc Amenophin appellant Pererius, Tornellus, et alii. — ***Qui ignorabat Joseph.*** Chaldæus vertit, *qui non servabat decreta Joseph*, sed novas leges, et mores inducebat.

10. ***Venite, sapienter opprimamus eum.*** Hebræa habent, *agite sapiamus in eum;* LXX, *callide agamus contra eos.* Cœpit Hebræorum afflictio paulo ante nativitatem Mosis, et 90 annos plus minus duravit. Hinc sorori Mosis nomen factum, ut diceretur Maria, hoc est, amaritudo, propter eam scilicet amaritudinem quam eo tempore Hebræorum gens experiebatur. Deus autem iure permisit Hebræos affligi, quia aliqui eorum in idololatriam lapsi, quod docet Ezech. 23. 8; deinde ut aversarentur Ægyptum, et de terra promissa cogitarent, atque tot laboribus pressi justo titulo spoliare possent Ægyptios, et eorum opibus ditari, et ut prodigiis contra Pharaonem patrandis, quæ in magnam Dei gloriam cedebant, viam muniret. — ***Ne forte multiplicetur.*** Tres fuerunt causæ propter quas Hebræos affligere statuerunt, metus, invidia, odium : metus, ne data occasione se hostibus adjungerent; invidia, quod tantum soboles cresceret; odium, propter religionis diversitatem. — ***Egrediatur.*** Ex hoc colligitur hanc apud Ægyptios famam fuisse vagatam, quod Hebræi ad terram Chanaan essent reversuri.

11. ***Magistros operum.*** Exactores tributorum, non pecuniæ, sed laterum. Cogebantur ergo formare lateres, ut patet n. 14, urbes et pyramides ædificare, Nilum per fossas in prata et agros derivare. * Populus otio abundans, et bene habitus lascivire solet. Huic malo mos fuit principibus et ducibus in bello etiam non necessaria opera militibus injungere. — ***Ædificaveruntque***

Digitized by Google

bes tabernaculorum Pharaoni, Phithom et Ramesses.

il voulut que ses officiers fussent durs et impitoyables, afin qu'ils les accablassent de fardeaux *insupportables;* et les Israélites bâtirent à Pharaon des villes pour servir de magasins, *savoir* Phithom et Ramessès, *étant pressés par ces officiers qui ne leur donnaient aucun relâche.*

12. Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur et crescebant :

12. Mais, *par un effet singulier de la protection du Seigneur*, plus on les opprimait, plus leur nombre se multipliait et croissait *visiblement.*

13. Oderantque filios Israel Ægyptii, et affligebant illudentes eis :

13. *C'est pourquoi* les Egyptiens haïssaient *de plus en plus* les enfants d'Israël, et ils les affligeaient en leur insultant;

14. Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti et lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur.

14. Et ils leur rendaient la vie ennuyeuse, en les employant à des travaux pénibles de mortier et de briques, et à toutes sortes d'ouvrages dont ils étaient accablés.

15. Dixit autem rex Ægypti obstetricibus Hebræorum : quarum una vocabatur Sephora, altera Phua,

15. Or *ce premier moyen qu'on avait pris pour faire périr les enfants d'Israël ne réussissant pas*, le roi d'Egypte parla aux sages-femmes qui accouchaient les femmes des Hébreux, *et s'adressant aux deux principales d'entre elles*, dont l'une se nommait Séphora, et l'autre Phua,

16. Præcipiens eis : Quando obstetricabitis Hebræas, et partus tempus advenerit : si masculus

16. Il leur fit ce commandement : Quand vous accoucherez les femmes des Hébreux, au moment que l'enfant sortira, si c'est

---

urbes tabernaculorum. Chaldæus vertit, *urbes thesaurorum*; LXX, *urbes munitas.* Vox hebraica videtur significare granaria, apothecas, repositoria, in quibus scilicet annona aut opes regiæ reponerentur. — *Phithom et Ramesses.* Quæ duæ urbes erant in regni limitibus.

12. *Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur.* Quod divina virtute accidisse affirmat D. August. lib. 18. de Civit., c. 6.

13. *Oderantque filios Israel Ægyptii.* Non tantum timebant, sed etiam oderant, quod ipsum affirmat David, cum ait, Ps. 104. 24 : *Convertit cor eorum, ut odirent populum ejus.* — *Et affligebant illudentes eis.* Hebr. *et servire fecerunt filios Israel in duritia.* Sane eorum dura conditio, quibus, cum opprimantur, etiam illuditur.

14. *Omnique famulatu quo in terræ operibus premebantur.* Hebr. est, *amarificarunt vitam eorum in servitute dura in luto, et in lateribus, et in omni servitute in agro, cum omni opere eorum, quibus operati sunt in eis in duritia;* ex quo colligi potest Hebræos per Ægyptum distributos, et glebæ rusticisque operibus quæ dure ab illis exigebantur, addictos.

15. *Dixit autem rex Ægypti obstetricibus Hebræorum.* Hæ obstetrices Ægyptiæ fuerunt, quod ipsæ satis indicant, cum respondent : *Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres, et priusquam veniamus ad eas* (Hebræa scilicet) *pariunt;* hinc laudabilior fuit earum pietas.

16. *Et partus tempus advenerit.* Cum videritis super אבנים *obnaim;* est

Digitized by Google

un enfant mâle, tuez-le; si c'est une fille, laissez-la vivre.

17. Mais les sages-femmes furent touchées de la crainte de Dieu, et ne firent point ce que le roi d'Egypte leur avait commandé, mais elles conservèrent les enfants mâles.

18. Le roi les ayant fait venir leur dit: Quel a été votre dessein, lorsque vous avez épargné ainsi les enfants mâles?

19. Elles lui répondirent : Les femmes des Hébreux ne sont pas comme celles d'Egypte ; car elles savent elles-mêmes comment il faut accoucher; et avant que nous soyons venues les trouver, elles sont déjà accouchées.

20. Dieu fit donc du bien à ces sages-femmes, *non pour approuver leurs mensonges, mais pour récompenser leur charité;* et le peuple *d'Israël* s'accrut et se fortifia extraordinairement, *le Seigneur les bénissant d'autant plus que les Egyptiens faisaient plus d'efforts pour les faire périr.*

21. Et parce que les sages-femmes avaient *moins* craint *de déplaire au roi que de désobéir à* Dieu, il établit leurs maisons, *en les comblant de biens, et leur donnant une nombreuse postérité.*

(1) Bible vengée, note III.

fuerit, interficite eum : si femina, reservate.

17. Timuerunt autem obstetrices Deum, et non fecerunt juxta præceptum regis Ægypti, sed conservabant mares.

18. Quibus ad se accersitis, rex ait : Quidnam est hoc quod facere voluistis, ut pueros servaretis?

19. Quæ responderunt : Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres : ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, et priusquam veniamus ad eas, pariunt (1).

20. Bene ergo fecit Deus obstetricibus : et crevit populus, confortatusque est nimis.

21. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificavit eis domos.

---

autem *obnaim*, vel sella parturientis, vel significat uteri cardines, et sensus est : cum effundunt fœtum Hebrææ, si masculum esse animadverteritis, comprimendo aut strangulando occidite. Vult occidi mares, quia feminæ imbelles, et his abuti volebant ad libidinem, quia formosæ.

17. *Timuerunt... Deum.* Hebraice est vox Elohim, timuerunt Judicem.

19. *Obstetricandi habent scientiam.* Hebraice est חיות *chaiot*, quod vivaces, vel vivificantes significat. Sensus est : ipsæ sunt solertes, vivaci et sagaci ingenio, ideoque obstetricandi habent scientiam. Vel, ipsæ vivaces, et vegetæ sunt, et antequam obstetrix adsit, fœtum edunt vividum et validum; vel, ipsæ sunt vivificatrices, scientes scilicet partum vivum educere. Nec displicet quorumdam rabbinorum explicatio, qui interpretantur : Ipsæ similes sunt bestiis, quæ dum pariunt non egent obstetricibus. Sic potuerunt loqui obstetrices, odium et despectum Hebræorum simulantes, et illum, beneficio quod in illas conferebant, prætexentes. *Chaiot* bestias significat.—*Priusquam veniamus ad eas pariunt.* Mendacium est; nam ipsæ mares servarunt, ut dicitur n. 17. Fortasse putarunt obstetrices hæ mendacium officiosum nullum peccatum esse; quod alii olim viri alioqui docti, licet falso, sibi persuaserunt.

21. *Ædificavit eis domos.* Dedit eis prolem numerosam, egregiam, longævam, divitem. Nec mirum proles vocari ab Hebræis domos; nam בן *ben*, filius dicitur in ea lingua a בנה *bana*, ædificavit. * Et proles sunt quasi lapides vivi, quibus parentum familiæ construuntur.

Digitized by Google

22. Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens : Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite; quidquid feminini, reservate (1).

22. Alors Pharaon *voyant le mauvais succès des mesures qu'il avait prises pour exterminer adroitement les Hébreux, eut recours à la violence ouverte, et il* fit ce commandement à tout son peuple : Jetez dans le fleuve tous les enfants mâles qui naîtront *parmi les Hébreux, s'ils ne les y jettent eux-mêmes,* et ne réservez que les filles.

CHAPITRE II.

§ I. ***Naissance de Moïse. Sa mère le cache durant trois mois; elle l'expose enfin sur le fleuve. Il en est tiré par la fille de Pharaon qui le fait nourrir et l'adopte pour son fils.***

L'AN DU MONDE 2433. — AVANT J.-C. 1571.

1. Egressus est post hæc vir de domo Levi : et accepit uxorem stirpis suæ ;

1. Quelque temps après *naquit Moïse; sa naissance arriva de cette sorte :* Un homme de la maison de Lévi ayant épousé une femme de sa tribu,

2. Quæ concepit, et peperit filium : et videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus.

2. Sa femme, *qui avait déjà eu des enfants,* conçut *de nouveau en ce temps-ci,* et *elle* enfanta un fils ; et voyant qu'il était *extrémement* beau, *elle regarda cette beauté extraordinaire comme une marque que Dieu avait quelques grands desseins sur cet enfant : ainsi* elle le cacha pendant trois mois, *sans craindre l'édit du roi.*

3. Cumque jam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, et linivit eam bitumine ac pice :

3. Mais comme elle vit qu'elle ne pouvait plus tenir la chose secrète, elle prit un panier de jonc, et l'ayant enduit de

(1) Bible vengée, note IV.

---

22. ***Præcepit ergo Pharao omni populo.*** Tyrannicum edictum, quod aliqui putant ipsos Ægyptios horruisse, ac proinde vix usu recepisse.

CAP. II. 1. ***Vir de domo Levi.*** Fuit hic Amram filius Caath, nepos Levi, pronepos Jacob, pater Mosis.—***Uxorem stirpis suæ.*** Jochabed neptem Levi, et Amræ consobrinam, ut patet ex cap. 6. n. 20.

2. ***Elegantem. Moses.*** inquit Apost. ad Hebr. 11. 23, ***occultatus est mensibus tribus a parentibus suis, eo quod vidissent elegantem infantem, et non timuerunt regis edictum.*** S. Stephanus, Act. 7. 20, pro elegante dixit ***gratum Deo.***

3. ***Cumque jam celare non posset.*** Fervente rursus inquisitione, et infanticidio. Plures tamen infantes evasisse, remittente se tyrannide, ex Aarone ejusque cœvis liquet. — ***Fiscellam scirpeam.*** Arculam ex juncis. * Mos fuit Ægyptiis etiam parvas cymbas ex juncis, et nilotica papyro conficere. Lucan. lib. 4.

Conseritur bibula Memphitis cymba papyro.

Digitized by Google

bitume et de poix, elle mit dedans le petit enfant, l'exposa parmi les roseaux sur le bord du fleuve, *de peur qu'il ne fût emporté par le courant de l'eau*,

4. Et fit tenir sa sœur loin de là, pour voir ce qui en arriverait.

5. En ce même temps, la fille de Pharaon vint au fleuve pour se baigner, accompagnée de ses filles, qui marchaient le long du bord de l'eau. Et ayant aperçu ce panier parmi les roseaux, elle envoya une de ses filles qui le lui apporta.

6. Elle l'ouvrit, et trouvant dedans ce petit enfant qui criait, elle fut touchée de compassion, et elle dit : C'est un des enfants des Hébreux *que l'on a exposé ainsi*.

7. La sœur de l'enfant *s'étant approchée*, lui dit : Vous plaît-il que je vous aille querir une femme des Hébreux qui puisse nourrir ce petit enfant ?

8. Elle lui répondit : Allez. La fille s'en alla donc, et fit venir sa mère.

9. La fille de Pharaon lui dit : Prenez cet enfant et me le nourrissez, et je vous en récompenserai. La mère prit l'enfant et le nourrit; et lorsqu'il fut assez fort, elle le donna à la fille de Pharaon,

10. Qui, *n'ayant point d'enfant*, l'adopta pour son fils, et le nomma Moïse,

posuitque intus infantulum, et exposuit eum in caricto ripæ fluminis,

4. Stante procul sorore ejus, et considerante eventum rei.

5. Ecce autem descendebat filia Pharaonis, ut lavaretur in flumine : et puellæ ejus gradiebantur per crepidinem alvei. Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, misit unam e famulabus suis : et allatam (1)

6. Aperiens, cernensque in ea parvulum vagientem, miserta ejus, ait : De infantibus Hebræorum est hic.

7. Cui soror pueri : Vis, inquit, ut vadam, et vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum?

8. Respondit : Vade. Perrexit puella, et vocavit matrem suam.

9. Ad quam locuta filia Pharaonis : Accipe, ait, puerum istum, et nutri mihi : ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, et nutrivit puerum : adultumque tradidit filiæ Pharaonis.

10. Quem illa adoptavit in locum filii, vocavitque nomen ejus Moy-

(1) Bible vengée, note V.

— *In caricto*. Carectum est locus in quo carices nascuntur. Carix est herba alta in speciem gladii, et sub finem acuminata. Est ergo expositus Moses in stagnantis Nili parte, a qua facile non posset defluentium aquarum impetu rapi per alveum fluminis.

4. *Stante procul sorore*. Maria, puella grandiuscula, decem aut duodecim annorum, a matre quid facto opus esset edocta.

5. *Filia Pharaonis*. Quam Josephus et alii passim Thermutim appellant. Philo ait fuisse unicam Pharaonis hæredem, et sine prole, licet esset jam dudum nupta. — *Per crepidinem alvei*. Per ripam fluminis. — *In papyrione*. In caricto juncis, caricibus, papyroque referto.

6. *De infantibus Hebræorum est*. Quod ita esse certo cognovit ex circumcisione.

8. *Matrem suam*. Jochabed.

10. *Adoptavit in locum filii*. Philo ait Thermutim finxisse se esse gravidam, et genuisse Mosem; favet Apostolus, cum ait ad Hebr. 11. 24, Mosem grandiorem factum negasse se esse filium filiæ Pharaonis. Cur ergo Pharaone extincto Moses non est vocatus ad regnum? Fortasse matris fraus, et Mosis adoptatio detecta est. *Vocavitque nomen ejus Moyses*. A radice משה *masa*,

Digitized by Google

ses, dicens : Quia de aqua tuli eum.

parce que, disait-elle, je l'ai tiré de l'eau.

§ II. *Moïse devenu grand visite ses frères et tue un Egyptien qui outrageait un Hébreu. Ce meurtre est découvert. Moïse s'enfuit à Madian. Il s'y marie et y a deux enfants. Les Israélites affligés crient vers le Seigneur qui les écoute favorablement.*

L'AN DU MONDE 2473. — AVANT J.-C. 1531.

11. In diebus illis postquam creverat Moyses, egressus est ad fratres suos : viditque afflictionem eorum, et virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus suis.

12. Cumque circumspexisset huc atque illuc, et nullum adesse vidisset, percussum Ægyptium abscondit sabulo.

13. Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes : dixitque ei qui faciebat injuriam : Quare percutis proximum tuum?

14. Qui respondit : Quis te constituit principem et judicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? Timuit Moyses, et ait : Quomodo palam factum est verbum istud?

15. Audivitque Pharao sermonem hunc, et quærebat occidere Moysen : qui fugiens de conspectu ejus, moratus est in terra

11. Lorsque Moïse fut devenu grand, *et qu'il eut quarante ans*, il sortit *de la cour de Pharaon*, pour aller voir ses frères; il vit l'affliction où ils étaient, et il trouva que l'un d'eux, Hébreux comme lui, était outragé par un Egyptien.

12. Alors *sachant que Dieu l'avait choisi pour délivrer son peuple des mains des Egyptiens*, il regarda de tous côtés, et ne voyant personne auprès de lui, il tua l'Egyptien et le cacha dans le sable.

13. Le lendemain il trouva deux Hébreux qui se querellaient, et il dit à celui qui outrageait l'autre : Pourquoi frappez-vous ainsi votre frère?

14. Cet homme lui répondit : Qui vous a établi sur nous pour prince et pour juge? est-ce que vous voulez me tuer comme vous tuâtes hier un Egyptien? Moïse eut peur, et il dit : Comment cela est-il découvert? *car il croyait que personne ne l'avait vu.*

15. *Cependant* Pharaon, en ayant été averti, cherchait à faire mourir Moïse; mais il s'enfuit de devant lui : il se retira au pays de Madian, *dans l'Arabie-Pé-*

---

quæ extrahere significat, quod de aqua tulisset eum. * Lingua etiam ægyptiaca *moy* aquam, *is*, vel *ises* servatum significat.

11. * *In diebus illis.* Nimirum anno Mosis 40, ut asserit S. Stephanus, Act. 7. 23. — *Ad fratres suos.* Hebræi fratres vocant omnes eos qui sunt ejusdem familiæ, vel gentis. — *Virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis.* Philo ait hunc Ægyptium fuisse unum ex præfectis qui injusto onere Hebræos premebant.

12. *Percussum Ægyptium abscondit sabulo.* Percussum, id est, occisum. Jure occidit Ægyptium, quia ex divina inspiratione auctoritatem adeptus. Favet S. Stephanus, Act. 7. 24 et 25, cum ait : *Fecit ultionem... percusso Ægyptio; existimabat autem fratres intelligere, quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis.* De quo ipse Moses non dubitabat divina inspiratione, et, ut vult Josephus, divino oraculo Amram patri reddito, edoctus.

14. *Ait.* Cogitavit intra se. — *Palam factum est verbum.* Factum innotuit; aliquis, me non advertente, vidit me Ægyptium cædentem.

15. *Qui fugiens.* Suo tempore rediturus. — *Madian.* Madian urbs fuit

Digitized by Google

trée, et y étant arrivé, il s'assit près d'un puits *pour se reposer*.

16. Or il y avait à Madian un prêtre *du Dieu très-haut* qui avait sept filles, lesquelles étant venues pour puiser de l'eau *à ce puits*, et en ayant rempli les canaux, voulaient faire boire les troupeaux de leur père;

17. Mais des pasteurs étant survenus, les chassèrent. Alors Moïse se levant et prenant la défense de ces filles, fit boire leurs brebis.

18. Lorsqu'elles furent retournées chez Raguel leur père, il leur dit : Pourquoi êtes-vous revenues plus tôt qu'à l'ordinaire?

19. Elles lui répondirent : Un Egyptien nous a délivrées de la violence des pasteurs, et il a même tiré de l'eau avec nous, et a donné à boire à nos brebis.

20. Où est-il? dit leur père. Pourquoi avez-vous laissé aller cet homme? Appelez-le, afin que nous le fassions manger, *et que nous tâchions de l'engager à demeurer avec nous.*

21. Moïse *étant* donc *entré chez cet homme, et ayant entendu les propositions qu'il lui fit, les accepta et lui* jura qu'il demeurerait avec lui. Il épousa ensuite sa fille Séphora;

22. Et elle lui enfanta un fils qu'il nomma Gersam, en disant : J'ai été voyageur dans une terre étrangère. Elle eut encore un autre fils qu'il nomma Eliezer, en disant : Le Dieu de mon père, qui est mon protecteur, m'a délivré de la main de Pharaon.

Madian, et sedit juxta puteum.

16. Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerunt ad hauriendam aquam : et impletis canalibus, adaquare cupiebant greges patris sui.

17. Supervenere pastores, et ejecerunt eas : surrexitque Moyses, et defensis puellis, adaquavit oves earum.

18. Qui cum revertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas : Cur velocius venistis solito?

19. Responderunt : Vir Ægyptius liberavit nos de manu pastorum : insuper et hausit aquam nobiscum, potumque dedit ovibus.

20. At ille : Ubi est? inquit. Quare dimisistis hominem? Vocate eum, ut comedat panem.

21. Juravit ergo Moyses quod habitaret cum eo. Accepitque Sephoram filiam ejus uxorem;

22. Quæ peperit ei filium, quem vocavit Gersam, dicens : Advena fui in terra aliena. Alterum vero peperit, quem vocavit Eliezer, dicens : Deus enim patris mei adjutor meus eripuit me de manu Pharaonis.

---

condita a Madian filio Abrahæ ex Cethura, unde est tota regio dicta Madian.

16. *Sacerdoti Madian.* Chaldæus, *principi Madian.* כֹּהֵן *cohen*, Hebræis sacerdotem et principem significat. Probabile fuisse utrumque, quia primarii viri fere eo tempore sacerdotes erant, ut Melchisedech, Noe, Abraham, etc. — *Adaquare cupiebant greges.* Nobilis illo ævo ars pastoritia.

17. *Ejecerunt eas.* Ad haustum a puellis, paratumque potum agentes sua pecora, fruituri inertes alienis laboribus, inquit Philo.

18. *Ad Raguel.* Qui cap. sequenti vocatur Jethro, et Cinæus, Judic. 4. 11.

19. *Vir Ægyptius.* Ita videbatur ex cultu corporis, et fortasse se ex Ægypto profectum ipse affirmaverat.

20. *Comedat panem.* Convivetur nobiscum. Panis Hebræis quemvis cibum significat.

22. *Vocavit Gersam.* גֵּר *ger*, peregrinum significat ; שָׁם *scam*, illic. — *Eliezer.* Id est, Deus adjutor meus.

Digitized by Google

23. Post multum vero temporis mortuus est rex Ægypti : et ingemiscentes filii Israel, propter opera vociferati sunt : ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus.

24. Et audivit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac et Jacob.

25. Et respexit Dominus filios Israel, et cognovit eos.

23. Longtemps après le roi d'Egypte, *qui voulait faire mourir Moïse*, mourut lui-même ; les enfants d'Israël, gémissant sous le poids des ouvrages qui les accablaient, crièrent *vers le ciel*, et les cris que tirait d'eux l'excès de leurs travaux s'élevèrent jusqu'à Dieu.

24. Il entendit leurs gémissements, il se souvint de l'alliance qu'il avait faite avec *leurs pères* Abraham, Isaac et Jacob.

25. Et le Seigneur regarda *favorablement* les enfants d'Israël, il les reconnut *pour son peuple, et fut touché de leurs maux.*

CHAPITRE III.

§ I. *Le Seigneur apparaît à Moïse dans un buisson ardent. Il lui déclare qu'il veut l'envoyer vers Pharaon pour délivrer son peuple des maux qu'il souffre en Egypte.*

L'AN DU MONDE 2513. — AVANT J.-C. 1491.

1. Moyses autem pascebat oves Jethro soceri sui sacerdotis Madian : cumque minasset gregem ad interiora deserti, venit ad montem Dei Horeb.

1. Cependant Moïse conduisait les brebis de Jéthro son beau-père, *qui s'appelait aussi Raguel, et qui était* prêtre *du Dieu très-haut dans le pays* de Madian ; *et après avoir passé quarante ans dans cet exercice,* ayant un jour mené son troupeau bien avant dans le désert *de l'Arabie-Pétrée,* il vint à la montagne, *qui fut depuis appelée la montagne* de Dieu, *et qui se nommait alors le mont* Horeb.

---

23. *Mortuus est rex Ægypti.* Non is solum, sub quo Moses natus, adoptatus, et ad cædem quæsitus ; sed etiam duo alii, qui ejusdem erant ingenii, et Hebræos oderant. — *Vociferati sunt.* Malis attriti ad cor redeuntes, et ex morte tyranni malorum levamen aliquod sperantes. — *Ab operibus.* Ab iis præsertim, qui in operibus luti, etc., detinebantur.

24. *Recordatus est fœderis.* Loquitur Scriptura humano more.

25. *Respexit Dominus filios Israel.* Clementia sua, ut a tanta malorum mole liberaret.

CAP. III. 1. *Pascebat oves.* Moses quadraginta annis vixit in aula Pharaonis ; aliis quadraginta pastorem egit in Madian ; ultimis quadraginta pastor fuit, et dux populi sui. Cum esset in Madian creditur scripsisse librum Genesis et librum Job ad suorum solatium. — *Jethro soceri sui.* Qui alio nomine dictus est Raguel, ut dictum est cap. 2, n. 18. — *Minasset.* Vox latina et propria pastorum baculo oves dirigentium. Hac voce non semel utitur Scriptura. — *Ad montem Dei Horeb.* Prolepsis ; nam postea ita dictus est mons a gloria Dei ibi revelata, dataque lege, Exod. 19. Hic idem est mons Sina.

Digitized by Google

2. Et *étant arrivé à cette montagne, qui est proche du mont Sinaï*, le Seigneur lui apparut dans une flamme de feu qui sortait du milieu d'un buisson, et il voyait brûler le buisson, sans qu'il se consumât.

3. Moïse dit donc : Il faut que j'aille reconnaître quelle est cette merveille que je vois, et pourquoi ce buisson ne se consume point, *quoiqu'il soit tout en feu.*

4. Mais le Seigneur, le voyant venir pour considérer ce qu'il voyait, l'appela du milieu du buisson et lui dit : Moïse, Moïse. Il lui répondit : Me voici.

5. Et Dieu ajouta : N'approchez pas d'ici *sans donner des marques de votre profond respect ;* ôtez les souliers de vos pieds, parce que le lieu où vous êtes est une terre sainte.

6. Il dit encore : Je suis le Dieu de votre père, le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, et le Dieu de Jacob. *Alors* Moïse se cacha le visage, parce qu'il n'osait regarder Dieu.

(1) Bible vengée, note VI.

2. Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi : et videbat quod rubus arderet, et non combureretur (1).

3. Dixit ergo Moyses : Vadam, et videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.

4. Cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, et ait : Moyses, Moyses. Qui respondit : Adsum.

5. At ille : Ne appropies, inquit, huc : solve calcamentum de pedibus tuis : locus enim, in quo stas, terra sancta est.

6. Et ait : Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob. Abscondit Moyses faciem suam : non enim au-

---

2. *Apparuitque ei.* Cum jam 40 annis fuisset in Madian, et 80 ætatis ageret, ut patet Act. 7, n. 30; nam mox ab hac visione missus est a Deo in Ægyptum ad Pharaonem, pro liberatione Hebræorum; hoc autem contigit anno Mosis 80, ut patet Exod. 7, n. 7. — *Dominus.* Angelus Domini personam sustinens. Credibile est fuisse Michaelem synagogæ præsidem et tutorem. — *In flamma ignis de medio rubi.* Flamma per rubum, et circum rubum ferebatur, nec tamen illum absumebat, quod Dei miraculo fiebat. Significat autem ignis hic afflictionem, qua Hebræi ab Ægyptiis incendebantur, sed non consumebantur, sed potius splendidiores efficiebantur et fortiores.

4. *Moyses, Moyses.* Ostendit hic Deus se suos ita curare, ut eos ex nomine norit, vocet et dirigat : repetitione autem nominis acrius Mosis aures animumque pulsat, eumque ad attentionem excitat. — *Adsum.* Præsto sum, ut obsequar.

5. *Solve calceamentum.* In loci et divinæ majestatis reverentiam. * Hinc mos ad Judæos aliasque gentes manasse videtur pedes excalceandi in templorum ingressu. Hoc idem præcipiebat Pythagoras apud Jamblicum, de vita ejus, cap. 24 : Ανυποδητος θύε καὶ προσκύνει, *excalceatus sacrifica et adora.*

6. *Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob.* Quem coluerunt et colunt Abraham, etc., quibus suorum posterorum salutem desiderantibus, et pro ea assidue in limbo orantibus, fidem, quam olim dedi de vestra liberatione jam præstabo. Porro Dominus horum trium potissimum se Deum vocat, quia proximi auctores et parentes Hebrææ gentis, quibus peculiariter terra Chanaan promissa, et quibus peculiari modo beneficus fuerat; tandem in quibus eximiæ virtutes eluxerant. Aliqui in eo quod ad singula tria nomina repetitur vox Deus, mysterium agnoscunt Trinitatis, vel significari putant quantam singulorum servorum suorum curam Deus habeat; scilicet quod

Digitized by Google

debat aspicere contra Deum.

7. Cui ait Dominus : Vidi afflictionem populi mei in Ægypto, et clamorem ejus audivi propter duritiam eorum qui præsunt operibus.

8. Et sciens dolorem ejus, descendi ut liberem eum de manibus Ægyptiorum, et educam de terra illa in terram bonam, et spatiosam, in terram quæ fluit lacte et melle, ad loca Chananæi, et Hethæi, et Amorrhæi, et Pherezæi, et Hevæi, et Jebusæi (1).

9. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me : vidique afflictionem eorum, qua ab Ægyptiis opprimuntur.

10. Sed veni, et mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Israel, de Ægypto.

garder Dieu, *ayant peur de mourir s'il le voyait.*

7. Le Seigneur lui dit : J'ai vu l'affliction de mon peuple, qui est en Egypte, j'ai entendu le cri qu'il jette, à cause de la dureté de ceux qui ont l'intendance des travaux *auxquels on l'assujettit.*

8. Et sachant quelle est sa douleur, je suis descendu pour le délivrer des mains des Egyptiens, et pour le faire passer de cette terre, *où il habite maintenant,* en une terre bonne et spacieuse, en une terre *si abondante, qu'on peut dire que c'est une terre* où coulent des ruisseaux de lait et de miel, au pays des Chananéens, des Héthéens, des Amorrhéens, des Phérézéens, des Hévéens, et des Jébuséens, *que j'ai promis à leurs pères, et dont je veux les mettre en possession.*

9. Le cri des enfants d'Israël est donc venu jusqu'à moi ; j'ai vu leur affliction et de quelle manière ils sont opprimés par les Egyptiens.

10. Mais venez, et je vous enverrai vers Pharaon, afin *qu'il consente* que vous fassiez sortir de l'Egypte les enfants d'Israël, qui sont mon peuple.

§ II. *Moïse se reconnaît indigne du ministère dont Dieu le veut charger. Le Seigneur l'assure de sa protection. Il lui découvre son nom, et lui ordonne d'assembler les anciens d'Israël, et d'aller avec eux trouver Pharaon.*

11. Dixitque Moyses ad Deum : Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem, et educam filios Israel de Ægypto?

11. Moïse dit à Dieu : Qui suis-je moi, pour aller vers Pharaon, et pour faire sortir de l'Egypte les enfants d'Israël?

(1) Bible vengée, note VII.

---

uniuscujusque sit Deus, et uniuscujusque sit totus. — *Abscondit Moyses faciem.* Ex reverentia divinæ majestatis præsentis.

8. *Descendi.* Loquitur humano more, ut sæpe alias. — *Terram bonam et spatiosam.* Judæa, ex D. Hieronymo ad Dardanum, continet tantum 160 milliaria in longitudine a Dan usque Bersabee, in latitudine tantum 46 milliaria a Joppe ad Bethleem. Dicitur tamen spatiosa : 1. respectu terræ Gessen in qua tunc habitabant ; 2. respectu gentis, quæ hoc tempore minor erat illa terra ; 3. propter ubertatem soli, quod magnam admodum populi multitudinem alere poterat. — *Quæ fluit lacte et melle.* Hyperbole. Abundat lacte et melle, optimis fructibus, et omni deliciarum genere.

9. *Clamor ergo filiorum Israel venit ad me.* Extrema calamitas ad Deum confugere, et per orationem magno affectu clamare docet.

11. *Qui sum ego?* Quasi dicat : Ego nullus sum, et plane ineptus ad hanc legationem. Modesta et humilis propriæ infirmitatis confessio, quam sancti viri imitantur, cum honorifica munera deprecantur.

Digitized by Google

12. Dieu lui répondit : Je serai avec vous, et voici le signe que je vous donne, pour que vous reconnaissiez *un jour* que c'est moi qui vous aurai envoyé : lorsque vous aurez tiré mon peuple de l'Egypte, vous offrirez à Dieu un sacrifice sur cette montagne, *et ce sacrifice, qui sera l'accomplissement de la prédiction que je vous fais aujourd'hui, sera en même temps un gage assuré de l'exécution de mes promesses pour l'avenir.*

12. Qui dixit ei : Ego ero tecum : et hoc habebis signum, quod miserim te : Cum eduxeris populum meum de Ægypto, immolabis Deo super montem istum.

13. Moïse dit à Dieu : J'irai donc vers les enfants d'Israël, et je leur dirai : Le Dieu de vos pères m'a envoyé vers vous. Mais s'ils me disent : Quel est son nom ? que leur répondrai-je ?

13. Ait Moyses ad Deum : Ecce ego vadam ad filios Israel, et dicam eis : Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi : Quod est nomen ejus? quid dicam eis?

14. Dieu dit à Moïse : Je suis Celui qui est. Voici, ajouta-t-il, ce que vous direz aux enfants d'Israël : Celui qui est m'a envoyé vers vous.

14. Dixit Deus ad Moysen : EGO SUM QUI SUM. Ait : Sic dices filiis Israel : QUI EST, misit me ad vos.

15. Dieu dit encore à Moïse : Vous direz ceci aux enfants d'Israël : Le Seigneur, le Dieu de vos pères, le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, le Dieu de Jacob, m'a envoyé vers vous. Ce *premier* nom est celui que j'ai de toute éternité, et celui-ci est le nom qui me fera connaître dans la suite de tous les siècles *par les merveilles que je ferai en faveur de ses patriarches et de leurs descendants.*

15. Dixitque iterum Deus ad Moysen : Hæc dices filiis Israel : Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, misit me ad vos : hoc nomen mihi est in æternum, et hoc memoriale meum in generationem et generationem.

16. Allez *donc*, assemblez les anciens d'Israël, et dites-leur : Le Seigneur, le

16. Vade, et congrega seniores Israel, et dices ad eos : Dominus

---

12. ***Hoc habebis signum.*** Signum hoc, quod esset immolaturus Deo super montem, quoad promissionem præsens erat, quoad executionem vero pendebat a futuro eventu, quem Deus certissime futurum prædicit et promittit. Hoc autem evenisse patet ex c. 24. 3. Simile signum datur Ezechiæ, IV. Reg. 19. 29; et Davidi, I. Reg. 16. 13. Abulensis tamen putat signum dari rubum ipsum ardentem; nam quod sequitur, *cum eduxeris populum*, etc., non ad signum putat pertinere, sed explicare præceptum immolandi. Crediderim etiam hunc esse posse sensum : ***Ero tecum, et hoc habebis signum;*** id est, quia tibi semper adero, et mea virtute admiranda patrabis prodigia, ideo hæc tibi erunt in signum, quod miserim te.

14. ***Ego sum qui sum.*** Quasi dicat : Ego sum verus Deus : idololatræ id colunt quod non est : ego sum a meipso, non aliunde originem habens; ego sum meum esse, sive idem cum mea essentia, et causa omnis alterius esse quod res creatæ participant.

15. ***Deus patrum vestrorum.*** Hoc nimirum, ut subditur, nomen mihi est in æternum, et hoc memoriale meum, per quod homines recordentur mei, etiam christiani; nam per Christum non deleta, sed renovata potius, et illustrata est Abrahæ, Isaac et Jacob memoria.—***In generationem et generationem.*** Hebr. ***in seculum seculi,*** omni seculo, perpetuo.

Digitized by Google

Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, dicens : Visitans visitavi vos, et vidi omnia quæ acciderunt vobis in Ægypto :

17. Et dixi ut educam vos de afflictione Ægypti, in terram Chananæi, et Hethæi, et Amorrhæi, et Pherezæi, et Hevæi, et Jebusæi, ad terram fluentem lacte et melle.

18. Et audient vocem tuam : ingredierisque tu, et seniores Israel, ad regem Ægypti, et dices ad eum : Dominus Deus Hebræorum vocavit nos : ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro.

19. Sed ego scio quod non dimittet vos rex Ægypti ut eatis, nisi per manum validam.

20. Extendam enim manum meam, et percutiam Ægyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum : post hæc dimittet vos.

21. Daboque gratiam populo huic coram Ægyptiis : et cum egrediemini, non exibitis vacui :

22. Sed postulabit mulier a vi-

Dieu de vos pères m'est apparu. Le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, le Dieu de Jacob m'a dit : Je suis venu vous visiter, et j'ai vu tout ce qui vous est arrivé en Egypte, *et tout le mal que vous y avez souffert.*

17. J'ai résolu de vous tirer de l'oppression des Egyptiens, et de vous faire passer aux pays des Chananéens, des Héthéens, des Amorrhéens, des Phérézéens, des Hévéens et des Jébuséens, en une terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel.

18. Ils écouteront votre voix, et vous irez, vous et les anciens d'Israël, vers le roi d'Egypte; vous lui direz : Le Seigneur, le Dieu des Hébreux nous a appelés *et nous a choisis pour être son peuple, et pour lui rendre le culte qui lui est dû.* C'est pourquoi nous sommes obligés d'aller *jusqu'au mont Sinaï, qui* est à trois journées de chemin dans le désert, pour y sacrifier au Seigneur notre Dieu, *comme il nous l'a ordonné.*

19. Mais je sais que le roi d'Egypte ne vous laissera point aller, s'il n'y est contraint par une main forte *et par une puissance supérieure.*

20. J'étendrai donc ma main, et je frapperai *les peuples* d'Egypte par toutes sortes de prodiges que je ferai au milieu d'eux, et après cela il vous laissera *tous* aller.

21. Je ferai *en même temps* trouver grâce à ce peuple dans l'esprit des Egyptiens; et lorsque vous partirez *de leur pays*, vous ne sortirez pas les mains vides;

22. Mais chaque femme *d'entre vous*

---

16. *Visitans visitavi vos.* Respexi, et vidi vos, et calamitates vestras.

17. *Et dixi.* Mecum statui.

18. *Audient vocem tuam.* Tam læta et optata de eorum liberatione nuntiantem, tibique credent. — *Vocavit nos.* Hebr. est, *occurrit nobis ;* id est, sponte se obtulit, et apparuit nobis vocans nos ad sacrificium, quo se in deserto extra Ægyptum coli vult. — *Ibimus.* Hebr. *et nunc eamus, quæso :* petimus ut liceat ire. — *Viam trium dierum.* Non est mendacium, sed silentium integræ veritatis intervenit, non enim dicunt se ituros itinere trium dierum tantum.

19. *Non dimittet vos.* Præparat animum Mosis et Hebræorum, ne repulsam passi, animis concidant. — *Nisi per manum validam.* Qua decem plagis feriatur, et maxime per cædem primogenitorum.

22. *A vicina sua et ab hospita sua.* Hinc patet Ægyptios fuisse permixtos

Digitized by Google

demandera à sa voisine et à son hôtesse des vases d'or et d'argent, et des vêtements *précieux, pour la solennité que vous devez célébrer dans le désert.* Vous en habillerez vos fils et vos filles, et vous dépouillerez *ainsi* l'Egypte, *pour vous dédommager des maux qu'elle vous a faits, et pour vous payer des services que vous lui avez rendus.*

cina sua et ab hospita sua, vasa argentea et aurea, ac vestes : ponetisque eas super filios et filias vestras, et spoliabitis Ægyptum.

CHAPITRE IV.

§ I. *Moïse continue de s'excuser d'aller en Egypte. Dieu fait plusieurs miracles pour l'y déterminer.*

LA MÊME ANNÉE 2513.

1. Moïse répondit *à Dieu : Je ne doute point de la vérité de vos paroles; mais quand je dirai ces choses aux enfants d'Israël,* ils ne me croiront pas, et ils n'écouteront point ma voix, mais ils diront : Le Seigneur ne vous a point apparu ; *à moins que je ne le leur prouve par quelques figures extraordinaires.*

1. Respondens Moyses ait : Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent : Non apparuit tibi Dominus.

2. *Dieu* lui dit donc : Que tenez-vous en votre main? Une verge, lui répondit-il.

2. Dixit ergo ad eum : Quid est quod tenes in manu tua? Respondit : Virga (1).

3. Le Seigneur ajouta : Jetez-la à terre. Moïse la jeta, et elle fut changée en serpent ; de sorte que Moïse *en étant effrayé* s'enfuit.

3. Dixitque Dominus : Projice eam in terram. Projecit, et versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses.

(1) Bible vengée, note VIII.

Hebræis in terra Gessen.—*Spoliabitis Ægyptum.* Hebr. *evacuabitis Ægyptum;* non rapina, sed justo titulo donationis Dei qui omnium Dominus. Donavit Deus hæc spolia Hebræis : 1. ut castigaret luxum et injustitiam Ægyptiorum; 2. ut Hebræis qui gratis servierant Ægyptiis hæc spolia loco pretii redderet; hinc Sapient. 7. 7, dicitur : *Reddidit justis mercedem laborum suorum;* 3. ut eis daret materiam, quam postea in tabernaculi fabricam offerrent.

Cap. IV. 1. *Non credent.* Quia in iis multi sunt duræ cervicis. Sciebat tamen seniores credituros quod illi prædixerat Deus, cap. 3, n. 18.

2. *Virga.* Virga hæc Mosis, et illius metamorphosis significare videtur triplicem Hebræorum statum : 1. sub Joseph cum sceptrum tenuerunt; 2. cum, exstincto Joseph, malis vexati sunt sub Pharaone infesto; quod per virgam in colubrum conversam exprimitur; 3. sub Mose cum libertati pristinæ restituti, et ex Ægypto educti, sui juris facti sunt.

3. *Ita ut fugeret Moyses.* Erat enim hic coluber, ex magna virga productus, magnus horridusque : quare Philo eum vocat draconem.

Digitized by Google

4. Dixitque Dominus : Extende manum tuam, et apprehende caudam ejus. Extendit, et tenuit, versaque est in virgam.

4. Le Seigneur lui dit encore : Etendez votre main, et prenez ce serpent par la queue. Il étendit sa main et le prit, et aussitôt sa verge, *changée en serpent*, redevint verge.

5. Ut credant, inquit, quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum suorum, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob.

5. Le Seigneur ajouta : *J'ai fait ceci devant vous;* afin *que vous fassiez la même chose devant les enfants d'Israël, et* qu'ils croient que le Seigneur, le Dieu de leurs pères, vous a apparu, le Dieu d'Abraham, le Dieu d'Isaac, et le Dieu de Jacob, *et qu'il vous a donné le pouvoir de faire ces merveilles pour les convaincre de la vérité des choses que vous leur direz de sa part.*

6. Dixitque Dominus rursum : Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cùm misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis.

6. Le Seigneur lui dit encore : Mettez votre main dans votre sein, et l'ayant mise dans son sein, il l'en retira pleine d'une lèpre *blanche* comme la neige.

7. Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, et protulit iterum, et erat similis carni reliquæ.

7. Remettez, dit le Seigneur, votre main dans votre sein. Il la remit, et il l'en retira toute semblable au reste de son corps.

8. Si non crediderint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.

8. S'ils ne vous croient pas *la première fois*, dit le Seigneur, et s'ils n'écoutent pas la voix du premier miracle, ils écouteront celle du second.

9. Quòd si nec duobus quidem his signis crediderint, neque audierint vocem tuam : sume aquam fluminis, et effunde eam super aridam, et quidquid hauseris de fluvio, vertetur in sanguinem.

9. Que si à ces deux miracles ils ne croient point encore, et qu'ils n'écoutent point votre voix, prenez *devant eux* de l'eau du fleuve *du Nil*, répandez-la sur la terre, *en leur présence, et ils verront que* tout ce que vous en aurez puisé sera changé en sang.

§ II. *Moïse représente au Seigneur la difficulté qu'il a de parler; Dieu lui dit de prendre son frère Aaron pour porter la parole, et lui ordonne de retourner en Egypte.*

10. Ait Moyses : Obsecro, Do-

10. Moïse dit *alors* : Seigneur, je vous

---

6. *Protulit leprosam.* Manus Hebræos significat; hi in sinu Mosis, qui eorum curam suscepturus erat, leprosi facti sunt, quia ab Ægyptiis gravius vexati sunt. Moses vero secundo manum in sinum mittens, id est, plenam et perfectam populi curam suscipiens, plagis in Pharaonem et Ægyptum immissis, manum reduxit sanam et integram, quia populum ex Ægypto salvum eduxit.

8. *Sermonem signi.* Id est, vocem signo priore confirmatam.

9. *Aquam fluminis.* Nili. — *Vertetur in sanguinem.* Quæ mutatio erit Ægyptiis exprobratio infantium aquis fluminis præfocatorum, et præsignificatio mortis eorum qui maris Rubri undis hausti, exstinguentur.

10. *Obsecro, Domine.* Subaudi, parce mihi, noli me mittere; hoc enim

Digitized by Google

prie *de considérer que* je n'ai jamais eu la facilité de parler; depuis même que vous avez commencé à parler à votre serviteur, j'ai la langue moins libre et plus embarrassée *que je ne l'avais auparavant.*

11. Le Seigneur lui répondit : Qui a fait la bouche de l'homme ? qui a formé le muet et le sourd, celui qui voit et celui qui est aveugle ? N'est-ce pas moi ?

12. Allez donc *sans rien craindre :* je serai dans votre bouche, et je vous apprendrai ce que vous aurez à dire.

13. Je vous prie, Seigneur, repartit Moïse, envoyez celui que vous devez envoyer, *comme étant propre à cet emploi, et dispensez-moi de m'en charger. Il parlait de la sorte par un effet de sa modestie et de son humilité.*

14. *Mais* le Seigneur, *pour montrer que cette humilité allait trop loin, et que quand Dieu commande il faut obéir et se confier en lui*, se fâcha contre Moïse; *et néanmoins ayant égard à ses remontrances, et s'accommodant à sa faiblesse, il* lui dit : Je sais qu'Aaron votre frère, fils de Lévi, *comme vous*, s'exprime aisément; il va venir au-devant de vous *par mon ordre;* et quand il vous verra, son cœur sera plein de joie.

mine, non sum eloquens ab heri et nudiustertius : et ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris et tardioris linguæ sum.

11. Dixit Dominus ad eum : Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum et surdum, videntem et cæcum? nonne ego?

12. Perge igitur, et ego ero in ore tuo : doceboque te quid loquaris.

13. At ille : Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es.

14. Iratus Dominus in Moysen, ait : Aaron frater tuus levites, scio quòd eloquens sit : ecce ipse egreditur in occursum tuum, vidensque te, lætabitur corde.

---

intelligitur per aposiopesin. — *Non sum eloquens.* Hebr. *non sum vir verborum;* vereor ut Pharao tam indisertum oratorem sit auditurus. — *Ab heri et nudiustertius.* Ab aliquo tempore; vel significat, hactenus non fui eloquens, nunquam fui eloquens. — *Ex quo locutus es ad servum tuum.* Postquam mecum loqui cœpisti, experior me etiam infacundiorem, ut difficilius, quæ volo, eloqui possim : quod mihi ob tui reverentiam accidit. — *Impeditioris et tardioris linguæ sum.* Quinque videntur fuisse hæc, quæ prætendit Moses, impedimenta : 1. quod esset paucorum verborum, ut indicant hebræa, *jejunus* et *verborum inops;* 2. quod in dicendo non esset eloquens, sed rudis, inconditus et inelegans; 3. quod in sermone non esset promptus, sed tardiloquus; 4. quod voce esset gracili et exili; quare se apud LXX appellet ἰσχνόφωνος; 5. quod lingua esset impedita, et aliquas litteras aut voces bene pronuntiare non posset. Porro Dominus Mosem naturalibus istis linguæ vitiis impeditum ad magna opera adhibere voluit, ut laus Deo cederet, non eloquentiæ Mosis tribueretur; utque magnorum portentorum patrator, his vitiis quæ emendare non poterat, in humilitate contineretur.

11. *Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum et surdum?... nonne ego?* Quasi dicat : Ego sum, qui sensus eorumque usum tribuo; si opus fuerit, etiam linguam tuam expedire potero.

13. *Obsecro... Domine, mitte quem missurus es.* Alium, quæso, mitte quemcumque voles me aptiorem. Videtur Moses peccasse pusillanimitate et inobedientia, citra tamen gravem culpam, munus a Deo delatum rejiciendo et deprecando.

Digitized by Google

15. Loquère ad eum, et pone verba mea in ore ejus : et ego ero in ore tuo, et in ore illius, et ostendam vobis quid agere debeatis;

16. Ipse loquetur pro te ad populum, et erit os tuum : tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.

17. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

18. Abiit Moyses, et reversus est ad Jethro socerum suum, dixitque ei : Vadam et revertar ad fratres meos in Ægyptum, ut videam si adhuc vivant. Cui ait Jethro : Vade in pace (1).

19. Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian : Vade, et revertere in Ægyptum : mortui sunt enim omnes qui quærebant animam tuam.

15. Parlez-lui *de la résolution que j'ai prise de délivrer mon peuple*, et mettez mes paroles dans sa bouche. Je serai dans votre bouche et dans la sienne, et je vous montrerai ce que vous aurez à faire *et à dire.*

16. Il parlera pour vous au peuple, et il sera votre bouche; *et vous serez comme son œil*, vous le conduirez dans tout ce qui regarde Dieu.

17. Prenez aussi cette verge en votre main; car c'est avec quoi vous ferez des miracles.

18. Moïse s'en alla donc, et retourna chez Jéthro son beau-père, et il lui dit : Je m'en vais retrouver mes frères en Egypte pour voir s'ils sont encore en vie. Jéthro lui dit : Allez en paix, *je vous souhaite un heureux voyage.*

19. *Moïse ayant reçu cette permission n'attendait pour partir que l'ordre de Dieu.* Or le Seigneur dit à Moïse, lorsqu'il était encore à Madian : Allez, retournez en Egypte *sans rien craindre;* car ceux qui voulaient vous ôter la vie sont morts *eux-mêmes.*

§ III. *Moïse part pour l'Egypte avec sa femme et ses enfants. Le Seigneur veut le tuer durant le chemin. Séphora le sauve en donnant la circoncision à son fils. Aaron vient au-devant de lui par l'ordre de Dieu, et ils arrivent ensemble en Egypte.*

20. Tulit ergo Moyses uxorem suam, et filios suos, et imposuit eos super asinum, reversusque est in Ægyptum, portans virgam Dei in manu sua.

21. Dixitque ei Dominus revertenti in Ægyptum : Vide ut omnia ostenta quæ posui in manu

20. Moïse prit donc sa femme et ses fils, les mit sur un âne et retourna en Egypte, portant à la main la verge *avec laquelle il devait faire éclater la puissance* de Dieu.

21. Et le Seigneur lui dit, lorsqu'il retournait en Egypte : Ne manquez pas de faire devant Pharaon tous les miracles

(1) Bible vengée, note IX.

15. *Ego ero in ore tuo.* Tuorum sermonum moderator, dabo tibi sermonem in apertione oris; quod orabat Apostolus, Ephes. 6. 19.

16. *Erit os tuum.* Interpres tuus. — *Tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.* Tu eris ei internuntius Dei : hebr. est, *tu eris ei* לאלהים *lelohim*, id est, in Deum, pro Deo, vice Dei; ut scilicet ex te meam voluntatem intelligat, et te quasi me consulat et audiat.

18. *Vadam et revertar.* Visionem Dei celat modestiæ studio; aliam veram, et justam causam profectionis prætexit.

20. *Virgam Dei.* Qua virtute Dei facturus prodigia in Ægypto.

21. *Posui in manu tua.* In potestate tua. — *Indurabo.* Permissive, et per gratiæ meæ subtractionem.

Digitized by Google

que je vous ai donné le pouvoir de faire ; j'endurcirai son cœur, *en retirant de lui ma miséricorde comme il le mérite, et je l'abandonnerai à sa propre malice, en sorte qu'*il ne laissera point aller mon peuple.

tua, facias coram Pharaone : ego indurabo cor ejus, et non dimittet populum (1).

22. Vous lui parlerez donc de cette sorte : Voici ce que dit le Seigneur : *Entre tous les peuples de la terre dont je suis le créateur et le père,* Israël est *celui que, par une faveur singulière, je regarde comme* mon fils aîné, *et que j'ai particulièrement destiné à être consacré à mon service ; c'est pourquoi je vous ordonne de lui laisser la liberté de s'acquitter de ses devoirs à mon égard, et d'exécuter mes ordres.*

22. Dicesque ad eum : Hæc dicit Dominus : Filius meus primogenitus Israel.

23. *Et comme ce prince endurci ne se rendra point aux instances réitérées que vous lui ferez pour l'engager à laisser sortir mon peuple, vous ajouterez de ma part :* Je vous ai *déjà* dit *plusieurs fois :* Laissez aller mon fils, afin qu'il me rende le culte qui m'est dû ? et vous n'avez point voulu le laisser aller : c'est pourquoi je m'en vais tuer votre fils aîné.

23. Dixi tibi : Dimitte filium meum ut serviat mihi ; et noluisti dimittere eum : ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.

24. *Moïse partit avec ses instructions,* et lorsqu'il était en chemin, le Seigneur se présenta à lui dans l'hôtellerie, et il voulait lui ôter la vie, *sans en marquer la raison.*

24. Cùmque esset in itinere, in diversorio occurrit ei Dominus, et volebat occidere eum (2).

25. Séphora, *qui comprit que c'était parce que son fils n'était pas circoncis,* prit aussitôt une pierre très-aiguë, et circoncit la chair de son fils ; et touchant

25. Tulit illico Sephora acutissimam petram, et circumcidit præputium filii sui, tetigitque pedes ejus, et ait : Sponsus

(1) Bible vengée, note X. — (2) Bible vengée, note XI.

---

22. *Filius meus primogenitus Israel.* Israelitæ, quos mihi in filios adoptavi. Dicuntur primogeniti, quod præ cæteris populis dilecti essent, et pro primogenitis habiti.

23. *Interficiam filium tuum.* Quæ ultima gravissimaque plaga fuit, qua emollitum cor Pharaonis, ut dimitteret populum.

24. *Occurrit ei Dominus.* Angelus. — *Occidere eum.* Occidere Mosem, vel præfocatione, vel intentato gladio. Omissio circumcisionis filii in hoc periculum Mosem adduxit, quod ipse futurus legislator jussum Domini, Genes. 17. 12, de circumcisione neglexisset. Causa omissionis fuisse videtur, quod filio Eliezer recens nato timuerit ab itineris agitatione, si illum circumcidisset.

25. *Tulit illico Sephora.* Intellexit puerum periclitari defectu circumcisionis, vel divina inspiratione, vel angelo docente. Petram adhibuit, quod consternatæ et properanti prima occurrerit; alioquin enim circumcisio communi gladio fieri poterat. — *Tetigitque pedes ejus.* Mosis, aspergens illos

Digitized by Google

sanguinum tu mihi es (1).

avec le sang de son fils les pieds de Moïse en les embrassant, elle lui dit : Vous m'êtes un époux de sang, car je vous ai sauvé la vie par le sang de mon fils.

26. Et dimisit eum postquam dixerat : Sponsus sanguinum, ob circumcisionem.

26. Alors l'ange du Seigneur laissa Moïse après que Séphora lui eut dit : Vous m'êtes un époux de sang, parce que je vous ai sauvé la vie à cause de la circoncision de mon fils : Séphora pria ensuite Moïse de la laisser retourner avec son fils à Madian chez son père : ce que Moïse lui accorda. Pour lui il continua son chemin vers l'Egypte.

27. Dixit autem Dominus ad Aaron : Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obviam ei in montem Dei, et osculatus est eum.

27. Cependant le Seigneur dit à Aaron qui était toujours resté en ce pays-là : Allez au-devant de Moïse jusque dans le désert. Aaron alla au-devant de lui jusqu'à la montagne d'Horeb qui, depuis l'apparition du Seigneur dans le buisson ardent, s'appelait aussi la montagne de Dieu ; et l'y ayant rencontré, il l'embrassa tendrement, étant ravi de le voir après une si longue absence.

28. Narravitque Moyses Aaron omnia verba Domini quibus miserat eum, et signa quæ mandaverat.

28. Alors Moïse raconta à Aaron tout ce que le Seigneur lui avait dit en l'envoyant, et les miracles qu'il avait ordonné de faire pour prouver la vérité de sa mission.

29. Veneruntque simul, et congregaverunt cunctos seniores filiorum Israel.

29. Et étant arrivés tous deux en Egypte ils firent assembler les anciens des enfants d'Israël.

30. Locutusque est Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moysen : et fecit signa coram populo,

30. Et Aaron qui portait la parole selon que le Seigneur l'avait ordonné, leur exposa tout ce que le Seigneur avait dit à Moïse ; et Moïse fit des miracles devant le peuple pour confirmer la vérité de tout ce qu'Aaron leur disait.

31. Et credidit populus. Audieruntque quòd visitasset Dominus filios Israel, et quòd respexisset afflictionem illorum : et proni adoraverunt.

31. Aussi le peuple les crut. Et ils comprirent que le Seigneur avait visité les enfants d'Israël, et qu'il avait regardé leur affliction ; et se prosternant en terre, ils l'adorèrent, et lui rendirent grâces de cet effet de sa bonté.

(1) Bible vengée, note XI.

---

sanguine ex filii circumcisione. — *Sponsus sanguinum tu mihi es.* Redemi te hoc sanguine fuso, qui alioqui periisses.

26. *Et dimisit eum.* Mosem angelus.

27. *In montem Dei.* Montem Sina. * Ubi Deus Mosi per angelum apparuerat.

30. *Locutusque est Aaron.* Qui jam Mosis interpretem agere cœpit. — *Fecit signa.* Moses scilicet.

31. *Visitasset.* Respexisset ut liberaret.

Digitized by Google

CHAPITRE V.

§ I. *Moïse et Aaron vont trouver Pharaon. Ils lui représentent les ordres de Dieu. Ce prince les méprise et augmente les travaux des enfants d'Israël.*

L'AN DU MONDE 2513. — AVANT J.-C. 1491.

1. Après cela Moïse et Aaron vinrent trouver Pharaon, et lui parlèrent en ces termes : Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : Laissez aller mon peuple afin qu'il me sacrifie dans le désert.

2. Mais il répondit : Qui est ce Seigneur, pour que je sois obligé d'écouter sa voix, et de laisser sortir Israël? Je ne connais point ce Seigneur, et je ne laisserai point sortir Israël.

3. Ils lui dirent encore : Le Dieu des Hébreux, *qui est le vrai et l'unique Dieu*, nous a ordonné d'aller trois journées de chemin dans le désert pour sacrifier au Seigneur notre Dieu, de peur que nous ne soyons frappés de la peste ou de l'épée, *si nous y manquons*.

4. Le roi d'Égypte leur répondit : Moïse et Aaron, pourquoi détournez-vous le peuple de leurs ouvrages? allez *vous-mêmes* à votre travail.

5. Pharaon dit aussi *à ses officiers :* Ce peuple s'est fort multiplié *dans mon royaume;* vous voyez que cette populace s'est beaucoup accrue *malgré l'oppression où nous la tenons :* combien croîtrait-elle davantage, si on lui relâchait quelque chose de son travail?

1. Post hæc ingressi sunt Moyses et Aaron, et dixerunt Pharaoni : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi in deserto.

2. At ille respondit : Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus, et dimittam Israël? Nescio Dominum, et Israel non dimittam (1).

3. Dixeruntque : Deus Hebræorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, et sacrificemus Domino Deo nostro : ne fortè accidat nobis pestis aut gladius.

4. Ait ad eos rex Ægypti : Quare Moyses et Aaron sollicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra.

5. Dixitque Pharao : Multus est populus terræ : videtis quòd turba succreverit : quantò magis si dederitis eis requiem ab operibus?

(1) Bible vengée, note XII.

CAP. V. 1. *Moyses et Aaron.* Lyranus putat cum his ingressos etiam seniores; ita enim præceperat Dominus cap. 3. 18. Melius alii, qui censent solos Mosem et Aaron ingressos; nam soli nominantur hic et n. 4; pro senioribus enim quos initio Mosi timido addiderat Deus, substituit postea Aaronem, qui Mosis comes esset, et dux verbi, ut patet capit. 4, num. 14. — *Ut sacrificet.* Hebr. *ut festum celebret;* puta solemniter sacrificando; sacrificiis enim solemnibus vel maxime festa celebramus.

2. *Nescio Dominum, et Israel non dimittam.* Nescio Deum vestrum, nec Deum quemlibet agnosco, qui mihi tanta imperet potestate, ut Hebræos dimittam.

3. *Ne forte accidat nobis pestis aut gladius.* Hebr. *ne forte incurrat in nos peste aut gladio.* Deus nimirum, si ei non pareamus.

4. *Sollicitatis.* Hebr. *cessare facitis.*

5. *Dixitque Pharao.* Ad suos præfectos operum. — *Videtis quod turba succreverit.* Hinc patet infanticidii legem ut execrabilem jampridem fuisse abrogatam.

Digitized by Google

6. Præcepit ergo in die illo præfectis operum et exactoribus populi, dicens :

7. Nequaquam ultra dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius : sed ipsi vadant, et colligant stipulas.

8. Et mensuram laterum, quam priùs faciebant, imponetis super eos, nec minuetis quidquam : vacant enim, et idcirco vociferantur, dicentes : Eamus, et sacrificemus Deo nostro.

9. Opprimantur operibus, et expleant ea : ut non acquiescant verbis mendacibus.

10. Igitur egressi præfecti operum et exactores, ad populum dixerunt : Sic dicit Pharao : Non do vobis paleas.

11. Ite, et colligite sicubi invenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere vestro.

12. Dispersusque est populus per omnem terram Ægypti ad colligendas paleas.

13. Præfecti quoque operum instabant, dicentes : Complete opus vestrum quotidie, ut priùs facere solebatis quando dabantur vobis paleæ.

6. Le roi donna donc ce jour-là même cet ordre à ceux *d'entre les Egyptiens* qui avaient l'intendance des ouvrages du peuple *d'Israël*, et qui exigeaient d'eux les travaux qu'on leur avait imposés, et leur dit :

7. Vous ne donnerez plus, comme auparavant, de paille à ce peuple pour faire leurs briques, mais qu'ils en aillent chercher eux-mêmes.

8. Et vous ne laisserez pas d'exiger d'eux la même quantité de briques qu'ils rendaient auparavant, sans en rien diminuer ; car ils n'ont pas de quoi s'occuper : c'est pourquoi ils crient, et se disent *l'un à l'autre :* Allons sacrifier à notre Dieu *dans le désert.*

9. Qu'on les accable de travaux, qu'ils fournissent tout ce qu'on exige d'eux afin qu'ils ne se repaissent plus de paroles de mensonge, *et qu'ils n'écoutent plus les vains projets d'Aaron et de Moïse.*

10. Alors ceux qui avaient l'intendance des ouvrages, et qui les exigeaient du peuple, dirent *aux Hébreux :* Voici l'ordre de Pharaon : Je ne vous donnerai plus de paille.

11. Allez, et cherchez-en où vous pourrez : et néanmoins on ne diminuera rien de vos ouvrages.

12. Le peuple se répandit donc dans toute l'Egypte, afin d'amasser des pailles *qui étaient restées dans les champs.*

13. Et ceux *d'entre les Egyptiens* qui avaient l'intendance des travaux les pressaient en leur disant : Rendez tous les jours la même quantité de briques que vous rendiez, lorsqu'on vous donnait des pailles. *Mais il leur fut impossible de le faire.*

§ II. *Les enfants d'Israël sont maltraités par les Egyptiens. Ils se plaignent de Moïse et d'Aaron qui avaient excité la colère du roi contre eux. Moïse se plaint aussi au Seigneur des maux que souffrent les Israélites.*

14. Flagellatique sunt qui præerant operibus filiorum Israel, ab

14. Ceux donc *d'entre les Hébreux* qui étaient commis sur les ouvrages des en-

---

7. *Nequaquam ultra dabitis paleas.* Quæ concisæ luto admiscebantur, ut lateres solidiores essent ; paleæ enim lutum continent, adstringunt et uniunt.

8. *Mensuram laterum.* Nihil detrahetis de penso laterum, quod persolvere debent. — *Vacant enim.* Otio torpent.

10. *Non do.* Non dabo : enallage.

12. *Dispersusque est populus.* Pars miscebat lutum, et formabat lateres ; pars coquebat, pars paleas comportabat.

Digitized by Google

fants d'Israël furent battus de verges par les exacteurs de Pharaon qui leur disaient: Pourquoi n'avez-vous pas rendu, ni hier, ni aujourd'hui, le même quantité de briques que vous faisiez auparavant?

15. Alors ces *Hébreux* qui étaient chargés de faire travailler les enfants d'Israël vinrent crier à Pharaon, en lui disant: Pourquoi traitez-vous ainsi vos serviteurs?

16. On ne nous donne plus de paille, et l'on nous commande de rendre le même nombre de briques qu'auparavant; nous sommes battus de verges, nous qui sommes vos serviteurs, et l'on tourmente injustement votre peuple.

17. Pharaon leur répondit: Vous avez trop de loisir, et c'est ce qui vous fait dire: Allons sacrifier au Seigneur *dans le désert*.

18. Allez donc et travaillez; on ne vous donnera point de paille, et vous rendrez toujours la même quantité de briques.

19. Ainsi ceux *d'entre les Hébreux* qui étaient commis sur les ouvrages des enfants d'Israël se trouvèrent dans une grande extrémité, à cause qu'on ne voulait leur rien diminuer du nombre de briques qu'ils étaient obligés de fournir chaque jour.

20. Et ayant rencontré Moïse et Aaron qui s'étaient tenus près de là, *attendant* que ces Israélites sortissent avec Pharaon,

21. Ils leur dirent: Que le Seigneur voie ceci et en soit le juge; car vous nous avez mis en mauvaise odeur devant Pharaon et devant ses serviteurs, et vous lui avez donné *en quelque sorte* une épée pour nous tuer *en l'irritant contre nous, et lui donnant occasion de nous regarder comme des gens inquiets qu'il faut exterminer.*

exactoribus Pharaonis, dicentibus: Quare non impletis mensuram laterum sicut priùs, nec heri, nec hodie?

15. Veneruntque præpositi filiorum Israel, et vociferati sunt ad Pharaonem, dicentes: Cur ita agis contra servos tuos?

16. Paleæ non dantur nobis, et lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, et injustè agitur contra populum tuum.

17. Qui ait: Vacatis otio, et idcirco dicitis: Eamus, et sacrificemus Domino.

18. Ite ergo, et operamini: paleæ non dabuntur vobis, et reddetis consuetum numerum laterum.

19. Videbantque se præpositi filiorum Israel in malo, eò quòd diceretur eis: Non minuetur quidquam de lateribus per singulos dies.

20. Occurreruntque Moysi et Aaron, qui stabant ex adverso, egredientibus a Pharaone:

21. Et dixerunt ad eos: Videat Dominus et judicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone et servis ejus, et præbuistis ei gladium, ut occideret nos.

---

16. *Injuste agitur.* Ne regem offendant, injuriæ invidiam in præfectos derivant.

19. *Videbantque se... in malo.* Ad magnas angustias redactos.

20. *Egredientibus a Pharaone.* Præfecti scilicet Hebræorum: Moses autem et Aaron expectabant foris quodnam responsum rex daret.

* 21. *Videat Dominus.* Formula est exprobrandi, quasi dicant: Deus qui omnia videt, ob injuriam quam nobis facitis postulando missionem a Pharaone, vos puniat.—*Fœtere fecistis.* Invisos et abominabiles reddidistis; est phrasis hebraica, quæ habetur etiam Genesis 34. 30, ut ibi annotavimus. Ita ab ingratis excipi solent libertatis aut alterius beneficii auctores, cum successus votis non respondent. Vide infra, c. 14. 11. — *Præbuistis ei gladium.* Id est, occasionem.

Digitized by Google

22. Reversusque est Moyses ad Dominum, et ait : Domine, cur afflixisti populum istum? quare misisti me?

23. Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem, ut loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum : et non liberasti eos.

22. Moïse étant retourné vers le Seigneur, lui dit *avec cette confiance qu'il avait en sa bonté :* Seigneur, pourquoi avez-vous affligé ce peuple, pourquoi m'avez-vous envoyé *pour augmenter ses maux?*

23. Car depuis que je me suis présenté devant Pharaon pour lui parler en votre nom, il a tourmenté encore plus votre peuple, et vous ne l'avez point délivré.

CHAPITRE VI.

§ I. *Dieu rassure Moïse et console les Israélites par la promesse qu'il leur fait de les délivrer de la servitude de l'Egypte, et de les mettre en possession du pays de Chanaan.*

LA MÊME ANNÉE 2513.

1. Dixitque Dominus ad Moysen : Nunc videbis quæ facturus sim Pharaoni : per manum enim fortem dimittet eos, et in manu robusta ejiciet illos de terra sua.

2. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens : Ego Dominus

3. Qui apparui Abraham, Isaac, et Jacob, in Deo omnipotente : et nomen meum ADONAI non indicavi eis.

1. Le Seigneur dit à Moïse : Vous verrez maintenant ce que je vais faire à Pharaon ; car je le contraindrai par la force de mon bras à laisser aller les Israélites, et ma main puissante l'obligera de les faire lui-même sortir de son pays.

2. Le Seigneur parla encore à Moïse et lui dit : Je suis le Seigneur

3. Qui ai apparu à Abraham, à Isaac, et à Jacob, comme le Dieu tout-puissant; mais je ne me suis point fait connaître à eux sous ce nom, *qui marque que* je suis celui qui est.

---

22. *Reversusque est Moyses ad Dominum.* Odiose in se jactata tacitus transmittit Moses, quia Hebræorum præfecti exasperatis animis salutarium monitorum capaces non erant. Itaque ad Deum per orationem confugit. — *Cur afflixisti populum?* Cur ei occasionem afflictionis dedisti mittendo me ad Pharaonem; nec tamen liberando populum, sed potius permittendo ut gravius prematur. — *Quare misisti me?* Hæc non contumaciæ verba sunt, vel indignationis, sed inquisitionis et orationis, ait S. Augustinus, quæst. 14.

CAP. VI. 1. *Dixitque Dominus ad Moysen.* Vel per angelum, vel, quod probabilius videtur, per internam inspirationem; nam nulla hic species legitur Mosi exhibita. — *Quæ facturus sim Pharaoni.* Quæ mala, quas plagas illaturus.

* 3. *In Deo omnipotente.* Id est, declarando me esse omnipotentem, benedictionibus et opibus illum cumulando. — *Nomen meum Adonai.* Nomen meum יהוה, quod tamen Hebræi cum legunt non pronuntiant *Jehova*, sed *Adonai;* quare interpres latinus hunc morem secutus, scripsit *Adonai.* Porro nomen *Jehova* divinam significat essentiam, et a radice חוה *hava* deducitur; quod verbum significat, *Est* vel *Fuit.* Hoc ergo nomen *Jehova* primo Mosi revelatum fuit, et cum nomine etiam clarior rei significatæ cognitio; idque hoc fine factum, ut Moses, et populus malis pressus in spem erigeretur di-

Digitized by Google

4. J'ai fait alliance avec eux, *et je leur ai promis* de leur donner la terre de Chanaan, la terre dans laquelle ils ont demeuré comme voyageurs et étrangers ; *cependant j'ai différé jusqu'à présent à accomplir cette promesse.*

4. Pepigique fœdus cum eis, ut darem eis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt advenæ.

5. *Mais maintenant* j'ai entendu les gémissements des enfants d'Israël, *j'ai vu les travaux* dont les Egyptiens les accablent, et je me suis souvenu de mon alliance, *et j'ai résolu d'exécuter tout ce que je leur ai promis.*

5. Ego audivi gemitum filiorum Israel, quo Ægyptii oppresserunt eos : et recordatus sum pacti mei.

6. C'est pourquoi dites *de ma part* aux enfants d'Israël : Je suis le Seigneur, c'est moi qui vous tirerai de la prison des Egyptiens, qui vous délivrerai de la servitude *où ils vous tiennent*, et qui vous rachèterai *de l'esclavage où vous êtes*, en déployant la force de mon bras, et en faisant éclater la sévérité de mes jugements *contre ceux qui vous oppriment.*

6. Ideo dic filiis Israel : Ego Dominus qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, et eruam de servitute : ac redimam in brachio excelso, et judiciis magnis.

7. Je vous prendrai pour mon peuple, et je serai votre Dieu : et vous saurez que c'est moi qui suis le Seigneur votre Dieu, lorsque je vous aurai délivrés de la prison des Egyptiens,

7. Et assumam vos mihi in populum, et ero vester Deus : et scietis quòd ego sum Dominus Deus vester qui eduxerim vos de ergastulo Ægyptiorum :

8. Et que je vous aurai fait entrer dans cette terre que j'ai juré de donner à Abraham, à Isaac, et à Jacob ; car je vous la donnerai, et vous en mettrai en possession, moi qui suis le Seigneur, *et qui dispose de toutes choses comme il me plaît.*

8. Et induxerim in terram, super quam levavi manum meam ut darem eam Abraham, Isaac, et Jacob : daboque illam vobis possidendam, ego Dominus.

9. Moïse rapporta donc tout ceci aux enfants d'Israël ; mais ils ne l'écoutèrent point à cause de leur extrême affliction, et de l'excès des travaux dont ils étaient accablés.

9. Narravit ergo Moyses omnia filiis Israel : qui non acquieverunt ei, propter angustiam spiritûs, et opus durissimum.

---

vini auxilii mox adfuturi; ut nimirum intelligerent Deum, qui se tam familiarem, et nomine proprio compellendum et noscendum exhibebat, jam magis eos curæ et cordi habere quam ante.

6. ***De ergastulo Ægyptiorum.*** Hebr. *de sub oneribus Ægyptiorum;* bene Noster vertit, ergastulum; nam ergastulum est locus in quo capti aut servi laborare coguntur : dicitur enim ergastulum απὸ του ἐργαζεσθαι, id est, ab operando et laborando. — ***In brachio excelso.*** Hebr. *extento,* hoc est, ad feriendum in altum sublato. — ***Judiciis magnis.*** Magnis plagis, et vindicta juste pro meritis inflicta.

7. ***Vester Deus.*** Hebr. *Elohim*, Judex vester, qui pro vobis sententiam feram. Elohim enim judicem significat.

8. ***Levavi manum meam.*** Juravi; manus enim in altum elevata habitus jurantis est. Eadem phrasis est Gen. 14. 22, et II. Esdr. 9. 15.

9. ***Propter angustiam spiritus.*** LXX *præ pusillanimitate.* Adeo malis

Digitized by Google

10. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

11. Ingredere, et loquere ad Pharaonem regem Ægypti, ut dimittat filios Israel de terra sua.

12. Respondit Moyses coram Domino : Ecce filii Israel non audiunt me : et quo modo audiet Pharao, præsertim cùm incircumcisus sim labiis?

13. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, et dedit mandatum ad filios Israel, et ad Pharaonem regem Ægypti, ut educerent filios Israel de terra Ægypti.

10. Dieu parla ensuite à Moïse, et lui dit :

11. Allez trouver Pharaon, roi d'Egypte, et parlez-lui, afin qu'il permette aux enfants d'Israël de sortir de son pays.

12. Moïse répondit au Seigneur : Vous voyez que les enfants d'Israël ne m'écoutent point : comment donc Pharaon m'écouterait-il, principalement étant comme je suis, incirconcis des lèvres, *et ne m'énonçant qu'avec beaucoup de difficulté?*

13. Voilà *le commencement de* ce que le Seigneur dit à Moïse et à Aaron, lorsqu'il leur donna ordre d'aller trouver les enfants d'Israël et Pharaon, roi d'Egypte, pour faire sortir de l'Egypte les enfants d'Israël.

§ II. *Généalogie d'Aaron et de Moïse.*

14. Isti sunt principes domorum per familias suas. Filii Ruben primogeniti Israelis : Henoch et Phallu, Hesron et Charmi;

15. Hæ cognationes Ruben. Filii Simeon : Jamuel, et Jamin, et Ahod, et Jachin, et Soar, et Saul filius Chananitidis; hæ progenies Simeon.

16. Et hæc nomina filiorum Levi per cognationes suas : Gerson, et Caath, et Merari; anni autem vitæ Levi fuerunt centum triginta septem.

17. Filii Gerson : Lobni et Semei, per cognationes suas.

18. Filii Caath : Amram, et Isaar,

14. *Avant de raconter la suite*, voici les noms *de quelques-uns* des princes des maisons *d'Israël*, selon l'ordre de leurs familles, *dont la connaissance peut servir à l'intelligence de cette histoire.* Les enfants de Ruben, fils aîné d'Israël, furent Hénoch, Phallu, Hesron et Charmi.

15. Ce sont là les familles de Ruben. Les enfants de Siméon furent Jamuel, Jamin, Ahod, Jachin, Soar, et Saül, fils d'une femme de Chanaan. Ce sont là les familles de Siméon.

16. Voici les noms des enfants de Lévi, et la suite de leurs familles. Ses enfants furent Gerson, Caath et Mérari. Le temps de la vie de Lévi fut de cent trente-sept ans.

17. Les enfants de Gerson furent Lobni et Séméi : qui eurent chacun leurs familles.

18. Les enfants de Caath furent Amram,

---

premebantur, ut non auderent, nec liceret eis aliud aliquid cogitare, sperare aut machinari.

12. *Cum incircumcisus sim labiis?* Hebræi incircumcisum vocant corde, mente, aut lingua, eum qui vitio aliquo cordis, mentis aut linguæ laborat.

14. *Principes domorum.* Principes familiarum Israeliticarum.

16. *Et hæc nomina filiorum Levi.* Sistit Moses in genealogia Levi, quia ex Levi prognati sunt Aaron, et Moses populi liberator, et hujus historiæ scriptor. Texitur etiam hic genealogia Ruben, Simeonis et Levi, ne forte putaret quis has et tribus esse rejectas, quod illis maledicere visus esset Jacob, Gen. 49, n. 3 et 5.—*Per cognationes suas.* Hebr. *per generationes,* id est, familias a quibus ortæ multæ familiæ.

Digitized by Google

Isaar, Hébron et Oziel. Le temps de la vie de Caath fut de cent trente-trois ans.

19. Les enfants de Mérari furent Moholi et Musi. Ce sont là les enfants sortis de Lévi, chacun dans sa famille.

20. Or Amram épousa Jochabed, fille de son oncle paternel, dont il eut Aaron et Moïse. Et le temps que vécut Amram fut de cent trente-sept ans.

21. Les enfants d'Isaar furent Coré, Nepheg et Zechri.

22. Les enfants d'Oziel furent Misaël, Elisaphan et Sethri.

23. Aaron épousa Elisabeth, fille d'Aminadab, *de la race de Juda, et* sœur de Nahason, dont il eut Nadab, Abiu, Eléasar et Ithamar.

24. Les enfants de Coré furent Aser, Elcana et Abiasaph. Ce sont là les familles sorties de Coré.

25. Eléazar, fils d'Aaron, épousa une des filles de Phutiel dont il eut Phinées. Ce sont là les chefs des familles de Lévi qui eurent chacun leurs enfants.

26. *Or entre les enfants de Lévi*, Aaron et Moïse sont ceux auxquels le Seigneur commanda de faire sortir de l'Egypte les enfants d'Israël, selon leurs bandes *et leurs troupes différentes.*

27. Ce sont eux *aussi* qui parlèrent à Pharaon, roi d'Egypte, pour faire sortir de l'Egypte les enfants d'Israël. Moïse, *dis-je*, et Aaron furent ceux qui lui parlèrent,

28. Lorsque le Seigneur donna ses ordres à Moïse dans l'Egypte.

et Hebron, et Oziel; anni quoque vitæ Caath, centum triginta tres.

19. Filii Merari : Moholi et Musi; hæ cognationes Levi per familias suas.

20. Accepit autem Amram uxorem Jochabed patruelem suam : quæ peperit ei Aaron et Moysen. Fueruntque anni vitæ Amram, centum triginta septem.

21. Filii quoque Isaar : Core, et Nepheg, et Zechri.

22. Filii quoque Oziel : Misael, et Elisaphan, et Sethri.

23. Accepit autem Aaron uxorem Elisabeth, filiam Aminadab, sororem Nahason, quæ peperit ei Nadab, et Abiu, et Eleazar, et Ithamar.

24. Filii quoque Core : Aser, et Elcana, et Abiasaph; hæ sunt cognationes Coritarum.

25. At verò Eleazar glius Aaron accepit uxorem de filiabus Phutiel, quæ peperit ei Phinees; hi sunt principes familiarum leviticarum per cognationes suas.

26. Iste est Aaron et Moyses, quibus præcepit Dominus ut educerent filios Israel de terra Ægypti per turmas suas (1).

27. Hi sunt, qui loquuntur ad Pharaonem regem Ægypti, ut educant filios Israel de Ægypto : iste est Moyses et Aaron,

28. In die quâ locutus est Dominus ad Moysen, in terra Ægypti.

(1) Rép. crit., tome I, page 68.

---

20. *Patruelem suam.* Non amitam, ut quidam volunt.

23. *Sororem Nahason.* Hic Nahason in egressu ex Ægypto fuit princeps tribus Juda, ut patet Num. 1. 7. Notanda Mosis modestia, qui Aaronis fratris genealogiam studiose pertexit, suam pene tacitus præterit, nisi quatenus ad Dei vocationem et missionem certæ personæ cognoscendam erat necesse.

25. *Principes familiarum.* Hebr. *principes patrum,* qui scilicet inter patres fuerunt principes et capita familiarum.

26. *Iste est Aaron et Moyses.* Qui scilicet missi sunt ad Pharaonem.*Interdum præponitur Aaron Mosi, quia major ætate; interdum postponitur; quia minor dignitate.

Digitized by Google

29. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens : Ego Dominus : loquere ad Pharaonem regem Ægypti, omnia quæ ego loquor tibi.

30. Et ait Moyses coram Domino : En incircumcisus labiis sum, quomodo audiet me Pharao?

29. Car le Seigneur parla à Moïse, et lui dit : Je suis le Seigneur : dites à Pharaon, roi d'Egypte, tout ce que je vous ordonne de lui dire.

30. Et Moïse répondit au Seigneur : Vous voyez que je suis incirconcis des lèvres, et *que j'ai de la peine à parler ;* comment *donc* Pharaon m'écoutera-t-il ?

CHAPITRE VII.

§ I. *Moïse est établi le dieu de Pharaon. Il va trouver ce prince. La verge d'Aaron est changée devant lui en un serpent qui dévore celle des magiciens* (1).

LA MÊME ANNÉE 2513.

1. Dixitque Dominus ad Moysen : Ecce constitui te Deum Pharaonis : et Aaron frater tuus erit propheta tuus.

2. Tu loqueris ei omnia quæ mando tibi : et ille loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israel de terra sua.

3. Sed ego indurabo cor ejus, et multiplicabo signa et ostenta mea in terra Ægypti (2),

4. Et non audiet vos : immit-

1. Alors le Seigneur dit à Moïse : Je vous ai établi *comme* le Dieu de Pharaon ; *vous exercerez sur lui ma puissance,* et Aaron votre frère sera votre prophète ; *il portera pour vous la parole.*

2. Vous direz *donc* à Aaron tout ce que je vous ordonne de dire ; et Aaron parlera à Pharaon, afin qu'il permette aux enfants d'Israël de sortir de son pays.

3. Mais j'endurcirai son cœur, *en l'abandonnant à sa propre malignité. Il ne se rendra point à mes ordres,* et *ainsi* je signalerai ma puissance dans l'Egypte par un grand nombre de prodiges et de merveilles, *que je serai obligé de faire pour le punir et vous délivrer.*

4. Car *comme* Pharaon ne vous écou-

(1) Bible vengée, note XIII. — (2) Rép. crit., tome I, page 76. — Livres saints vengés, tome 1, page 348.

---

29. *Loquere ad Pharaonem.* Hic Moses narrationem n. 14 cœptam, et per genealogiæ suæ descriptionem interruptam, resumit et prosequitur.

30. *Ait Moyses coram Domino.* Domino qui erat coram, sive coram quo stabat et agebat Moses. — *Incircumcisus labiis sum.* Vide hoc capite, supra n. 12.

CAP. VII. 1. *Deum Pharaonis.* Non quem ille fideliter adoret, sed serviliter timeat punientem, et dimisse obsecret ut plagas sistat, et plagis modum faciat. — *Aaron.... erit propheta tuus.* Cui scilicet tu reveles quæ ex me cognoveris ; et ille ea (quippe interpres tuus) Pharaoni, senioribus populoque proponat.

3. *Indurabo cor ejus.* Non ei duritiem immittendo, sed permittendo illum in sua perseverare duritie per gratiæ meæ subtractionem. * Non juvando indignum specialiore gratia, vel etiam quædam juste ponendo, eique immittendo, per quæ suo vitio et malitia indurabitur.

4. *Immittamque manum.* Percutiam, affligam, puniam. — *Per judicia*

Digitized by Google

tera point, j'étendrai ma main sur l'Egypte ; et après y avoir fait éclater la sévérité de mes jugements, j'en ferai sortir mon armée et mon peuple, *qui sont* les enfants d'Israël, *par des prodiges inouïs.*

5. Et les Egyptiens apprendront que je suis le Seigneur, après que j'aurai étendu ma main sur l'Egypte, et que j'aurai fait sortir les enfants d'Israël du milieu d'eux.

6. Moïse et Aaron firent donc et se conduisirent selon que le Seigneur le leur avait ordonné.

7. Moïse avait quatre-vingts ans, et Aaron quatre-vingt-trois, lorsqu'ils parlèrent à Pharaon.

8. Le Seigneur dit encore à Moïse et à Aaron :

9. Lorsque Pharaon vous dira : Faites des miracles devant nous, vous direz à Aaron : Prenez votre verge, et jetez-la devant Pharaon, et elle sera changée en serpent.

10. Moïse et Aaron, étant donc allés trouver Pharaon, firent ce que le Seigneur leur avait commandé. Aaron jeta sa verge devant Pharaon et ses serviteurs, et elle fut changée en serpent.

11. Pharaon ayant fait venir les sages *d'Egypte* et les magiciens, ils firent aussi la même chose par les enchantements du pays et par le secret de leur art : *Dieu le permettant ainsi pour punir Pharaon, et l'endurcir de plus en plus.*

(1) Rép. crit., tome III, page 44.

tamque manum meam super Ægyptum, et educam exercitum et populum meum filios Israel de terra Ægypti per judicia maxima.

5. Et scient Ægyptii quia ego sum Dominus qui extenderim manum meam super Ægyptum, et eduxerim filios Israel de medio eorum.

6. Fecit itaque Moyses et Aaron sicut præceperat Dominus : ita egerunt.

7. Erat autem Moyses octoginta annorum, et Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem (1).

8. Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron :

9. Cùm dixerit vobis Pharao : Ostendite signa, dices ad Aaron : Tolle virgam tuam, et projice eam coram Pharaone, ac vertetur in colubrum.

10. Ingressi itaque Moyses et Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus; tulitque Aaron virgam coram Pharaone et servis ejus, quæ versa est in colubrum.

11. Vocavit autem Pharao sapientes et maleficos : et fecerunt etiam ipsi per incantationes ægyptiacas et arcana quædam similiter.

---

maxima. Per maximas plagas. LXX, *cum ultione magna*; quæ omnibus justissimum Dei judicium in Ægyptios ostendat.

6. *Ita egerunt.* Pleonasmus; jam enim dixerat eos ita fecisse.

8. *Ad Moysen et Aaron.* Immediate Mosi, et per hunc Aaroni.

9. *Virgam tuam.* Virga hæc nunc Mosis, nunc Aaronis, nunc Dei dicitur, quia horum omnium fuit instrumentum ad patranda prodigia, et plagas Ægypti.

10. *Tulit.* Hebr. chald. et græc. habent, *projecit.*

11. *Maleficos.* Præstigiatores, quos LXX vocant *sophistas et veneficos.* Horum principes fuerunt Jannes et Mambres, ut patet II. Tim. 3. 8. — *Fecerunt etiam ipsi.* Ministerio dæmonum, sensus aspicientium ludificantes, ut videre se putarent quod non videbant; vel per motum localem, aut activa passivis applicando, ita ut causam ignorantibus res prodigio similis videretur.

Digitized by Google

12. Projeceruntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones : sed devoravit virga Aaron virgas eorum.

12. Chacun d'eux ayant *donc* jeté sa verge, elles furent changées en serpents; mais la verge d'Aaron dévora leurs verges, *Dieu voulant bien encore montrer aux Egyptiens combien il était au-dessus de leurs prétendus dieux, et combien ses serviteurs étaient au-dessus de leurs magiciens.*

§ II. *Le cœur de Pharaon s'étant endurci contre le miracle de la verge changée en serpent, Dieu fait changer en sang toutes les eaux de l'Egypte. Les magiciens de Pharaon imitent ce prodige, et son cœur demeure endurci.*

13. Induratumque est cor Pharaonis, et non audivit eos, sicut præceperat Dominus.

13. Mais le cœur de Pharaon s'endurcit, et il n'écouta point Moïse et Aaron, *ainsi que le Seigneur l'avait prédit, et il ne laissa point aller les Israélites,* selon que le Seigneur l'avait ordonné.

14. Dixit autem Dominus ad Moysen : Ingravatum est cor Pharaonis, non vult dimittere populum.

14. Alors le Seigneur dit à Moïse : Le cœur de Pharaon s'est endurci, il ne veut point laisser aller *mon* peuple.

15. Vade ad eum mane, ecce egredietur ad aquas, et stabis in occursum ejus super ripam fluminis : et virgam, quæ conversa est in draconem, tolles in manu tua.

15. Allez le trouver dès le matin, il sortira pour aller sur l'eau, et vous vous tiendrez sur le bord du fleuve pour venir au-devant de lui; vous prendrez en votre main la verge qui a été changée en serpent;

16. Dicesque ad eum : Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens : Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto : et usque ad præsens audire noluisti.

16. Et vous lui direz : Le Seigneur, le Dieu des Hébreux, m'a envoyé vers vous pour vous dire *de sa part :* Laissez aller mon peuple, afin qu'il me sacrifie dans le désert, et jusqu'à présent vous ne m'avez point voulu écouter.

17. Hæc igitur dicit Dominus : In hoc scies quòd sim Dominus : ecce percutiam virgâ, quæ in manu mea est, aquam fluminis, et vertetur in sanguinem.

17. Voici donc ce que dit le Seigneur : Vous connaîtrez en ceci que je suis le Seigneur *Dieu tout-puissant, et que vous devez m'obéir :* Je vais frapper l'eau de ce fleuve avec la verge que j'ai en ma main; elle sera changée en sang, *pour venger le sang des enfants de mon peuple que vous y avez fait périr.*

---

12. *Versæ sunt in dracones.* Veri dracones et serpentes a dæmone allati, virgis interim ab aspicientium oculis subtractis. — *Devoravit virga Aaron.* Serpens, in quem virga erat conversa, devoravit virgas, hoc est, serpentes, in quos virgæ eorum erant conversæ.

13. *Induratumque est cor Pharaonis.* Quia vidit magos suos similia signa fecisse, parum cogitans quod Aaronis virga magorum virgas devorasset.

15. *Stabis in occursum.* Prævenies ejus adventum ad Nili ripam, ut veniens in te incurrat.

17. *Percutiam virga.* Quæ ex serpente primæ formæ reddita erat. — *Quæ in manu mea est.* Verba sunt Dei, et tamen Moses virgam manu sua tenebat. Sed Deus et Moses quasi unus censentur, quemadmodum causa principalis et instrumentum vocantur una causa efficiens.

Digitized by Google

18. Les poissons aussi qui sont dans le fleuve mourront; les eaux se corrompront, et les Egyptiens qui en boivent *ordinairement* seront tourmentés *d'une grande soif, n'en pouvant plus boire.*

19. Le Seigneur dit encore à Moïse : dites à Aaron : Prenez votre verge, et étendez votre main sur les eaux d'Egypte, sur les fleuves, sur les ruisseaux, sur les marais et sur les eaux de tous les lacs, afin qu'elles soient changées en sang, et qu'il n'y ait que du sang en toute l'Egypte, dans tous les vaisseaux ou de bois ou de pierre.

20. Moïse et Aaron firent donc ce que le Seigneur leur avait ordonné. *Aaron* élevant sa verge, frappa l'eau du fleuve devant Pharaon et ses serviteurs, et l'eau fut changée en sang.

21. Les poissons qui étaient dans le fleuve moururent, le fleuve se corrompit, les Egyptiens ne pouvaient boire de ses eaux, et il y eut du sang dans tout le pays d'Egypte, *aux lieux où il y avait de l'eau auparavant.*

22. Les magiciens d'Egypte, *ayant envoyé chercher de l'eau dans la terre de Gessen, où elle n'avait pas été changée en sang,* firent la même chose avec leurs enchantements; et le cœur de Pharaon, *qui fut témoin de ce prestige,* s'endurcit. Il n'écouta point Moïse et Aaron, selon que le Seigneur l'avait prédit, *et il ne laissa point aller son peuple comme il le lui* avait ordonné *par la bouche de Moïse et d'Aaron.*

18. Pisces quoque qui sunt in fluvio, morientur, et computrescent aquæ, et affligentur Ægyptii bibentes aquam fluminis.

19. Dixit quoque Dominus ad Moysen : Dic ad Aaron : Tolle virgam tuam, et extende manum tuam super aquas Ægypti, et super fluvios eorum, et rivos ac paludes, et omnes lacus aquarum, ut vertantur in sanguinem : et sit cruor in omni terra Ægypti, tam in ligneis vasis quàm in saxeis.

20. Feceruntque Moyses et Aaron sicut præceperat Dominus : et elevans virgam, percussit aquam fluminis coram Pharaone et servis ejus : quæ versa est in sanguinem.

21. Et pisces, qui erant in flumine, mortui sunt : computruitque fluvius, et non poterant Ægyptii bibere aquam fluminis, et fuit sanguis in tota terra Ægypti.

22. Feceruntque similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis; et induratum est cor Pharaonis, nec audivit eos, sicut præceperat Dominus.

---

18. *Pisces.... morientur.* Qui extra aquam vivere non possunt, maxime in sanguine, qui crassus et calidus repugnat piscium complexioni. — *Computrescent aquæ.* Mortuis piscibus inficientur et corrumpentur, vel ad eum modum quo sanguis extra venas putrescit. — *Affligentur Ægyptii.* Siti cruciabuntur.

19. *Omnes lacus aquarum.* Hebr. *omnem congregationem aquarum,* puteos scilicet, fontes, rivos, etc. — *In omni terra Ægypti.* Etiam in terra Gessen, in qua Ægyptii degebant, ac ii præsertim qui vexabant Hebræos, quibus non erat parcendum. Interim tamen Hebræi a plaga immunes erant.

22. *Feceruntque similiter malefici.* Quibus aquæ copia fuit, vel a mari petita; quod solum potabiles aquæ et dulces in sanguinem essent conversæ; vel quia divina providentia aliquid aquæ reservatum est, ut esset magorum experimento locus; vel quia ex terra Gessen allata est, vel a Mose magis oblata. — * *Incantationibus suis.* Aliqui verterunt, διὰ τῶν ἀπορρήτων, arcanis artibus, quales magorum esse solent.

Digitized by Google

23. Avertitque se, et ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hâc vice.

24. Foderunt autem omnes Ægyptii per circuitum fluminis aquam ut biberent : non enim poterant bibere de aqua fluminis.

25. Impletique sunt septem dies, postquam percussit Dominus fluvium.

23. *Mais* il se retira de devant eux et entra dans sa maison, et il ne fléchit point encore son cœur pour cette fois.

24. Tous les Egyptiens creusèrent la terre le long du fleuve, et y cherchèrent de l'eau pour boire, parce qu'ils ne pouvaient boire de l'eau du fleuve.

25. Et il se passa sept jours entiers depuis la plaie dont le Seigneur avait frappé le fleuve, *jusqu'à ce que Moïse rétablit les eaux de l'Egypte dans leur premier état, sans que le cœur de Pharaon en fût amolli.*

CHAPITRE VIII.

§ I. *Dieu envoie encore Moïse vers Pharaon. Ce prince demeure dans son endurcissement. L'Egypte est frappée de la seconde plaie qui est celle des grenouilles* (1).

LA MÊME ANNÉE 2513.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen : Ingredere ad Pharaonem, et dices ad eum : Hæc dicit Dominus : Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi :

2. Sin autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis.

3. Et ebulliet fluvius ranas : quæ ascendent, et ingredientur domum tuam, et cubiculum lectuli tui, et super stratum tuum, et in domos servorum tuorum, et in populum tuum, et in furnos tuos,

1. Le Seigneur dit encore à Moïse : Allez trouver Pharaon, et lui dites : Voici ce que dit le Seigneur : Laissez aller mon peuple, afin qu'il me sacrifie.

2. Que si vous ne voulez pas le laisser aller, je frapperai toutes vos terres, *et je les couvrirai* de grenouilles.

3. Le fleuve en produira une infinité qui entreront dans votre maison, qui monteront dans la chambre où vous couchez et sur votre lit ; *qui entreront* dans les maisons de vos serviteurs, et dans celles de tout votre peuple ; *qui passe-*

(1) Bible vengée, note XIII.

---

23. *Nec apposuit cor.* Non adjecit animum ut crederet.

24. *Foderunt.... per circuitum fluminis.* Irrito conatu; nam sanguinem invenerunt, quamvis percolatum, et quasi aqueum; sic aliquo modo sitim solati sunt.

25. *Impletique sunt septem dies.* Plaga sanguinis dies septem tenuit. Hanc nova ranarum plaga excepit. Merito Ægyptiis fluvius versus est in sanguinem, qui eumdem fluvium in infantium Hebræorum perniciem converterant, eos aquis præfocando.

CAP. VIII. 2. *Terminos tuos.* Fines regni tui.

3. *Ingredientur domum tuam.* Instinctu divinitus insito, aut ab angelis actæ. Durior hæc plaga, quam plaga sanguinis. Nam si flumine in sanguine verso adempta aqua est, reliqui liquores relicti. At ranæ omnia occupabant, inficiebant, et coaxatione obtundebant, morientes et vivæ fœtore comple-

Digitized by Google

ront jusque dans vos fours, et jusque sur le reste de vos viandes.

4. C'est ainsi que vous serez tourmentés de ces grenouilles, vous, votre peuple et tous vos serviteurs. *Pharaon ne fut point touché de ces menaces, et demeura toujours dans son endurcissement.*

5. Le Seigneur dit donc à Moïse : Dites à Aaron : Etendez votre main sur les fleuves, sur les ruisseaux et sur les marais, et faites venir des grenouilles sur *toute* la terre d'Egypte.

6. Aaron étendit sa main sur les eaux d'Egypte, et les grenouilles en sortirent et couvrirent l'Egypte *de toutes parts.*

7. Les magiciens firent aussi la même chose par leurs enchantements, et ils firent venir des grenouilles sur la terre d'Egypte ; *mais ils ne les purent chasser ensuite quand ils le voulurent.*

8. Pharaon appela donc Moïse et Aaron, et leur dit : Priez le Seigneur, afin qu'il me délivre, moi et mon peuple, de ces grenouilles ; et je laisserai aller le peuple *d'Israël*, afin qu'il sacrifie au Seigneur.

9. Moïse répondit à Pharaon : *Pour vous assurer que c'est le Seigneur qui vous a envoyé ce mal, et que c'est lui qui vous en délivre*, marquez-moi *précisément* le temps auquel vous voulez que je prie pour vous, pour vos serviteurs, et pour votre peuple, afin que les grenouilles soient chassées loin de vous et de votre maison, de vos serviteurs et de votre peuple, et qu'elles ne demeurent plus que dans le fleuve.

et in reliquias ciborum tuorum :

4. Et ad te, et ad populum tuum, et ad omnes servos tuos, intrabunt ranæ.

5. Dixitque Dominus ad Moysen : Dic ad Aaron : Extende manum tuam super fluvios ac super rivos et paludes, et educ ranas super terram Ægypti.

6. Et extendit Aaron manum super aquas Ægypti, et ascenderunt ranæ, operueruntque terram Ægypti.

7. Fecerunt autem et malefici per incantationes suas similiter, eduxeruntque ranas super terram Ægypti.

8. Vocavit autem Pharao Moysen et Aaron, et dixit eis : Orate Dominum, ut auferat ranas a me et a populo meo : et dimittam populum, ut sacrificet Domino.

9. Dixitque Moyses ad Pharaonem : Constitue mihi quando deprecer pro te, et pro servis tuis, et pro populo tuo, ut abigantur ranæ a te, et a domo tua, et a servis tuis, et a populo tuo : et tantùm in flumine remaneant.

---

bant, sedentibus, ambulantibus, cubantibus infestæ.—*In reliquias ciborum tuorum.* Verti etiam posset cum LXX, *in massis sive pastis tuis*, ἐν τοῖς φύραμασί σου. Chaldæus, *in panariis tuis*, id est, in pistrino, et locis quibus panis conficitur.

5. *Extende manum tuam.* Qua scilicet tenes virgam, illa enim mirandorum effectrix, qua extensa a Deo evocatæ sunt ranæ.

6. *Super aquas.* Versus vel contra aquas, eminus ex ipsa Pharaonis aula, in qua tunc fuisse videtur, quamvis ex sacro textu clare non constet.

7. *Fecerunt autem et malefici.* Dæmonum ministerio, non tamen tam multas, sed pauculas exhibentes.

8. *Orate Dominum.* Hinc patet graviorem hanc fuisse plagam, quam sanguinis; hæc enim compulit Pharaonem orare Mosem ut auferretur, quod prius non fecerat.

9. *Constitue mihi.* Jubet Pharaonem tempus constituere, ne postea causari possit causarum naturalium efficientia ranas sublatas et exstinctas.

Digitized by Google

10. Qui respondit : Cras. At ille : Juxta, inquit, verbum tuum faciam : ut scias quoniam non est sicut Dominus Deus noster.

10. Demain, répondit Pharaon. Je ferai, dit Moïse ce que vous me demandez, afin que vous sachiez que rien n'est égal au Seigneur notre Dieu, *et qu'il fait tout ce qu'il lui plaît dans le ciel et sur la terre.*

11. Et recedent ranæ a te, et a domo tua, et a servis tuis, et a populo tuo : et tantùm in flumine remanebunt.

11. Les grenouilles se retireront de vous, de votre maison, de vos serviteurs et de votre peuple, et elles ne demeureront plus que dans le fleuve.

12. Egressique sunt Moyses et Aaron a Pharaone : et clamavit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum quam condixerat Pharaoni.

12. Moïse et Aaron étant sortis de devant Pharaon, Moïse cria au Seigneur pour *accomplir* la promesse qu'il avait faite à Pharaon de le délivrer des grenouilles au jour qu'il avait marqué.

13. Fecitque Dominus juxta verbum Moysi : et mortuæ sunt ranæ de domibus, et de villis, et de agris.

13. Et le Seigneur fit ce que Moïse lui avait demandé, et les grenouilles moururent dans les maisons, dans les villages et dans les champs.

14. Congregaveruntque eas in immensos aggeres, et computruit terra.

14. On les amassa en de grands monceaux, et la terre en fut infectée.

§ II. *Pharaon, endurci contre la seconde plaie, est frappé de la troisième qui est celle des moucherons, et de la quatrième qui est celle des grosses mouches.*

15. Videns autem Pharao quòd data esset requies, ingravavit cor suum, et non audivit eos, sicut præceperat Dominus.

15. Mais Pharaon, voyant qu'il avait un peu de relâche, appesantit son cœur, et il n'écouta point Moïse et Aaron comme le Seigneur l'avait *prédit, et il ne laissa point sortir son peuple comme il le lui avait* ordonné.

16. Dixitque Dominus ad Moysen : Loquere ad Aaron : Extende virgam tuam, et percute pulverem terræ, et sint ciniphes in universa terra Ægypti.

16. Alors le Seigneur dit à Moïse : Dites à Aaron : Etendez votre verge, et frappez la poussière de la terre, et que toute la terre de l'Egypte soit remplie de moucherons.

17. Feceruntque ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens : percussitque pulverem terræ, et facti sunt ciniphes in hominibus, et in jumentis : omnis pulvis terræ versus est in ciniphes per totam terram Ægypti.

17. Ils firent ce que Dieu leur avait dit. Et Aaron tenant sa verge étendit la main, et frappa la poussière de la terre ; et les hommes et les bêtes furent tout couverts de moucherons, et toute la poussière de la terre fut changée en moucherons dans toute l'Egypte.

---

10. *Qui respondit : Cras.* Ut tempus orandi daret, et ut interim experiretur an naturaliter, et ex se ranæ deficerent.

12. *Clamavit.* Desiderio et affectu.

14. *Congregaveruntque eas in immensos aggeres.* Non sunt statim ab oculis sublatæ, ne præstigiæ putarentur : credibile fœtorem ingentem exhaasse, quod tradunt Philo et Josephus. Merito Ægyptii ranis ex fluvio ebullientibus afflicti sunt, qui infantes fluvio merserant.

17. *Ciniphes.* Tertia plaga. Ciniphes alii pediculos, alii pulices, alii cu-

Digitized by Google

18. Les magiciens voulurent faire la même chose par leurs enchantements, et produire de ces moucherons; mais ils ne le purent; et les hommes et les bêtes en étaient couverts.

19. Alors ces magiciens, *reconnaissant leur impuissance,* dirent à Pharaon : C'est le doigt de Dieu qui agit ici. Mais le cœur de Pharaon s'endurcit, et il n'écouta point Moïse et Aaron comme le Seigneur l'avait *prédit, et il ne laissa point aller son peuple comme il le lui avait* ordonné.

20. Le Seigneur dit aussi à Moïse : Levez-vous dès la pointe du jour, et présentez-vous devant Pharaon; car il sortira pour aller sur l'eau, et vous lui direz: Voici ce que dit le Seigneur : Laissez aller mon peuple, afin qu'il me sacrifie.

21. Que si vous ne le laissez point aller, je m'en vais envoyer contre vous, contre vos serviteurs, contre votre peuple et dans vos maisons, *non des moucherons d'une seule espèce comme dans la plaie précédente, mais* des mouches de toutes sortes; et les maisons des Egyptiens, et tous les lieux où ils se trouveront, seront remplis de toutes sortes de mouches.

22. Et je rendrai en ce jour-là, *comme j'ai fait dans les autres,* la terre de Gessen, où est mon peuple, une terre miraculeuse, où il ne se trouvera aucune de ces mouches, afin que vous sachiez que c'est moi qui suis le Seigneur de toute la terre, *et que j'y envoie les biens et les maux comme il me plaît.*

18. Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, ut educerent ciniphes, et non potuerunt : erantque ciniphes tam in hominibus quàm in jumentis (1).

19. Et dixerunt malefici ad Pharaonem : Digitus Dei est hic; induratumque est cor Pharaonis, et non audivit eos sicut præceperat Dominus (2).

20. Dixit quoque Dominus ad Moysen : Consurge diluculo, et sta coram Pharaone : egredietur enim ad aquas, et dices ad eum : Hæc dicit Dominus : Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi.

21. Quòd si non dimiseris eum, ecce ego immittam in te, et in servos tuos, et in populum tuum, et in domos tuas, omne genus muscarum : et implebuntur domus Ægyptiorum muscis diversi generis, et universa terra in qua fuerint.

22. Faciamque mirabilem in die illa terram Gessen, in qua populus meus est, ut non sint ibi muscæ : et scias quoniam ego Dominus in medio terræ.

(1) Bible vengée, note XIV. — Rép. crit., tome II, page 106. — (2) Bible vengée, note XIV.

---

lices fuisse aiunt : res est obscura; neque enim constat quid significet vox כִּנִּים *chinnim,* quæ est in textu hebræo.

18. ***Feceruntque similiter.*** Conati sunt facere. — ***Et non potuerunt.*** Deo illos impediente, ut impotentiæ et mendacii arguerentur incantatores, qui cum majora fecissent, in minoribus deficerent.

19. ***Digitus.*** Divina scilicet virtus et operatio.— ***Dei est hic.*** Agnoscunt magi divinam virtutem, et illi nihilominus obnituntur, quod et dæmones faciunt.

21. ***Omne genus muscarum.*** LXX verterunt, κοινόμυιαν, quam vocem noster interpres retinuit, Ps. 77. 45, et Ps. 104. 31, ***Cœnomyiam,*** quasi dicat : Communem muscam, omne genus muscarum. * Consentit Aquila, qui vertit πάμμυιαν, ***omnem muscam.*** At LXX legunt κυνόμυῖαν, ***muscam caninam.***

22. ***Faciamque mirabilem... Gessen.*** Quæ immunis erit ab hujusmodi muscis, cum tamen pecoribus abundet. — ***In medio terræ.*** Id est, dominans in terra ampla et lata.

Digitized by Google

23. Ponamque divisionem inter populum meum et populum tuum : cras erit signum istud.

24. Fecitque Dominus ita. Et venit musca gravissima in domos Pharaonis et servorum ejus, et in omnem terram Ægypti : corruptaque est terra ab hujuscemodi muscis.

23. Je mettrai *donc* cette différence entre mon peuple et votre peuple ; demain ce miracle se fera, *et vous le verrez de vos yeux.*

24. Le Seigneur fit ce qu'il avait dit : Une multitude de mouches très-dangereuses vint dans les maisons de Pharaon, de ses serviteurs, et par toute l'Egypte, et la terre fut corrompue par cette sorte de mouches.

§ III. *Pharaon, pour être délivré de ces plaies, promet de laisser aller le peuple d'Israël; mais il change de sentiment, et s'endurcit de nouveau.*

25. Vocavitque Pharao Moysen et Aaron, et ait eis : Ite et sacrificate Deo vestro in terra hac.

26. Et ait Moyses : Non potest ita fieri : abominationes enim Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro; quòd si mactaverimus ea quæ colunt Ægypti, coram eis, lapidibus nos obruent.

27. Viam trium dierum pergemus in solitudinem : et sacrificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis.

28. Dixitque Pharao : Ego dimittam vos, ut sacrificetis Domino Deo vestro in deserto : verumtamen longiùs ne abeatis : rogate pro me.

29. Et ait Moyses : Egressus à te, orabo Dominum : et recedet musca à Pharaone, et à servis suis, et à populo ejus eras : verumtamen noli ultra fallere, ut non di-

25. Alors Pharaon appela Moïse et Aaron, et leur dit : Allez sacrifier à votre Dieu dans ce pays-ci.

26. Moïse répondit : Cela ne se peut faire, car nous sacrifierons au Seigneur notre Dieu des *animaux dont la mort paraîtrait une* abomination aux Egyptiens. Que si nous tuons devant les yeux des Egyptiens ce qu'ils adorent, ils nous lapideront. *Nous ne sacrifierons donc point au Seigneur dans cette terre;*

27. *Mais* nous irons dans le désert trois journées de chemin, et nous y sacrifierons au Seigneur notre Dieu comme il nous l'a commandé.

28. Et Pharaon lui dit : Je vous laisserai aller dans le désert pour sacrifier au Seigneur votre Dieu ; mais n'allez donc pas plus loin. Priez *Dieu* pour moi.

29. Moïse répondit : Je prierai le Seigneur aussitôt que je serai sorti d'auprès de vous ; et demain toutes les mouches se retireront de Pharaon, de ses serviteurs et de son peuple. Mais ne me trom-

---

23. *Ponamque divisionem.* Hebr. est, *ponam redemptionem,* quasi dicat : Redimam, eximam, et liberabo meos Hebræos a communi plaga.

24. *Venit musca.* Quartam hanc plagam muscarum sine sensibili signo, sine extensione virgæ, sed ex se solo inflixit Deus, ne quis suspicaretur aliquid numinis virgæ inesse, aut non esse Deum, qui hoc patraret.—*Gravissima.* Plurima. Sic Ps. 34. 18, dicitur : *In populo gravi laudabo te,* id est, multo; vel gravissima, id est, molestissima.

26. *Abominationes enim Ægyptiorum.* Oves et boves mactaturi sumus, quorum cædem Ægyptii abominandam putant, quia eos ut deos colunt, non ergo expedit ut coram ipsis ista sacrificemus, ne nos lapidibus petant, aut alia ratione violent. * Vel sensus est : Offeremus ea Deo, quæ occidi, ac proinde Deo sacrari nefas esse putant Ægyptii.

Digitized by Google

pez *donc* plus, en ne laissant point encore aller le peuple pour sacrifier au Seigneur, *comme vous avez déjà fait plusieurs fois.*

30. Moïse étant sorti d'avec Pharaon pria le Seigneur.

31. Et le Seigneur fit ce que Moïse lui avait demandé : il chassa toutes les mouches qui tourmentaient Pharaon, ses serviteurs et son peuple, sans qu'il en restât une seule.

32. Mais le cœur de Pharaon s'endurcit, en sorte qu'il ne voulut point permettre encore pour cette fois que le peuple *du Seigneur* s'en allât.

mittas populum sacrificare Domino.

30. Egressusque Moyses a Pharaone, oravit Dominum.

31. Qui fecit juxta verbum illius : et abstulit muscas à Pharaone, et à servis suis, et à populo ejus : non superfuit ne una quidem.

32. Et ingravatum est cor Pharaonis, ita ut nec hâc quidem vice dimitteret populum.

CHAPITRE IX.

§ I. *Cinquième plaie. Dieu frappe de peste toutes les bêtes des Egyptiens, et épargne celles des Israélites* (1).

LA MÊME ANNÉE 2513.

1. Le Seigneur dit à Moïse : Allez trouver Pharaon, et lui dites : Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu des Hébreux : Laissez aller mon peuple, afin qu'il me sacrifie.

2. Que si vous refusez *de m'obéir*, et si vous le retenez encore,

3. Je m'en vais étendre ma main sur vos champs; et les chevaux, les ânes, les chameaux, les bœufs et les brebis seront frappés d'une peste très-dangereuse.

4. Et le Seigneur fera un miracle pour discerner ce qui appartient aux enfants d'Israël, d'avec ce qui appartient aux Egyptiens; en sorte que de tout ce que possèdent les enfants d'Israël rien ne périra.

5. Le Seigneur a marqué lui-même le

1. Dixit autem Dominus ad Moysen : Ingredere ad Pharaonem, et loquere ad eum : Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum : Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi.

2. Quod si adhuc renuis, et retines eos :

3. Ecce manus mea erit super agros tuos; et super equos, et asinos, et camelos, et boves, et oves, pestis valdè gravis.

4. Et faciet Dominus mirabile, inter possessiones Israel, et possessiones Ægyptiorum, ut nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israel.

5. Constituitque Dominus tem-

(1) Bible vengée, note XIII.

---

32. *Ingravatum est.* Hebr. *aggravavit Pharao cor suum.* Sic et LXX.

CAP. IX. 3. *Manus mea.* Flagellum, pestis nimirum, ut statim subditur. — *Super agros tuos, et super equos.* Particula *et* est exegetica, et sententia est : super equos, etc., qui sunt in agris tuis. Hæc ergo pestis non homines corripuit, sed animalia, non quidem omnia, sed ea tantum quæ erant in agris. — *Boves, et oves.* Non edebant carnes ovium et boum, sed vescebantur lacte, caseo, etc., et bobus utebantur ad arandum.

4. *Inter possessiones.* Inter pecora quæ possident Hebræi et Ægyptii.

Digitized by Google

pus, dicens : Cras faciet Dominus verbum istud in terra.

6. Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die : mortuaque sunt omnia animantia Ægyptiorum : de animalibus verò filiorum Israel nihil omnino periit.

7. Et misit Pharao ad videndum : nec erat quidquam mortuum de his quæ possidebat Israel. Ingravatumque est cor Pharaonis, et non dimisit populum.

temps *de cette peste,* et il déclare que ce sera demain qu'il fera cette merveille sur la terre, *et qu'il frappera l'Egypte de cette plaie dont il exemptera son peuple.*

6. Le Seigneur fit donc le lendemain ce qu'il avait dit : toutes les bêtes des Egyptiens moururent, et nulle de toutes celles des enfants d'Israël ne périt.

7. Pharaon envoya voir, et l'on trouva que rien n'était mort de tout ce que possédait Israël. Mais le cœur de Pharaon s'endurcit, et il ne laissa point aller le peuple *du Seigneur.*

§ II. *Sixième plaie. Dieu fait jeter de la cendre en l'air, et il s'en forme des ulcères dans les hommes et les animaux par toute l'Egypte.*

8. Et dixit Dominus ad Moysen et Aaron : Tollite plenas manus cineris de camino, et spargat illum Moyses in cœlum coram Pharaone.

9. Sitque pulvis super omnem terram Ægypti : erunt enim in hominibus et jumentis ulcera, et vesicæ turgentes, in universa terra Ægypti.

10. Tuleruntque cinerem de camino, et steterunt coram Pha-

8. Alors le Seigneur dit à Moïse et à Aaron : Prenez plein vos mains de la cendre qui est dans la cheminée, et que Moïse la jette en l'air devant Pharaon.

9. Et que cette poussière se répande par toute l'Egypte; il s'en formera des ulcères et des tumeurs dans les hommes et dans les animaux par toute l'Egypte.

10. Ayant donc pris de la cendre dans la cheminée, ils se présentèrent devant Pha-

---

7. *Et misit Pharao ad videndum.* In superioribus plagis non misit ad explorandum an Hebræi a malis essent immunes; vel quia viæ ob ranas, ciniphes, etc., erant impervіæ; vel quia non subiit illum hæc cura.—*Ingravatumque est cor Pharaonis.* Non petit ut plaga cesset, quia jam animalia peste erant exstincta.

8. *Ad Moysen et Aaron.* Vide supra, c. 7, n. 8.—*Cineris de camino.* Vox hebraica proprie significat albam illam favillam, quæ necdum plane versa est in cinerem. Apposite favilla hac ardentes pustulæ demonstrantur : hæ enim cineris instar fiunt ex calore. Apteque factum est ut Ægyptii, qui Hebræos fornace lateritia torserant, acerbissime eadem torquerentur : qua de causa de ægyptiaca servitute loquens Moses, Deut. 4. 20, ait : *Eduxit vos de fornace ferrea Ægypti.* — *Spargat illum Moyses.* Aaron mutarat aquas in sanguinem, ranas et ciniphes evocarat : jam Moysi majora signa reservantur; spargit cinerem in cœlum, quia cœlitus immittebatur plaga.

9. *Sitque pulvis super omnem terram.* Non plus pulveris aut cineris Moses sparsit, quam manu comprehendisset; sed illum Deus sparsum in aere in morem densæ nivis multiplicavit, et in Ægyptios detulit; inde iis hominibus et jumentis, in quæ delatus est, ulcera et pustulæ exortæ sunt. — *In hominibus et jumentis.* Non omnibus, sed plurimis; nam reliqua sequenti grandinis plaga percussa perierunt. — *Ulcera, et vesicæ turgentes.* Ulcera ardore et sanie turgida et tumentia. Hac ulcerum et tumoris laga vindicata Ægyptiorum superbia et fastus.

Digitized by Google

raon, et Moïse la jeta en l'air : en même temps il se forma des ulcères et des tumeurs dans les hommes et dans les animaux.

11. Et les magiciens ne pouvaient se tenir devant Moïse, à cause des ulcères qui leur étaient venus, comme à tout le reste des Egyptiens.

12. Le Seigneur endurcit le cœur de Pharaon, il n'écouta point Moïse et Aaron, selon que le Seigneur l'avait prédit à Moïse.

raone, et sparsit illum Moyses in cœlum : factaque sunt ulcera vesicarum turgentium in hominibus et jumentis.

11. Nec poterant malefici stare coram Moyse propter ulcera quæ in illis erant, et in omni terra Ægypti.

12. Induravitque Dominus cor Pharaonis, et non audivit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen.

§ III. *Septième plaie. La grêle et le tonnerre. Dieu en avertit Pharaon afin qu'il l'évite, mais son cœur s'endurcit de plus en plus.*

13. Le Seigneur dit encore à Moïse : Levez-vous dès le point du jour, et présentez-vous devant Pharaon, et lui dites : Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu des Hébreux : Laissez aller mon peuple, afin qu'il me sacrifie.

14. Car c'est maintenant que je vais faire fondre toutes mes plaies sur votre cœur, sur vos serviteurs et sur votre peuple, afin que vous sachiez que nul n'est semblable à moi dans toute la terre.

15. Je vais donc maintenant étendre ma main et frapper ; et *je vous ferai sentir que quand je le voudrai* vous périrez de dessus la terre ; *et vous seriez déjà péri, si je n'avais voulu vous conserver pour vous faire servir plus longtemps à ma gloire* (1).

16. Car je vous ai établi pour faire éclater en vous ma toute-puissance, et pour ren-

13. Dixitque Dominus ad Moysen : Mane consurge, et sta coram Pharaone, et dices ad eum : Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum : Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi.

14. Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, et super servos tuos, et super populum tuum : ut scias quòd non sit similis meî in omni terra.

15. Nunc enim extendens manum, percutiam te et populum tuum peste, peribisque de terra.

16. Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem

(1) Traduisez plutôt d'après l'hébreu : « Car maintenant j'aurais étendu ma main, et je vous aurais frappé, vous et votre peuple, de la peste, et vous auriez été exterminé de la terre ; mais je vous ai laissé subsister pour faire éclater, » etc.

---

11. *Nec poterant malefici stare.* Licet in tertio signo ciniphum victi, adhuc tamen calumniis, et ut poterant, Mosi obnitebantur.

14. *Omnes plagas meas.* Non quas possum, sed quas destinavi immittere ad te perdendum. — *Super cor tuum.* Quæ cor tuum saucient.

15. *Populum tuum peste.* Pestis hic significat omne excidii genus, quod deinceps in Pharaonem immisit Deus ; quasi dicat : Plagas plagis addam, donec excidaris a terra. LXX habent, *interficiam* : sic dicimus scelestum aliquem esse pestem civitatis aut juventutis.

16. *Ut ostendam in te fortitudinem meam.* Te regem constitui, sustinui, conservavi, permisique ut in populum meum tyrannus insurgeres, ut ego vicissim in te insurgerem, tandemque te mergerem in mari Rubro, ut sic omnes meam justitiam ac potentiam agnoscant ac vereantur.

Digitized by Google

meam, et narretur nomen meum in omni terra.

17. Adhuc retines populum meum : et non vis dimittere eum?

18. En pluam cras hâc ipsâ horâ grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto, a die qua fundata est, usque in præsens tempus.

19. Mitte ergo jam nunc, et conrgega jumenta tua, et omnia quæ habes in agro : homines enim, et jumenta, et universa quæ inventa fuerint foris, nec congregata de agris, ceciderit que super ea grando, morientur.

20. Qui timuit verbum Domini de servis Pharaonis, fecit confugere servos suos et jumenta in domos :

21. Qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit servos suos, et jumenta in agris.

22. Et dixit Dominus ad Moysen : Extende manum tuam in cœlum, ut fiat grando in universa terra Ægypti super homines, et super jumenta, et super omnem herbam agri in terra Ægypti.

23. Extenditque Moyses virgam in cœlum, et Dominus dedit tonitrua, et grandinem, ac discurrentia fulgura super terram : pluitque Dominus grandinem super terram Ægypti.

24. Et grando et ignis mixta pariter ferebantur : tantæque fuit

dre mon nom célèbre dans toute la terre *par les prodiges que votre endurcissement m'obligera de faire pour le punir.*

17. *Quoi!* vous retenez encore mon peuple, et vous ne voulez pas le laisser aller, *après toutes les plaies dont je vous ai frappé!*

18. *Pour vous punir de cette opiniâtreté,* demain, à cette même heure, je ferai pleuvoir une horrible grêle, et telle qu'on n'en a point vu de semblable dans l'Egypte depuis qu'elle est habitée, jusqu'aujourd'hui.

19. Envoyez donc dès maintenant à la campagne, et faites-en retirer *ce qui vous reste encore de* vos bêtes, et tout ce que vous y avez; car les hommes et les bêtes, et toutes les choses qui se trouveront dehors et qu'on n'aura point retirées des champs, mourront étant frappés de la grêle.

42. Cette nuit dans laquelle le Seigneur les a tirés de l'Egypte doit être consacrée à l'honneur du Seigneur ; et tous les enfants d'Israël doivent l'observer, *et l'honorer* dans la suite de tous les âges, *selon le commandement que le Seigneur leur en avait fait, et en la manière qu'il leur avait prescrite.*

43. Dixitque Dominus ad Moysen et Aaron : Hæc est religio Phase : Omnis alienigena non comedet ex eo.

43. *Car* le Seigneur dit aussi à Moïse et à Aaron : Le culte de la Pâque s'observera de cette sorte : Nul étranger n'en mangera.

44. Omnis autem servus emptitius circumcidetur, et sic comedet.

44. Tout esclave que l'on aura acheté sera circoncis, et après cela il en mangera.

---

fuerat, nec fermentata. — *Pulmenti.* Obsonii, v. g., carnis, piscis, oleris.

40. *Quadringentorum triginta annorum.* Si numerare incipiamus ab anno 75 Abrahami, quo anno Abraham evocatus a Deo cœpit ab Haran peregrinari versus terram Chanaan. Dicitur autem habitatio fuisse 430 annorum, quia media hujus temporis parte in Ægypto fuerunt, hoc est, 215 annis, quæ etiam pars potior fuit, et magnis calamitatibus Hebræorum insignis.

41. *Eadem die.* Paschæ scilicet.

42. *Nox ista est observabilis Domini.* Hebr. *nox custodiarum ;* quam scilicet omnes custodire, observare et celebrare debent.

43. *Dixitque Dominus.* Aliquanto tempore post egressum. — *Hæc est religio.* Hic est ritus Phase. — *Omnis alienigena.* Qui est alterius gentis, qui non est Hebræus. — *Non comedet ex eo.* Nisi per circumcisionem proselytus fiat, et vobis adjungatur.

44. *Servus emptitius circumcidetur.* Omnino jubentur circumcidi, ita ut non sit illis liberum incircumcisis manere ut advenis, etc., de quibus statim. * Optabat enim Dominus Hebræos non alios emere servos, quam eos qui sacra judaica suscipere vellent, et circumcidi. Ita Abulens. et alii.

Digitized by Google

45. Mais l'étranger et le mercenaire, *qui ne sera point circoncis*, n'en mangeront point.

46. L'agneau se mangera dans une même maison; vous ne transporterez dehors rien de sa chair, et vous n'en romprez aucun os.

47. Toute l'assemblée d'Israël fera la Pâque.

48. Que si quelqu'un des étrangers veut vous être associé et faire la Pâque du Seigneur, tout ce qu'il y aura de mâle avec lui sera circoncis auparavant, et alors il la pourra célébrer, et il sera comme un habitant de *votre* terre; mais celui qui ne sera point circoncis n'en mangera point.

49. La même loi se gardera pour les habitants du pays et pour les étrangers qui demeurent avec vous.

50. Tous les enfants d'Israël exécutèrent ce que le Seigneur avait commandé à Moïse et à Aaron.

51. Et en ce même jour le Seigneur fit sortir de l'Egypte les enfants d'Israël par diverses bandes.

45. Advena et mercenarius non edent ex eo.

46. In una domo comedetur, nec efferetis de carnibus ejus foras, nec os illius confringetis.

47. Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud.

48. Quòd si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, et facere Phase Domini, circumcidetur priùs omne masculinum ejus, et tunc ritè celebrabit : eritque sicut indigena terræ : si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo.

49. Eadem lex erit indigenæ et colono qui peregrinatur apud vos.

50. Feceruntque omnes filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi et Aaron.

51. Et eâdem die eduxit Dominus filios Israel de terra Ægypti per turmas suas.

CHAPITRE XIII.

§ I. *Le Seigneur ordonne aux Israélites de lui consacrer tous les premiers-nés, et de solenniser tous les ans la fête de Pâque en reconnaissance de leur délivrance de la servitude d'Egypte.*

LA MÊME ANNÉE 2513.

1. Le Seigneur parla encore *ce même jour* à Moïse, et lui dit :

2. Consacrez-moi tous les premiers-nés

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Sanctifica mihi omne primo-

---

45. *Advena.* Gentilis, v. g., mercator qui inter vos commoratur. — *Mercenarius.* Famulus, vel operarius, qui operas suas vobis locat : hi enim non coguntur circumcidi; non tamen Phase comedent, nisi circumcisionem admittant.

46. *Nec efferetis de carnibus ejus foras.* Itaque pars aliqua ad eos, qui in aliis domibus versabantur, mitti non poterat.—*Nec os illius confringetis.* Ossa agni confringi non debebant, quod etiam in Christo servatum est, Joan. 19. 36, qui agno hoc significabatur.

47. *Faciet illud.* Id est, sacrificabit.

48. *In vestram voluerit transire coloniam.* Fieri proselytus, ut habent LXX.

CAP. XIII. 2. *Sanctifica mihi omne primogenitum.* Hebræorum primogenita servaverat Deus; merito ergo sibi jubet sanctificari, hoc est, a communi

Digitized by Google

genitum quod aperit vulvam in filiis Israel, tam de hominibus quàm de jumentis : mea sunt enim omnia.

3. Et ait Moyses ad populum : Mementote diei hujus in qua egressi estis de Ægypto et de domo servitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto : ut non comedatis fermentatum panem.

4. Hodie egredimini mense novarum frugum.

5. Cùmque introduxerit te Dominus in terram Chananæi, et Hethæi, et Amorrhæi, et Hevæi, et Jebusæi, quam juravit patribus tuis ut daret tibi, terram fluentem lacte et melle, celebrabis hunc morem sacrorum mense isto.

6. Septem diebus vesceris azymis : et in die septimo erit solemnitas Domini.

7. Azyma comedetis septem diebus; non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis.

8. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens : Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Ægypto.

9. Et erit quasi signum in manu tua, et quasi monumentum ante

qui ouvrent le sein de leur mère parmi les enfants d'Israël, tant des hommes que des bêtes; *j'ai droit d'exiger cela de vous*, car toutes choses sont à moi.

3. Et Moïse dit au peuple : Souvenez-vous de ce jour auquel vous êtes sortis de l'Egypte et de la maison de *votre* esclavage : souvenez-vous que le Seigneur vous a tirés de ce lieu par la force de son bras, et gardez-vous de manger *en ce jour* du pain avec du levain.

4. Vous sortez aujourd'hui dans ce mois, *qui est celui où l'on commence à avoir* des blés nouveaux.

5. Et lorsque le Seigneur vous aura fait entrer dans la terre des Chananéens, des Héthéens, des Amorrhéens, des Hévéens et des Jébuséens, qu'il a juré à vos pères de vous donner, dans cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel, vous célébrerez en ce mois ce culte sacré *en la manière qui suit :*

6. Vous mangerez des pains sans levain pendant sept jours; et le septième jour sera un jour *particulièrement consacré au culte* du Seigneur.

7. Vous mangerez, *dis-je*, des pains sans levain; et il n'y aura plus rien chez vous où il y ait du levain, non plus qu'en toutes vos terres.

8. En ce jour-là vous direz à votre fils : *Je solennise cette fête en mémoire de* la grâce que le Seigneur m'a faite lorsque je sortis de l'Egypte.

9. Et *cette solennité* sera comme un signe dans votre main, et comme un

---

usu separari, ut ipsi dedicentur, et offerantur, * ut templo serviant.—***Quod aperit vulvam.*** Quod principium est materiæ generationis : huc spectat illud Luc. 2. 23 : ***Omne masculinum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur;*** itaque hac lege non comprehendebatur proles femella, * nec proles ex vidua, quæ ante peperisset. Qui tamen plures habebat uxores, debebat singularum uxorum primum fœtum, si masculus esset, Deo consecrare. — ***In filiis.*** Inter filios. — ***Mea sunt.*** Non solum creationis titulo, sed etiam quia primogenita tua a communi strage Ægyptiorum exemi.

4. ***Mense novarum frugum.*** Mense nisan, qui, ut dictum est, partim martio, partim aprili respondet.

5. ***Cumque introduxerit.*** Et hoc patet legem comedendi Phase et azyma, ut et præcedentem de primogenitis, non obligasse Hebræos totis 40 annis, quibus in deserto vagati sunt.

9. ***Quasi signum in manu tua.*** Judæi, ut huic præcepto satisfacerent, legem decalogi membranulis inscriptam brachio, fronti, fimbriis, aut ostiis

Digitized by Google

monument devant vos yeux, afin que la loi du Seigneur soit toujours dans votre bouche, *comme elle y doit être par reconnaissance des prodiges que le Seigneur a faits en votre faveur ;* car le Seigneur vous a tirés de l'Egypte par la force de son bras.

10. Vous observerez *donc* ce culte tous les ans au jour qui vous a été ordonné.

11. Et lorsque le Seigneur vous aura fait entrer dans la terre des Chananéens, selon le serment qu'il vous en a fait, à vous et à vos pères, et qu'il vous l'aura donnée *pour votre héritage*,

12. Vous séparerez pour le Seigneur tout ce qui ouvre le sein de sa mère, et tous les premiers-nés de vos bestiaux, et vous consacrerez au Seigneur tous les *premiers-nés* mâles que vous aurez.

13. Vous échangerez le premier-né de l'âne, *qui peut être offert en sacrifice*, pour une brebis ; que si vous ne le rachetez point *par cet échange*, vous le tuerez. Et vous rachèterez avec de l'argent tous les premiers-nés de vos enfants.

14. Quand donc votre fils vous interrogera un jour, et vous dira : Que signifie ceci ? vous lui répondrez : Le Seigneur nous a tirés de l'Egypte, de la maison de *notre* esclavage, par la force de son bras.

oculos tuos : et ut lex Domini semper sit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto.

10. Custodies hujuscemodi cultum statuto tempore a diebus in dies.

11. Cùmque introduxerit te Dominus in terram Chananæi, sicut juravit tibi et patribus tuis, et dederit tibi eam :

12. Separabis omne quod aperit vulvam Domino, et quod primitivum est in pecoribus tuis : quidquid habueris masculini sexûs, consecrabis Domino.

13. Primogenitum asini mutabis ove : quòd si non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.

14. Cùmque interrogaverit te filius tuus cras, dicens : Quid est hoc? respondebis ei : In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti, de domo servitutis.

---

domus affigebant; et hæc sunt phylacteria quæ carpit Christus, Matth. 23. 5. *Præcepta*, inquit S. Hier. in c. 23. Matth. citatum, *erunt in manu tua ut compleantur : erunt ante oculos tuos, ut die ac nocte mediteris in eis.*

10. *A diebus in dies.* Id est, ab anno in annum; quasi dicat : Certa annorum et continua serie. Hebræum enim יָמִים *jamim*, id est, dies, in plurali significat annum.

11. *Chananæi.* Sub quo cæteras intelligit gentes in terra promissa habitantes; harum enim omnium pater fuit Chanaan, Genes. 10. 15.

12. *In pecoribus tuis.* Pecora hic sunt, quæ pastum et cibum præbent, ut sunt oves, capræ, boves.

13. *Primogenitum asini.* Id est, asinæ; hujus enim aperitur vulva, et asinus tam mas est quam femina. Unde agno paschali additur vox *masculus*, sup. c. 12. 5. * Quod dicitur, *mutabis oves*, intellige agno, vel hædo. — *Si non redemeris, interficies.* Si vilior sit primogenitus asini, quam ut illum ove redimere velis tunc non immolabis, sed præcisa cervice occides : hoc enim significat verbum hebræum עָרַף *araph*, et græcum νωτοκοπήσεις. — *Omne autem primogenitum hominis.... redimes.* Ut hæc redemptio refricaret memoriam redemptionis primogenitorum, cum a gladio angeli subducta sunt; et quia solos levitas suo tabernaculo et cultui destinaverat.

14. *Cras.* Futuris temporibus. * Vide Math. 6. 34.

Digitized by Google

15. Nam cùm induratus esset Pharao, et nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti, a primogenito hominis usque ad primogenitum jumentorum, idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexùs, et omnia primogenita filiorum meorum redimo.

16. Erit igitur quasi signum in manu tua, et quasi appensum quid, ob recordationem, inter oculos tuos : eò quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.

15. Car Pharaon étant endurci, et ne voulant pas nous laisser aller, le Seigneur tua dans l'Egypte tous les premiers-nés, depuis les premiers-nés des hommes jusqu'aux premiers-nés des bêtes; c'est pourquoi j'immole au Seigneur tous les mâles *d'entre les bêtes* qui ouvrent le sein de leur mère, et je rachète tous les premiers-nés de mes enfants.

16. Ceci donc sera comme un signe en votre main; et comme une chose suspendue devant vos yeux, pour exciter votre souvenir, *et ranimer dans votre cœur la reconnaissance dont nous devons être pénétrés*, parce que le Seigneur nous a tirés de l'Egypte par la force de son bras.

§ II. *Le Seigneur conduit les Israélites par le désert qui est sur la pointe de la mer Rouge. Moïse emporte les os de Joseph. Les Israélites campent à Etham. Une colonne de nuée leur sert de guide pendant le jour, et une colonne de feu pendant la nuit.*

17. Igitur cùm emisisset Pharao populum, non eos duxit Deus per viam terræ Philisthiim quæ vicina est : reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset adversùm se bella consurgere, et reverteretur in Ægyptum (1).

17. Or Pharaon ayant fait sortir de ses terres le peuple *d'Israël*, le Seigneur ne les conduisit point *dans la terre de Chanaan* par le chemin du pays des Philistins, qui est voisin *de cette terre, et qui aurait été le plus court*, de peur qu'ils ne vinssent à se repentir d'être sortis *de l'Egypte*, s'ils voyaient s'élever des guerres contre eux *de la part des Philistins, comme il n'aurait pas manqué d'arriver*, et qu'ils ne retournassent en Egypte *pour les éviter*.

(1) Bible vengée, note XVIII.

---

15. *Usque ad primogenitum jumentorum.* Omnia primogenita etiam jumentorum, puta equorum, asinorum, camelorum, cæsa sunt in Ægypto; in hujus tamen rei memoriam Deus non jumentorum omnium, sed pecorum tantum (ut dictum est n. 12), primogenita sibi ab Hebræis offerri voluit.

16. *Quasi appensum quid.* Alii vertunt, *frontale*, quod Judæi crasse accipiunt de scheda in fronte pendente, cui decalogus inscriptus sit; quomodo hæc intelligenda sint, diximus n. 9. ex D. Hier.

17. *Per viam terræ Philisthiim.* Hoc iter a Chanaan in Ægyptum per Philisthinos communiter dicitur esse decem dierum. Philo ait esse trium dierum. — *Si vidisset adversum se bella consurgere.* Etiam alia via pugnandum fuit cum Amalec, cap. 17; sed illud prælium fuit unicum, et quadragesimo die ab exitu de Ægypto initum, et divino auxilio facile confectum : si autem transissent Hebræi per Philisthinos, statim et assidue eis pugnandum fuisset cum hostibus bellicosissimis; tales enim erant Philisthini.

Digitized by Google

18. Mais il leur fit faire un long circuit par le chemin du désert qui est près de la mer Rouge. Les enfants d'Israël sortirent ainsi en armes d'Egypte, *emportant tout ce qui leur appartenait.*

19. Et Moïse emporta aussi avec lui les os de Joseph, selon que Joseph l'avait fait promettre avec serment aux enfants d'Israël, en leur disant : Dieu vous visitera; emportez d'ici mes os avec vous, *lorsqu'il vous en fera sortir.*

20. Etant donc sortis de Socoth, ils campèrent à Etham, à l'extrémité de la solitude.

21. Et le Seigneur marchait devant eux, pour leur montrer le chemin, paraissant durant le jour en une colonne de nuée, et pendant la nuit en une colonne de feu, pour leur servir de guide le jour et la nuit.

22. Jamais la colonne de nuée ne manqua de paraître devant le peuple pendant le jour, ni la colonne de feu pendant la nuit.

18. Sed circumduxit per viam deserti, quæ est juxta mare Rubrum : et armati ascenderunt filii Israel de terra Ægypti (1).

19. Tulit quoque Moyses ossa Joseph secum : eò quòd adjurasset filios Israel, dicens : Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum.

20. Profectique de Socoth castrametati sunt in Etham in extremis finibus solitudinis.

21. Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam, per diem in columna nubis, et per noctem in columna ignis : ut dux esset itineris utroque tempore (2).

22. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

CHAPITRE XIV.

§ I. *Dieu ordonne aux Israélites de retourner sur leurs pas, et de s'engager dans les défilés pour donner lieu à Pharaon de les attaquer, et au Seigneur de faire éclater sa puissance contre ce prince et contre son peuple.*

LA MÊME ANNÉE 2513.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

1. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens :

(1) Rép. crit., tome II, page 68. — (2) Bible vengée, note XIX. — Rép. crit. tome I, page 89. — Livres saints vengés, tome I, page 359.

---

18. *Armati.* Honestiores jam ante arma domi suæ habuerunt, alii prænoniti ante egressum sibi compararunt, et commodari sibi ab Ægyptiis postularunt, ut se a feris tuerentur in deserto, et ab hostibus etiam, si aliqui in ipsos insurgerent; nam eos habuisse arma patet ex bello quod paulo post cum Amalecitis gesserunt.

19. *Ossa Joseph.* Verisimile est etiam hoc tempore aliorum patriarcharum ratrum Joseph translata; nam ex Act. cap. 7, n. 16, constat eos translatos fuisse in Palæstinam, et sepultos in Sichem.

20. *In Etham.* Etham situs erat in ultima solitudine vicina mari Rubro, et montibus prærupta : unde etiam nomen videtur invenisse. Etham enim, Heb. *fortem,* indeque asperum et præruptum significat.

21. *Columna nubis.* Quæ ab angelo mota signum itineris erat Hebræis; nec tantum hæc columna qua eundum esset monstrabat, sed etiam Hebræorum castra inumbrabat, et æstum defendebat; quod etiam habemus Num. 10. 34 : *Nubes quoque Domini super eos erat per diem cum incederent.* LXX vertunt, *nubes Domini fuit obumbrans* (σκιάζουσα) *super eos.* Porro hæc columna nubis, quæ per diem Israelitarum iter regebat idem noctu præstabat officium, sed specie ignis, ut facilius cerneretur.

Digitized by Google

2. Loquere filiis Israel : Reversi castrametentur à regione Phihahiroth, quæ est inter Magdalum et mare contra Beelsephon : in conspectu ejus castra ponetis super mare (1).

2. Dites aux enfants d'Israël qu'*au lieu d'aller au mont Sinaï par le chemin ordinaire qui va à l'Orient*, ils retournent *du côté de l'Occident*, et qu'ils campent devant Phihahiroth, qui est entre Magdala et la mer *Rouge*, vis-à-vis de Béelsephon : vous camperez vis-à-vis de ce lieu sur le bord de la mer *Rouge, afin de donner occasion à vos ennemis de vous attaquer, et à moi de faire éclater ma toute-puissance.*

3. Dicturusque est Pharao super filiis Israel : Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum.

3. Car Pharaon va dire, *en parlant* des enfants d'Israël, *qu'il verra campés en ce lieu environné de montagnes et de déserts :* Ils sont embarrassés en des lieux étroits et renfermés par le désert : *allons les attaquer, ils ne pourront nous échapper. Tel sera le raisonnement de Pharaon.*

4. Et indurabo cor ejus, ac persequetur vos : et glorificabor in Pharaone, et in omni exercitu ejus; scientque Ægyptii quia ego sum Dominus. Feceruntque ita.

4. Je lui endurcirai le cœur, et il vous poursuivra *dans la folle confiance de combattre contre moi avec succès;* et je serai glorifié dans *la défaite de* Pharaon, et dans *la perte de* toute son armée : et *alors* les Egyptiens sauront que je suis le Seigneur. Les enfants d'Israël firent donc ce que le Seigneur leur avait ordonné; *ils vinrent camper entre Magdala et la mer Rouge.*

5. Et nuntiatum est regi Ægyptiorum quòd fugisset populus : immutatumque est cor Pharaonis et servorum ejus super populo,

5. Et l'on vint dire au roi des Egyptiens que les Hébreux, *au lieu d'aller sacrifier à leur Dieu, comme ils l'avaient dit,* avaient pris la fuite, *et ne devaient plus*

(1) Bible vengée, note XX.

CAP. XIV. 2. *E regione Phihahiroth.* Quarta hæc est Hebræorum statio. LXX vertunt, *e regione suburbii,* vel *villæ.* Vox hebraica significat, *os foraminum;* erat quippe ingressus inter montes, qui erant ab utroque latere. Posset etiam verti, *os siccitatum;* quod illac a mari Rubro esset aditus, qua ibatur ad solitudinem Etham, siccam nempe et aridam. — *Magdalum.* Quod hebraice *turrim* sonat. Fortasse fuit arx monti imposita. — *Beelsephon.* Hebraice idem est quod *Dominus speculæ,* quæ nominis interpretatio ostendit loca illa edita fuisse et prærupta. * Aliqui dicunt Beelsephon idolum fuisse finibus custodiendis, et ad impediendam fugam e regno; ideoque nominatur, ut appareat quam nihil contra Israelitas potuerit. Romani putabant virginum vestalium precibus servorum fugam inhiberi, si tamen urbe nondum pedem extulissent. Rosinus, l. 3, c. 19, ex Plinio.—*Super mare.* Juxta vel versus mare.

3. *Super filiis Israel.* De filiis Israel. — *Coarctati.* In illis locorum angustiis, animis etiam pendentes et anxii.

4. *Glorificabor in Pharaone.* Mergens eum aquis maris; tunc enim apparebit mea potentia et justitia. — *Scientque Ægyptii.* Suo suorumque malo docti, tandem intelligent.

5. *Immutatumque est cor.* Voluntas, sententia.

Digitized by Google

revenir. En même temps le cœur de Pharaon et de ses serviteurs fut changé à l'égard de ce peuple, et ils dirent : A quoi avons-nous pensé, de laisser ainsi aller les Israélites, afin qu'ils ne nous fussent plus assujettis ?

et dixerunt : Quid voluimus facere ut dimitteremus Israel, ne serviret nobis?

6. Il fit donc préparer son chariot *de guerre*, et prit avec lui tout son peuple.

6. Junxit ergo currum, et omnem populum suum assumpsit secum (1).

7. Il emmena aussi six cents chariots choisis, et tout ce qui se trouva de chariots *de guerre* dans l'Egypte, avec les chefs de toute l'armée.

7. Tulitque sexcentos currus electos, et quidquid in Ægypto curruum fuit, et duces totius exercitûs (2).

8. Le Seigneur endurcit le cœur de Pharaon, roi d'Egypte, et il se mit à poursuivre les enfants d'Israël. Mais ils étaient sortis sous la conduite d'une main puissante, *contre laquelle il ne pouvait faire que de vains efforts.*

8. Induravitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, et persecutus est filios Israel : at illi egressi erant in manu excelsa.

9. Les Egyptiens, poursuivant donc les Israélites qui étaient devant, et marchant sur leurs traces, les trouvèrent dans leur camp sur le bord de la mer; toute la cavalerie et les chariots de Pharaon avec toute son armée étaient à Phihahiroth, vis-à-vis de Béelsephon.

9. Cùmque persequerentur Ægyptii vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare : omnis equitatus et currus Pharaonis, et universus exercitus, erant in Phihahiroth contra Beelsephon (3).

§ II. *Les Israélites sont saisis de crainte à la vue de l'armée de Pharaon qui les poursuit. Ils crient au Seigneur, ils murmurent contre Moïse qui les rassure en leur promettant la protection de Dieu.*

10. Lorsque Pharaon était déjà proche, les enfants d'Israël levant les yeux et ayant aperçu les Egyptiens derrière eux, furent saisis d'une grande crainte, ils crièrent au Seigneur, *les uns en implorant son secours, et les autres en murmurant : ces derniers étaient en grand nombre* (4).

10. Cùmque appropinquasset Pharao, levantes filii Israel oculos, viderunt Ægyptios post se : et timuerunt valdè : clamaveruntque ad Dominum.

(1) Bible vengée, note XXI. — (2) Bible vengée, note XXI. — (1) Rép. crit., tome I, page 78.— (4) Les Israélites étaient en effet dans la plus triste situation;

7. ***Sexcentos currus.*** Olim curribus falcatis, et in curribus depugnabant : currus enim suis falcibus demetebant homines et equos; milites vero de illis bellantes ferebantur in hostem. — ***Duces totius exercitus.*** LXX vertunt, τριςάτας. S. Greg. Nyss. in cant. Mosis, et græcus scholiastes aiunt antiquos magnos fecisse currus qui tres caperent, quorum unus erat auriga, duo reliqui milites, et hos *tristatas* dictos volunt. Alii putant fuisse milites fortissimos, quorum scilicet unusquisque contra tres stare posset. Alii vertunt, *triarios*. Probabile fortes illos milites in alios præfecturam exercuisse, quod indicat vulgatus interpres.

10. ***Timuerunt valde.*** Non enim erant armis assueti et bello, sed oneribus et jugo.—***Clamaveruntque ad Dominum.*** Orantes et expostulantes : hoc videntur suadere, quæ sequuntur.

Digitized by Google

11. Et dixerunt ad Moysen : Forsitan non erant sepulcra in Ægypto, ideo tulisti nos ut moreremur in solitudine : quid hoc facere voluisti, ut educeres nos ex Ægypto?

11. Et ils dirent à Moïse : Peut-être qu'il n'y avait point de sépulcres en Egypte, et c'est pour cela que vous nous avez amenés ici, afin que nous mourions dans la solitude. Quel dessein aviez-vous, quand vous nous avez fait sortir de l'Egypte?

12. Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes : Recede à nobis, ut serviamus Ægyptiis; multò enim melius erat servire eis, quàm mori in solitudine.

12. N'était-ce pas là ce que nous vous disions étant encore en Egypte : Retirez-vous de nous, afin que nous servions les Egyptiens; car il valait beaucoup mieux que nous fussions leurs esclaves, que de *venir* mourir dans ce désert, *ou par la faim, ou par l'épée des Egyptiens.*

13. Et ait Moyses ad populum : Nolite timere : state, et videte magnalia Domini quæ facturus est hodiè : Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis usque in sempiternum.

13. Moïse répondit au peuple : Ne craignez point, demeurez fermes, et considérez les merveilles que le Seigneur va faire aujourd'hui; car les Egyptiens que vous voyez devant vous *vont disparaître, et* vous ne les verrez plus jamais *en état de vous faire peur, comme ils font aujourd'hui.*

14. Dominus pugnabit pro vobis, et vos tacebitis.

14. Le Seigneur combattra pour vous, et vous demeurerez dans le silence *et dans le repos, sans qu'il soit besoin que vous preniez les armes pour vous défendre de vos ennemis.*

§ III. *Le Seigneur ordonne aux enfants d'Israël de marcher au travers de la mer Rouge, et en même temps il l'ouvre et la dessèche, pour leur laisser un passage libre et commode.*

15. Dixitque Dominus ad Moysen : Quid clamas ad me? Loquere filiis Israel ut proficiscantur.

15. *Moïse s'adressa ensuite au Seigneur*, et le Seigneur dit à Moïse : Pourquoi criez-vous vers moi? *ne savez-vous pas que je suis au milieu de vous?* Dites *donc* aux enfants d'Israël qu'ils marchent *sans rien craindre.*

car à l'orient ils avaient devant eux la mer; au sud, les déserts d'Egypte; à l'occident, une montagne étroitement fermée et le désert; et au nord, sur leurs traces, les Egyptiens en fureur et bien armés; à juger des choses humainement, ils étaient perdus sans ressource.

---

13. *Nolite timere.* Molliter et blande respondet Moses, vir mitissimus. — *Magnalia.* Hebr. *Salutem.*

14. *Et vos tacebitis.* Vos quiescetis, otiose et jucunde hanc Dei pro vobis pugnam et prælium spectando.

15. *Quid clamas ad me? Clamor* (inquit D. Bern. serm. 16. in Psalm. 90.) *in Dei auribus est desiderium vehemens.* Hujusmodi fuerat Mosis clamor, licet Scriptura non exprimat. Proinde eum exaudiens ait Deus : *Quid clamas ad me?* non reprehendens, sed se adesse ostendens, et ad futurum miraculum excitans et præparans.

Digitized by Google

16. Et pour vous, élevez votre verge, et étendez votre main sur la mer, et la divisez, afin que les enfants d'Israël marchent à sec au milieu de la mer.

16. Tu autem eleva virgam tuam, et extende manum tuam super mare, et divide illud : ut gradiantur filii Israel in medio mari per siccum.

17. J'endurcirai le cœur des Egyptiens, afin qu'ils vous poursuivent *au milieu des eaux :* et je serai glorifié dans Pharaon et dans toute son armée, dans ses chariots et dans sa cavalerie, *que je jerai tous périr.*

17. Ego autem indurabo cor Ægyptiorum ut persequantur vos : et glorificabor in Pharaone, et in omni excercitu ejus, et in curribus et in equitibus illius.

18. Et les Egyptiens sauront que je suis le Seigneur, lorsque je serai ainsi glorifié dans Pharaon, dans ses chariots et dans sa cavalerie.

18. Et scient Ægyptii quia ego sum Dominus, cùm glorificatus fuero in Pharaone, et in curribus atque in equitibus ejus.

19. Alors l'ange de Dieu, qui marchait devant le camp des Israélites, alla derrière eux ; et en même temps la colonne de nuée, quittant la tête du peuple,

19. Tollensque se angelus Dei, qui præcedebat castra Israel, abiit post eos : et cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum,

20. Se mit aussi derrière, entre le camp des Egyptiens et le camp d'Israël ; et la nuée était ténébreuse *d'une part,* et *de l'autre* elle éclairait la nuit ; en sorte que les deux armées ne purent s'approcher dans tout le temps de la nuit ; *la nuée qui éclairait les Israélites les dérobant en même temps à la vue des Egyptiens.*

20. Stetit inter castra Ægyptiorum et castra Israel : et erat nubes tenebrosa, et illuminans noctem, ita ut ad se invicem toto noctis tempore accedere non valerent.

21. Moïse ayant *donc* étendu sa main sur la mer, le Seigneur en divisa les eaux, et faisant souffler un vent violent et brûlant pendant toute la nuit, il en

21. Cùmque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi et urente totâ nocte, et vertit in

---

16. *In medio mari.* Per ipsum mare altum et vastum : medium ergo hic non præcise medium significat : sic ille ait : *Mediis sitiemus in undis.*

17. *Ut persequantur vos.* Adimam illis timorem, ut audacter in alveum maris se immittere non vereantur, ut vos assequantur.

19. *Angelus Dei.* In columna nubis delitescens.

20. *Tenebrosa, et illuminans.* Illuminabat Hebræos, et Ægyptiis tenebras effundebat. * Migrarat angelus nubem regens ad ultimam Hebræorum aciem, et qua parte præcedentes Hebræos respiciebat nubes, erat lucida; qua vero subsequentes Ægyptios, tenebrosa. Hujus lucis beneficio iter suum Hebræi prosequebantur per mare Rubrum transeuntes.

21. *Vehementi et urente.* Vide supra, c. 10, n. 13. Ventus tantum immissus est ad alveum maris lutosum exsiccandum : nam divisio et suspensio aquarum angeli ministerio facta est. Oportet admodum latam fuisse viam, per quam tres hominum milliones unius noctis spatio transierunt. — *Tota nocte.* Nimirum usque ad ingressum Hebræorum in mare. — *Divisaque est aqua.* Quia in Ps. 135. 13, dicitur : *Qui divisit mare Rubrum in divisiones,* tradunt Hebræi tot fuisse in mari vias, quot erant tribus Israel. Sed incerta

Digitized by Google

siccum : divisaque est aqua (1).

22. Et ingressi sunt filii Israel per medium sicci maris : erat enim aqua quasi murus à dextra eorum et læva.

dessécha *le fond ;* et *ainsi l'eau fut divisée en deux, sans qu'il en restât une goutte sur la terre.*

22. *En sorte que* les enfants d'Israël marchèrent à *pied* sec au milieu de la mer, ayant l'eau à droite et à gauche, qui leur servait comme d'un mur.

§ IV. *Les Egyptiens poursuivent les Israélites jusqu'au milieu de la mer. Elle se rejoint et les fait tous périr.*

23. Persequentesque Ægyptii ingressi sunt post eos, et omnis equitatus Pharaonis, currus ejus, et equites, per medium maris.

24. Jamque advenerat vigilia matutina, et ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis et nubis, interfecit exercitum eorum :

25. Et subvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptii : Fugiamus Israelem : Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

23. Et les Egyptiens qui les poursuivaient entrèrent après eux au milieu de la mer, avec toute la cavalerie de Pharaon, ses chariots et ses chevaux.

24. Mais lorsque la veille du matin fut venue, le Seigneur ayant regardé *dans sa colère* le camp des Egyptiens au travers de la colonne de feu et de la nuée, fit périr toute leur armée.

25. Il renversa les roues des chariots, et ils furent entraînés dans le fond *de la mer. Or voici de quelle manière il opéra cette merveille. Il laissa entrer jusqu'au milieu de la mer les Egyptiens qui poursuivaient les Israélites.* Alors *il lança contre eux ses foudres et son tonnerre ;* les Egyptiens *en furent effrayés ; et y reconnaissant la main de Dieu*, ils s'entredirent *les uns aux autres :* Fuyons les Israélites, parce que le Seigneur combat pour eux contre nous. *En même temps ils se mirent à fuir.*

(1) Bible vengée, note XXII. — Rép. crit., tome I, page 79. — Livres saints vengés, tome I, page 374.

---

traditio, et eo loco psalmi vox, *divisiones*, significat duo latera maris divisi inter quæ via patebat Hebræis.

22. *Sicci maris.* Quantum satis erat ad commode transeundum ; itaque Sap. 19. 7, dicitur : *In mari Rubro via sine impedimento.* * Hoc maris spatium trium leucarum esse docet Adrichomius et alii.

24. *Vigilia matutina.* Dividebant tam Romani quam Hebræi unamquamque noctem in quatuor partes æquales, quarum singulæ erant ternarum horarum, eæque ab excubiis militaribus, quæ nocte quater mutari erant solitæ, vocabantur vigiliæ, eædemque ordine vigilia prima, vigilia secunda, etc., censebantur. Erat ergo vigilia matutina quarta et ultima noctis vigilia sub auroram et diluculum. — *Respiciens Dominus.* Angelus Deum referens, qui latebat in columna ignis. — *Interfecit exercitum.* Partem exercitus : est synecdoche ; nam alia pars hac cœlesti suorum strage territa, dum fugam parat, ab aquis recurrentibus absorpta est.

25. *Ferebanturque in profundum.* Currus enim prius elati per rotas, jam rotis excussis simul cum rotis deprimebantur in profundum.

Digitized by Google

26. Mais le Seigneur dit à Moïse : Étendez votre main sur la mer, afin que les eaux retournent sur les Egyptiens, sur leurs chariots et sur leur cavalerie.

27. Moïse étendit donc la main sur la mer, et dès la pointe du jour elle retourna au même lieu où elle était auparavant. Ainsi, lorsque les Egyptiens s'enfuyaient, les eaux vinrent au-devant d'eux, et le Seigneur les enveloppa au milieu des flots.

28. Les eaux étant retournées de la sorte, couvrirent et les chariots et la cavalerie de toute l'armée de Pharaon qui était entrée dans la mer en poursuivant *Israël*, et il n'en échappa pas un seul.

29. Mais les enfants d'Israël passèrent à *pied* sec au milieu de la mer, ayant les eaux à droite et à gauche, qui leur tenaient lieu de mur.

30. En ce jour-là, *qui était le vingt-un du premier mois*, le Seigneur délivra *les enfants d'*Israël de la main des Egyptiens.

31. Et ils virent *que par un nouveau miracle* les corps morts des Egyptiens, *au lieu d'aller au fond, avaient été rejetés* sur le bord de la mer; *ils admirèrent les effets de* la main puissante que le Seigneur avait étendue contre eux, *et de la bonté avec laquelle il donnait à son peuple le moyen de profiter de leurs dépouilles.* Alors le peuple *d'Israël* craignit le Seigneur *plus qu'il n'avait encore fait;* il crut au Seigneur et à Moïse son serviteur.

26. Et ait Dominus ad Moysen : Extende manum tuam super mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios super currus et equites eorum.

27. Cùmque extendisset Moyses manum contra mare, reversum est primo diluculo ad priorem locum : fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, et involvit eos Dominus in mediis fluctibus.

28. Reversæque sunt aquæ, et operuerunt currus et equites cuncti exercitûs Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare : nec unus quidem superfuit ex eis.

29. Filii autem Israel perrexerunt per medium sicci maris, et aquæ eis erant quasi pro muro a dextris et a sinistris :

30. Liberavitque Dominus in die illa Israel de manu Ægyptiorum.

31. Et viderunt Ægyptios mortuos super littus maris, et manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos : timuitque populus Dominum, et crediderunt Domino, et Moysi servo ejus.

CHAPITRE XV.

§ I. *Cantique de Moïse en actions de grâces du passage de la mer Rouge et de la défaite des Egyptiens.*

LA MÊME ANNÉE 2513.

1. Alors Moïse et les enfants d'Israël chantèrent ce cantique au Seigneur, et ils dirent : Chantons des hymnes au Sei-

1 Tunc cecinit Moyses et filii Israel carmen hoc Domino, et dixerunt : Cantemus Domino :

---

27. *Reversum est primo diluculo ad priorem locum.* Hebr. *ad fortitudinem suam,* ad suum vigorem, ut scilicet, sicut prius, aquæ tum tumescerent, et fluctus agerent.

31. *Manum magnam.* Ingentem cladem, quam potenti sua dextera Dominus patraverat.

Cap. XV. 1. *Carmen hoc.* Quo genere carminis conscriptum sit hoc canticum ignoratur. Josephus versus hexametros fuisse affirmat. — *Cantemus.*

Digitized by Google

gloriosè enim magnificatus est, equum et ascensorem dejecit in mare.

2. Fortitudo mea, et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem : iste Deus meus, et glorificabo eum : Deus patris mei, et exaltabo eum.

3. Dominus quasi vir pugnator, Omnipotens nomen ejus.

4. Currus Pharaonis et exercitum ejus projecit in mare : electi principes ejus submersi sunt in mari Rubro.

5. Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

6. Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine : dextera tua, Domine, percussit inimicum.

7. Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos : misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam.

8. Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ : stetit unda

gneur, parce qu'il a fait éclater *en notre faveur* sa grandeur et sa gloire, qu'il a précipité dans la mer le cheval et le cavalier *qui* nous *poursuivait*.

2. Le Seigneur est ma force et le sujet de mes louanges, parce qu'il est devenu mon Sauveur; c'est lui qui est mon Dieu, et je publierai sa gloire; il est le Dieu de mon père, et je relèverai sa grandeur.

3. Le Seigneur *s'est fait voir à nos ennemis*, comme un guerrier *invincible* : son nom est le Tout-Puissant.

4. Il a précipité dans la mer les chariots de Pharaon et son armée : les plus grands d'entre ses princes ont été submergés dans la mer Rouge.

5. Ils ont été ensevelis dans les abîmes; ils sont tombés comme une pierre au fond des eaux.

6. Votre droite, Seigneur, s'est signalée *dans cette occasion*, et elle a fait éclater sa force; votre droite, Seigneur, a frappé l'ennemi *de votre peuple*.

7. Et vous avez renversé vos adversaires par la grandeur de votre puissance *et par l'éclat* de votre gloire : vous avez envoyé *le feu de* votre colère, qui les a dévorés comme une paille *sèche*.

8. Vous avez excité le vent de votre fureur; et à son souffle les eaux se sont

---

Hebr. *cantabo;* nam Moses hoc carmen Spiritu sancto suggerente composuit, nomine suo et suorum. — *Equum et ascensorem.* Equum et equitem, ac præcipue Pharaonem.

2. *Fortitudo mea.* Quasi dicat : Non nostræ fortitudini, sed divinæ hanc victoriam adscribimus. — *Laus mea.* Argumentum et materia laudis meæ. — *Factus est mihi in salutem.* Factus est mihi salvator. — *Iste Deus meus.* Quasi dicat : Hic Deus, qui nos salvavit in mari Rubro, Deus verus est et fortis; nam in hebræo est אֵל *el*, quæ vox Deum fortem significat. Cæteri dii infirmi sunt, et dii non sunt. — *Glorificabo eum.* Chaldæus vertit, *ædificabo ei sanctuarium :* Cajetanus, *habitabo eum*, hoc est, habitaculum ei excitabo. Vatablus, *decorabo eum.* — *Exaltabo eum.* Eum altissimum palam confitebor, et quantum potero, prædicabo.

3. *Dominus quasi vir pugnator.* Hebr. *vir belli.* LXX, *Deus conterens bella.*

4. *Projecit in mare.* Hebr. *ejaculatus est*, quasi dicat : ea facilitate, qua sagittarius sagittam emittit.

5. *Abyssi.* Aquarum voragines.

6. *Magnificata est.* Palam facta est potentia et virtus tua magna.

7. *Gloriæ tuæ.* Fortitudinis, qua gloriam consecutus es. Ornatus et pœseos causa vario schemate idem effert. — *Deposuisti.* Hebr. *subvertisti, dissipasti.* — *Iram tuam.* Pœnas ac supplicia, quæ juste iræ tuæ sunt effectus.

8. *In spiritu furoris tui.* In indignatione et furore tuo : sic Psal. 138. 7,

Digitized by Google

resserrées, l'eau qui coule *naturellement* s'est arrêtée, et les abîmes des eaux se sont pressés. *Ils ont remonté des deux côtés pour ouvrir* au milieu de la mer *un passage à votre peuple.*

9. L'ennemi *voyant cette route extraordinaire, par laquelle vous conduisiez vos enfants, bien loin de s'arrêter par la crainte et par le respect qu'il devait concevoir pour eux*, a dit : Je les poursuivrai *au travers des abîmes*, et je les atteindrai, je partagerai leurs dépouilles, et mon âme *irritée* sera pleinement satisfaite; je tirerai mon épée, *je les percerai de coups*, et ma main les fera tomber morts *à mes pieds.*

10. *C'est ainsi, Seigneur, que parlaient nos ennemis; mais* vous avez répandu votre souffle, et la mer les a engloutis. Ils sont tombés, comme du plomb, au fond des *plus* grandes eaux.

11. Qui d'entre les forts est semblable à vous, Seigneur? qui vous est semblable, à vous, qui êtes grand dans votre sainteté, terrible *dans votre colère*, et digne de toutes louanges, à cause des merveilles que vous avez faites *pour nous délivrer des mains de nos ennemis?*

12. Vous avez étendu la main *contre eux*, et la terre les a dévorés, *la mer les ayant précipités jusqu'au fond de ses abîmes.*

13. Vous vous êtes rendu par votre miséricorde le conducteur du peuple que vous avez racheté *de la servitude de l'E-*

fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

9. Dixit inimicus : Persequar et comprehendam, dividam spolia, implebitur anima mea : evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

10. Flavit spiritus tuus, et operuit eos mare : submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

11. Quis similis tui in fortibus, Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

12. Extendisti manum tuam, et devoravit eos terra.

13. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti : et portasti eum in fortitudine tua,

---

dicitur : *Quo ibo a spiritu tuo*, et Is. 30. 28 : *Spiritus ejus velut torrens inundans.* — *Congregatæ sunt aquæ.* Hinc et inde, ut transitus Hebræis pateret. — *Stetit unda fluens.* In hebræo additur, *sicut acervus;* unde Ps. 77. 13, dicitur : *Statuit aquas quasi in utre.* — *Congregatæ.* Hebr. *coagulatæ.* Idem LXX, ἐπάγη τὰ κύματα, *compacti sunt fluctus.*

9. *Implebitur anima mea.* Desiderium meum saturabitur.

10. *Flavit spiritus tuus.* Potentia ultionis tuæ.

11. *Quis similis tui in fortibus, Domine?* LXX, *quis similis tui in diis, Domine?* אֵל *el*, Deum fortem significat; inde *elim, dii fortes*, dii qui falso fortes habentur. — *Terribilis atque laudabilis.* Hebr. *terribilis laudibus*, quia scilicet omni præconio major, non mortales modo, sed etiam angeli ejus laudes exsequi formidant, cum sciant se non posse pro merito laudare.

12. *Devoravit eos terra.* Alveus maris.

13. *Populo quem redemisti.* Ex Ægypti servitute. — *Et portasti eum.* Hoc prophetice dicitur : sensus est : et portabis ad terram Chanaan, quam habitaculum sanctum vocat, quia in ea Abraham, Isaac, Jacob viri sancti ha-

Digitized by Google

ad habitaculum sanctum tuum.

14. Ascenderunt populi, et irati sunt : dolores obtinuerunt habitatores Philisthiim.

15. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor : obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

16. Irruat super eos formido et pavor, in magnitudine brachii tui : fiant immobiles quasi lapis, donec Jertranseat populus tuus, Domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

17. Introduces eos, et plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es, Domine : sanctuarium tuum, Domine, quod firmaverunt manus tuæ.

18. Dominus regnabit in æternum et ultra.

gypte ; et vous l'avez porté par votre puissance jusque dans *la terre que vous avez choisie pour y établir* votre demeure sainte.

14. Les peuples *qui habitaient cette terre* se sont élevés *contre ce dessein de votre miséricorde ;* ils se sont irrités *de la protection que vous donniez à vos Israélites ;* les Philistins *en* ont été saisis d'une profonde douleur.

15. Les princes d'Edom *en* ont été troublés, l'épouvante a surpris les forts de Moab, et tous les habitants de Chanaan ont séché de crainte.

16. *Seigneur*, que l'épouvante et l'effroi tombent sur eux *de plus en plus*, à cause de la puissance de votre bras ; qu'ils deviennent immobiles comme une pierre, jusqu'à ce que votre peuple soit passé *dans le lieu que vous lui destinez*, jusqu'à ce qu'il soit passé, ce peuple que vous vous êtes acquis *par tant de merveilles.*

17. *C'est ce que vous ferez, Seigneur, en faveur de vos enfants :* vous les introduirez *dans la terre que vous leur avez promise*, et vous les établirez sur la montagne *sainte que vous avez choisie pour le lieu* de votre héritage, sur cette demeure très-ferme que vous vous êtes préparée vous-même ; *vous les établirez* dans votre sanctuaire, Seigneur, *dans ce sanctuaire*, que vos mains ont *construit et* affermi *pour toujours*,

18. *Où* le Seigneur règnera dans l'éternité et au-delà *de tous les siècles, et d'où aucun ennemi ne pourra jamais nous chasser.*

---

hitarunt; quia in ea futurum templum, et in ea nasciturus et versaturus Christus, B. Virgo, apostoli, etc.

14. *Ascenderunt populi, et irati sunt.* Hebr. *audierunt pqpuli.* Audierunt, consultarunt, ascenderunt, sive egressi sunt contra Hebræos, ut eos prohiberent aditu Chananææ. Dicuntur hæc spiritu prophetico.

15. *Obriguerunt.* Similes stupentibus facti sunt præ timore.

16. *Fiant immobiles.* Hebr. *sileant ut lapides.* Mosis votum superavit Deus; nam eos Hebræi non modo vicerunt, sed etiam pene ad internecionem ceciderunt.— *Donec pertranseat populus tuus.* In terram promissam Chanaan.

17. *Introduces eos, et plantabis.* Ut stabilem, firmam et naturalem instar plantarum et arborum, fixix radicibus sedem obtineant. — *In monte hæreditatis tuæ.* Monte Sion, in quo ædificandum templum, quod futurum erat domus et hæreditas Dei.

18. *Æternum, et ultra.* Æternum sæpe vocatur seculum longissimum,

Digitized by Google

19. Car Pharaon, *qui était le plus puissant de tous*, est entré à cheval dans la mer avec ses chariots et ses cavaliers, *pour nous exterminer;* et le Seigneur a fait retourner sur eux les eaux de la mer, *pour les y noyer.* Mais les enfants d'Israël ont passé à *pied* sec au milieu des eaux, *et ce prodige inouï que Dieu a fait en notre faveur nous assure pour toujours de sa puissante protection.*

19. Ingressus est enim eques Pharao cum curribus et equitibus ejus in mare : et reduxit super eos Dominus aquas maris : filii autem Israel ambulaverunt per siccum in medio ejus.

§ II. *Marie, sœur d'Aaron, et les autres femmes chantent le cantique de Moïse. Les enfants d'Israël entrent dans le désert de Sur. Ils manquent d'eau et murmurent. Moïse adoucit les eaux de Mora* (1). *Ils viennent camper à Elim.*

20. Marie, prophétesse, sœur d'Aaron, *voulant aussi témoigner sa reconnaissance au Seigneur*, prit un tambour, et toutes les femmes marchèrent après elle avec des tambours, formant des chœurs *de musique.*

21. Et Marie chantait la première, en disant *comme Moïse :* Chantons des hymnes au Seigneur, parce qu'il a fait éclater

20. Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua : egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis et choris.

21. Quibus præcinebat, dicens. Cantemus Domino; gloriosè enim magnificatus est, equum et ascen-

(1) Bible vengée, note XXIII.

---

cujus finis et terminus non videtur, etiamsi ipsum, vere et proprie æternum non sit; hoc enim significat hebræum verbum עולם *gnolam.* Itaque quando absolutam æternitatem significare volunt, addunt particulam, *et ultra.* Possumus etiam dicere esse hyperbolem, cujus sententia sit : Dominus regnabit, et regnet in æternum, et ultra, si aliquis ulterior terminus, qui æternitate non comprehendatur, statui possit.

20. *Prophetissa.* Vel quia cum ea Deus collocutus, Num. 12. 2, vel quia doctrix et magistra, vel quia præcentrix.—*Soror Aaron.* Dicitur potius soror quam Mosis, quia Aaron Aaron Mose erat senior, et proxime post Mariam natus. Hinc Greg. Nyss. l. de Virg. c. 6, Mariam fuisse virginem docet, alioquin potius a marito quam a fratre agnominaretur. Adde quod nusquam Scriptura mariti ejus aut liberorum meminit. Idem docet S. Ambros. et alii.* Hanc tamen opinionem alii parum certitudinis habere putant. Vide Suarez in 3 part. tom. 2. disp. 6. sect. 3, et Barradium, tom. 1. lib. 7. cap. 8. Adde Josephi auctoritatem, qui, lib. 3 Antiquit. cap. 2, Hur ejus maritum facit. — *Tympanum. Tympanum* (inquit Isidorus lib. 2, Orig. cap. 21.) *est pellis, vel corium ligne ex una parte extensum.* Dicitur ἀπὸ τοῦ τύπτειν, quod ad manus aut bacilli pulsum resonet.—*Et Choris.* Chorus non est nomen musici instrumenti, quamvis aliqui ita senserint, sed chorus est multitudo canentium vel saltantium. Mos fuit apud Hebræos ut mulieres et puellæ in Dei laudem vel hominum canerent et saltarent; sic Ps. 67. 26 : *Prævenerunt principes conjuncti psallentibus in medio juvencularum tympanistriarum.*

21. *Quibus præcinebat.* Hebr. est, *et respondebat illis,* Maria scilicet et mulierum chorus, Mosi et virorum choro. Mulieres vel eosdem versus, quos cecinerant viri, repetebant, vel primum illum versum, *cantemus Domino, etc.,*

Digitized by Google

sorem ejus dejecit in mare.

22. Tulit autem Moyses Israel de mari Rubro, et egressi sunt in desertum Sur : ambulaveruntque tribus diebus per solitudinem, et non inveniebant aquam.

23. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eò quòd essent amaræ : unde et congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est, Amaritudinem.

24. Et murmuravit populus contra Moysen, dicens : Quid bibemus?

25. At ille clamavit ad Dominum, qui ostendit ei lignum : quod cùm misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta, atque judicia, et ibi tentavit eum (1),

26. Dicens : Si audieris vocem Domini Dei tui, et quod rectum est coram eo feceris, et obedieris mandatis ejus, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te : ego enim Dominus sanator tuus.

27. Venerunt autem in Elim filii

sa grandeur et sa gloire, et qu'il a précipité dans la mer le cheval et le cavalier *qui nous poursuivait. Et toutes les autres femmes continuaient le cantique.*

22. Après donc que Moïse eut fait sortir les Israélites de la mer Rouge, ils entrèrent au désert de Sur, et ayant marché trois jours dans la solitude, ils ne trouvèrent point d'eau.

23. *Ensuite* ils arrivèrent à *un lieu nommé* Mara, et *ils y trouvèrent de l'eau; mais* ils ne pouvaient boire des eaux de Mara, parce qu'elles étaient amères. C'est pourquoi on lui avait donné un nom qui lui était propre en l'appelant Mara, c'est-à-dire Amertume.

24. Alors le peuple murmura contre Moïse, en disant : Que boirons-nous?

2. Vous ne vous laisserez point emporter à la multitude pour faire le mal; et dans le jugement, vous ne vous rendrez point à l'avis du plus grand nombre pour vous détourner de la vérité.

3. Pauperis quoque non misereberis in judicio.

3. Vous n'aurez point aussi de compassion du pauvre dans vos jugements, *mais vous aurez égard à la vérité et à la justice.*

4. Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum.

4. Si vous rencontrez le bœuf de votre ennemi, ou son âne lorsqu'il est égaré, vous le lui ramènerez.

---

31. *Viri sancti eritis mihi.* Sancte, quæ præcipio, servantes, et cavendo ab omni inquinamento, etiam a carne a bestiis devorata, de qua subditur. — *Carnem, quæ a bestiis.* 1. Si caro prius fuerit occisa, et postea superveniens bestia aliquid ex ea comederit; 2. si caro a bestia occisa sit, sive de ea aliquid comederit bestia, sive non; 3. si a bestia captum sit et vulneratum, et postea ex illo vulnere animal mortuum fuerit. Bestiæ nomine intelligitur *fera :* nam LXX habent, θηριάλωτον κρέας; et θηρία sunt feræ; jubet autem hoc, ut decentiam et sanctitatem quamdam externam et corporalem doceat, et vitam ex ratione degere, quæ nihil feritatis aut barbariei præ se ferat, ait Theodor.; tandem ut illos a cæde et furto longius arceat. Ita Cajet.

Cap. XXIII. 1. *Non suscipies vocem mendacii.* Audiendo calumniatorem conantem te transversum agere, et aut judicem injustum facere, aut testem falsum. — *Nec junges manum tuam.* Non confœderaberis, nec associabis te ei, ut sis testis iniquitatis et calumniæ.

2. *Non sequeris turbam ad faciendum malum.* Etiamsi iniquus, aut causa injusta multos habeat suffragatores, non tamen propterea eorum auctoritate abducaris a vero et recto.

3. *Pauperis quoque non misereberis.* Præpostera misericordia in causa injusta. Bona est misericordia, ita tamen ut judicium non evertat. De Christo dicitur, Ps. 71. 2 : *Judicare populum tuum in justitia, et pauperes tuos in judicio.*

Digitized by Google

5. Si vous voyez l'âne de celui qui vous hait tomber sous sa charge, vous ne passerez point outre, mais vous l'aiderez à le relever.

5. Si videris asinum odientis te jacere sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum eo (1).

6. Vous ne vous écarterez point de la justice pour *favoriser le riche et pour* condamner le pauvre.

6. Non declinabis in judicium pauperis.

7. Vous fuirez le mensonge. Vous ne ferez point mourir l'innocent et le juste, parce que j'abhorre l'impie, *qui répand le sang injustement.*

7. Mendacium fugies. Insontem et justum non occides : quia aversor impium.

8. Vous ne recevrez point de présents, parce qu'ils aveuglent les sages mêmes, et qu'ils corrompent les jugements des *hommes; et que de justes qu'ils étaient, ils les rendent injustes.*

8. Nec accipies munera, quæ etiam excæcant prudentes, et subvertunt verba justorum.

9. Vous ne ferez point de peine à l'étranger : car vous savez quel est l'état des étrangers, puisque vous l'avez été vous-mêmes dans l'Egypte.

9. Peregrino molestus non eris; scitis enim advenarum animas : quia et ipsi peregrini fuistis in terra Ægypti.

§ II. *Le Seigneur ordonne de laisser reposer les terres la septième année, d'en abandonner les fruits aux pauvres et aux bêtes sauvages, d'observer le sabbat, de célébrer tous les ans les trois fêtes solennelles, et d'offrir au Seigneur les prémices de ses fruits.*

10. Vous sèmerez votre terre pendant six années, et vous en recueillerez les fruits.

10. Sex annis seminabis terram tuam, et congregabis fruges ejus.

11. Mais vous ne la cultiverez point la septième année, vous la laisserez reposer, afin que ceux qui sont pauvres parmi votre peuple trouvent de quoi manger

11. Anno autem septimo dimittes eam, et requiescere facies, ut comedant pauperes populi tui : et quidquid reliquum fuerit, edant

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 103 *et suiv.*

---

6. *Non declinabis in judicium pauperis.* Eum scilicet condemnando, aut quod pauper sit, favendo.

7. *Insontem et justum non occides.* Chald. *eum qui fuerit justificatus et exierit justus a judicio, ne occidas.*

8. *Excæcant prudentes.* Hebr. *videntes,* qui alioqui apertos habent oculos mentis.

9. *Scitis enim advenarum animas.* Scitis quid sit esse advenas, qui scilicet a suis destituti, dejecto sunt animo, quibus proinde afflictio non addenda. * Scitum est Didonis dictum apud Virgilium :

Non ignara mali, miseris succurrere disco.

— *Et ipsi peregrini fuistis.* Malo vestro didicistis quid sit esse peregrinum in terra aliena.

11. *Requiescere facies.* A messe et a semente. Levit. 25. 4 : *Septimo autem anno... agrum non seres.* Id ita institutum ut terra illa interposita quiete feracior redderetur, et ut pauperes septimo illo anno fructibus sponte nascentibus gauderent. * Vocabatur annus hic sabbaticus, et non incipiebat a mense nisan, seu martio; sed a mense tisri, seu septembri. Hoc anno

Digitized by Google

bestiæ agri : ita facies in vinea et in oliveto tuo.

12. Sex diebus operaberis : septimo die cessabis, ut requiescat bos et asinus tuus : et refrigeretur filius ancillæ tuæ, et advena (1).

13. Omnia quæ dixi vobis, custodite. Et per nomen externorum deorum non jurabitis, neque audietur ex ore vestro.

14. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis.

15. Solemnitatem azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi, tempore mensis novorum, quando egressus est de Ægypto : non apparebis in conspectu meo vacuus.

16. Et solemnitatem messis primitivorum operis tui, quæcumque seminaveris in agro ; solemnitatem quoque in exitu anni, quando con-

dans ce qu'elle produira d'elle-même, et que ce qui restera soit pour les bêtes sauvages. Vous ferez la même chose à l'égard de vos vignes et de vos plants d'oliviers, *vous n'en recueillerez point les fruits la septième année.*

12. Vous travaillerez durant six jours, et le septième vous ne travaillerez point, afin que votre bœuf et votre âne se reposent, et que le fils de votre servante et l'étranger aient quelque relâche *parmi vous.*

13. Observez toutes les choses que je vous ai commandées. Ne jurez point par le nom des dieux étrangers, et que leur nom ne sorte jamais de votre bouche.

14. Vous célébrerez des fêtes en mon honneur trois fois chaque année.

15. Vous garderez la fête solennelle des pains sans levain. Vous mangerez, comme je vous l'ai ordonné, des pains sans levain pendant sept jours, dans le mois des fruits nouveaux, auquel temps vous êtes sortis d'Egypte ; vous ne vous présenterez point devant moi les mains vides, *et sans m'offrir vos dons.*

16. *Cinquante jours après cette première fête*, vous célébrerez aussi la fête solennelle de la moisson et des prémices *des fruits* de votre travail, de tout ce

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 102.

---

omnes servi natione Hebræi libertati, si volebant, restituebantur, ut patet superiori c. 21. 2. Remittebatur etiam hoc anno iisdem Hebræis quidquid ex mutuo debebant, ut colligitur ex Deut. 15. Præterea sub initium ejusdem anni universo populo audiente Deuteronomii lex recitabatur, nimirum in festo Tabernaculorum.

13. *Non jurabitis.* Hebr. *non memorabitis.* Chald. *non recordabimini* hoc est, non nominabitis deos alienos. — *Audietur.* Eorum mentio.

15. *Tempore mensis novorum.* In mense nisan, quo egressus es de Ægypto, quando in terra promissionis et Ægypto novæ fruges hordeaceæ maturescunt. — *Non apparebis in conspectu meo vacuus.* Accedens scilicet ad tabernaculum, vel templum in festo Paschæ, Pentecostes et Tarbernaculorum, non aderis sine oblatione tum ad cultum divinum, tum ad levitarum sustentationem. Hæc oblatio Deut. 16. 10, dicitur *oblatio spontanea*, quia licet cuilibet esset præcepta, quantum tamen quilibet offerre deberet præscriptum non erat, sed cujuslibet pietati statuendum relinquebatur.

16. *Et solemnitatem messis.* Hoc est, celebrabis festum Pentecostes, illoque panes ex prima messe triticea factos mihi offeres, sicut in Paschate obtulisti spicas hordei maturescentes. In Pentecoste ergo exigit Deus primitias omnium frugum, id est, totius messis triticeæ. — *Solemnitatem quoque in exitu anni.* Solemnitas Tabernaculorum, quæ græco vocabulo dicitur scenopegia, qua tabernacula figebant, et in iis habitabant per septem

Digitized by Google

que vous aurez semé dans le champ; et la troisième fête solennelle *sera célébrée* à la fin de l'année *civile et ordinaire*, lorsque vous aurez recueilli tous les fruits de votre champ.

gregaveris omnes fruges tuas de agro.

17. Tous les mâles qui sont parmi vous viendront, *autant qu'il sera possible*, se présenter trois fois l'année devant le Seigneur votre Dieu, *pour lui offrir leurs dons et lui rendre leurs hommages.*

17. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum coram Domino Deo tuo (1).

18. *Dans la première fête, qui est celle de Pâques*, vous ne m'offrirez point le sang de ma victime pendant qu'il y aura du levain dans vos maisons; et la graisse de *l'hostie qui m'est offerte dans* ma solennité ne demeurera point *chez vous* jusqu'au lendemain, *mais vous l'offrirez le même jour au Seigneur, marquant par cette promptitude l'empressement que vous avez à lui rendre ce que vous lui devez.*

18. Non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ, nec remanebit adeps solemnitatis meæ usque mane.

19. Vous viendrez *durant cette solennité* offrir en la maison du Seigneur votre Dieu les prémices des fruits de votre terre. *Et* soit *que vous immoliez un agneau ou un chevreau*, vous ne ferez point cuire *l'agneau ni* le chevreau lorsqu'il tète encore le lait de sa mère.

19. Primitias frugum terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui. Non coques hædum in lacte matris suæ (2).

§ III. *Dieu promet d'envoyer son ange devant les Israélites, et de les combler de biens s'ils lui sont fidèles. Il leur recommande de fuir l'idolâtrie.*

20. Je vais envoyer mon ange, afin | 20. Ecce ego mittam angelum

(1) Bible vengée, note XXXVI.— (2) Un savant anglais, Cudworth, explique ainsi la défense exprimée à la fin de ce verset : Les païens, dit-il, étaient alors dans l'usage de faire cuire un chevreau dans le lait de sa mère, vers la fin de la récolte; puis, prenant le lait, ils en aspergeaient, avec toutes sortes de superstitions, leurs jardins, leurs arbres et tout ce qui porte fruit, avec l'espoir de les rendre plus fertiles. Or Dieu voulut détourner son peuple de cette ridicule superstition.

---

dies. Dicitur, *in exitu anni*, scilicet septembri, tunc enim desinit et incipit annus vulgaris Hebræis, licet quoad festa in martio, seu nisan incipiat.

17. *Ter in anno.* Paschate, Pentecoste et festo Tabernaculorum; * tenebantur autem hac lege omnes masculi, ut hic habetur, nimirum ab anno 20 usque ad 60, ut colligitur ex Lev. cap. ultimo, 3. — *Coram Domino.* Coram arca, vel coram tabernaculo.

18. *Non immolabis super fermento.* Quasi dicat : Aufer de domo fermentatum, priusquam agnum paschalem immoles. — *Solemnitatis meæ.* Id est, victimarum, quæ mihi in solemnitatibus offeruntur. — *Usque mane.* In alterum diem.

19. *In lacte.* Id est, cum lacte ipso in olla, vel dum lactat, vel una cum ipsa matre. Clemens Alex. 2. Strom.: *Ne fiat,* inquit, *interempti condimentum. quod est viventis nutrimentum.*

20. *Angelum meum.* Michaelem synagogæ præsidem et tutorem.

Digitized by Google

meum, qui præcedat te, et custodiat in via, et introducat in locum quem paravi.

21. Observa eum, et audi vocem ejus, nec contemnendum putes : quia non dimittet cùm peccaveris, et est nomen meum in illo.

22. Quòd si audieris vocem ejus, et feceris omnia quæ loquor, inimicus ero inimicis tuis, et affligam affligentes te.

23. Præcedetque te angelus meus, et introducet te ad Amorrhæum, et Hethæum, et Pherezæum, Chananæumque, et Hevæum, et Jebusæum, quos ego conteram (1).

24. Non adorabis deos eorum, nec coles eos : non facies opera eorum, sed destrues eos, et confringes statuas eorum.

25. Servietisque Domino Deo vestro, ut benedicam panibus tuis et aquis, et auferam infirmitatem de medio tui.

26. Non erit infecunda nec sterilis in terra tua : numerum dierum tuorum implebo.

27. Terrorem meum mittam in præcursum tuum, et occidam omnem populum, ad quem ingrediéris : cunctorumque inimicorum tuorum coram te terga vertam :

qu'il marche devant vous, *comme il a fait jusqu'ici*, qu'il vous garde pendant le chemin, et qu'il vous fasse entrer dans la terre que je vous ai préparée.

21. Respectez-le, écoutez sa voix, *qui se fait entendre à vous par la bouche de Moïse*, et gardez-vous bien de le mépriser, parce qu'il ne vous pardonnera point lorsque vous pécherez, et qu'il parle en mon nom *et par mon autorité*.

22. Que si vous entendez sa voix, et que vous fassiez tout ce que je vous dis *par sa bouche*, je serai l'ennemi de vos ennemis, et j'affligerai ceux qui vous affligent.

23. Mon ange marchera devant vous, il vous fera entrer dans la terre des Amorrhéens, des Héthéens, des Phérézéens, des Chananéens, des Hévéens et des Jébuséens; *car* je les exterminerai *tous devant lui*.

24. Vous n'adorerez point leurs dieux, et vous ne leur rendrez point le culte suprême, *qui n'est dû qu'à moi seul;* vous n'imiterez point leurs œuvres, mais vous les détruirez, et vous briserez leurs statues.

25. Vous servirez *uniquement* le Seigneur votre Dieu, afin que je bénisse le pain que vous mangerez et les eaux que vous boirez, et que je bannisse toutes les maladies du milieu de vous.

26. Il n'y aura point dans votre terre de femme stérile et inféconde; *on n'y mourra point d'une mort prématurée*, et je remplirai le nombre de vos jours *et de vos années*.

27. Je ferai marcher devant vous la terreur de mon nom; j'exterminerai tout le peuple dans le pays duquel vous entrerez, et je ferai fuir tous vos ennemis devant vous.

(1) Rép. crit., tome II, page 142.

---

21. *Nec contemnendum putes.* Hebr. *nec eum ad amaritudinem provoces.* * In græco est, μὴ ἀπείθει αὐτῷ, *ne sis inobediens.* — *Est nomen meum in illo.* Nomen meum, personam, auctoritatem et voluntatem præfert. Chald. vertit, *quoniam in nomine meo est verbum illius.* * Habebit etiam in se non longe petendam vindictæ potestatem; nam *nomen* sæpe auctoritatem et potentiam significat.

24. *Opera eorum.* Idola colendo.

25. *Panibus tuis et aquis.* Cibo et potui.

26. *Numerum dierum tuorum implebo.* Longævus eris super terram.

Digitized by Google

28. J'enverrai d'abord des frelons, qui mettront en fuite les Hévéens, les Chananéens et les Héthéens, avant que vous entriez *dans leur pays*.

29. Je ne les chasserai pas de devant votre face en une seule année, de peur que la terre ne soit réduite en solitude, et que les bêtes, se multipliant, ne se soulèvent contre vous.

30. Je les chasserai peu à peu de devant vous, jusqu'à ce que vous croissiez en nombre, et que vous vous rendiez maîtres de tout le pays.

31. Les limites que je vous marquerai seront depuis la mer Rouge jusqu'à la mer des Philistins, et depuis le désert *de l'Arabie* jusqu'au fleuve *de l'Euphrate*. *Vous ne posséderez pas d'abord toute cette étendue de pays, mais* je livrerai *peu à peu* entre vos mains les habitants de cette terre, et je les mettrai en fuite devant vous *à mesure que vous vous multiplierez*.

32. Vous ne ferez point d'alliance avec eux, ni avec les dieux qu'ils adorent.

33. Ils n'habiteront point dans votre terre, de peur qu'ils ne vous portent à m'offenser, en servant les dieux qu'ils adorent : ce qui sera certainement votre ruine, *si vous le faites*.

28. Emittens crabrones priùs, qui fugabunt Hevæum, et Chananæum, et Hethæum, antequam introeas (1).

29. Non ejiciam eos à facie tua anno uno : ne terra in solitudinem redigatur, et crescant contra te bestiæ.

30. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec augearis, et possideas terram.

31. Ponam autem terminos tuos à mari Rubro usque ad mare Palæstinorum, et à deserto usque ad fluvium : tradam in manibus vestris habitatores terræ, et ejiciam eos de conspectu vestro (2).

32. Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum.

33. Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si servieris diis eorum : quod tibi certè erit in scandalum.

CHAPITRE XXIV.

§ I. *Moïse rapporte au peuple les ordonnances du Seigneur. Le peuple promet de les observer, et fait alliance avec Dieu.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Dieu dit aussi à Moïse : *Après que vous aurez porté au peuple les ordon-*

1. Moysi quoque dixit : Ascende ad Dominum tu, et Aaron,

(1) Bible vengée, note XXXVII.— (2) Bible vengée, note XXXVIII.— Rép. crit., tome II, page 135.

---

28. *Emittens crabrones.* Quod factum est, Josue cap. ultimo, n. 12, et dicitur lib. Sap. 12. 8 : *Misisti antecessores exercitus tui vespas, etc.*

29. *Ne terra in solitudinem redigatur.* Fertilis ergo et ampla Chananæa, cujus fruges tres milliones hominum ita absumere non poterant, quia magna adhuc restaret solitudo feris implenda, ni Chananæi in ea multis in locis remansissent.

31. *A deserto usque ad fluvium.* A deserto Arabiæ usque ad fluvium Euphraten.

33. *In scandalum.* Hebr. *In laqueum.* Peccatum idololatriæ Chananæis familiare, erit tibi in scandalum; vel ipsi Chananæi, nisi tuis finibus exigantur; mores enim illorum Israelitæ imitabuntur.

CAP. XXIV. 1. *Nadab, Abiu.* Filii seniores Aaron. — *Septuaginta senes.*

Digitized by Google

Nadab, et Abiu, et septuaginta senes ex Israel, et adorabitis procul.

2. Solusque Moyses ascendet ad Dominum, et illi non appropinquabunt : nec populus ascendet cum eo.

3. Venit ergo Moyses et narravit plebi omnia verba Domini, atque judicia : responditque omnis populus unâ voce : Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus.

4. Scripsit autem Moyses universos sermones Domini : et mane consurgens ædificavit altare ad radices montis, et duodecim titulos per duodecim tribus Israel.

5. Misitque juvenes de filiis Israel, et obtulerunt holocausta, immolaveruntque victimas pacificas Domino, vitulos.

6. Tulit itaque Moyses dimidiam partem sanguinis, et misit in crateras : partem autem residuam fudit super altare.

7. Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo : qui dixerunt : Omnia quæ locutus est Dominus, faciemus, et erimus obedientes.

8. Ille verò sumptum sangui-

nances que je viens de vous donner, montez vers le Seigneur, vous et Aaron, Nadab et Abiu, et les soixante-dix anciens d'Israël, et vous adorerez de loin.

2. *Ensuite*, le seul Moïse montera où est le Seigneur; mais pour les autres, ils n'approcheront point, et le peuple ne montera point avec lui.

3. Moïse vint donc rapporter au peuple toutes les paroles et toutes les ordonnances du Seigneur, *pour voir s'il les acceptait;* et le peuple répondit tout d'une voix : Nous ferons tout ce que le Seigneur a dit.

4. Moïse écrivit toutes les ordonnances du Seigneur, *avec le consentement du peuple; et pour confirmer cette alliance par un sacrifice solennel,* se levant dès le point du jour, il dressa un autel au pied de la montagne, composé de douze pierres, selon le nombre des douze tribus d'Israël.

5. Et ayant envoyé des jeunes gens d'entre les enfants d'Israël, ils offrirent des holocaustes, et ils immolèrent des victimes pacifiques, savoir, des veaux *et des boucs.*

6. Moïse prit la moitié du sang *de ces victimes*, qu'il mit en des coupes, et il répandit l'autre sur l'autel.

7. Il prit ensuite le livre où l'alliance était écrite, et il le lut devant le peuple, qui dit après l'avoir entendu : Nous ferons tout ce que le Seigneur a dit, et nous lui serons obéissants.

8. Alors prenant le sang *qui était dans*

Ex primoribus populi; * illi nimirum, qui Num. 11. 25, prophetasse dicuntur. — *Adorabitis procul.* Deum in caligine, in cacumine montis Sina, per angelum se ostendentem, et loquentem cum Mose.

2. *Ad Dominum.* Ad caliginem verticis Sina. Solus Moses comitatus ministro suo Josue. Septuaginta autem seniores cum Aarone jussi sunt remanere inferne cum populo ad eum gubernandum.

3. *Narravit plebi.* Ut illi assensum præstarent, et legem sic admissam firmius retinerent. — *Judicia.* Leges judiciales.

4. *Et duodecim titulos.* Vel duodecim lapides seorsim erecti, vel ex duodecim illis saxis unum altare constructum est. Primum videtur verius.

5. *Juvenes.* Chaldæus, *primogenitos filiorum Israel*, qui in lege naturæ sacerdotes erant; nondum enim sacerdotium aaronicum institutum erat.

6. *Dimidiam partem sanguinis.* Solebant enim olim fœdera victimis et sanguine sanciri.

8. *Sanguinem respersit in populum.* Effusio et aspersio sanguinis in fœ-

Digitized by Google

les coupes, il le répandit sur le peuple, *comme il l'avait répandu sur l'autel qui représentait le Seigneur;* et il dit: Voici le sang, *qui est comme le sceau* de l'alliance que le Seigneur a faite avec vous, sous les conditions que je vous ai proposées, *et que vous devez observer, sous peine de voir votre sang répandu comme celui-ci.*

nem respersit in populum, et ait: Hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his.

§ II. *Aaron, Nadab et Abiu, et les soixante-dix anciens d'Israël montent sur la montagne avec Moïse, voient Dieu et ne meurent point. Moïse, par l'ordre du Seigneur, monte au plus haut de la montagne, et y demeure quarante jours et quarante nuits.*

9. Moïse, Aaron, Nadab, Abiu, et les soixante-dix anciens d'Israël, étant *ensuite* montés *sur la montagne pour rendre leurs hommages au Seigneur,*

9. Ascenderuntque Moyses et Aaron, Nadab et Abiu, et septuaginta de senioribus Israel:

10. Ils virent *le lieu où était* le Dieu d'Israël: et son marchepied paraissait un ouvrage fait de saphir, et ressemblait au ciel lorsqu'il est le plus serein.

10. Et viderunt Deum Israel: et sub pedibus ejus quasi opus lapidis sapphirini, et quasi cœlum cùm serenum est.

11. La main de Dieu ne frappa point ces princes qui *s'étaient avancés*, ayant laissé bien derrière eux les enfants d'Israël; mais après avoir vu *la gloire de* Dieu, *ils s'en retournèrent*, et ils burent et mangèrent *comme auparavant, contre l'opinion commune, qui était qu'on ne pouvait voir Dieu sans mourir à l'instant.*

11. Nec super eos qui procul recesserant de filiis Israel, misit manum suam, videruntque Deum, et comederunt, ac biberunt.

12. Or, *pendant qu'il était encore en ce lieu*, le Seigneur dit à Moïse: Montez au haut de la montagne où je suis, et vous y demeurerez; je vous donnerai des tables de pierre, et la loi et les commandements que j'ai écrits *dessus*, afin que vous *en* instruisiez le peuple.

12. Dixit autem Dominus ad Moysen: Ascende ad me in montem, et esto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, et legem ac mandata quæ scripsi, ut doceas eos.

13. Moïse se leva ensuite avec Josué

13. Surrexerunt Moyses et Jo-

---

dere significat fore illud stabile et firmum, etiam cum vitæ discrimine. Figura hæc est sanguinis Christi, quo testamentum novum confirmatum est. Vide ad Hebræos, 9. 19.

10. *Viderunt Deum Israel.* Non per essentiam, sed quasi per umbram in specie aliqua sensibili, puta humana, quod Cajet., Lyran., Prad., in Ezechielem existimant, quod Cornelius sequitur. — *Quasi opus lapidis sapphirini.* Sub pedibus Dei apparebat quasi pavimentum ex sapphiro constratum.

11. *Eos qui procul recesserant.* Seniores, qui a plebe recesserant, et cum Mose ascenderant in montem. — *Nec... misit manum suam.* Non eos morte percussit, nec quidquam passi sunt; itaque chaldæus vertit, *principibus filiorum Israel nullum fuit incommodum.* — *Comederunt, ac biberunt.* Postea, læti et exultantes augusta illa et delectabili visione Dei.

Digitized by Google

sue minister ejus : ascendensque Moyses in montem Dei,

14. Senioribus ait : Expectate hic donec revertamur ad vos. Habetis Aaron et Hur vobiscum : si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos.

15. Cùmque ascendisset Moyses, operuit nubes montem,

16. Et habitavit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus : septimo autem die vocavit eum de medio caliginis.

17. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis, in conspectu filiorum Israel.

18. Ingressusque Moyses medium nebulæ, ascendit in montem : et fuit ibi quadraginta diebus, et quadraginta noctibus.

qui le servait, et montant sur la montagne de Dieu,

14. Il dit aux anciens : Attendez-nous ici jusqu'à ce que nous revenions à vous. Vous avez avec vous Aaron et Hur : s'il survient quelque difficulté, vous vous en rapporterez à eux.

15. Moïse étant monté *plus haut*, la nuée couvrit la montagne;

16. La gloire du Seigneur reposa sur Sinaï, l'enveloppant d'une nuée pendant six jours, et le septième jour Dieu appela Moïse du milieu de cette obscurité.

17. Ce qui paraissait de cette gloire du Seigneur était comme un feu ardent *qui brûlait* au plus haut de la montagne, *et* qui se faisait voir à tous les enfants d'Israël.

18. Et Moïse *laissant là Josué, et* passant au travers de la nuée, monta sur la montagne, et y demeura quarante jours et quarante nuits *sans boire et sans manger. Josué en demeura autant au lieu où Moïse l'avait laissé, vivant de ce qu'il pouvait trouver sur la montagne. Mais pour les anciens d'Israël, ils s'ennuyèrent d'attendre et s'en retournèrent au camp.*

CHAPITRE XXV.

§ I. *Dieu ordonne aux enfants d'Israël de lui offrir les choses nécessaires pour la construction du tabernacle* (1).

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere filiis Israel, ut tollant mihi primitias, ab omni ho-

1. Le Seigneur parla donc à Moïse, et lui dit :

2. Ordonnez aux enfants d'Israël de mettre à part *les dons qu'ils doivent me*

(1) **Lettres de quelques Juifs, tome I, page 116 *et suiv.***

---

13. *In montem Dei.* In altiora montis Sina.

14. *Expectate hic.* Cum populo; et fortasse digito ostendebat Moses castra populi; redite ad populum, ut illum regatis, et in officio contineatis.

16. *Gloria Domini.* Majestas Domini patefaciens se per spectra admiranda, caliginem scilicet, et ignem.

17. *Quasi ignis...* Particula *quasi,* non similitudinem, sed rei veritatem significat, ut cum dicitur Joan. 1. 14 : *Vidimus eum quasi unigenitum.*

18. *Ingressusque Moyses.* Relicto Josue in monte.—*Fuit ibi quadraginta diebus.* Deut. 9. 9, additur Mosen quadraginta diebus illis nec comedisse, nec bibisse. In his tamen quadraginta diebus numerantur sex illi, de quibus dixerat n. 16.

CAP. XXV. 2. *Primitias.* Hanc munerum oblationem primitias appellat,

Digitized by Google

faire comme à leur roi, qui seront comme les prémices de ce qu'ils m'offriront *dans la suite; mais qu'ils le fassent volontairement, car je ne veux point d'oblations forcées,* et vous *ne* les recevrez *que* de tous ceux qui me les présenteront avec une pleine volonté.

3. Voici les choses que vous devez recevoir, *et qui seront employées à la construction et à l'ornement du tabernacle que je veux avoir au milieu d'eux :* de l'or, de l'argent et de l'airain,

4. De l'hyacinthe, de la pourpre, de l'écarlate teinte deux fois, du fin lin, des poils de chèvres,

5. Des peaux de moutons teintes en rouge, et d'autres teintes en violet, et des bois de sétim, *qui ne se corrompent point,*

6. De l'huile pour entretenir les lampes, des aromates pour composer les huiles et les parfums d'excellente odeur;

7. Des pierres d'onyx et des pierres précieuses pour orner l'éphod et le rational.

8. Ils me dresseront un sanctuaire, afin que j'habite au milieu d'eux, *comme un roi au milieu de son peuple.*

9. *Et ce sanctuaire sera* selon la forme très-exacte du tabernacle que je vous

mine qui offeret ultroneus, accipietis eas.

3. Hæc sunt autem quæ accipere debetis : Aurum, et argentum, et æs,

4. Hyacinthum, et purpuram, coccumque bis tinctum, et byssum, pilos caprarum,

5. Et pelles arietum rubricatas, pellesque ianthinas, et ligna setim,

6. Oleum ad luminaria concinnanda : aromata in unguentum, et thymiamata boni odoris :

7. Lapides onychinos et gemmas ad ornandum ephod ac rationale.

8. Facientque mihi sanctuarium, et habitabo in medio eorum :

9. Juxta omnem similitudinem tabernaculi quod ostendam tibi,

---

vel quia hæc fuit prima communis Hebræorum oblatio, quæ facta est pro fabrica tabernaculi; vel quia prima et præstantissima sibi volebat offerri; * vel quia more primitiarum fiebat, separando partem bonorum suorum Deo offerendam. — *Qui offeret ultroneus.* Hebr. *quem spontaneum et liberalem fecerit cor suum.*

4. *Hyacinthum.* Lanam hyacinthini, hoc est, cærulei, seu violacei coloris. — *Purpuram.* Lanam purpureo, hoc est, rubro colore infectam. — *Coccumque bis tinctum.* Lanam bis tinctam et rubricatam. *Coccus* græca vox granum significat, ac præcipue illud in quo vermiculus latet, cujus sanguine lanæ inficiuntur, quæ ab hac tinctura coccus dicuntur. Dicitur autem bis tinctus coccus, quia solebat lana, ut magis ruberet, bis imbui : scilicet 1. cum tantum esset lana, 2. cum esset jam in fila deducta. — *Byssum.* Est genus quoddam tenuissimi lini et candidissimi. — *Pilos caprarum.* Ad cilicinas telas contexendas, quibus arca tegenda erat.

5. *Pellesque ianthinas.* Violacei coloris. — *Ligna setim. Setim,* inquit S. Hier. in cap. 41 Isaiæ, *est genus arboris nascentis in eremo, spinæ albæ habens similitudinem; unde omnia ligna arcæ et tabernaculi facta sunt instrumenta, quæ appellantur setim.* Hoc lignum est imputribile, ut vertunt LXX, et levissimum, omniaque ligna fortitudine, soliditate, nitore et pulchritudine dicitur superare.

8. *Sanctuarium.* Tabernaculum in quo colar.

9. *Quod ostendam tibi.* Cujus ideam in monte Sina tibi ostendam.

Digitized by Google

et omnium vasorum in cultum ejus · sicque facietis illud :

montrerai, et *je vous donnerai aussi le modèle* de tous les vases qui y serviront au culte sacré. Voici la manière dont vous ferez ce sanctuaire ·

§ II. *Dieu prescrit à Moïse la manière dont il fera l'arche et le propitiatoire.*

10. Arcam de lignis setim compingite, cujus longitudo habeat duos et semis cubitos : latitudo, cubitum et dimidium : altitudo, cubitum similiter ac semissem.

11. Et deaurabis eam auro mundissimo intus et foris : faciesque supra, coronam auream per circuitum :

12. Et quatuor circulos aureos, quos pones per quatuor arcæ angulos : duo circuli sint in latere uno, et duo in altero.

13. Facies quoque vectes de lignis setim, et operies eos auro.

14. Inducesque per circulos qui sunt in arcæ lateribus, ut portetur in eis :

15. Qui semper erunt in circulis, nec unquam extrahentur ab eis.

16. Ponesque in arca testificationem quam dabo tibi.

17. Fabies et propitiatorium de

10. Vous ferez une arche *ou un coffre* de bois de sétim, qui ait deux coudées et demie de long, une coudée et demie de large et une coudée et demie de haut.

11. Vous la couvrirez *de lames* d'un or très-pur en dedans et en dehors; vous y ferez au-dessus une couronne qui règnera tout autour.

12. Vous mettrez quatre anneaux d'or aux quatre coins de l'arche, deux d'un côté et deux de l'autre.

13. Vous ferez aussi des bâtons de bois de sétim que vous couvrirez d'or.

14. Et vous les ferez entrer dans les anneaux qui sont aux côtés de l'arche, afin qu'ils servent à la porter.

15. Les bâtons demeureront toujours dans les anneaux, et on ne les en tirera jamais.

16. Vous mettrez dans l'arche les tables de la loi que je vous donnerai.

17. Vous ferez aussi le *couvercle de*

---

10. *Longitudo habeat duos et semis cubitos.* Sermo est de cubito vulgari, cujus ea est longitudo, quæ a flexu brachii porrigitur usque ad extremum digiti qui index dicitur : continetque 24 digitos, sive duas spithamas; spithama autem est spatium quod, distenta manu inter pollicem et indicem interjacet, continetque 12 digitos transversos.

11. *Deaurabis.* Laminis aureis conteges. — *Coronam auream.* Limbum prominentem quadratum; nam etiam quadrata erat arca.

12. *Quatuor circulos.* A quatuor angulos arcæ, quibus circulis inserebantur vectes, ut arca gestari posset a sacerdotibus.

16. *Testificationem.* Tabulas legis; lex enim sæpe dicitur testimonium aut testificatio, quia attestationem continet divinæ voluntatis; eaque Dominus testatum reliquit quid ab hominibus fieri velit. Porro in arca nihil aliud continebatur, ut docet expresse Scriptura, III. Reg. 8. 9, et II. Paral. 5. 10. Urna cum manna, et virga Aaron non in arca erant, sed tantum in tabernaculo asservabantur.

17. *Propitiatorium.* Propitiatorium erat arcæ operculum, sive tabula tegens arcam, ut patet n. 20; unde paris cum arca longitudinis et latitudinis, eratque non ex ligno setim, sed ex auro tantum. Dictum est propitiatorium, quasi locus placationis, quod ibi quodammodo sedens Deus, et arcam pro pedum scabello habens, populo propitiaretur. Non tamen putandum propitiatorium supra arca elevatum; nam illi immediate adhæsisse tanquam il-

Digitized by Google

l'arche, appelé propitiatoire, parce que c'est de là que j'écouterai vos vœux, et que je vous accorderai les grâces que vous me demanderez; vous ferez, dis-je, ce propitiatoire d'un or très-pur. Il aura deux coudées et demie de long et une coudée et demie de large.

auro mundissimo: duos cubitos et dimidium tenebit longitudo ejus, et cubitum ac semissem latitudo.

18. Vous mettrez aux deux extrémités de *ce propitiatoire appelé aussi* l'oracle, *parce que c'est de là que je vous ferai connaître mes volontés, vous y mettrez, dis-je,* deux chérubins d'or battu;

18. Duos quoque cherubim aureos et productiles facies, ex utraque parte oraculi.

19. Un chérubin d'un côté, et un chérubin de l'autre.

19. Cherub unus sit in latere uno, et alter in altero.

20. Ils tiendront leurs ailes étendues des deux côtés du propitiatoire et de l'oracle, dont ils le couvriront, et ils se regarderont l'un l'autre ayant *le corps penché et* le visage tourné vers le propitiatoire que couvrira l'arche,

20. Utrumque latus propitiatorii tegant, expandentes alas et operientes oraculum, respiciantque se mutuò versis vultibus in propitiatorium quo operienda est arca,

21. Où vous mettrez les tables de la loi que je vous donnerai.

21. In qua pones testimonium quod dabo tibi.

22. C'est de là que je vous donnerai mes ordres. Je vous parlerai de dessus le propitiatoire, du milieu des deux chérubins qui seront au-dessus de l'arche du témoignage, pour vous faire savoir tout ce que je voudrai commander aux enfants d'Israël.

22. Inde præcipiam, et loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum cherubim, qui erunt super arcam testimonii, cuncta quæ mandabo per te filiis Israel.

§ III. *Description de la table ou de l'autel sur lequel on devait mettre les pains de proposition.*

23. Vous ferez aussi une table de bois de sétim, qui aura deux coudées de long, une coudée de large, et une coudée et demie de haut.

23. Facies et mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, et in latitudine cubitum, et in altitudine cubitum ac semissem.

24. Vous la couvrirez d'un or très-pur, et vous y ferez tout autour une bordure d'or.

24. Et inaurabis eam auro purissimo: faciesque illi labium aureum per circuitum.

---

lius operculum probabilius esse docent Cornelius et Bonfrerius ad hunc locum. Nec obstat quod arca scabellum pedum, propitiatorium sedes dicatur, quasi hæc distare loco debeant; nam propitiatorium cherubinos (de quibus statim dicemus) includebat, in quorum alis sedebat Deus.

18. *Duos quoque cherubim.* Humana specie, quasi duos juvenes alatos, ut angeli pingi solent. Et verisimile est habuisse speciem quatuor animalium, hominis nimirum, aquilæ, leonis et vituli: partim alis, partim corpore suo totum propitiatorium tegebant. Alæ vero ita erant extensæ, ut quasi sedem formarent. — *Productiles.* Non arte fusoria factos, sed ex auro ductili.

21. *Pones testimonium.* Tabulas legis, ut dictum n. 16.

23. *Mensam.* In qua ponendi duodecim panes propositionis.

24. *Labium.* Hebr. *coronam.* Limbum circumcirca.

Digitized by Google

25. Et ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis : et super illam, alteram coronam aureolam.

25. Vous appliquerez sur cette bordure *un rebord qui sera comme* une couronne de sculpture à jour, haute de quatre doigts, *pour empêcher de tomber ce qui sera mis sur cette table ;* et vous mettrez encore au-dessus une autre *petite* couronne d'or, *qui donnera un nouveau relief à la première.*

26. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, et pones eos in quatuor angulis ejusdem mensæ per singulos pedes.

26. Vous ferez aussi quatre anneaux d'or que vous mettrez aux *quatre pieds qui seront aux* quatre coins de la table, un à chaque pied *vers le haut.*

27. Subter coronam erunt circuli aurei, ut mittantur vectes per eos, et possit mensa portari.

27. *C'est-à-dire que* les anneaux d'or seront au-dessous de la couronne pour y passer les bâtons, afin qu'on s'en serve à porter la table.

28. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, et circumdabis auro ad subvehendam mensam.

28. Vous ferez aussi de bois de sétim ces bâtons sur lesquels la table sera portée, et vous les couvrirez d'or.

29. Parabis et acetabula, ac phialas, thuribula, et cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo.

29. Vous ferez aussi d'un or très-pur des plats, des coupes, des encensoirs et des tasses dans lesquelles vous mettrez les liqueurs que l'on doit m'offrir.

30. Et pones super mensam panes propositionis in conspectu meo semper.

30. Et vous mettrez sur cette table les pains de proposition, qui seront toujours exposés devant moi, *et que vous aurez soin de renouveler tous les jours de sabbat.*

§ IV. *Description du chandelier d'or et des lampes qu'on y devait poser.*

31. Facies et candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile

31. Vous ferez aussi un chandelier de l'or le plus pur, battu au marteau, avec

---

25. *Et ipsi labio.* Id est, in ipso labio, super ipsum labium. — *Coronam interrasilem.* Opus interrasile illud est in quo quædam plana sunt, quædam exsculpta, cavitatibus per artem incisis. — *Alteram coronam.* Tertius hic limbus secundo impositus, ut secundus impositus erat primo et imo, idque ad ornatum potius quam ad necessitatem. — *Aureolam.* Non quasi non esset ex puro auro, sed quia parva erat, ideoque minus auri continebat quam cæteræ.

29. *Acetabula.* Hebr. *scutellas.* LXX, τρυβλία, id est, paropsides, patellas, vel catinos, ad excipiendam et continendam similam, quando illa offerri debebat, et ad excipienda sacrificia sartaginis et clibani, de quibus Levit. 2. — *Phialas.* Vasa parva et concava, LXX, vertunt, θυΐσκας, *mortaria ;* quare etiam S. Hier. sæpe vocat mortariola. Parabantur hæ phialæ ad vinum et alia libamina in sacrificiis fundenda; ad idem parati erant et cyathi. — *Thuribula.* Tum ad asservandum thymiama quod adolendum erat, tum thus quod panibus propositionis erat imponendum, ut dicitur Levit. 24. 7.

30. *Panes propositionis.* Hebr. *panes facierum,* qui scilicet ante faciem Domini coram arca et propitiatorio proponantur.

31. *Candelabrum ductile.* Ex auro scilicet non fuso, sed malleo ducto et efformato. — *Hastile ejus, et calamos.* Hastile medium erat, ex quo utrinque calami tres, sive rami in altum assurgebant. — *Scyphos.* Scyphos vocat

Digitized by Google

sa tige, ses branches et ses *ornements en forme de* coupes, de pommes et de lis qui en sortiront.

32. Six branches sortiront des côtés de la tige *à distance égale*, trois d'un côté et trois de l'autre.

33. Il y aura trois coupes en forme de noix, avec *chacune* une pomme et un lis à une des branches; il y aura de même trois coupes en forme de noix, avec *chacune* une pomme et un lis à une autre branche; et toutes les six branches qui sortiront de la tige seront de la même sorte, *ayant chacune trois coupes entremêlées avec des pommes et des lis.*

34. Mais la tige du chandelier aura quatre coupes en forme de noix, accompagnée chacune de sa pomme et de son lis.

35. *Outre cela*, il y aura trois pommes en trois endroits de la tige, et de chaque pomme sortiront deux branches, qui feront en tout six branches, naissant d'une même tige.

36. Ces pommes et ces branches sortiront donc du chandelier, étant toutes d'un or très-pur, battu au marteau.

37. Vous ferez aussi sept lampes, que vous mettrez au-dessus du chandelier, afin qu'elles éclairent ce qui est vis-à-vis.

38. Vous ferez encore des mouchettes, et les vases destinés pour y éteindre ce qui aura été mouché des lampes; le tout d'un or très-pur.

39. Le chandelier, avec tout ce qui sert à son usage, pèsera un talent d'un or très-pur.

40. Considérez bien *ce que je vous dis*, et faites *toutes ces choses* selon le modèle qui vous a été montré sur la montagne.

ejus, et calamos, scyphos, et sphærulas, ac lilia, ex ipso procedentia.

32. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex uno latere, et tres ex altero.

33. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulaque simul et lilium : et tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulaque simul et lilium; hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili :

34. In ipso autem candelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, et lilia.

35. Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt, procedentes de hastili uno.

36. Et sphærulæ igitur et calami ex ipso erunt, universa ductilia de auro purissimo.

37. Facies et lucernas septem, et pones eas super candelabrum, ut luceant ex adverso.

38. Emunctoria quoque, et ubi quæ emuncta sunt exstinguantur, fiant de auro purissimo.

39. Omne pondus candelabri cum universis vasis suis habebit talentum auri purissimi.

40. Inspice, et fac secundùm exemplar quod tibi in monte monstratum est.

---

partes candelabri prominentes nucum instar. — *Sphærulas.* Poma, globulos, vel sphærulas pomorum instar. — *Lilia.* In summitate calamorum, quibus liliis impositæ lucernæ.

34. *In ipso autem candelabro.* In ipso hastili candelabri.

37. *Ex adverso.* Versus mensam panum propositionis. * Porro septem illæ lucernæ tota nocte ardebant; mane vero quatuor ex illis exstinguebantur, tres reliquiæ etiam per diem lucebant. Vide Bonfrer. Exod. 27.

38. *Ubi quæ emuncta sunt exstinguantur.* Vasa quæ partem ellychnii, quæ emuncta est, recipiant.

39. *Habebit talentum auri.* Talentum hebræum continens tria millia siclorum, duodecim aureorum millia appendebat, ex Cornelio hic.

Digitized by Google

CHAPITRE XXVI.

Dieu prescrit la manière dont sera construit le tabernacle. Il marque les choses qu'on mettra dedans.

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Tabernaculum verò ita facies: Decem cortinas de bysso retorta, et hyacintho, ac purpura, coccoque bis tincto, variatas opere plumario facies.

1. Vous ferez ce tabernacle en cette manière : Il y aura *quatre couvertures différentes; la première, qui paraîtra en dedans, et qui servira comme de plafond, sera composée de* dix rideaux de fin lin retors, de couleur d'hyacinthe, de pourpre et d'écarlate teinte deux fois; ils seront parsemés d'ouvrages de broderie *pour l'ornement du tabernacle.*

2. Longitudo cortinæ unius habebit viginti octo cubitos : latitudo, quatuor cubitorum erit. Unius mensuræ fient universa tentoria.

2. Chaque rideau aura vingt-huit coudées de long, *afin que passant au travers sur le toit du tabernacle, qui sera haut de dix coudées, et descendant de neuf coudées de chaque côté, il le couvre à une coudée près de terre;* et ce *rideau aura aussi* quatre *coudées* de large, *afin que les dix rideaux joints ensemble égalent la longueur du tabernacle qui sera de quarante coudées.* Tous les rideaux seront *donc* d'une même mesure, *et tiendront l'un à l'autre pour ne faire qu'une seule et même couverture.*

3. Quinque cortinæ sibi jungentur mutuò, et aliæ quinque nexu simili cohærebunt.

3. *Mais cette couverture sera de deux pièces pour la commodité de ceux qui seront chargés de tendre et de détendre le tabernacle. Ainsi* cinq de ces rideaux tiendront l'un à l'autre, et les cinq autres seront joints de même *l'un à l'autre.*

4. Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, ut possint invicem copulari.

4. Vous mettrez *pour cela* des cordons d'hyacinthe aux bords des rideaux des deux côtés, afin qu'ils puissent s'attacher l'un à l'autre.

CAP. XXVI. 1. *De bysso retorta.* Cujus scilicet fila torta sint ac duplicata, ut fortior sit. — *Variatas.* Hebr. *cherubim,* quasi dicat : Sparsas imaginibus alatis. Chald. *figuras cherubim.* — *Opere plumario.* Hebr. *opere cogitantis :* opere scilicet ingenioso, quod multa cognitione, industria et cura indiget. Bysso quasi stamini supertexebantur fila varia, hyacinthina, purpurea, et cocco tincta, et ita fiebat *opus* hoc *cogitantis,* varie scilicet pictum aut textum, quod æmulabatur picturas ex plumis diversicoloribus avium factas. Vox hebræa רקמ *reqem,* respondet voci nostræ italicæ *ricamato.*

2. *Tentoria.* Id est, cortinæ ad modum tentorii extensæ.

3. *Sibi jungentur mutuo.* Hoc est, quinas et quinas vel assutura, vel alio modo conjunges, ut sint duarum magnarum cortinarum instar, quæ duæ rursus in unum quinquaginta ansulis copulabuntur.

Digitized by Google

5. Chaque rideau aura cinquante cordons de chaque côté, placés de telle sorte que lorsqu'on approchera les rideaux, les cordons de l'un répondent à ceux de l'autre, et qu'on les puisse attacher ensemble.

6. Vous ferez aussi cinquante anneaux d'or *avec leurs agrafes*, qui serviront à joindre ensemble les deux voiles composés *chacun* des *cinq* rideaux, afin qu'il ne s'en fasse qu'un seul *voile pour couvrir* le tabernacle.

7. Vous ferez encore onze rideaux de poil de chèvres, *pour mettre sur cette première couverture, et* pour couvrir *plus solidement* le dessus du tabernacle.

8. Chacun de ces rideaux aura trente coudées de long, *afin qu'étant posés sur le tabernacle ils le couvrent jusqu'à terre de chaque côté;* et il *en aura aussi* quatre de large, *en sorte que les onze étant joints ensemble feront quarante-quatre coudées de long, quoique le tabernacle n'en doive avoir que quarante;* et ils seront tous de la même mesure, *tant pour la longueur que pour la largeur.*

9. Vous en joindrez cinq ensemble séparément, et les six autres se tiendront aussi ensemble séparément; en sorte que le sixième puisse se rabattre par devant le toit, *et couvrir le frontispice du tabernacle.*

10. Vous mettrez aussi cinquante cordons aux bords d'un de ces rideaux, afin qu'on le puisse joindre avec l'autre *qui en est proche*; et cinquante aux bords de l'autre pour l'attacher à celui qui le touchera.

11. Vous ferez aussi cinquante boucles d'airain par lesquelles vous ferez passer ces cordons, afin que de tous ces rideaux il ne se fasse qu'une seule couverture.

5. Quinquagenas ansulas cortina habebit in utraque parte, ita insertas, ut ansa contra ansam veniat, et altera alteri possit aptari.

6. Facies et quinquaginta circulos aureos quibus cortinarum vela jungenda sunt, ut unum tabernaculum fiat.

7. Facies et saga cilicina undecim, ad operiendum tectum tabernaculi.

8. Longitudo sagi unius habebit triginta cubitos : et latitudo, quatuor : æqua erit mensura sagorum omnium.

9. E quibus quinque junges seorsum, et sex sibi mutuò copulabis, ita ut sextum sagum in fronte tecti duplices.

10. Facies et quinquaginta ansas in ora sagi unius, ut conjungi cum altero queat : et quinquaginta ansas in ora sagi alterius, ut cum altero copuletur.

11. Facies et quinquaginta fibulas æneas, quibus jungantur ansæ, ut unum ex omnibus operimentum fiat.

---

6. *Facies et quinquaginta circulos.* Fibulas circulares, ut hæc duo cortinarum quinarum vela per eos conjungi, et rursum solvi ac disjungi possint, quando proficiscendum est.

7. *Saga cilicina undecim.* Hebr. *cortinas e pilis caprarum undecim;* vestes enim e pilis caprarum cilicinæ dicuntur. Hæc saga sive vela eodem modo jungebantur, ut aliæ cortinæ, de quibus dictum est n. 3. — *Ad operiendum tectum.* Ad hoc enim erant factæ cortinæ istæ omnes, et tabernaculum quatuor operimentis erat tectum : 1. velo decem cortinarum ex bysso, purpura, etc.; 2. stragulo undecim sagorum e cilicio; 3. pellibus arietum rubricatis; 4. pellibus ianthinis.

9. *Duplices.* Id est, extremitatem pendentem reducas in tectum, vertendo, ut solent quæ duplicantur.

Digitized by Google

12. Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est, unum sagum quod amplius est, ex medietate ejus operies posteriora tabernaculi.

12. Et parce que de ces rideaux, destinés à couvrir le tabernacle, il y en aura un de surplus, vous en emploierez la moitié pour couvrir le derrière du tabernacle, *comme l'autre moitié aura été employée à couvrir le devant.*

13. Et cubitus ex una parte pendebit, et alter ex altera qui plus est in sagorum longitudine, utrumque latus tabernaculi protegens.

13. Et comme ces rideaux, *étant de deux coudées plus longs que ceux de la première couverture, les* déborderont d'une coudée d'un côté et d'une coudée de l'autre, ce qui pendra de surplus servira à couvrir les deux côtés du tabernacle, *qui n'étaient pas couverts par les rideaux de la première couverture.*

14. Facies et operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis : et super hoc rursum aliud operimentum de ianthinis pellibus.

14. *Outre ces deux couvertures, qui ne suffiraient pas pour mettre le tabernacle à couvert des injures de l'air*, vous ferez encore une autre couverture pour *mettre sur* le toit *du tabernacle, laquelle sera de* peaux de moutons teintes en rouge; et sur cette *troisième* couverture, *vous y en mettrez* une autre *quatrième, aussi* de peaux *de moutons* teintes en bleu céleste.

15. Facies et tabulas stantes tabernaculi de lignis setim,

15. Vous ferez *aussi* des ais de bois de sétim pour le *corps du* tabernacle, qui se tiendront debout *étant joints ensemble.*

16. Quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, et in latitudine singulos ac semissem.

16. Chacun de ces ais aura dix coudées de haut et une coudée et demie de large.

17. In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectetur : atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur.

17. Chaque ais aura une rainure *d'un côté*, et une languette *de l'autre*, afin qu'ils s'emboîtent l'un dans l'autre, et tous les ais seront disposés de cette même manière.

---

12. *Ex medietate.* Cum saga hæc essent undecim, excedebant cortinas, de quibus supra, latitudine itemque longitudine, quia saga erant 30 cubitorum longitudinis, cortinæ autem illæ 28. Ex quatuor ergo cubitis latitudinis, quibus excedebant, duo duplicati tegebant pendentes anteriorem partem tabernaculi, et duo posteriorem. Item duorum cubitorum, quibus longitudo excedebat, alter pendebat ex uno latere tabernaculi, alter ex altero. Vide Torniellum, tom. 1, anno mundi 2544, n. 63, qui rem totam clare et distincte explicat.

14. *De pellibus arietum.* An duo hæc operimenta de pellibus scilicet arietum rubricatis et pellibus ianthinis tectum tabernaculi tantum texerint, an vero etiam latera, ut saga cilicina, et primum illud ex bysso, etc., non constat. Probabilius videtur texisse, quia eadem militat ratio, ut scilicet cortinæ delicatiores ab imbribus protegerentur.

15. *Tabulas stantes tabernaculi.* Hæ tabulæ erant quasi parietes tabernaculi erecti a tribus ejus lateribus.

17. *Duæ incastraturæ fient.* Tabulæ ita erunt in lateribus elaboratæ, ut connecti possint, et bene inter se cohærere.

Digitized by Google

18. Il y en aura vingt du côté méridional qui regarde le vent du midi.

19. Vous ferez fondre aussi quarante bases d'argent, afin que chaque ais soit porté sur deux bases qui en soutiennent les deux angles.

20. Il y aura aussi vingt ais au second côté du tabernacle qui regarde l'aquilon.

21. Ils seront soutenus sur quarante bases d'argent, chaque ais en ayant deux pour le porter.

22. Mais vous ferez six ais pour le côté du tabernacle qui regarde l'occident,

23. Et deux autres *plus forts* qui seront dressés aux angles du derrière du tabernacle.

24. Ces ais seront joints *l'un à l'autre* depuis le bas jusqu'au haut, et ils seront tous emboîtés l'un dans l'autre. On les joindra aussi de la même manière aux deux ais qui seront mis aux angles.

25. Il y aura *donc pour le derrière du tabernacle* huit ais en tout qui auront seize bases d'argent, chaque ais en ayant deux pour le soutenir.

26. Vous ferez aussi des barres de bois de sétim, *de la longueur des côtés du tabernacle*, cinq pour tenir fermes tous les ais d'un des côtés du tabernacle,

27. Cinq autres pour l'autre côté, et cinq de même pour celui qui regarde l'occident.

28. Elles s'appliqueront de travers con-

18. Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad austrum.

19. Quibus quadraginta bases argenteas fundes, ut binæ bases singulis tabulis per duos angulos subjiciantur.

20. In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad aquilonem, viginti tabulæ erunt,

21. Quadraginta habentes bases argenteas; binæ bases singulis tabulis supponentur.

22. Ad occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas,

23. Et rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi.

24. Eruntque conjunctæ a deorsum usque sursum, et unâ omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis junctura servabitur.

25. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per unam tabulam supputatis.

26. Facies et vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi,

27. Et quinque alios in altero, et ejusdem numeri ad occidentalem plagam :

28. Qui mittentur per medias

---

22. ***Facies sex tabulas.*** Quasi dicat : Tabernaculum ad occidentem habebit octo tabulas, ut dicitur n. 25, ita tamen ut sex integræ sint, scilicet sesquicubitales; duæ vero reliquæ sint tantum semicubitales.

23. ***In angulis.*** Una enim latus meridianum, altera aquilonare tabernaculi tangebat. — ***Post tergum.*** In parte occidentali; nam pars orientalis, qua patebat ingressus, nullas habebat tabulas.

24. ***Eruntque conjunctæ.*** Sex scilicet et tabulæ æquales; nam de duabus reliquis statim.

26. ***Facies et vectes.*** Hi vectes auro vestiti, aureisque annulis immissi totam continebant tabernaculi fabricam, ut moveri suo loco tabulæ non possent. Itaque quinque vectes erant triginta cubitorum a parte australi, totidemque a parte boreali; a parte vero occidentali cubitorum decem. In unoquoque latere erant quinque hujusmodi vectes.

28. ***Per medias tabulas.*** Non per spissitudinem ipsam tabularum, sed per

Digitized by Google

tabulas a summo usque ad summum.

29. Ipsas quoque tabulas deaurabis, et fundes in eis annulos aureos, per quos vectes tabulata contineant : quos operies laminis aureis.

30. Et eriges tabernaculum juxta exemplar quod tibi in monte monstratum est.

31. Facies et velum de hyacintho, et purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta, opere plumario et pulchrâ varietate contextum :

32. Quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, et habebunt capita aurea, sed bases argenteas.

33. Inseretur autem velum per circulos, intra quod pones arcam testimonii, quo et Sanctuarium et Sanctuarii Sanctuaria dividentur.

34. Pones et propitiatorium super arcam testimonii in Sancto Sanctorum :

35. Mensamque extra velum : et contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano : mensa enim stabit in parte aquilonis.

36. Facies et tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, et purpura, coccoque bis tincto,

tre tous ces ais, depuis un bout jusqu'à l'autre, *étant posées à distance égale, de deux coudées en deux coudées.*

29. Vous couvrirez les ais de lames d'or, et vous y ferez des anneaux d'or, pour y passer les barres de bois *de sétim,* qui tiendront ensemble tous les ais, et ces barres de bois seront aussi couvertes de lames d'or.

30. Vous dresserez *ainsi* le tabernacle selon le modèle qui vous en a été montré sur la montagne.

31. Vous ferez aussi, *pour le séparer en deux parties, dont la première s'appellera le Saint, et la seconde le Saint des Saints; vous ferez, dis-je,* un voile de couleur d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin retors, où vous tracerez un ouvrage de broderie avec une agréable variété.

32. Vous le suspendrez à quatre colonnes de bois de sétim qui seront couvertes d'or et qui auront des chapiteaux d'or et des bases d'argent.

33. Le voile tiendra aux colonnes par des anneaux : vous mettrez au dedans du voile l'arche du témoignage *ainsi appelée, parce qu'elle renfermera les tables de la loi que je vous ai donnée en témoignage de l'alliance que j'ai faite avec vous;* et le voile séparera le Saint d'avec le Saint des Saints.

34. Vous mettrez aussi le propitiatoire sur l'arche du témoignage dans le Saint des Saints.

35. *Mais* vous mettrez la table au dehors du voile, et le chandelier vis-à-vis de la table, au côté du tabernacle qui est au midi, parce que la table sera placée du côté du septentrion.

36. Vous ferez aussi un voile pour l'entrée du tabernacle, qui sera d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate deux fois teinte,

---

earum dorsa transversim annulis inserti. — *A summo usque ad summum.* Ab extremo usque ad extremum.

33. *Velum.* Quod scilicet divideret Sanctum a Sancto sanctorum, quod tertiam tantum tabernaculi partem occupabat, et quadratum erat, decem habens cubitos in omni latere. Intra hoc velum erat arca, ut dicitur n. 33.

36. *Facies et tentorium.* Alterum velum quod oppansum erat primæ parti tabernaculi, quæ Sanctum dicebatur; sicut prius velum, de quo n. 31, erat oppansum Sancto sanctorum.

Digitized by Google

de fin lin retors, sur lequel vous ferez un ouvrage de broderie.

37. Le voile sera suspendu à cinq colonnes de bois de sétim couvertes d'or dont les chapiteaux seront d'or et les bases d'airain.

et bysso retorta, opere plumarii.

37. Et quinque columnas deaurabis lignorum setim, ante quas ducetur tentorium : quarum erunt capita aurea, et bases æneæ.

CHAPITRE XXVII.

Ordonnance touchant l'autel des holocaustes, le parvis du tabernacle, les vases sacrés, l'huile et les lampes.

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Vous ferez aussi un autel de bois de sétim, qui aura cinq coudées de long et autant de large, c'est-à-dire qu'il sera carré, et aura trois coudées de haut. *Il sera comme un coffre carré d'une coudée et demie de haut, posé sur quatre pieds de pareille hauteur.*

2. Quatre cornes s'élèveront des quatre coins de l'autel *pour lui servir d'ornements, pour y attacher les victimes qu'il faudra immoler, et pour y suspendre avec des chaînes la grille que vous mettrez au dedans de l'autel*, et vous le couvrirez d'airain *en dehors et en dedans.*

3. Vous ferez pour l'usage de l'autel des vaisseaux qui serviront à en recevoir les cendres; des tenailles, des pincettes,

1. Facies et altare de lignis setim, quod habebit quinque cubitos in longitudine, et totidem in latitudine, id est quadrum, et tres cubitos in altitudine (1).

2. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt : et operies illud ære.

3. Faciesque in usus ejus lebetes ad suscipiendos cineres, et forcipes atque fuscinulas, et ignium

(1) Rép. crit., tome III, page 76.

CAP. XXVII. 1. *Altare.* Sermo est, non de altari thymiamatis, quod erat in Sancto, et in quo thymiama adolebatur mane et vespere; sed de altari holocaustorum, in quo et holocausta et quævis sacrificia Deo immolabantur et cremabantur. — *De lignis setim.* Quoad tabulas ambientes; nam interius in imo, altare hoc usque ad sui medium plenum erat lapidibus non sectis; superius vero per totum craticula ænea tegebatur. Itaque hoc altare ex setim simile erat arcæ, seu capsæ quadratæ quæ fundo et operculo caret, et interius vacua est.

2. *Cornua... ex ipso erunt.* Anguli prominentes cornuum instar ad ornatum altaris, non aliunde; sed ex ipso altaris ære continuo opere ducentur. — *Operies illud ære.* Tabulæ de lignis setim æneis tabulis tectæ erant, ne ab igne læderentur.

3. *Lebetes.* Alii vertunt ollas. LXX habent, *et facies coronam altari.* — *Forcipes.* Hebr. כַּפָּיו *tahim,* quod LXX vertunt, *cooperimenta;* alii, *scophas.* Videntur esse instrumenta quibus aliquid accipimus, aut removemus, uti sunt forcipes et batilla sive palæ. Italice, *pale, e badili.* — *Fuscinulas.* Tridentes, uncinos, creagras ad extrahendas carnes. — *Ignium receptacula.* Vasa ad capiendas prunas, unde aliqui vertunt, *thuribula;* LXX, *focum.* Serviebant hæc vasa inter alia ad hoc, ut in illis ignis sanctus ex altari ho-

Digitized by Google

receptacula; omnia vasa ex ære fabricabis.

4. Craticulamque in modum retis æneam : per cujus quatuor angulos erunt quatuor annuli æneï,

5. Quos pones subter arulam altaris : critque craticula usque ad altaris medium.

6. Facies et vectes altaris de lignis setim duos, quos operies laminis æneis :

7. Et induces per circulos, eruntque ex utroque latere altaris ad portandum.

8. Non solidum, sed inane et cavum intrinsecus facies illud, sicut tibi in monte monstratum est.

9. Facies et atrium tabernaculi, in cujus australi plaga contra meridiem erunt tentoria de bysso retorta : centum cubitos unum latus tenebit in longitudine.

10. Et columnas viginti cum

des brasiers, et vous ferez toutes ces choses d'airain.

4. Vous ferez aussi une grille d'airain en forme de rets, qui aura quatre anneaux d'airain aux quatre coins, *pour la suspendre aux quatre cornes de l'autel.*

5. Et vous la mettrez au-dessus *du rebord qui entoure* le foyer de l'autel, *en sorte que* la grille descendra jusqu'au milieu de l'autel.

6. Vous ferez aussi pour l'autel deux bâtons de bois de sétim, que vous couvrirez de lames d'airain.

7. Vous les ferez passer dans les anneaux des deux côtés de l'autel, et ils serviront à le porter.

8. Vous ne ferez point l'autel solide, mais il sera vide et creux en dedans, selon le modèle qui vous en a été montré sur la montagne, *afin qu'il soit moins pesant et qu'on le puisse porter plus aisément.*

9. Vous ferez aussi le parvis du tabernacle *en la manière qui suit.* Ce parvis aura du côté du midi des rideaux de fin lin retors *en forme de rets :* ce côté aura cent coudées de long.

10. Vous y poserez vingt colonnes d'ai-

---

locausti petitus ad altare thymiamatis vespere et mane, ad incensum in iis adolendum deferretur, nam incensum non in ipso altari immediate, sed in hisce thuribulis altari impositis adolebatur.

4. *Craticulamque in modum retis æneam.* Quæ tegeret superiorem altaris partem, cui craticulæ sacrificia comburenda imponebantur. — *Quatuor annuli æneï.* Craticula hæc suos annulos et vectes habebat distinctos ab annulis et vectibus altaris; eximebatur enim et separabatur craticula ab altari, ut seorsim portari posset.

5. *Arulam altaris.* Ex craticula per catenulas aut laminas appensa pendebat arula ænea, sive foculus in medio altaris super lapidum impolitorum structuram, in qua arula ponebantur ligna et ignis ad cremandas carnes quæ in superiori craticula ponebantur. — *Usque ad altaris medium.* Craticula non sola, sed cum arula appensa ad medium usque altaris perveniebat; inter craticulam enim et arulam fere spatium erat cubiti unius cum dimidio, quod est medium altaris, quod trium cubitorum altitudinem habebat.

6. *Vectes altaris.* Ut craticula, sic altare suos habebat vectes, ut seorsim portari posset.

7. *Per circulos.* Per annulos.

8. *Non solidum.* N. 1, diximus altare vacuum fuisse.

9. *Atrium.* Atrium hoc factum est ut undequaque ambiret tabernaculum et altare holocaustorum, tum ornatus, tum reverentiæ causa. — *Tentoria.* Atrium a lateribus per circuitum ambiebatur tentoriis, id est, velis vel aulæis, hæcque vela erant parietum instar ipsi atrio.

10 *Et columnas.* De quibus vela sive tentoria suspenderentur. — *Capita*

Digitized by Google

rain avec leurs bases de la même matière, qui auront leurs chapiteaux et leurs ornements d'argent, *et ces colonnes serviront à soutenir les rideaux.*

11. Il y aura de même du côté de l'aquilon des rideaux de cent coudées de long, *et pour les soutenir,* vingt colonnes qui auront chacune leurs bases d'airain, leurs chapiteaux et leurs ornements d'argent.

12. La largeur du parvis qui regarde l'occident aura cinquante coudées, le long de laquelle vous mettrez des rideaux, et dix colonnes avec autant de bases.

13. La largeur du parvis qui regarde l'orient *et par laquelle on entrera* aura aussi cinquante coudées.

14. Vous y mettrez des rideaux d'un côté, dans l'espace de quinze coudées, et *pour les soutenir il y aura* trois colonnes avec autant de bases.

15. Vous mettrez de l'autre côté des rideaux dans le même espace de quinze coudées, avec trois colonnes et autant de bases *pour les soutenir.*

16. A l'entrée du parvis, dans l'espace de vingt coudées *qui reste au milieu des trente coudées,* vous mettrez des rideaux *plus précieux que ceux qui sont au reste du tabernacle, savoir des rideaux* d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin retors; le tout en ouvrage de broderie. *Cette entrée* aura quatre colonnes *pour soutenir les rideaux,* avec autant de bases.

17. Toutes les colonnes du parvis seront revêtues tout autour de lames d'argent; elles auront leurs chapiteaux d'argent et leurs bases d'airain.

basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebunt argentea.

11. Similiter et in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, et bases æneæ ejusdem numeri, et capita earum cum cælaturis suis argentea.

12. In latitudine verò atrii, quod respicit ad occidentem, erunt tentoria per quinquaginta cubitos, et columnæ decem, basesque totidem.

13. In ea quoque atrii latitus dine, quæ respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt.

14. In quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur, columnæque tres et bases totidem :

15. Et in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, et bases totidem.

16. In introitu verò atrii fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho et purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta, opere plumarii : columnas habebit quatuor, cum basibus totidem.

17. Omnes columnæ atrii per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, et basibus æneis.

---

cum cælaturis. Hebr. et Chald. *argentea erunt capita columnarum, cum cincturis,* vel *circulis,* quæ scilicet circa columnas filis argenteis ducentur; neque enim cælaturæ erant incisiones aut sculpturæ, sed laminæ tenues ambientes, vel fila ambientia capita columnarum.

14. *Quindecim cubitorum tentoria.* Facies orientalis atrii in medio habebat spatium viginti cubitorum, quod portæ instar habebat. Hinc et inde relinquebatur spatium quindecim cubitorum, quod suas habebat columnas et tentoria, sive vela.

16. *Tentorium cubitorum viginti.* Quod portæ atrii oppansum, quasi januæ vicem impleret.

17. *Argenteis laminis.* Circulis, sive filis, ut explicatum est, n. 10.

Digitized by Google

18. In longitudine occupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinque cubitorum erit; fietque de bysso retorta, et habebit bases æneas.

19. Cuncta vasa tabernaculi in omnes usus et ceremonias, tam paxillos ejus quàm atrii, ex ære facies.

20. Præcipe filiis Israel ut afferant tibi oleum de arboribus olivarum purissimum, piloque contusum, ut ardeat lucerna semper

21. In tabernaculo testimonii, extra velum quod oppansum est testimonio. Et collocabunt eam Aaron et filii ejus, ut usque mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum à filiis Israel.

18. Le parvis aura cen. coudées de long, cinquante de large et cinq de haut, *selon la hauteur des ais et des colonnes;* ses rideaux se feront de fin lin retors, et les bases seront d'airain.

19. Tous les vases qui serviront à tous les usages et à toutes les cérémonies du tabernacle, et tous les pieux qui seront employés, tant au tabernacle qu'au parvis, seront d'airain.

20. Ordonnez aux enfants d'Israël de vous apporter de la plus pure huile d'olives pilées au mortier, afin que les lampes brûlent toujours *durant la nuit*

21. Dans le tabernacle du témoignage, hors le voile qui est suspendu devant l'arche du témoignage. Aaron et ses enfants *prépareront* et placeront les lampes, afin qu'elles luisent jusqu'au matin devant le Seigneur. Ce culte se continuera toujours et passera de race en race parmi les enfants d'Israël.

CHAPITRE XXVIII.

Description des habits pontificaux d'Aaron et de ses fils.

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Applica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis de medio filiorum Israel, ut sacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab, et Abiu, Eleazar, et Ithamar.

2. Faciesque vestem sanctam Aaron fratri tuo in gloriam et decorem.

1. Faites aussi approcher de vous Aaron votre frère avec ses enfants, *en les séparant* du milieu d'Israël, afin qu'ils exercent devant moi les fonctions du sacerdoce: Aaron, Nadab, Abiu, Eléazar et Ithamar.

2. Vous ferez un vêtement saint *et sacré* à Aaron votre frère, pour la gloire et l'ornement *du culte divin.*

---

19. *Et ceremonias.* Hebr. *in omnem cultum ceremonialem ad colendum Deum.* — *Paxillos.* Columnis infixos ad vela seu cortinas sustinendas. Alii putant paxillis terræ infixis cortinas funibus alligatas, ne agitarentur.

20. *Piloque contusum.* Oleum vel sit sponte fluens ex olivis, vel pilo contusum, non prelo aut mola expressum, quod amurca et fœcibus plenum est.

21. *Tabernaculo testimonii.* Quia scilicet tabernaculum continebat legem, quæ erat testimonium voluntatis et fœderis divini. — *Testimonio.* Arcæ continenti testimonium. — *Usque mane.* * Vide dicta c. 25. 37. — *Successiones.* Hebr. generationes.

CAP. XXVIII. 1. *Applica.* Accedere fac, ut est in hebræo. — *Aaron fratrem tuum.* Ut eos sacerdotes consecres, et vestibus sacerdotalibus induas.

2. *Vestem sanctam.* Enallage, pro vestes sanctas, vestes sacerdotales. — *In gloriam et decorem.* Sacerdotum, et sacerdotalium munerum.

Digitized by Google

3. Vous parlerez *pour celà* à tous ceux dont le cœur est rempli de sagesse, à qui j'ai donné un esprit d'intelligence *et d'habileté*, afin qu'ils fassent des vêtements à Aaron votre frère, et qu'étant sanctifié *par ces ornements sacrés dont il sera revêtu*, il me serve dans son ministère *avec plus de dignité*.

3. Et loqueris cunctis sapientibus corde, quos replevi spiritu prudentiæ, ut faciant vestes Aaron, in quibus sanctificatus ministret mihi.

4. Voici les vêtements qu'ils feront : le rational, l'éphod, la tunique de lin, qui sera plus étroite, la mitre et la ceinture. Ce seront là les vêtements saints qu'ils feront pour Aaron votre frère et pour ses enfants, afin qu'ils exercent devant moi les fonctions du sacerdoce.

4. Hæc autem erunt vestimenta quæ facient : rationale, et superhumerale, tunicam et lineam strictam, cidarim et balteum. Facient vestimenta sancta fratri tuo Aaron et filiis ejus, ut sacerdotio fungantur mihi.

5. Ils y emploieront l'or, l'hyacinthe, la pourpre, l'écarlate teinte deux fois, et le fin lin.

5. Accipientque aurum, et hyacinthum, et purpuram, coccumque bis tinctum, et byssum.

6. Ils feront l'éphod d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin retors, dont l'ouvrage sera tissu du mélange de ces couleurs.

6. Facient autem superhumerale de auro et hyacintho, et purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta, opere polymito.

7. L'éphod, par le haut, aura deux ouvertures sur les épaules, qui répondront l'une à l'autre, et ces ouvertures, s'étendant *pour le mettre*, se rejoindront *quand on l'aura mis*.

7. Duas oras junctas habebit in utroque latere summitatum, ut in unum redeant.

8. Tout l'ouvrage sera tissu avec une *agréable* variété d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois et de fin lin retors.

8. Ipsa quoque textura et cuncta operis varietas erit ex auro, et hyacintho, et purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta.

9. Vous prendrez aussi deux pierres

9. Sumesque duos lapides ony-

---

3. *Sapientibus corde.* Artificibus peritis. — *Spiritu prudentiæ.* Late sumitur prudentia, ut etiam artem et peritiam mechanicam significet. Hi artifices erant Beseleel et Ooliab, de quibus c. 35. n. 30 et 34. Vocatur spiritus prudentiæ, quia erat prudentia a Deo aspirata.

6. *Superhumerale.* Quod hebraice dicitur אֵפוֹד *ephod,* id est pallium sive extima vestis, quæ aliis superinduitur. LXX ἐπωμίδα appellant, quod idem significat quod superhumerale. — *Purpura, coccoque.* Hæc c. 25 explicata sunt. — *Opere polymito.* Id est, opere variorum colorum et liciorum. LXX vocant opus textile variis distinctum coloribus : erat enim ephod pontificis textum ex stamine byssino et subtegmine tricolori, videlicet hyacinthino, coccineo et purpureo, intermixtis filis aureis. Aliud erat ephod lineum purum, quo utebantur inferiores sacerdotales, taleque fuit ephod Samuelis, I. Reg. 2. 18, et sacerdotum a Saule occisorum, I. Reg. 22. 18, et tali etiam usus David saltans ante arcam, II. Reg. 6. 14.

7. *Duas oras.* Super utramque humeri partem, ut per eas commodius pontifex posset caput inserere et ephod induere, quo, cum erat indutus, tunc oræ illæ fibula nectebantur. — *Summitatum.* Quia non sub axillis, sed in summo ephod super humeros erant.

9. *Lapides onychinos.* Ita vertunt passim; LXX tamen habent *smaragdos.*

Digitized by Google

chinos, et sculpes in eis nomina filiorum Israel :

10. Sex nomina in lapide uno, et sex reliqua in altero, juxta ordinem nativitatis eorum.

11. Opere sculptoris et cælaturâ gemmarii, sculpes eos nominibus filiorum Israel, inclusos auro atque circumdatos :

12. Et pones in utroque latere superhumeralis, memoriale filiis Israel. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino super utrumque humerum, ob recordationem.

13. Facies et uncinos ex auro,

14. Et duas catenulas ex auro purissimo sibi invicem cohærentes, quas inseres uncinis.

15. Rationale quoque judicii fa-

d'onyx, où vous graverez les noms des *douze* enfants d'Israël.

10. Il y aura six noms sur une pierre et six sur l'autre, selon l'ordre de leur naissance.

11. Vous y emploierez l'art du sculpteur et du lapidaire; *car* vous y graverez les noms des enfants d'Israël, après avoir enchâssé les pierres dans l'or.

12. Vous les mettrez sur l'éphod de côté et d'autre comme *des espèces d'agrafes qui serviront à le fermer, et elles seront comme* un monument *qui fera souvenir Aaron de prier* pour les enfants d'Israël. Aaron portera leurs noms devant le Seigneur, gravés sur les deux pierres qui seront sur ses épaules, pour *engager le Seigneur à se* souvenir *de son peuple.*

13. Vous ferez aussi des boucles d'or, *que vous attacherez au bas de ces deux pierres,*

14. Et deux petites chaînes d'un or très-pur, dont les anneaux soient enlacés les uns dans les autres, que vous ferez entrer dans ces boucles, *pour tenir le rational.*

15. *Car* vous ferez aussi le rational du

Josephus, *sardonycas;* Arias Montanus putat esse *beryllos.* Vide dicta Gen. 2. 12; est enim hic eadem vox hebræa שֹׁהַם *scoam.*

10. *Sex nomina in lapide uno.* Onychi dextero insculpta erant hæc nomina : Ruben, Simeon, Judas, Dan, Nephthali et Gad; sinistro, Aser, Issachar, Zabulon, Ephraim, Manasses et Benjamin. Nomen Levi inter duodecim tribus non numerabatur, sed ipse sacerdos, utpote levita, per se suam tribum repræsentabat.

11. *Cælatura gemmarii.* Hebr. *apertionibus sigilli;* hoc est, ad eum modum quo in gemmis, quibus utimur pro sigillo, symbola et characteres describuntur.

12. *Memoriale filiis Israel.* 1. Ut meminisset pontifex ac populus fidei probæque vitæ duodecim patriarcharum, eamque imitarentur; 2. ut recordaretur in orationibus duodecim tribuum quæ ex illis patriarchis prognatæ; 3. ut meminisset pontifex et pectore et humeris portandum populum : pectore per amorem et charitatem, humeris per tolerantiam earum molestiarum quæ pontificalem curam comitantur.

13. *Uncinos ex auro.* Ut per eos et catenulas rationale alligaretur superhumerali, ipsi nimirum ephod.

14. *Sibi invicem cohærentes.* Cujus scilicet circuli, sive annuli, ex quibus catenula conflatur, invicem innexi cohæreant.

15. *Rationale quoque.* Hæc est secunda vestis pontificis. Dicebatur ab Hebræis חֹשֶׁן *choshen,* a Græcis λογεῖον, a Latinis *rationale.* Sic autem appellabatur, quia pontificem et populum admonebat eorum quæ summa prudentia et ratione ipsis in suo officio, sacrificiis et sacerdotio consideranda erant, quæque significabantur per nomina filiorum Israel, perque *urim et*

Digitized by Google

jugement, *qui avertira le grand prêtre qu'il doit rendre la justice et enseigner la vérité : ce rational* sera tissu comme l'éphod d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin retors, mêlés ensemble à des fils tissus de différentes couleurs.

16. Il sera carré et double, *afin qu'il puisse soutenir les pierres qui y seront attachées*, et il aura la grandeur d'une palme, tant en longueur qu'en largeur.

17. Vous y mettrez quatre rangs de pierres précieuses. Au premier rang il y aura la sardoine, la topaze et l'émeraude;

18. Au second, l'escarboucle, le saphir et le jaspe;

19. Au troisième, le ligure, l'agate et l'améthyste;

20. Au quatrième, le chrysolite, l'onyx

cies opere polymito juxta texturam superhumeralis, ex auro, hyacintho, et purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta.

16. Quadrangulum erit et duplex : mensuram palmi habebit tam in longitudine quàm in latitudine.

17. Ponesque in eo quatuor ordines lapidum : in primo versu erit lapis sardius, et topazius, et smaragdus :

18. In secundo, carbunculus, sapphirus, et jaspis :

19. In tertio ligurius, achates, et amethystus :

20. In quarto chrysolitus, ony-

---

tummim, id est per *doctrinam et veritatem*, quæ rationali inscripta erant. Secundo sic appellabatur, quia rationale hoc dabat oracula quasi mente aut ratione provida et prophetica præditum foret. — *Rationale Judicii*. Judicii nimirum partim humani, partim divini. Humani, hoc est, debiti et officii sacerdotis, et populi Israel, cujus, ut dixi, eos admonebat : Divini, quo scilicet Deus per pontificem consultus, oraculum per rationale edebat; quod oraculum sententia et judicium Dei erat.

16. *Quadrangulum erit*. Omni ex parte æquilaterum. — *Et duplex*. Ex duplici tela constans, ad hoc, ut sustinere possit gemmas in eo collocandas.

17. *In primo versu erit lapis sardius*. LXX etiam ipsi sardium vocant. Plinius appellat *sardam*. Sic dicta est gemma a Sardibus Lydiæ urbe, ubi primum inventa est rubei coloris. Arias Montanus putat sardium esse eam gemmam quam nos appellamus *rubino*. — *Topazius*. Gemma virens, de qua vide Plin. lib. 27, cap. 8. Non semel hæc gemma laudatur in Scripturis. — *Smaragdus*. Et hæc est virens gemma. Vide Plin. lib. 27, c. 5.

18. *Carbunculus*. Ita dictus quod igniti carbonis speciem referat. Vide Plin. lib. 27, c. 7. *Sapphirus*. Gemma cærulei ac cœlestis coloris, subinde tamen hæc gemma aureis punctis collucet, vel etiam purpurascit. Vide Plin. lib. 27, c. 9. — *Jaspis*. Hujus multæ recensentur species; primaria tamen species, quæ *grammatias* vel *polygrammas* dicitur, virens est, affinisque smaragdo. Vide Plin. lib. 27, c. 9.

19. *Ligurius*. Ita etiam LXX. D. Hier. Epist. ad Fabiolam, *lyncuriam* appellat. Non satis constat quænam sit hæc gemma; qui verius loquuntur succi speciem esse dicunt. — *Achates*. Ab Achate Siciliæ fluvio sic dictus hic lapis, in quo primo inventus : gemma est satis vulgaris, et mira in coloribus varietas. Vide Plin. l. 27, c. 10. Italice appellamus *agata*. — *Amethystus*. Purpurea vel violacea gemma, vel potius mixtam habens violam purpuræ. Ita appellata, quod ebrietatem prohibere credatur. Vide Plin. lib. 27, c. 9, qui aliam etymologiam affert.

20. *Chrysolithus*. Lapis aurei coloris, ut nomen indicat. Vide Plinium, ibid. — *Onychinus*. Gemma humani unguis coloris et candoris. Vide dicta Gen. 2,

Digitized by Google

chinus, et beryllus. Inclusi auro erunt per ordines suos.

21. Habebuntque nomina filiorum Israel : duodecim nominibus cælabuntur, singuli lapides nominibus singulorum per duodecim tribus.

22. Facies in rationali catenas sibi invicem cohærentes ex auro purissimo,

23. Et duos annulos aureos, quos pones in utraque rationalis summitate :

24. Catenasque aureas junges annulis, qui sunt in marginibus ejus :

25. Et ipsarum catenarum extrema duobus copulabis uncinis in utroque latere superhumeralis quod rationale respicit.

26. Facies et duos annulos aureos, quos pones in summitatibus rationalis, in oris, quæ e regione sunt superhumeralis, et posteriora ejus aspiciunt.

27. Necnon et alios duos annulos aureos, qui ponendi sunt in utroque latere superhumeralis deorsum, quod respicit contra faciem juncturæ inferioris, ut aptari possit cum superhumerali,

28. Et stringatur rationale annulis suis cum annulis superhumeralis vittâ hyacinthinâ, ut maneat junctura fabrefacta, et a se

et le béril. Ils seront enchâssés dans l'or selon leur rang.

21. Vous y mettrez les noms des enfants d'Israël; leurs douze noms y seront gravés *séparément*, chaque nom sur chaque pierre, selon l'ordre des douze tribus.

22. Vous ferez pour le rational, *comme il a été dit*, deux petites chaînes d'un or très-pur, dont les anneaux soient enlacés l'un dans l'autre,

23. Et deux anneaux d'or que vous mettrez aux deux côtés du rational tout en haut.

24. Vous passerez les deux chaînes d'or dans ces deux anneaux qui seront aux extrémités du rational *tout en haut :*

25. Et vous attacherez les extrémités de ces deux chaînes aux deux agrafes *ou boucles* d'or qui seront aux deux côtés de l'éphod qui répond au *haut du* rational.

26. Vous ferez aussi deux anneaux d'or, que vous mettrez aux deux côtés d'en bas du rational, sur les bords qui répondent à l'éphod par derrière.

27. Vous ferez encore deux autres anneaux d'or, que vous mettrez aux deux côtés du bas de l'éphod, qui répondent aux deux anneaux d'or du bas du rational, afin que l'on puisse ainsi attacher le rational avec l'éphod,

28. Par le moyen d'un ruban de couleur d'hyacinthe qui passera par les anneaux de l'éphod et par les anneaux du rational *qui les serrera*, afin qu'ils demeurent pro

---

n. 12. — ***Beryllus.*** Gemma viridis, sed cum pallore. Vide Plin. lib. 27, c. 5. Harum gemmarum mysterium difficile est assequi. Vide tamen multa apud Cornelium a Lapide.

21. ***Habebuntque nomina.*** Ipsa nomina characteribus descripta, non quod existimavit Prado in c. 1. Ezech, pag. 45, symbola, seu insignia cujusvis tribus. Italice dicimus *l'armi.*

22. ***In rationali catenas.*** De quibus num. 13.

26. ***Facies et duos annulos.*** Hoc versu 26, et duobus sequentibus describitur ligamen rationalis cum ephod per quatuor annulos, qui erant in extremitatibus rationalis, per quos trajecta vitta hyacinthina adstringebat rationale cum ephod, in quo pariter apte respondentes annuli erant inserti. — ***Posteriora ejus aspiciunt.*** Posteriora, id est interiora; pars enim anterior exterior erat, et visu patens; posterior vero interior, abscondita et tecta.

27. ***Contra faciem juncturæ.*** Hebr. ***e regione juncturæ ejus super texturam ingeniosam ephod.***

Digitized by Google

prement liés l'un avec l'autre, et que le rational et l'éphod ne puissent être séparés.

29. Aaron portera les noms des enfants d'Israël sur le rational du jugement qu'il aura sur sa poitrine, lorsqu'il entrera dans le sanctuaire, afin qu'il serve de monument éternel devant le Seigneur *de la soumission de son peuple, et de la confiance qu'il a en sa puissante protection.*

30. Vous graverez *ces deux mots* sur le rational du jugement : Doctrine et Vérité, qui seront sur la poitrine d'Aaron, lorsqu'il entrera *dans le tabernacle pour se présenter* devant le Seigneur, et il portera toujours sur sa poitrine le *rational du* jugement, *où seront écrits les noms* des enfants d'Israël, lorsqu'il se présentera devant le Seigneur, *afin qu'il se souvienne qu'il est chargé de les instruire et de leur enseigner la vérité.*

31. Vous ferez aussi la tunique *que le grand prêtre portera au-dessous* de l'éphod; elle sera toute de couleur d'hyacinthe.

32. Il y aura en haut une ouverture au milieu *pour passer la tête,* et autour *de cette ouverture* un bord tissu, comme on a accoutumé d'en faire aux extrémités des habits, de peur qu'ils ne se rompent.

33. Vous mettrez au bas et tout autour de la même robe, comme de *petites* grenades faites d'hyacinthe, de pourpre et d'écarlate teinte deux fois, entremêlées de sonnettes,

34. En sorte qu'il y aura une sonnette

invicem rationale et superhumerale nequeant separari.

29. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali judicii super pectus suum, quando ingredietur sanctuarium, memoriale coram Domino in æternum.

30. Pones autem in rationali judicii Doctrinam et Veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingredietur coram Domino : et gestabit judicium filiorum Israel in pectore suo, in conspectu Domini semper.

31. Facies et tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,

32. In cujus medio supra erit capitium, et ora per gyrum ejus textilis, sicut fieri solet in extremis vestium partibus, ne facilè rumpatur.

33. Deorsum verò, ad pedes ejusdem tunicæ, per circuitum, quasi mala punica facies, ex hyacintho, et purpura, et cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis.

34. Ita ut tintinnabulum sit

---

29. ***Super pectus suum.*** Hebr. *super cor suum.*

30. ***Doctrinam et Veritatem.*** Hebr. האורים והתמים *urim et thummim.* Juxta varias derivationes significant sive *doctrinam et veritatem,* ut noster habet interpres; vel *illuminationes et perfectiones.* Videntur hæ duæ voces scriptæ fuisse in rationali; et significasse doctrinæ splendorem, et integritatem vitæ quæ in pontifice, qui pastor, doctor et princeps erat, requirebantur. — ***Gestabit judicium.*** Id est, rationale judicii.

31. ***Tunicam superhumeralis.*** Hæc est tertia vestis pontificis.

32. ***Capitium.*** In hebr. est, *os capitis.* id est, apertura, sive foramen in summo, per quod caput transmittatur. — ***Ora per gyrum.*** Ora hæc erat fimbria, vel limbus aperturæ jam dictæ, sive capitii latera, ne rumperentur tegens et firmans per circuitum. — ***Textilis.*** Non acu facta, sed opere textili.

33. ***Mixtis in medio tintinnabulis.*** Erant alternatim sita malum punicum et tintinnabulum; hæc erant ex auro, illa ex hyacintho, etc. Aliqui aiun fuisse 72 tintinnabula, et totidem mala punica. Ita S. Hier. et Isidor.

Digitized by Google

aureum et malum punicum, rursumque tintinnabulum aliud aureum et malum punicum.

35. Et vestietur eâ Aaron in officio ministerii, ut audiatur sonitus quando ingreditur et egreditur Sanctuarium in conspectu Domini, et non moriatur.

36. Facies et laminam de auro purissimo : in qua sculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.

37. Ligabisque eam vittâ hyacinthinâ, et erit super tiaram,

38. Imminens fronti pontificis. Portabitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt et sanctificaverunt filii Israel, in cunctis muneribus et donariis suis. Erit autem lamina semper in fronte ejus, ut placatus sit eis Dominus.

39. Stringesque tunicam bysso, et tiaram byssinam facies, et balteum opere plumarii.

d'or et une grenade, une sonnette d'or et une grenade, *et ainsi de suite.*

35. Aaron sera revêtu de cette robe, lorsqu'il fera les fonctions de son ministère, afin qu'on entende le son de ces sonnettes, lorsqu'il entrera dans le sanctuaire devant le Seigneur ou qu'il en sortira, et qu'il ne meure point, *comme il arriverait s'il manquait à se revêtir de cet habillement.*

36. Vous ferez aussi une lame d'un or très-pur, sur laquelle vous ferez graver par un ouvrier habile *ces mots :* La SAINTETÉ EST AU SEIGNEUR.

37. Vous l'attacherez sur la tiare avec un ruban de couleur d'hyacinthe,

38. *En sorte qu'elle soit placée* sur le front du souverain pontife. Et Aaron portera *cette inscription qui apprendra aux prêtres le soin qu'ils doivent avoir d'expier* toutes les iniquités que les enfants d'Israël commettront dans tous les dons et tous les présents qu'ils offriront et qu'ils consacreront au Seigneur. Il aura toujours cette lame devant le front, afin que le Seigneur leur soit favorable.

39. Vous ferez aussi une tunique étroite de fin lin, *qui sera au-dessous de la tunique de l'éphod ;* vous ferez encore la tiare de fin lin, et la ceinture *qui doit ceindre cette tunique de dessous* sera d'un ouvrage de broderie.

---

35. *Et non moriatur.* Si secus fecerit ; si non paruerit.

36. *Laminam.* Lamina hæc affixa erat tiaræ in fronte pontificis. — *Sanctum Domino.* Hebr. קדש ליהוה *qodesh la Jehova, sanctitas Jehovæ,* quasi dicat : Ad Deum pertinet sanctitas, est illius proprietas. Colendus ergo rite, sancte et religiose.

37. *Super tiaram.* Hyacinthinam secundum Josephum.

38. *Quæ obtulerunt.* Quasi dicat : Commissas, dum non rite offerunt seque non sanctificant ut debent. Vel eorum pro quibus ipsi Deo sacrificia obtulerunt. Portat autem pro iis supplicaturus et satisfacturus in Christi figuram. — *Ut placatus sit eis Dominus.* Hac enim quasi protestatione laudis et sanctitatis Dei, hocque actu latriæ et obedientiæ, vel maxime exorabit Deum ut populo reconcilietur ; et hoc modo portabit et auferet peccata populi.

39. *Stringesque tunicam bysso.* Est quarta vestis sacerdotalis, scilicet tunica linea et stricta. Hanc tunicam jubet stringi bysso, id est, zona byssina, quam Josephus ait fuisse latam quatuor digitos, et ita contextam, ut serpentis exuvium videri posset, et floribus varii coloris picturatam. — *Tunicam.* Factam ex bysso, strictam, sine rugis, aut sinibus, ad crura tantum usque demissam secundum S. Hier., qui tamen eam poderem vocans, ad talos us-

Digitized by Google

40. Vous préparerez des tuniques de lin pour les fils d'Aaron, des ceintures et des tiares pour la gloire et pour l'ornement *de leur ministère.*

41. Vous revêtirez Aaron votre frère, et ses fils avec lui, de tous ces vêtements. Vous leur sacrerez les mains à tous et vous les sanctifierez, afin qu'ils exercent les fonctions de mon sacerdoce.

42. Vous leur ferez aussi des caleçons de lin, *qu'ils porteront sous la tunique,* pour couvrir ce qui n'est pas honnête dans le corps, depuis les reins jusqu'au bas des cuisses.

43. Aaron et ses enfants s'en serviront lorsqu'ils entreront dans le tabernacle du témoignage, ou lorsqu'ils approchent de l'autel pour servir dans le sanctuaire, *ou qu'ils font quelque autre fonction dans le parvis,* de peur qu'ils ne soient coupables d'iniquité, *en commettant quelque immodestie,* et qu'ils ne meurent. Cette ordonnance sera stable et perpétuelle pour Aaron et pour sa postérité après lui.

40. Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis, et balteos ac tiaras, in gloriam et decorem:

41. Vestiesque his omnibus Aaron fratrem tuum et filios ejus cum eo. Et cunctorum consecrabis manus, sanctificabisque illos, ut sacerdotio fungantur mihi.

42. Facies et feminalia linea, ut operiant carnem turpitudinis suæ, à renibus usque ad femora:

43. Et utentur eis Aaron et filii ejus quando ingredientur tabernaculum testimonii, vel quando appropinquant ad altare ut ministrent in sanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit Aaron et semini ejus post eum.

CHAPITRE XXIX.

§ I. *Dieu prescrit la manière de consacrer prêtres Aaron et ses enfants. Sacrifices qu'on devait offrir dans cette cérémonie.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Voici ce que vous ferez pour consacrer prêtres Aaron et ses fils. Prenez

1. Sed et hoc facies, ut mihi in sacerdotio consecrentur. Tolle

---

que descendisse significare videtur. — *Tiaram.* Ea est quæ etiam cidaris dicitur et mitra. Tiara pontificis capitis erat integumentum aliquantulum assurgens, et fascia seu vitta circumdatum, ut olim mos regibus et sacerdotibus. — *Et balteum.* Zonam extimam, quæ superhumerale et omnes alias vestes cingat. — *Opere plumarii.* Vide supra, c. 26, 1.

40. *Porro filiis Aaron.* Hic numerantur vestes minorum sacerdotum, quæ erant quatuor : feminalia, tunica, linea, zona, tiara. Carebant ergo tunica hyacinthina, ephod, rationali, et lamina aurea, cum nomine Domini, quam habebat pontifex.

41. *Consecrabis manus.* Hebr. *implebis,* scilicet dans in manus quod offerant. Id enim fiebant in sacerdotum consecratione : sensus ergo est, consecrabis eos in sacerdotes.

42. *Feminalia.* Linea ex bysso retorta, ut vult Josephus. — *A renibus usque ad femora.* Inclusive. Ideo instituta feminalia, ne, si cadere sacerdotem contingeret, revelaretur turpitudo ejus, ut loquitur Scriptura.

43. *Legitimum sempiternum.* Lex perpetuo servanda Aaroni, et posteris ejus.

CAP. XXIX. 1. *In sacerdotio.* Ad sacerdotis functiones. — *Immaculatos.* Integros, non claudos, non oculo uno carentes, etc.

Digitized by Google

vitulum de armento, et arietes duos immaculatos,

2. Panesque azymos, et crustulam absque fermento, quæ conspersa sit oleo, lagana quoque azyma oleo lita : de simila triticea cuncta facies;

3. Et posita in canistro offeres : vitulum autem et duos arietes;

4. Et Aaron ac filios ejus applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cùmque laveris patrem cum filiis suis aquâ,

5. Indues Aaron vestimentis suis, id est, lineâ et tunicâ, et superhumerali et rationali, quod constringes balteo.

6. Et pones tiaram in capite ejus, et laminam sanctam super tiaram,

7. Et oleum unctionis fundes super caput ejus : atque hoc ritu consecrabitur.

8. Filios quoque illius applicabis, et indues tunicis lineis, cingesque balteo,

9. Aaron scilicet et liberos ejus, et impones eis mitras : eruntque sacerdotes mihi religione perpetuâ. Postquam initiaveris manus eorum,

dans le troupeau un veau et deux béliers qui soient sans tache *et sans défaut;*

2. Des pains sans levain, des gâteaux aussi sans levain, arrosés d'huile, des tourteaux de même sans levain, sur lesquels on aura versé de l'huile : vous ferez toutes ces choses de la plus pure farine de froment,

3. Et les ayant mis dans une corbeille, vous me les offrirez : vous m'amènerez le veau et les deux béliers;

4. Et vous ferez *en même temps* approcher Aaron et ses enfants de l'entrée du tabernacle du témoignage. Et lorsque vous aurez lavé avec de l'eau le père et ses enfants,

5. Vous revêtirez Aaron de ses vêtements, c'est-à-dire de la tunique de lin *avec la ceinture en broderie*, de la robe *de couleur d'hyacinthe*, de l'éphod et du rational, que vous lierez avec *les rubans d'hyacinthe qui seront comme* la *seconde* ceinture.

6. Et vous lui mettrez la tiare sur la tête et la lame sainte sur la tiare.

7. *Vous lui ôterez ensuite la tiare*, et vous répandrez sur sa tête de l'huile de consécration, et il sera sacré de cette sorte.

8. Vous ferez approcher aussi ses enfants; vous les revêtirez de leurs tuniques de lin, vous les ceindrez de leurs ceintures, *et vous les consacrerez.*

9. C'est ce que vous ferez à Aaron et à ses enfants. Vous leur mettrez la mitre sur la tête, et ils seront mes prêtres, pour me rendre un culte perpétuel, *et qui durera autant que leur sacerdoce.* Après que vous aurez consacré leurs mains *par l'onc-*

---

2. ***Crustulam.*** Placentam.—***Quæ conspersa sit oleo.*** Hebr. *quæ commixta sit oleo,* cum scilicet subigeretur. — ***Lagana quoque.*** Lagana sunt liba tenuia, aqua commixta cum subiguntur, sed cum offeruntur, in oleo frixa.

3. ***Vitulum autem et duos arietes.*** Offeres, id est, sistes et applicabis ad tabernaculum, ut postea immolentur, de quo n. 10.

5. ***Vestimentis suis.*** Feminalium hic nulla fit mentio, quia jam ea induerant Aaron et ejus filii, ut honeste lavarentur, ait Beda.

7. ***Oleum unctionis.*** Hoc peculiare fuit summi sacerdotis, ut oleo unctionis in capite ungeretur; nam de minoribus sacerdotibus nihil tale legitur. — ***Super caput ejus.*** Deposita tiara. * Unctio hæc peculiariter fiebat in fronte decussim formando sive χιασμὸν. Ita Rabbini.

9. ***Initiaveris manus eorum.*** Oleo inungens. Caput tantum pontificis, manus etiam minorum sacerdotum inunguntur.

Digitized by Google

10. Vous amènerez le veau devant le tabernacle du témoignage, et Aaron et ses enfants lui mettront les mains sur la tête, *comme pour le substituer à leur place, et le dévouer à être immolé pour l'expiation de leurs péchés.*

11. Vous le sacrifierez devant le Seigneur *sur l'autel des holocaustes qui sera dans le parvis*, à l'entrée du tabernacle du témoignage.

12. Vous prendrez du sang du veau que vous mettrez avec le doigt sur les cornes de l'autel, et vous répandrez le reste du sang au pied du même autel.

13. Vous prendrez aussi toute la graisse qui couvre les entrailles, et la membrane qui enveloppe le foie, avec les deux reins et la graisse qui les couvre, et vous les offrirez en les brûlant sur l'autel.

14. Mais vous brûlerez hors de l'enceinte du camp toute la chair du veau, la peau et les excréments, parce que c'est une hostie pour le péché.

15. Vous prendrez aussi un des béliers *pour en faire un holocauste*, et Aaron et ses enfants lui mettront les mains sur la tête, *comme pour le charger de leurs péchés.*

16. Et lorsque vous l'aurez immolé, vous en prendrez du sang et le répandrez autour de l'autel.

17. Vous couperez ensuite le bélier par morceaux, et en ayant lavé les intestins

10. Applicabis et vitulum coram tabernaculo testimonii. Imponentque Aaron et filii ejus manus super caput illius,

11. Et mactabis eum in conspectu Domini, juxta ostium tabernaculi testimonii.

12. Sumptumque de sanguine vituli, pones super cornua altaris digito tuo, reliquum autem sanguinem fundes juxta basim ejus.

13. Sumes et adipem totum qui operit intestina, et reticulum jecoris, ac duos renes, et adipem qui super eos est, et offeres incensum super altare :

14. Carnes verò vituli et corium et fimum combures foris extra castra, eò quòd pro peccato sit.

15. Unum quoque arietem sumes, super cujus caput ponent Aaron et filii ejus manus.

16. Quem cùm mactaveris, tolles de sanguine ejus, et fundes circa altare.

17. Ipsum autem arietem secabis in frusta; lotaque intestina

---

10. *Imponentque... manus.* Ut hoc ritu contestentur se peccatores, et peccata sua vitulo imponere, illumque ut victimam pro suis peccatis offerre, ut sic emundati digni reddantur qui pro aliorum peccatis intercedant et sacrificent.

11. *Mactabis eum.* Tu Moses; nam etiam Moses sacerdos, licet visibili initiatione consecratus non esset. Itaque legimus in Ps. 98. 6 : *Moyses et Aaron in sacerdotibus ejus.*

13. *Et offeres incensum.* Hæc omnia thuris instar accendes et adolebis, ut evaporent in fumum, et incendantur in honorem Dei. Adeps ergo et renes vocantur *incensum*, id est, victima incensa.

14. *Extra castra.* Ratio cur hæc omnia extra castra comburenda sint redditur, quod hostia sit pro peccato; non quod omnis hostia pro peccato eo modo combureretur, sed quod hostia pro peccato summi sacerdotis, aut pro multis, quorum unus ipse esset, hoc modo comburi debeat, ut patet Levit. 4.

16. *Fundes circa altare.* Hoc est, super ipsum altare per circuitum, ut habetur paulo post in hostia pacifica; nam eadem et hic et ibi in hebræo sunt verba.

Digitized by Google

ejus ac pedes pones super concisas carnes, et super caput illius.

18. Et offeres totum arietem in incensum super altare : oblatio est Domino, odor suavissimus victimæ Domini.

19. Tolles quoque arietem alterum, super cujus caput Aaron et filii ejus ponent manus.

20. Quem cùm immolaveris, sumes de sanguine ejus, et pones super extremum auriculæ dextræ Aaron et filiorum ejus, et super pollices manûs eorum ac pedis dextri, fundesque sanguinem super altare per circuitum.

21. Cùmque tuleris de sanguine qui est super altare, et de oleo unctionis, asperges Aaron et vestes ejus filios et vestimenta eorum. Consecratisque ipsis et vestibus,

22. Tolles adipem de ariete, et

et les pieds, vous les mettrez sur les parties de son corps que vous aurez ainsi coupées, et sur sa tête;

18. Et vous offrirez le bélier en le brûlant tout entier sur l'autel; car c'est l'oblation du Seigneur, et une hostie dont l'odeur lui est très-agréable.

19. Vous prendrez aussi l'autre bélier *pour en faire un sacrifice pacifique;* et Aaron et ses enfants lui mettront les mains sur la tête, *comme pour s'unir à lui dans l'immolation qui va en être faite au Seigneur.*

20. Et l'ayant égorgé, vous en prendrez du sang et en mettrez sur le bas de l'oreille droite d'Aaron et de ses enfants, sur le pouce de leur main *droite* et de leur pied droit, *pour les faire souvenir qu'ils doivent toujours être prêts à écouter les ordres de Dieu et à les exécuter;* et vous répandrez le reste du sang tout autour de l'autel.

21. Vous prendrez aussi du sang qui est *coulé de* dessus l'autel, et de l'huile de consécration; vous en ferez l'aspersion sur Aaron et sur ses vêtements, sur ses enfants et sur leurs vêtements; et après les avoir consacrés avec leurs vêtements, *dont ils seront actuellement revêtus,*

22. Vous prendrez la graisse du bélier,

---

18. *Oblatio est Domino.* Hebr. *holocaustum est Domino.* — *Odor suavissimus.* Hebr. *odor quietis,* in quo scilicet suavissime et jucundissime odoratus conquiescit. — *Victimæ Domini.* In consecratione hac Aaronis et filiorum in sacerdotes, oblatum fuit omne genus sacrificiorum, scilicet holocaustum, et pacificum, et pro peccato; ad illa enim offerenda ordinabantur et consecrabantur ipsi. Nam aries unus primario oblatus est in holocaustum, licet et comitanter pro peccatis offeretur; alter aries oblatus est in hostiam pacificam; vitulus denique oblatus est pro peccato.

19. *Arietem alterum.* Hic est aries qui offertur in victimam pacificam, ut scilicet prospere sacerdotium novi sacerdotes susciperent, utque illud eis et populo pacificum, id est, faustum et fortunatum foret.

20. *Quem cum immolaveris.* Cum jugulando sacrificaveris Deo. Nam postea aries hic ad plenam sacrificii consummationem comburendus erat. — *Et pones.* Sanguinem scilicet arietis. — *Et super pollices manus eorum.* Pollex tantum manus dextræ singulis sanguine aspergebatur, quod clarius habetur in textu hebræo, in quo legimus : *Et super pollicem manus eorum dexteræ, et super pollicem pedis eorum dexteri.*

21. *De oleo unctionis.* De cujus compositione cap. 30, n. 23. — *Asperges.* Oleo scilicet et sanguine, vel seorsum acceptis, vel, quod probabilius videtur, simul mixtis.

22. *Et caudam.* Siquidem, cum sacrificium pacificum esset ex ovina specie

Digitized by Google

la queue et la graisse qui couvre les entrailles, la membrane qui enveloppe le foie, les deux reins et la graisse qui est dessus, et l'épaule droite, parce que c'est un bélier de consécration.

23. Vous prendrez aussi une partie d'un pain, un des gâteaux frottés d'huile, un tourteau de la corbeille des azymes qui aura été exposée devant le Seigneur :

24. Vous mettrez toutes ces choses sur les mains d'Aaron et de ses fils, et vous les sanctifierez, en élevant *par leurs mains* ces dons devant le Seigneur.

25. Vous reprendrez ensuite toutes ces choses de leurs mains, et vous les brûlerez sur l'autel en holocauste, pour répandre une odeur très-agréable devant le Seigneur, parce que c'est son oblation.

26. Vous prendrez aussi la poitrine du bélier qui aura servi à la consécration d'Aaron, et vous la sanctifierez en l'élevant devant le Seigneur; et elle sera réservée pour votre part *du sacrifice*.

caudam et arvinam, quæ operit vitalia, ac reticulum jecoris, et duos renes, atque adipem qui super eos est, armumque dextrum, eo quòd sit aries consecrationis :

23. Tortamque panis unius, crustulam conspersam oleo, laganum de canistro azymorum, quod positum est in conspectu Domini :

24. Ponesque omnia super manus Aaron et filiorum ejus, et sanctificabis eos elevans coram Domino (1).

25. Suscipiesque universa de manibus eorum; et incendes super altare in holocaustum, odorem suavissimum in conspectu Domini, quia oblatio ejus est.

26. Sumes quoque pectusculum de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabisque illud elevatum coram Domino, et cedet in partem tuam.

§ II. *Part que les prêtres doivent avoir aux victimes. Sacrifice de deux agneaux qu'on devait offrir chaque jour.*

27. Vous sanctifierez aussi la poitrine qui a été consacrée, et l'épaule que vous aurez séparée du bélier,

27. Sanctificabisque et pectusculum consecratum, et armum quem de ariete separasti,

(1) Cette offrande d'élévation, et, comme porte l'hébreu, d'agitation, consistait à élever les présents, puis les rabaisser, les avancer vers l'orient et les retirer vers le couchant, et enfin les conduire du septentrion au midi en forme de croix; rite par lequel on présentait les offrandes au Seigneur comme au souverain Maître du monde, et qui pouvait aussi signifier que par la Croix il régnerait et serait reconnu et adoré dans tout l'univers.

---

reliquis addebatur et cauda in altari cremanda, cum in cæteris victimis cauda non cremaretur in altari. — *Eo quod sit aries consecrationis.* Redditur ratio cur armus dexter hic comburi jubeatur, cum alioqui in aliis pacificis non combureretur, sed in partem ipsius sacerdotis cederet cum pectusculo; qua de re vide Levit. 17. 10; sed nimirum hic indicatur id peculiare fuisse huic victimæ consecrationis, ut armus ipsius dexter absumeretur.

23. *In conspectu Domini.* Coram altari holocaustorum.

24. *Sanctificabis eos elevans.* Hæc sacerdotum sanctificatio non erat aliud quam elevatio manuum eorum cum muneribus facta per Mosen, qua elevatione significabatur munera illa ad Deum pertinere, ac deinceps similia Deo sanctificanda esse, et offerenda per manus sacerdotum.

26. *Quo initiatus est Aaron.* Qui scilicet aries immolatus est pro felici consecratione Aaron.

27. *Sanctificabisque et pectusculum.* Id est, offeres pectusculum Deo. — *Et armum.* Statuitur lex generalis de sacrificio pacifico, non de eo quod hic offertur pro consecratione sacerdotum, sed de omni eo quod in posterum

Digitized by Google

28. Quo initiatus est Aaron et filii ejus, cedentque in partem Aaron et filiorum ejus jure perpetuo a filiis Israel : quia primitiva sunt et initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino.

28. Par lequel Aaron et ses enfants auront été consacrés; *et ces endroits de la victime pacifique vous appartiendront pour cette fois*, et *dans la suite* ils seront réservés *des oblations* des enfants d'Israël, pour être la part d'Aaron et de ses enfants par un droit perpétuel, parce qu'ils sont comme les prémices et les premières parties des victimes pacifiques qu'ils offrent au Seigneur.

29. Vestem autem sanctam, quâ utetur Aaron, habebunt filii ejus post eum, ut ungantur in ea, et consecrentur manus eorum.

29. Les enfants d'Aaron porteront après sa mort les saints vêtements qui lui auront servi, afin qu'en étant revêtus, ils reçoivent l'onction sainte, et que leurs mains soient consacrées au Seigneur.

30. Septem diebus utetur illâ qui pontifex pro eo fuerit constitutus de filiis ejus, et qui ingredietur tabernaculum testimonii ut ministret in sanctuario.

30. Celui d'entre ses enfants qui aura été établi pontife en sa place, et qui entrera dans le tabernacle du témoignage pour exercer ses fonctions dans le sanctuaire, portera ses vêtements pendant les sept jours *que durera la cérémonie de la consécration.*

31. Arietem autem consecrationis tolles, et coques carnes ejus in loco sancto :

31. Vous prendrez aussi le bélier qui sera offert pour la consécration *du pontife*, et vous en ferez cuire la chair dans le lieu saint,

32. Quibus vescetur Aaron et filii ejus. Panes quoque, qui sunt in canistro, in vestibulo tabernaculi testimonii comedent,

32. Dont Aaron mangera avec ses enfants. Ils mangeront aussi à l'entrée du tabernacle du témoignage les pains qui seront demeurés dans la corbeille,

33. Ut sit placabile sacrificium,

33. Afin que ce soit un sacrifice qui

---

oblaturi erant filii Israel; ut scilicet ex eo pectusculum et armum dent sacerdotibus, sicut ipsi sacerdotes in suo hoc sacrificio utrumque dederunt Deo.

28. *Quia primitiva sunt et initia.* Quia hæc sunt partes primæ, quæ initio e victima pacifica separantur Deo, Deique nomine offeruntur sacerdoti.

29. *Vestem autem sanctam.* Vestes pontificis sanctis usibus deputatas, mortuo patre pontifice, accipiet filius senior qui patri in pontificatu succedet, ut iis indutus, ungatur et consecretur pontifex. Unctio et consecratio novi pontificis fiebat ab aliquo e minoribus sacerdotibus, neque enim erat major aliquis, qui illum consecraret.

30. *Septem diebus.* Septem continuis diebus, quibus durabit ritus consecrationis, nec poterat septem illis diebus consecrandus a tabernaculo recedere. Lev. 8. 33.

31. *In loco sancto.* In atrio ante tabernaculum, igne ex altari sumpto.

32. *Qui sunt in canistro.* Id est, qui reliqui sunt; neque enim omnes impositi fuerunt manibus sacerdotum.

33. *Ut sit placabile sacrificium.* Sensus est secundum Hebr. quod fit sacrificium per quod expiatio facta sit, et manuum sacerdotum consecratio; seu, ut Deus ostendat se hoc sacrificio placatum, quandoquidem eos tam benigne ad mensam suam, hoc est, ad suas victimas invitatos admittat. —

Digitized by Google

leur rende Dieu favorable, et que les mains de ceux qui les offrent soient sanctifiées. L'étranger *qui ne sera point de la race d'Aaron* ne mangera point de ces viandes, parce qu'elles sont saintes, *et consacrées au Seigneur.*

et sanctificentur offerentium manus. Alienigena non vescetur ex eis, quia sancti sunt.

34. Que s'il demeure quelque chose de cette chair consacrée ou de ces pains jusqu'au matin, vous brûlerez au feu tous ces restes : on n'en mangera point, parce qu'ils sont sanctifiés, *ayant été offerts pour la consécration des prêtres; au lieu qu'on mangera encore le lendemain des sacrifices pacifiques qui seront offerts pour le peuple.*

34. Quòd si remanserit de carnibus consecratis, sive de panibus usque mane, combures reliquias igni : non comedentur, quia sanctificata sunt.

35. Vous aurez soin de faire tout ce que je vous commande touchant Aaron et ses enfants. Vous consacrerez leurs mains pendant sept jours, *en renouvelant tous les jours les mêmes cérémonies.*

35. Omnia quæ præcepi tibi, facies super Aaron et filiis ejus. Septem diebus consecrabis manus eorum.

36. Et vous offrirez chaque jour un veau pour l'expiation du péché. Lorsque vous aurez immolé l'hostie de l'expiation, vous purifierez l'autel, et vous y ferez les onctions saintes pour le sanctifier *de nouveau.*

36. Et vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare cùm immolaveris expiationis hostiam, et unges illud in sanctificationem.

37. Vous purifierez et sanctifierez l'autel pendant sept jours, et il sera très-saint. Quiconque le touchera se sanctifiera *auparavant, et il recevra par cet attouchement une nouvelle sanctification.*

37. Septem diebus expiabis altare, et sanctificabis, et erit Sanctum sanctorum; omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur.

38. Voici *maintenant* ce que vous ferez sur l'autel *pour le sacrifice perpétuel* : vous sacrifierez chaque jour, sans y manquer, deux agneaux d'un an,

38. Hoc est quod facies in altari : agnos anniculos duos per singulos dies jugiter,

---

Sanctificentur offerentium manus. Ex contactu hujus sancti cibi, et ex hac cæremonia, sanctoque convivio, magis quodammodo consecrentur et sanctificentur manus eorum. — *Alienigena.* Qui non est de stirpe Aaron, etiamsi sit de stirpe Levi. — *Quia sancti sunt.* Quia scilicet hi panes Deo oblati sunt pro consecratione, non levitarum, sed sacerdotum.

34. *Quia sanctificata sunt.* Eodem die absumi volo, ne aliqua circa illa irreverentia contingat, ne, si in posterum reservata, ad profanorum manus forte veniant, aut, cum incipiant putrescere et male olere, projiciantur.

35. *Septem diebus.* Præcipitur ut in consecratione sacerdotum per septem dies hæc quatuor quotidie fiant : 1. ungantur manus sacerdotum; 2. immoletur vitulus; 3. mundetur altare; 4. ungatur altare.

36. *Mundabisque.* Expiabis oblato vitulo. — *Unges illud in sanctificationem.* Ut sit consecratum.

37. *Sanctum sanctorum.* Sanctissimum. — *Sanctificabitur* Sanctificetur, sanctificari debet, vel nemo debet accedere sacra facturus, qui rite et statuta cæremonia consecratus non sit.

38. *Hoc est quod facies.* Quasi dicat : In hunc maxime usum volo altare erigi, ut in eo juge sacrificium duorum agnorum in holocaustum offeratur.

Digitized by Google

39. Unum agnum mane, et alterum vespere;

40. Decimam partem similæ conspersæ oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, et vinum ad libandum ejusdem mensuræ in agno uno.

41. Alterum verò agnum offeres ad vesperam juxta ritum matutinæ oblationis, et juxta ea quæ diximus, in odorem suavitatis :

42. Sacrificium est Domino, oblatione perpetuâ in generationes vestras, ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino, ubi constituam ut loquar ad te.

43. Ibique præcipiam filiis Israel, et sanctificabitur altare in gloria mea.

44. Sanctificabo et tabernaculum testimonii cum altari, et Aaron cum filiis suis, ut sacerdotio fungantur mihi.

45. Et habitabo in medio filiorum Israel, eroque eis Deus,

39. Un le matin et l'autre le soir.

40. Vous offrirez avec le premier agneau la dixième partie *d'un éphi* de la plus pure farine de froment mêlée avec de l'huile d'olives pilées; plein le quart de la mesure *appelée* hin, et autant de vin pour l'offrande de liqueur.

41. Vous offrirez au soir le second agneau, comme un sacrifice d'une excellente odeur, en la même manière que nous avons dit que se devait faire l'oblation du matin.

42. C'est le sacrifice qui, par un culte continué de race en race, doit être offert au Seigneur à l'entrée du tabernacle du témoignage devant le Seigneur : *car l'entrée du tabernacle est le lieu* où j'ai résolu de vous parler *et de vous faire connaître mes volontés.*

43. C'est de là *en effet* que je donnerai mes ordres pour les enfants d'Israël; et l'autel, *qui y sera dressé en mon honneur*, sera sanctifié par *le feu que je ferai descendre du ciel pour consumer les victimes, et par la présence de* ma gloire *que j'y ferai paraître avec éclat.*

44. Je sanctifierai aussi le tabernacle du témoignage avec l'autel, et Aaron avec ses fils, afin qu'ils exercent les fonctions de mon sacerdoce.

45. J'habiterai au milieu des enfants d'Israël, et je serai leur Dieu;

---

* 39. *Vespere.* Id est, hora nona, ut explicat Josephus, lib. 14, c. 8. Antiquitatum judaicarum. Matutino hoc, et vespertino sacrificio agnoscitur Deus noctis et diei creator.

40. *Decimam partem.* Scilicet ephi, nempe gomor. — *Tuso.* Tundendo expresso, non torculari. — *Hin.* Continet hin 12 login; login vero quantum sex ova Palæstinæ, quæ majora sunt nostris, diciturque a Hieronymo sextarius; est autem hin mensura Ægyptiaca. Uno verbo hin continet 72 ova.

41. *Ad vesperam.* Hebr. *inter duas vesperas.* Vide supra, c. 12, n. 6.

42. *Ad ostium tabernaculi.* Supra altare holocaustorum. — *Coram Domino.* Coram tabernaculo. — *Ubi constituam ut loquar ad te.* Ex quo patet Dominum etiam respondisse ad ostium tabernaculi, non tantum de propitiatorio in Sancto sanctorum.

43. *Præcipiam filiis Israel.* Per te internuntium meum. — *Sanctificabitur altare in gloria mea.* Sanctum declarabitur altare, cum gloria mea circa illud apparuerit, ac præsertim cum ignem de cœlo mittam ad absumenda sacrificia Levit. 9. 24.

44. *Sanctificabo et tabernaculum.* Sanctum declarabo, et ut sanctum a profanis tuebor.

45. *Habitabo in medio.* In tabernaculo meo, quod est inter filios Israel.

Digitized by Google

46. Et ils connaîtront que je suis leur Seigneur et leur Dieu, qui les ai tirés de l'Egypte, afin que je demeurasse au milieu d'eux, moi qui suis leur Seigneur et leur Dieu.

46. Et scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Ægypti, ut manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.

CHAPITRE XXX.

§ I. *Dieu prescrit la manière et la forme de l'autel des parfums.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Vous ferez aussi un autel de bois de sétim, pour y brûler des parfums.

2. Il aura une coudée de long, et une coudée de large, afin qu'il soit carré. Il aura deux coudées de haut, et des cornes sortiront de ses *quatre* angles.

3. Vous couvrirez d'un or très-pur la table de cet autel, tant en dedans qu'en dehors, et les quatre côtés avec ses cornes. Et vous ferez une couronne d'or qui règnera tout autour.

4. Et deux anneaux d'or de chaque côté sous la couronne, pour y faire entrer les bâtons qui serviront à le porter.

5. Vous ferez aussi les bâtons de bois de sétim, et vous les couvrirez d'or.

6. Vous mettrez cet autel *dans le Saint*, vis-à-vis du voile qui est suspendu devant l'arche du témoignage devant le propitiatoire qui couvre *l'arche* du témoignage, où je vous parlerai.

7. Et Aaron, *ou quelqu'un des prêtres à sa place*, y brûlera *deux fois le jour* de l'encens d'excellente odeur. Il le brûlera le matin, lorsqu'il accommodera les lampes;

1. Facies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim,

2. Habens cubitum longitudinis, et alterum latitudinis, id est, quadrangulum, et duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent.

3. Vestiesque illud auro purissimo, tam craticulam ejus, quàm parietes per circuitum, et cornua. Faciesque ei coronam aureolam per gyrum,

4. Et duos annulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos vectes, et altare portetur.

5. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, et inaurabis.

6. Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonii coram propitiatorio quo tegitur testimonium, ubi loquar tibi.

7. Et adolebit incensum super eo Aaron, suave fragans, mane Quando componet lucernas, incendet illud;

CAP. XXX. 2. *Quadrangulum.* Quadratum, æquis lateribus. — *Cornua ex ipso procedent.* Ex tigillis quatuor angularibus officio pedum fungentibus surgebant in obelisci, aut, ut alii volunt, in pomi modum, affabre elaborata.

3. *Craticulam.* Hebr. *tectum*, vel *operimentum ejus.* Craticula hæc erat reticulata, ut per ejus foramina thymiamatis, sive aromatum incensorum cinis decidens in humum sub altare delaberetur. Non tamen immediate superponebatur craticulæ thymiama incendendum; alioquin auream craticulam vis ignis solvisset, sed in æreo thuribulo, quod craticulæ ipsi imponebatur, Levit. 10. 1. — *Faciesque ei coronam.* Limbum, vel circulum; italice dicimus *cornice.* Vide dicta c. 25. 25. — *Aureolam.* Auream.

6. *Contra velum.* Quod dirimit Sanctum a Sancto sanctorum. — *Arcam... testimonii.* Testamenti : dicitur testimonii, quia in ea erant tabulæ legis, quæ est quædam voluntatis Dei testificatio. — *Tegitur testimonium.* Tegitur ipsa arca.

Digitized by Google

8. Et quando collocabit eas ad vesperum, uret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras.

9. Non offeretis super eo thymiama compositionis alterius, nec oblationem, et victimam, nec libabitis libamina.

10. Et deprecabitur Aaron super cornua ejus semel per annum, in sanguine quod oblatum est pro peccato, et placabit super eo in generationibus vestris. Sanctum sanctorum erit Domino.

8. Et lorsqu'il les allumera au soir, il brûlera encore de l'encens devant le Seigneur; ce qui s'observera continuellement parmi vous dans la succession de tous les âges.

9. Vous n'offrirez point sur cet autel des parfums d'une autre composition *que de celle que je vous prescrirai;* vous n'y présenterez ni oblations, ni victimes, et vous n'y ferez aucun sacrifice de liqueurs.

10. *Mais* Aaron priera *seulement* une fois l'an sur les cornes de cet autel, *et il le purifiera* en y mettant avec le doigt du sang de l'hostie qui aura été offerte pour le péché, et cette expiation continuera toujours parmi vous de race en race. Ce sera là un *culte* très-saint pour *honorer* le Seigneur.

§ II. *Dieu ordonne que les enfants d'Israël paieront un demi-sicle par tête chaque fois qu'on en fera le dénombrement. Bassin d'airain pour laver les pieds et les mains des prêtres.*

11. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

12. Quando tuleris summam filiorum Israel juxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, et non erit plaga in eis cùm fuerint recensiti.

13. Hoc autem dabit omnis qui transit ad nomen, dimidium sicli

11. Le Seigneur parla aussi à Moïse, et lui dit :

12. Lorsque *par mon ordre ou pour quelque juste cause* vous ferez le dénombrement des enfants d'Israël, chacun donnera quelque chose au Seigneur pour le prix de son âme, et ils ne seront point frappés de plaies, lorsque ce dénombrement aura été fait *avec raison, et que chacun aura payé ce qu'il doit au Seigneur.*

13. Tous ceux qui seront comptés dans ce dénombrement donneront un demi-

---

8. *Thimiama sempiternum.* Quod singulis diebus mane semel, et semel vespere adolendum sit jugiter.

9. *Compositionis alterius.* Alterius scilicet, quam præscribam vobis, n. 34.

10. *Deprecabitur.* Hebr. *expiabit;* agitur enim jam de anniversaria altaris expiatione. — *In sanguine.* Cum sanguine. — *Quod oblatum.* Qui oblatus est. — *Placabit.* Expiabit, vel placabit Aaron pontifex Deum. — *Super eo.* Scilicet altari. — *In generationibus vestris.* Id est, qui ritus expiationis servabitur futuris deinceps semper generationibus. — *Sanctum sanctorum.* Sanctissimum altare, sanctissimus ritus expiationis.

12. *Tuleris summam.* Populum numerabis, censum inibis. — *Pretium pro animabus suis.* Quo scilicet animam suam, id est vitam suam a Domino quodammodo redimant, ne scilicet interficiantur, si tributum hoc pendere negligant, quod accidit, II. Reg. ult. in censu quem imperavit David, in quo cum servata non esset lex hæc tributi, ut notat Josephus, Antiq. l. 7, c. 10, septuaginta hominum millia peste ceciderunt. — *Non erit plaga.* Ut tempore Davidis accidit.

13. *Omnis qui transit ad nomen.* Hebr. *Omnis qui transit ad numeratos,*

Digitized by Google

sicle, selon la mesure du temple. Le sicle a vingt oboles. Le demi-sicle sera donc offert au Seigneur.

14. Celui qui entre dans ce dénombrement, c'est-à-dire qui a vingt ans et au-dessus donnera ce prix.

15. Le riche ne donnera pas plus d'un demi-sicle, le pauvre n'en donnera pas moins.

16. Et ayant reçu l'argent qui aura été donné par les enfants d'Israël, vous l'emploierez pour les usages du tabernacle du témoignage, afin que cette oblation porte le Seigneur à se souvenir d'eux, et qu'elle serve à l'expiation de leurs âmes.

17. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

18. Vous ferez aussi un bassin d'airain élevé sur une base, pour s'y laver, et vous le mettrez entre le tabernacle du témoignage et l'autel *des holocaustes*. Et après que vous y aurez mis de l'eau,

19. Aaron et ses fils en laveront leurs mains et leurs pieds,

juxta mensuram templi. Siclus viginti obolos habet. Media pars sicli offeretur Domino (1).

14. Qui habetur in numero, a viginti annis et supra, dabit pretium.

15. Dives non addet ad medium sicli, et pauper nihil minuet.

16. Susceptamque pecuniam, quæ collata est a filiis Israel, trades in usus tabernaculi testimonii, ut sit monimentum eorum coram Domino, et propitietur animabus eorum.

17. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

18. Facies et labrum æneum cum basi sua ad lavandum : ponesque illud inter tabernaculum testimonii et altare. Et missâ aquâ,

19. Lavabunt in ea Aaron et filii ejus manus suas ac pedes,

(1) Bible vengée, note XXXIX.— Rép. crit., tome I, page 81.

---

cujus scilicet nomen recensetur. — *Dimidium sicli.* Siclus moneta usitatissima Hebræis, quæ et stater dicebatur. Pondus sicli erat quatuor drachmarum atticarum, et æquivalebat quatuor regalibus hispanicis, quod intellige de argenteo. Nam erant etiam siclus aureus et æreus paris omnes ponderis, sed pro materia inæqualis pretii. — *Juxta mensuram templi.* Quod dicitur, quia in sanctuario quasi in loco sacro et tuto servabatur siclus justissimi ponderis, ad cujus normam reliqui omnes examinarentur, si opus esset, ne fraus aliqua irreperet. — *Viginti obolos habet.* Judaicos scilicet; nam atticos habebat 24; tot enim oboli efficiunt drachmæ quatuor atticæ, quas valet siclus.

15. *Dives non addet.* Pretium æquale in censu solvent dives et pauper, vel ut ex siclis constet populi numerus; vel ne dives præ se pauperem, quod minus dederit, despiciat; vel etiam quia æque pretiosa apud Deum pauperis vita quam divitis, et pro illius accepto beneficio pares gratias omnes referre debemus.

16. *In usus tabernaculi.* Cujus sumptus magni erant, majores etiam templi, in fabrica tam ampla, in alendis et vestiendis sacerdotibus, etc. — *Ut sit monumentum coram Domino.* Ut per hoc Deus vestri recordetur, sitque vobis propitius.

18. *Labrum.* Hebr. *concham.* Erat hoc vas factum ad aquam continendam, qua lavarentur primo sacerdotes, antequam ad sacra accederent; secundo partes victimarum quæ immolabantur. Positum erat inter Sanctum et altare holocaustorum.

19. *Lavabunt in ea.* Aqua nimirum per fistulam effluente. — *Manus suas ac pedes.* Sacerdotes nudis pedibus in tabernaculo ministrasse docet Ribera, de Templo lib. 2, c. 16, cum aliis.

Digitized by Google

20. Quando ingressuri sunt tabernaculum testimonii, et quando accessuri sunt ad altare, ut offerant in eo thymiama Domino,

21. Ne fortè moriantur; legitimum sempiternum erit ipsi, et semini ejus per successiones.

20. Lorsqu'ils devront entrer au tabernacle du témoignage, ou quand ils devront approcher de l'autel pour y offrir des parfums au Seigneur,

21. De peur qu'autrement ils ne soient punis de mort, *comme il arriverait s'ils y entraient sans être purifiés.* Cette ordonnance sera éternelle pour Aaron et pour tous ceux de sa race qui lui doivent succéder.

§ III. *Composition de l'huile sainte pour oindre le tabernacle, et du parfum qui devait être brûlé devant le Seigneur.*

22. Locutusque est Dominus ad Moysen,

23. Dicens : Sume tibi aromata, primæ myrrhæ et electæ quingentos siclos, et cinnamomi medium, id est, ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta (1).

24. Casiæ autem quingentos siclos, in pondere sanctuarii, olei de olivetis mensuram hin.

25. Faciesque unctionis oleum sanctum, unguentum compositum opere unguentarii,

26. Et unges ex eo tabernaculum testimonii, et arcam testamenti,

27. Mensamque cum vasis suis, candelabrum, et utensilla ejus, altaria thymiamatis.

28. Et holocausti, et universam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet.

22. Le Seigneur parla encore à Moïse,

23. Et lui dit : Prenez des aromates, *savoir*, le poids de cinq cents sicles de la myrrhe la première et la plus excellente, la moitié moins de cinnamome, c'est-à-dire le poids de deux cent cinquante sicles, et de même deux cent cinquante sicles de la canne *aromatique.*

24. Cinq cents sicles de canelle au poids du sanctuaire, et une mesure de hin d'huile d'olive.

25. Vous ferez de toutes ces choses une huile sainte pour servir aux onctions, un parfum composé selon l'art du parfumeur;

26. Vous en oindrez le tabernacle du témoignage, et l'arche du testament,

27. La table avec ses vases, le chandelier et tout ce qui sert à son usage, l'autel des parfums.

28. Et celui des holocaustes, et tout ce qui est nécessaire pour le service et le culte qui s'y doit rendre *au Seigneur.*

(1) Bible vengée, note XL.

---

21. *Ne forte moriantur.* Si hanc lotionis ceremoniam negligant. — *Legitimum.* Lex erit æterna semper servanda.

23. *Primæ myrrhæ et electæ.* Myrrha prima, hoc est, præstantissima, aut quæ prima defluit e cortice, quæ appellatur stacte ἀπὸ τοῦ στάζειν, a distillando. In hebræo est, *myrrha libertatis*, seu *myrrha libera*, quæ scilicet libere, sponte erumpit et defluit, et est quasi quidam myrrhæ flos. — *Calami.* Odorati, sive aromatici, de quo Theophrastus l. 9. Hist. plant. c. 7; Plin. l. 12, c. 22; Galen. lib. 8. medicam, Simpl. Dioscorid. lib. 1, c. 17.

24. *Casiæ.* D. Hier. ad Principiam censet casiam esse illam, quæ σύριγξ, hoc est, fistula casiæ nominatur, quod fistularum vel cannarum speciem referat; italice *canella.* Vide Dioscorid. l. 1, c. 12, qui ejus plures species recenset. — *Mensuram hin.* De qua dictum cap. 29, n. 40.

25. *Opere unguentarii.* Juxta artem myropolarum, pigmentariorum, seplasiariorum.

Digitized by Google

29. Vous sanctifierez toutes ces choses, et elles deviendront saintes et sacrées. Celui qui y touchera *étant saint*, sera sanctifié *de nouveau; mais celui qui y touchera étant souillé, sera obligé d'expier son impureté.*

30. Vous en oindrez Aaron et ses fils, et vous les sanctifierez, afin qu'ils exercent *saintement* les fonctions de mon sacerdoce.

31. Vous direz *de ma part* aux enfants d'Israël : Cette huile qui doit servir aux onctions me sera consacrée parmi vous, et parmi les enfants qui naîtront de vous.

32. On n'en oindra point la chair de l'homme, et vous n'en ferez point d'autre de même composition *pour votre usage*, parce qu'elle est sanctifiée, et que vous la considérerez comme sainte *et réservée au Seigneur, au service duquel elle a été particulièrement consacrée.*

33. Quiconque en composera de semblable, et en donnera à un étranger *qui n'est point de race sacerdotale*, sera exterminé du milieu de son peuple.

34. Le Seigneur dit encore à Moïse : Prenez des aromates, du stacté, de l'onyx, du galbanum odoriférant, et de l'encens le plus luisant, et que le tout soit de même poids.

35. Vous ferez un parfum composé de

29. Sanctificabisque omnia, et erunt Sancta sanctorum : qui tetigerit ea, sanctificabitur.

30. Aaron et filios ejus unges, sanctificabisque eos, ut sacerdotio fungantur mihi.

31. Filiis quoque Israel dices : Hoc oleum unctionis sanctum erit mihi in generationes vestras.

32. Caro hominis non ungetur ex eo, et juxta compositionem ejus non facietis aliud, quia sanctificatum est, et sanctum erit vobis.

33. Homo quicumque tale composuerit, et dederit ex eo, alieno, exterminabitur de populo suo.

34. Dixitque Dominus ad Moysen : Sume tibi aromata, stacten et onycha, galbanum boni odoris, et thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia :

35. Faciesque thymiama com-

---

29. ***Erunt Sancta sanctorum.*** Erunt sanctissima ex hac consecratione. — ***Sanctificabitur.*** Sanctificetur : fortasse etiam hic ***sanctificabitur*** significat culpam contrahet, hoc sensu : si quis non initiatus ea contrectare ausus fuerit, noxam contrahet; nam sanctificari aliquando in Scriptura idem est ac pollui : culpa polluetur. Vide Deut. 22. 9, et Aggæi 2. 13.

31. ***Sanctum erit mihi.*** In usus solum sanctos ad mei cultum assumetur. Chald. ***sanctum erit coram me.*** LXX, ***sanctum erit vobis.*** In lingua hebræa sæpe abundat ***mihi;*** dicunt enim, ***ito mihi***, pro ***ito :*** sic Isaiæ 6. 8; ***quis ibit nobis?*** pro, ***quis ibit?*** Ita hic, ***sanctum mihi erit?*** pro ***sanctum erit***, vobis scilicet, et apud vos.

32. ***Caro hominis.*** Nullus hominum, vel nulla pars hominis : quidam reges excipiunt, qui oleo ungebantur; sed hi oleo communi, non oleo unctionis, ut loquitur Scriptura, aut sancto, quo pontifices.

33. ***Alieno.*** Alicui qui non sit sacerdos vel generis sacerdotalis. — ***Exterminabitur.*** Interficietur.

34. ***Stacten.*** Vide supra, hoc c. n. 23. — ***Onycha.*** Unguentum odoratum de quo Dioscor. lib. 2, c. 8.—***Galbanum.*** Succus est (ait Dioscor. l. 3, c. 81) ferulæ nascentis in Syria, quem nonnulli metopium vocant. — ***Boni odoris.*** Aromaticum, selectum, odoratum.

35. ***Thymiama.*** Aromaticum suffimentum.—***Sanctificatione dignissimum.***

Digitized by Google

positum opere unguentarii, mixtum diligenter, et purum, et sanctificatione dignissimum.

36. Cùmque in tenuissimum pulverem universa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonii, in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctorum erit vobis thymiama.

37. Talem compositionem non facietis in usus vestros, quia sanctum est Domino.

38. Homo quicumque fecerit simile, ut odore illius perfruatur, peribit de populis suis.

toutes ces choses selon l'art du parfumeur, qui étant mêlé avec soin sera très-pur, et très-digne de m'être offert.

36. Et lorsque vous les aurez battues et réduites toutes en une poudre très-fine, vous en mettrez *le soir et le matin sur l'autel des parfums* devant le tabernacle du témoignage, qui est le lieu où je vous apparaîtrai. Ce parfum vous deviendra saint et sacré, *et vous ne l'emploierez qu'à mon culte.*

37. Vous n'en composerez point de semblable pour votre usage, parce qu'il est consacré au Seigneur.

38. L'homme, quel qu'il soit, qui en fera de même pour avoir le plaisir d'en sentir l'odeur, périra du milieu de son peuple.

CHAPITRE XXXI.

§ I. *Béséléel et Ooliab sont choisis de Dieu et remplis de sagesse pour travailler au tabernacle, et à tout ce qui devait servir au culte du Seigneur.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Ecce, vocavi ex nomine Beseleel filium Uri filii Hur de tribu Juda.

3. Et implevi eum spiritu Dei, sapientiâ, et intelligentiâ, et scientiâ in omni opere,

4. Ad excogitandum quidquid fabrefieri potest ex auro, et argento, et ære,

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. J'ai appelé nommément Béséléel, fils d'Uri, qui est fils d'Hur de la tribu de Juda; *je l'ai choisi exprès pour exécuter ce que je vous ai ordonné de faire.*

3. Et je l'ai rempli de l'esprit de Dieu; *je l'ai rempli* de sagesse, d'intelligence et de science pour toutes sortes d'ouvrages,

4. Pour inventer tout ce que l'art peut faire avec l'or, l'argent, l'airain,

---

Tam diligenter exacteque compositum, ut dignum sit quod Deo sanctificetur, id est, adoleatur, offeratur, incendatur.

36. *Coram tabernaculo testimonii.* Coram Sancto sanctorum in alteri thymiamatis. — *In quo loco.* Tabernaculo jam dicto, Sancto scilicet sanctorum. — *Sanctum sanctorum.* Hoc est, sanctissimum.

38. *Fecerit simile.* Thymiama. — *Peribit de populis suis.* Hebr. *excisus detur de populis suis,* interficietur, perdet illum Deus.

CAP. XXXI. 2. *Vocavi ex nomine Beseleel.* Ego Deus nominatim præ cæteris omnibus delegi Beseleel. — *Filii Hur.* Hur iste avus Beseleel videtur fuisse ille de quo c. 17. 14, et 24. 14; ideoque non processit Moyses in genealogia Beseleel, et nullum ultra Hur nominavit, quod Hur supra dictis satis esset cognitus.

3. *Spiritu Dei.* Spiritu meo, vel spiritu excellenti. Porro spiritus Dei est qui sequitur, videlicet sapientia, intelligentia et scientia in omni opere fabrili.

Digitized by Google

5. Le marbre, les pierres précieuses et tous les bois différents.

6. Je lui ai donné pour compagnon Ooliab, fils d'Achisamech, de la tribu de Dan. Et j'ai répandu la sagesse dans le cœur de tous *les artisans* habiles, afin qu'ils fassent *sous eux* tout ce que je vous ai ordonné de faire :

7. Le tabernacle de l'alliance, l'arche du témoignage, le propitiatoire qui est au-dessus, et tout ce qui doit servir dans le tabernacle;

8. La table avec ses vases, le chandelier *qui doit être d'un or* très-pur, avec tout ce qui sert à son usage; l'autel des parfums,

9. Et l'autel des holocaustes avec tous leurs vases, et le bassin avec sa base;

10. Les vêtements saints destinés au ministère du grand-prêtre Aaron et de ses fils, afin qu'ils soient revêtus d'ornements sacrés en exerçant les fonctions de leur sacerdoce;

11. L'huile d'onction et le parfum aromatique qui doit servir au sanctuaire. *Ces personnes* exécuteront tout ce que je vous ai commandé de faire.

5. Marmore, et gemmis, et diversitate lignorum.

6. Dedique ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam : ut faciant cuncta quæ præcepi tibi,

7. Tabernaculum fœderis, et arcam testimonii, et propitiatorium, quod super eam est, et cuncta vasa tabernaculi,

8. Mensamque et vasa ejus, candelabrum purissimum cum vasis suis, et altaria thymiamatis,

9. Et holocausti, et omnia vasa eorum, labrum cum basi sua,

10. Vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti et filiis ejus, ut fungantur officio suo in sacris,

11. Oleum unctionis, et thymiama aromatum in sanctuario, omnia quæ præcepi tibi, facient.

§ II. *Préceptе touchant l'observation du sabbat. Dieu donne à Moïse les deux tables de la loi.*

12. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

13. Parlez aux enfants d'Israël et dites-leur : *Quelque diligence que vous deviez apporter à faire tout ce que je vous ai prescrit pour mon tabernacle,* ayez grand soin *néanmoins* d'observer mon sabbat, parce que c'est la marque que j'ai établie entre moi et vous, et qui doit passer après vous à vos enfants, afin que vous sachiez que c'est moi qui suis le Seigneur *qui vous ai orées par ma puissance, et* qui vous sanctifie *par ma grâce et par mon esprit.*

12. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens :

13. Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Videte ut sabbatum meum custodiatis : quia signum est inter me et vos in generationibus vestris : ut scialis quia ego Dominus, qui sanctifico vos.

---

6. *In corde omnis eruditi.* Peritis artificibus minoribus et inferioribus dedi etiam industriam suam et peritiam, ut juvent Beseleel et Ooliab in fabrica tabernaculi.

13. *Sabbatum.* Hebr. *sabbata,* quasi dicat : Nolo tamen illa quæ præcepi fieri diebus festis. — *In generationibus vestris.* Ætatibus, quamdiu vixeritis. — *Qui sanctifico vos.* Qui scilicet ad cultum meum applico, mihique quasi dico et consecro per hanc festivitatem meam sabbati, ut in ea sancte me colatis.

Digitized by Google

14. Custodite sabbatum meum; sanctum est enim vobis : qui polluerit illud, morte morietur : qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui.

15. Sex diebus facietis opus : in die septimo sabbatum est, requies sancta Domino; omnis qui fecerit opus in hac die, morietur.

16. Custodiant filii Israel sabbatum, et celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum.

17. Inter me et filios Israel, signumque perpetuum; sex enim diebus fecit Dominus cœlum et terram, et in septimo ab opere cessavit.

18. Deditque Dominus Moysi, completis hujuscemodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testimonii lapideas, scriptas digito Dei (1).

14. Observez mon sabbat, parce qu'il vous doit être saint : celui qui l'aura violé sera puni de mort. Si quelqu'un travaille ce jour-là, il périra du milieu de son peuple.

15. Vous travaillerez pendant six jours; mais le septième jour est le sabbat et le repos consacré au Seigneur. Quiconque travaillera ce jour-là, sera puni de mort.

16. Que les enfants d'Israël observent le sabbat, et qu'ils le célèbrent d'âge en âge. C'est un pacte *par lequel je leur promets un repos* éternel *sous la figure de ce repos passager; c'est une alliance*

17. Entre moi et les enfants d'Israël, et une marque qui durera toujours. Car le Seigneur a fait en six jours le ciel et la terre, et il a cessé d'agir le septième, *qu'il a voulu qui lui fût particulièrement consacré, et qui fît souvenir les hommes du repos éternel qui leur est destiné.*

18. Le Seigneur, ayant achevé de parler de cette sorte sur la montagne de Sinaï, donna à Moïse les deux tables du témoignage qui étaient de pierre, et écrites du doigt de Dieu.

CHAPITRE XXXII.

§ 1. *Les Israélites adorent le veau d'or. Dieu veut les exterminer. Moïse prie pour eux, et le Seigneur apaise sa colère* (2).

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Videns autem populus quòd moram faceret descendendi de monte Moyses, congregatus adversùs Aaron, dixit : Surge, fac nobis deos, qui nos præcedant; Moysi

1. Mais le peuple, voyant que Moïse différait longtemps à descendre de la montagne, s'assembla *en s'élevant* contre Aaron, et lui dit : Venez, faites-nous des dieux qui marchent devant nous; car

(1) Bible vengée, note XLI. — (2) Bible vengée, note XLXII. — Rép. crit., tome I, page 81. — Livres saints vengés, tome I, page 442.

---

14. *Sanctum est enim.* Sancte colendum. — *Peribit.* Judicis sententia, aut alioqui Deo vindicante.

15. *Requies sancta Domino.* Ad colendum Dominum.

16. *Pactum est sempiternum.* Lex perpetuo duratura, dum status vetûris legis durabit.

17. *Ab opere cessavit.* Hebr. *respiravit a labore.* Loquitur more humano.

18. *Duas tabulas testimonii.* Decalogi, sive legis, quæ testimonium est divinæ voluntatis. — *Digito Dei.* Opera Dei aut angeli Deum referentis, non hominis.

CAP. XXXII. 1. *Fac nobis deos.* Deos, id est, deum; unum enim tantum

Digitized by Google

pour ce qui est de Moïse, cet homme qui nous a tirés d'Egypte, nous ne savons ce qui lui est arrivé.

2. Aaron *voulant ralentir l'ardeur qu'ils témoignaient avoir pour les idoles en leur demandant ce qu'ils avaient de plus précieux*, leur répondit : Otez les pendants d'oreilles de vos femmes et de vos fils et de vos filles, et apportez-les-moi.

3. Mais le peuple, *sacrifiant tout à sa passion pour les idoles*, fit ce qu'Aaron lui avait commandé, et lui apporta les pendants d'oreilles *des femmes et des enfants*.

4. Aaron, *plus intimidé par la fureur du peuple que retenu par la crainte de Dieu*, les ayant pris, les jeta en fonte, et il en forma un veau *sur le modèle du Dieu Apis, que les Egyptiens adoraient*. Alors les Israélites dirent : Voici vos dieux, ô Israël, qui vous ont tiré de l'Egypte.

5. Ce qu'Aaron ayant vu, *et se trouvant toujours dans la même timidité*, il dressa un autel devant le veau, et il fit crier par un héraut : Demain sera la fête solennelle du Seigneur. *Il espérait qu'en les faisant souvenir de ce nom redoutable, il les détournerait du culte de cette vaine idole : mais ces faibles efforts firent peu d'impression sur le cœur insensé des enfants d'Israël.*

6. Et s'étant levés du matin, ils offrirent des holocaustes et des hosties pacifiques *au veau d'or*. Tout le peuple s'assit pour

enim huic viro, qui nos eduxit de terra Ægypti, ignoramus quid acciderit.

2. Dixitque ad eos Aaron : Tollite inaures aureas, de uxorum filiorumque et filiarum vestrarum auribus, et afferte ad me.

3. Fecitque populus quæ jusserat, deferens inaures ad Aaron.

4. Quas cùm ille accepisset, formavit opere fusorio, et fecit ex eis vitulum conflatilem; dixeruntque : Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

5. Quod cùm vidisset Aaron, ædificavit altare coram eo, et præconis voce clamavit dicens : Cras solemnitas Domini est.

6. Surgentesque mane, obtulerunt holocausta, et hostias pacificas, et sedit populus manducare,

---

petierunt, et Aaron unum dando eorum satisfecit postulato. — *Qui nos præcedant.* Habebant columnam; sed quia Mose in monte moras trahente, et ipsa steterat, cupido illos incessit novi alicujus dei, quem ducem sequerentur. — *Moysi enim huic viro.* De Mose contemptim loquuntur quasi de quopiam e vulgo, et non cognito.

2. *Tollite inaures aureas de uxorum, etc.* Postulat inaures quas viros a mulieribus ægre, ac ne ægre quidem impetraturos sperabat, ut sic a malo sane proposito avertat.

4. *Vitulum.* Aliqui patres putant tantum vituli caput effictum : ita D. Cypr. lib. de Bono patientiæ, sub finem; Ambr. ep. 62; Lactant. lib. 4. 10. Aug. in Psalm. 73; Hier. in Amos. 5, et alibi sæpe. Fuit vero hic vitulus Apis Ægyptius bos, alio nomine Serapis dictus.

5. *Ædificavit altare coram eo.* Idolo vituli. — *Solemnitas Domini est.* Pro *Domini* in hebræo est nomen tetragrammaton, quod nomen etsi soli Deo debitum, tamen Aaron, jam peccato lapsus, idolo tribuit. Sic Judic. 17 et 18, idem nomen ab idololatris sculptilibus tribuitur, et Sap. 14. 21, legimus : *Incommunicabile nomen lapidibus et lignis imposuerunt.*

6. *Manducare.* Ex hostiis pacificis vitulo immolatis, ita ut festum com-

Digitized by Google

et bibere, et surrexerunt ludere.

7. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens : Vade, descende : peccavit populus tuus, quem eduxisti de terra Ægypti.

8. Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis : feceruntque sibi vitulum conflatilem, et adoraverunt, atque immolantes ei hostias, dixerunt : Isti sunt dii tui Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti.

9. Rursumque ait Dominus ad Moysen : Cerno quòd populus iste duræ cervicis sit :

10. Dimitte me, ut irascatur furor meus contra eos, et deleam eos, faciamque te in gentem magnam.

11. Moyses autem orabat Dominum Deum suum, dicens : Cur, Domine, irascitur furor tuus contra populum tuum, quem eduxisti de terra Ægypti, in fortitudine magna, et in manu robusta?

12. Ne quæso dicant Ægyptii : Callidè eduxit eos, ut interficeret in montibus, et deleret è terra : quiescat ira tua, et esto placabilis super nequitia populi tui.

13. Recordare Abraham, Isaac, et Israel, servorum tuorum, qui-

manger et pour boire *autour de cette idole;* et ils se levèrent ensuite pour jouer *et pour danser en son honneur.*

7. Alors le Seigneur parla à Moïse, et lui dit : Allez, descendez, car votre peuple, que vous avez tiré de l'Egypte, a péché.

8. Ils se sont retirés bientôt de la voie que vous leur avez montrée; ils se sont fait un veau jeté en fonte, ils l'ont adoré; et lui immolant des hosties, ils ont dit : Ce sont là vos dieux, Israël, qui vous ont tiré de l'Egypte.

9. Le Seigneur dit encore à Moïse : Je vois que ce peuple a la tête dure.

10. Laissez-moi faire, afin que la fureur de mon indignation s'allume contre eux, et que je les extermine, et je vous rendrai le chef d'un *autre* grand peuple.

11. Mais Moïse conjurait le Seigneur son Dieu, en disant : Seigneur, pourquoi votre fureur s'allume-t-elle contre votre peuple, que vous avez fait sortir de l'Egypte avec une grande force et une main puissante?

12. Ne permettez pas, je vous prie, que les Egyptiens disent *de vous :* Il les a tirés *d'Egypte* avec adresse pour les tuer sur les montagnes, et pour les exterminer de la terre. Que votre colère s'apaise, et laissez-vous fléchir pour pardonner à l'iniquité de votre peuple.

13. Souvenez-vous d'Abraham, d'Isaac et d'Israël vos serviteurs, auxquels vous

---

muni et sacro convivio celebrarent. — *Surrexerunt ludere.* Saltando, canendo, choros agendo; hos enim descendens e monte vidit Moses, n. 19.

7. *Populus tuus.* Non jam meus, qui me tam graviter offendit.

10. *Dimitte me.* Quasi dicat : Desine diligere; dilectio enim tua impedit ne deleam : dicit vero id non præcipiendo, sed monendo, et exprimendo quid illum a supplicio revocet. Aug. in Exod. q. 149. Chald. vertit, *intermitte deprecationem,* qua scilicet prohibeor, et quæ mihi quodammodo manus ligat. Vel etiam cum ita Dominus Mosen affatur, rogandi occasionem præbet. *Quid est aliud,* ait S. Greg., *dimitte me, quam deprecandi ansam præbere?* — *Faciamque te in gentem magnam.* Non tam ex te nascituram, quam tibi subjiciendam, et te duce gubernandam. Id patet Num. 14. 12, ubi similis promissio iteratur Mosi his verbis : *Te autem faciam principem super gentem magnam.*

12. *Callide.* Hebr. *cum malitia,* vel, *cum malignitate.* — *Eduxit eos.* Ut scilicet eis malefaceret, eosque perderet in deserto. — *Esto placabilis.* Hebr. *pœniteat te super malo.*

Digitized by Google

avez juré par vous-même, en disant : Je multiplierai votre race comme les étoiles du ciel, et je donnerai à votre postérité toute cette terre dont je vous ai parlé, et vous la posséderez pour jamais.

14. Alors le Seigneur s'apaisa pour ne point faire à son peuple le mal dont il venait de parler.

bus jurasti per temetipsum, dicens : Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli : et universam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, et possidebitis eam semper.

14. Placatusque est Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat adversùs populum suum.

§ II. *Moïse descend de la montagne, brise les tables de la loi devant le peuple.*

15. Moïse retourna donc de dessus la montagne, portant en sa main les deux tables du témoignage, *où les lois du Seigneur étaient* écrites des deux côtés.

16. Elles étaient l'ouvrage du Seigneur, comme l'Ecriture qui était gravée sur ces tables était aussi *de la main* de Dieu, *qui y avait lui-même écrit ses dix commandements, et les y avait écrits deux fois pour en marquer l'importance, et pour faire mieux sentir la nécessité qu'il y avait de les observer.*

17. Or Josué entendant le tumulte et les cris du peuple dit à Moïse : On entend dans le camp *comme* les cris de personnes qui combattent.

18. Moïse lui répondit : Ce n'est point là le cri de personnes qui s'exhortent au combat, ni les voix confuses de gens qui poussent leur ennemi pour le mettre en fuite : mais j'entends les voix de personnes qui chantent.

19. Et s'étant approché du camp, il vit le veau et les danses *qu'on faisait en son honneur.* Alors il entra dans une grande colère : il jeta les tables qu'il tenait à la main, et les brisa au pied de la montagne, *croyant qu'il était inutile de donner des lois à un peuple si indocile, et si incapable de les observer ;*

15. Et reversus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonii in manu sua, scriptas ex utraque parte,

16. Et factas opere Dei : scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis.

17. Audiens autem Josue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen : Ululatus pugnæ auditur in castris.

18. Qui respondit : Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vociferatio compellentium ad fugam : sed vocem cantantium ego audio

19. Cùmque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, et choros : iratusque valde, projecit de manu tabulas et confregit eas ad radicem montis :

---

14. *Placatusque est Dominus.* Ne scilicet deleret populum, ut destinarat; sed ut alia plaga castigaret, de qua n. ult.

15. *Scriptas ex utraque parte.* Ab utroque latere, neque enim erant ita magnæ, cum eas Moses manu ferret, et eas arca caperet, litteræ tamen magnæ, ut eminus legi possent. Sunt qui putent utroque in latere totum decalogum descriptum, ut legi posset ab utraque parte consistentibus, et Mosen circumdantibus Hebræis.

19. *Projecit... et confregit.* Zelo adversus publicam impietatem incitatus, et absurdum ratus si legem Dei populo ebrio, legemque tam nefarie per idololatriam infringenti, afferre vellet.

Digitized by Google

20. Arripiensque vitulum quem fecerant, combussit, et contrivit usque ad pulverem, quem sparsit in aquam, et dedit ex eo potum filiis Israel.

20. Et prenant le veau qu'ils avaient fait, il le mit dans le feu, et le réduisit en poudre; il jeta cette poudre dans l'eau, et il en fit boire aux enfants d'Israël, *pour leur montrer le néant de l'idole qu'ils avaient prise pour leur Dieu.*

21. Dixitque ad Aaron : Quid tibi fecit hic populus, ut induceres super eum peccatum maximum?

21. Moïse dit ensuite à Aaron : Que vous a fait ce peuple pour *vous porter à* attirer sur lui *le châtiment que mérite* un si grand péché?

22. Cui ille respondit : Ne indigneturdominus meus : tu enim nosti populum istum, quòd pronus sit ad malum :

22. Il lui répondit : Que mon Seigneur ne se mette pas en colère *contre moi*; car vous connaissez ce peuple, *et vous savez* combien il est porté au mal.

23. Dixerunt mihi : Fac nobis deos, qui nos præcedant : huic enim Moysi, qui nos eduxit de terra Ægypti, nescimus quid acciderit.

23. Ils m'ont dit : Faites-nous des dieux qui marchent devant nous; car nous ne savons ce qui est arrivé à ce Moïse qui nous a tirés de l'Egypte.

24. Quibus ego dixi : Quis vestrûm habet aurum? Tulerunt, et dederunt mihi : et projeci illud in ignem, egressusque est hic vitulus.

24. Je leur ai dit : Qui d'entre vous a de l'or, *qu'il me l'apporte.* Ils l'ont apporté et me l'ont donné; je l'ai jeté dans le feu, et ce veau en est sorti.

§ III. *Moïse fait tuer vingt-trois mille Israélites pour expier le crime que tout ce peuple avait commis en adorant le veau d'or. Il conjure le Seigneur de pardonner cette faute à son peuple, ou de l'effacer lui-même de son livre.*

25. Videns ergo Moyses populum quòd esset nudatus (spoliaverat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, et inter hostes nudum constituerat),

25. Moïse voyant donc que le peuple était demeuré tout nu, *et dépouillé de la protection de Dieu* (car Aaron l'*en* avait dépouillé par cette abomination honteuse, et l'avait mis tout nu au milieu de ses ennemis),

---

20. *Combussit.* Vi ignis solvit, liquefecit. — *Et contrivit.* Hebr. *et moluit usque ad tenuitatem.* — *Dedit ex eo potum.* Fecit id Moses ex zelo, ut idolum suum vorarent apostatæ, et ut contemnere discerent quod ipsi suo ore hauriebant.

22. *Quod pronus sit ad malum.* LXX, *tu nosti populi hujus ὁρμην* impetum, et quasi furentem impulsum, qui, cum in aliquam partem incubuerit, revocari facile non potest. Itaque ego unus resistere non potui.

24. *Egressusque est hic vitulus.* Crimen verbis extenuat, ut leniat fratris iram, quasi non consilio et animi destinatione, sed casu quodammodo formatus fuisset vitulus.

25. *Nudatus.* * Inermis, spoliatus etiam inauribus, et quod majus est (nam inaurium facilis jactura), honore suo, opeque, et auxilio divino. — *Spoliaverat enim eum Aaron.* Tum armis, tum inauribus, tum divina ope, ut dictum est. — *Propter ignominiam sordis.* Propter idolum quod Hebræi stercus appellant, qui ut sordes et stercora abominanda sunt, ut dicitur Deut. 7. n. ult. — *Inter hostes nudum.* Hostibus expositum, et divino præsidio nudatum.

Digitized by Google

26. Se tint à la porte du camp, *et voulant apaiser la colère de Dieu, en punissant sévèrement l'infidélité de son peuple,* il dit : Si quelqu'un est au Seigneur, qu'il se joigne à moi. Et les enfants de Lévi, *qui n'avaient point eu part à l'impiété des autres,* s'étant assemblés autour de lui,

26. Et stans in porta castrorum, ait : Si quis est Domini, jungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filii Levi :

27. Il leur dit : Voici ce que dit le Seigneur, le Dieu d'Israël : Que chaque homme *d'entre vous* mette son épée à son côté : passez et repassez au travers du camp d'une porte à l'autre ; et que chacun tue son frère, son ami, et celui qui lui est plus proche, *afin de satisfaire la justice de Dieu, et d'attirer sur nous sa miséricorde* (1).

27. Quibus ait : Hæc dicit Dominus Deus Israel : Ponat vir gladium super femur suum : ite, et redite de porta usque ad portam per medium castrorum, et occidat unusquisque fratrem, et amicum, et proximum suum.

28. Les enfants de Lévi firent ce que Moïse avait ordonné, *sans trouver la moindre résistance, tant était grande la consternation que la juste indignation de Moïse avait répandue dans tout le camp ;* et *ainsi* il y eut environ vingt-trois mille hommes de tués en ce jour-là *par les enfants de Lévi* (2).

28. Feceruntque filii Levi juxta sermonem Moysi, ceciderunt que in die illa quasi viginti tria millia hominum.

29. Alors Moïse leur dit : Vous avez chacun consacré vos mains au Seigneur en tuant votre fils et votre frère, afin que la bénédiction de Dieu vous soit donnée, *comme elle le sera en effet pour récompenser votre zèle et votre fidélité.*

29. Et ait Moyses : Consecrastis manus vestras hodie Domino, unusquisque in filio, et in fratre suo, ut detur vobis benedictio.

30. Le lendemain Moïse dit au peuple : Vous avez commis un très-grand péché ; je monterai vers le Seigneur, pour voir si je pourrai en quelque sorte le fléchir, *et obtenir le pardon* de votre crime.

30. Facto autem altero die, locutus est Moyses ad populum : Peccastis peccatum maximum : ascendam ad Dominum, si quo modo quivero eum deprecari pro scelere vestro.

(1) Que chacun tue les adorateurs de l'idole qui ne se sont pas retirés dans leurs tentes, mais qui continuent audacieusement à se livrer dans le camp à un culte abominable, fussent-ils ses frères. — (2) L'hébreu ne porte que trois mille.

---

26. *Stans in porta castrorum.* In ingressu castrorum. — *Si quis est Domini.* Qui a partibus Domini stat, et honoris illius zelo fervet. — *Omnes filii Levi.* Plerique peccato non consenserant ; aliqui tamen ex levitis Aaronem levitam peccantem secuti sunt. Nec parcitum levitis sontibus ; nam dicitur n. 29 : *Consecrastis manus vestras, etc... unusquisque in filio et in fratre suo, etc.;* eos nimirum cædendo. Cum ergo dicitur *omnes,* intellige plerosque. Vel significatur omnes congregatos levitas fuisse.

27. *Occidat unusquisque.* Moses, dux populi, habebat jus gladii, et Domini accesserat jussio et voluntas.

29. *Consecrastis manus vestras.* Hinc enim levitæ meruerunt benedictionem et sacerdotium. Vide Deut. 33. 9.

30. *Si quo modo qui vero eum deprecari.* Ut scilicet hac una cæde contentus, alias plagas non immittat.

Digitized by Google

31. Reversusque ad Dominum, ait : Obsecro, peccavit populus iste peccatum maximum, feceruntque sibi deos aureos : aut dimitte eis hanc noxam,

32. Aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti.

33. Cui respondit Dominus : Qui peccaverit mihi, delebo eum de libro meo :

34. Tu autem vade, et duc populum istum quò locutus sum tibi : angelus meus præcedet te. Ego autem in die ultionis visitabo et hoc peccatum eorum.

35. Percussit ergo Dominus populum pro reatu vituli, quem fecerat Aaron.

31. Et étant retourné vers le Seigneur, il lui dit : Ce peuple a commis un très-grand péché, et ils se sont fait des dieux d'or; mais je vous conjure de leur pardonner cette faute :

32. Ou si vous ne le faites pas, effacez-moi de votre livre que vous avez écrit, *et faites-moi mourir.*

33. Le Seigneur lui répondit : J'effacerai de mon livre celui qui aura péché contre moi.

34. Mais pour vous, allez, et conduisez ce peuple au lieu que je vous ai dit : mon ange marchera devant vous. Et au jour de la vengeance, je visiterai *et punirai* ce péché qu'ils ont commis.

35. Le Seigneur frappa donc le peuple pour le crime du veau qu'Aaron leur avait fait; *et en punition de ce crime, et de ceux qu'ils commirent dans la suite, il les fit tous périr dans le désert.*

CHAPITRE XXXIII.

§ I. *Les menaces du Seigneur portent les Israélites à s'humilier et à pleurer leur crime.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens : Vade, ascende de loco isto tu, et populus tuus quem eduxisti de terra Ægypti, in terram quam juravi Abraham, Isaac, et Jacob, dicens : Semini tuo dabo eam :

2. Et mittam præcursorem tui angelum, ut ejiciam Chananæum,

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse et lui dit : Allez, sortez de ce lieu, vous et votre peuple, que vous avez tiré de l'Egypte, et allez en la terre que j'ai promise avec serment à Abraham, à Isaac et à Jacob, en disant : Je donnerai cette terre à votre race,

2. Et j'enverrai un ange pour vous servir de précurseur, afin que j'en chasse

---

32. *Dele me.* Quasi dicat : Non me delebis, dimitte ergo. Quidam hyperbolem esse volunt, expressionem scilicet affectus maximi ad populum, non autem deliberati animi; sic Rachel, Genes. 30. 1 : *Da mihi liberos, alioquin moriar.* — *Libro.* Scilicet prædestinatorum, vel de numero tuorum, quos amas, quibus faves. S. Hier. ad Algas, et S. Greg. 10. Moral. c. 7, accipiunt de libro viventium non in cœlo, sed in præsenti vita, quasi dicat : Aut dimitte, aut occide.

34. *In die ultionis.* Tempore punitionis peccati, de qua statim n. seq.

35. *Percussit ergo Dominus.* Vel peste, vel alia plaga, quam Scriptura non expressit.

CAP. XXXIII. 1. *Locutusque est Dominus ad Moysen.* Qui jam ascenderat secundo in montem.

2. *Præcursorem tui angelum.* Qui te in columna nubis præcedit. Alloqui-

Digitized by Google

les Chananéens, les Amorrhéens, les Héthéens, les Phérézéens, les Hévéens, et les Jébuséens ;

3. Et que vous entriez dans un pays où coulent des ruisseaux de lait et de miel. Car *malgré l'ingratitude de ce peuple, je veux bien encore, à votre considération, leur donner mon ange pour les conduire ; mais pour moi*, je ne monterai point avec vous, de peur que je ne vous extermine pendant le chemin, *comme vous le méritez*, parce que vous êtes un peuple d'une tête dure *et inflexible, qui résiste sans cesse à mes volontés.*

4. Le peuple, entendant ces paroles si fâcheuses, se mit à pleurer ; et *dans l'excès de leur douleur*, nul d'eux ne se revêtit de ses ornements accoutumés, *depuis que le Seigneur leur eut ordonné de les quitter.*

5. Car le Seigneur dit à Moïse : Dites aux enfants d'Israël : Vous êtes un peuple d'une tête dure ; si je viens une fois au milieu de vous, je vous exterminerai. Quittez donc présentement tous vos ornements, afin que je sache de quelle manière j'en userai avec vous.

et Amorrhæum, et Hetheum, et Pherezæum, et Hevæum, et Jebusæum,

3. Et intres in terram fluentem lacte et melle. Non enim ascendam tecum, quia populus duræ cervicis es : ne fortè disperdam te in via.

4. Audiensque populus sermonem hunc pessimum, luxit : et nullus ex more indutus est cultu suo.

5. Dixitque Dominus ad Moysen : Loquere filiis Israel : Populus duræ cervicis es, semel ascendam in medio tui, et delebo te. Jam nunc depone ornatum tuum, ut sciam quid faciam tibi.

---

tur Mosen tanquam populi internuntium ; quare oratio ad populum dirigitur.

3. *Non enim ascendam tecum.* Angelus qui te comitatur, jam non Dei, ut hactenus fecit, sed suam personam repræsentabit ; nec amplius illustria illa patrabit miracula, quæ Dei virtute et potestate patravit, tanquam Dei nomen et personam sustinens et repræsentans. Vel etiam sensus est : Volo a vobis separari et divertere, et tabernaculum illud meum quale sit, quod habeo apud vos, alio transferre, quod factum, hoc cap. n. 7. — *Populus duræ cervicis es.* Cervicosus, inobediens, refractarius. — *Ne forte disperdam te in via.* Loquitur humano more. Nolo coram intueri mores tuos, alius te ducat, ne forte commotus aliquo tuo scelere, gravi aliquo malo a me mulcteris.

4. *Sermonem hunc pessimum.* Quo scilicet summa quædam calamitas prænuntiabatur. — *Nullus ex more indutus est cultu suo.* Vestis mutatio et squalor, luctus, pœnitentiæ et calamitatis argumentum est. Cultum vero vestium, ornamentorum, ac monilium, partim secum ex Ægypto detulerant, partim ex superiore pugna cum Amalecitis collegerant.

5. *Semel ascendam in medio tui, et delebo te.* Vel conditionate, vel comminatorie dictum est ; hoc est, si pergas impius et rebellis esse : vel dicitur prophetice, quod prævideret Deus eos non semel delicturos et a se puniendos esse. Vel sensus est : Si semel in te irruam, omnino delebo te. — *Depone ornatum tuum.* Quasi dicat : Pergite ut cœpistis, eo cultu utimini, qui pœnitentiam præ se ferat ; vel quod dictum est n. 4 : *Nullus ex more, etc.*, dictum est per anticipationem. — *Ut sciam quid faciam tibi.* Ut statuam an vobis parcere debeam. Ut decernam gravemne an levem pœnam infligere debeam.

Digitized by Google

6. Deposuerunt ergo filii Israel ornatum suum à monte Horeb.

7. Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocavitque nomen ejus, Tabernaculum fœderis. Et omnis populus, qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis, extra castra.

8. Cùmque egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat universa plebs, et stabat unusquisque in ostio papilionis sui, aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium.

9. Ingresso autem illò tabernaculum fœderis, descendebat columna nubis, et stabat ad ostium, loquebaturque cum Moyse,

10. Cernentibus universis quod columna nubis staret ad ostium tabernaculi. Stabantque ipsi, et adorabant per fores tabernaculorum suorum.

6. Les enfants d'Israël quittèrent donc leurs ornements au pied de la montagne d'Horeb.

7. Et Moïse prenant *le pavillon où Dieu rendait ses oracles en attendant que* le tabernacle *fût construit*, le dressa bien loin hors du camp, et l'appela le Tabernacle de l'alliance, *pour faire souvenir ce peuple de celle qu'il avait contractée avec le Seigneur, et qu'il avait rompue avec tant de légèreté.* Et tous ceux du peuple qui avaient quelque difficulté, sortaient hors du camp, pour aller au tabernacle de l'alliance *y consulter le Seigneur qui ne demeurait plus au milieu d'eux.*

8. Lorsque Moïse sortait pour aller au tabernacle, tout le peuple se levait *par respect*, et chacun se tenait à l'entrée de sa tente, et regardait Moïse par derrière, *le suivant des yeux*, jusqu'à ce qu'il fût entré dans le tabernacle.

9. Quand Moïse était entré dans le tabernacle de l'alliance, la colonne de nuée descendait et se tenait à la porte, *et le Seigneur* parlait avec Moïse.

10. Tous les enfants d'Israël, voyant que la colonne de nuée se tenait à l'entrée du tabernacle, se tenaient aussi eux-mêmes à l'entrée de leurs tentes, et y adoraient *le Seigneur*.

§ II. *Moïse parle à Dieu face à face. Il lui demande à voir son visage. Dieu lui promet de se faire voir par derrière.*

11. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem,

11. Or le Seigneur parlait à Moïse face à face, comme un homme a accoutumé

---

6. *Deposuerunt ergo filii Israel.* Tum ex spontaneo suo luctu, tum præcepto Domini incitati. — *A monte Horeb.* Pro, ad montem Horeb, consistentes juxta montem Horeb.

7. *Tollens tabernaculum.* Non illud quod jussit Dominus fieri c. 26, et quod erectum narratur c. 40, in quo arca, etc.; hoc enim nondum fuerat excitatum, sed parvum quoddam tabernaculum, quo et Moses et cæteri orationis causa conveniebant. Hoc ergo tabernaculum Moses transtulit extra castra. — *Tabernaculum fœderis.* Quo postea nomine etiam appellatum est majus tabernaculum, postea excitatum. Vocatur tabernaculum fœderis, quia in eo depositæ tabulæ legis.

8. *Surgebat universa plebs.* Reverentiam exhibens Mosi vices Dei gerenti, suoque capiti et rectori.

10. *Adorabant per fores tabernaculorum suorum.* Adorabat quisque Deum stans, vel potius procumbens in genua in ostio tabernaculi sui, convertendo se ad tabernaculum, quod extra castra Moses extulerat, in quo angelus vice Dei cum Mose per columnam nubis loquebatur.

11. *Facie ad faciem.* Apparente angelo specie corporea et humana. Allo-

Digitized by Google

de parler à son ami; et lorsqu'il retournait dans le camp, le jeune Josué, fils de Nun, qui le servait, ne s'éloignait point du tabernacle, *mais demeurait toujours auprès pour le garder.*

12. Or Moïse dit au Seigneur : Vous me commandez d'emmener ce peuple, *et de le faire entrer dans la terre que vous lui avez promise*, et vous ne me dites pas qui vous devez envoyer avec moi, *pour m'aider à le mettre en possession de cette terre : vous ne me promettez pas d'y venir vous-même; quoique je vous en aie conjuré avec instance, et que* vous m'ayez dit : Je vous connais par votre nom, et vous avez trouvé grâce devant moi.

13. Si donc j'ai trouvé grâce devant vous, faites-moi voir votre visage, afin que je vous connaisse; et *s'il est vrai* que je trouve grâce devant vos yeux, regardez favorablement cette grande multitude qui est votre peuple, *honorez-la de votre présence, et accordez-lui votre puissante protection.*

14. Le Seigneur lui dit : *Je ne puis vous refuser ce que vous me demandez*; je marcherai en personne devant vous, et je vous procurerai le repos *que je vous ai promis.*

sicut solet loqui homo ad amicum suum. Cùmque ille reverteretur in castra, minister ejus, Josue filius Nun, puer non recedebat de tabernaculo.

12. Dixit autem Moyses ad Dominum : Præcipis ut educam populum istum : et non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cùm dixeris : Novi te ex nomine, et invenisti gratiam coram me.

13. Si ergo inveni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuam, ut sciam te, et inveniam gratiam ante oculos tuos : respice populum tuum gentem hanc.

14. Dixitque Dominus : Facies mea præcedet te, et requiem dabo tibi.

---

quebatur familiarissime. — *Puer.* Non ætate, jam enim præfuerat bello contra Amalec. Phrasis est Scripturæ, quæ discipulos et famulos pueros vocat; quia minores et inferiores sunt magistro vel hero. Vel puer dicitur, quia juvenis; sunt enim qui opinentur annum egisse 46, quæ ætas illo ævo intra juventutis fines erat. Adde diutius nomen pueri illis adhæsisse qui uxorem non duxissent, qualis Josue. — *Non recedebat de tabernaculo.* Ut sacrum locum quasi custodiret absente Mose, ut servaret legis tabulas; simul interim vacabat orationi et contemplationi.

12. *Non indicas mihi quem missurus es.* Dixerat Dominus : *Angelus meus præcedet te*, sed certum aliquem non designaverat. Petit ergo Moses sibi significari quisnam ille sit qui populum ducet, paulatimque eo progreditur, ut omnes alios duces abnuat, solumque ipsum Deum ductorem velit, quod significant verba n. seq.: *Ostende mihi faciem tuam*, quasi dicat : Faciem tuam requirimus; hæc nos ducat, et itinere præcedat.—*Novi te ex nomine.* LXX, *novi te præter omnes*, præ omnibus te elegi, et diligo, mihique places. Quos amat Deus phrasi Scripturæ nosse dicitur, ignorare quos rejicit.

13. *Ostende mihi faciem tuam.* Hebr. *Ostende mihi viam tuam*, ut scilicet tu teipso et facie tua viam nobis præeas et ostendas. — *Ut sciam te.* Ut cognoscam te mihi et populo placatum, propitium et præsentem.

14. *Facies mea præcedet te.* Ego ipse præcedam.—*Et requiem dabo tibi.* Ut inter medios hostes mea nixus præsentia et ope securus quiescas.

Digitized by Google

15. Et ait Moyses : Si non tu ipse præcedas, ne educas nos de loco isto.

16. In quo enim scire poterimus ego et populus tuus invenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaveris nobiscum, ut glorificemur ab omnibus populis qui habitant super terram?

17. Dixit autem Dominus ad Moysen : Et verbum istud, quod locutus es, faciam : invenisti enim gratiam coram me, et teipsum novi ex nomine.

18. Qui ait : Ostende mihi gloriam tuam.

19. Respondit : Ego ostendam omne bonum tibi, et vocabo in nomine Domini coram te : et miserebor cui voluero, et clemens ero in quem mihi placuerit.

15. Moïse lui dit : Si vous ne marchez vous-même devant nous, ne nous faites point sortir de ce lieu.

16. Car comment pourrons-nous savoir, moi et votre peuple, que nous avons trouvé grâce devant vous, si vous ne marchez avec nous, afin que nous soyons en honneur et en gloire parmi tous les peuples qui habitent sur la terre?

17. Le Seigneur dit à Moïse : Je ferai ce que vous venez de me demander; car vous avez trouvé grâce devant moi, et je vous connais par votre nom.

18. Moïse lui dit : *Il ne me reste plus rien à désirer que de voir d'une manière sensible la majesté de votre visage :* faites-moi *donc* voir votre gloire, *et je serai pleinement satisfait.*

19. Le Seigneur lui répondit : Je vous ferai voir *ma gloire, ma puissance et ma bonté, en vous comblant de* toutes sortes de biens; et *passant* devant vous, je prononcerai le nom *ineffable* du Seigneur, *qui vous fera comprendre qu'étant le maître de toutes choses, et ne devant rien à personne,* je ferai miséricorde à qui je voudrai, et j'userai de clémence envers qui il me plaira, *sans que ceux à qui je ne ferai point cette grâce puissent m'accuser d'injustice ou de dureté, puisque je ne la leur refuserai que parce qu'ils en seront indignes, ou par leur naissance criminelle, ou par leur mauvaise volonté.*

---

15. *Si non tu ipse præcedas.* Ejus quod jam Dominus concesserat, Moses confirmationem petit pluribus verbis, pro affectu erga populum.

17. *Et verbum istud, quod locutus es, faciam.* Expressius confirmo quod expressius petendo et repetendo postulasti.

18. *Ostende mihi gloriam tuam.* Loquebatur Dominus cum Mose voce corporea, sed ab eo ob caliginem non videbatur. Petit ergo ut, discussa caligine, gloriam faciei suæ ostendat.

19. *Ostendam omne bonum tibi.* Hebr. habent, *transire faciam omne bonum meum ante faciem tuam;* ostendam tibi meipsum, qui sum omne bonum; vel, ut alii explicant, ostendam tibi excellentissimum, pulcherrimum, perfectissimum quiddam. * An Moses divinam essentiam viderit, disputant scholastici theologi cum S. Thoma 1. p. q. 12, art. 11. Vide Vasq. in 1. p. disp. 55. c. 2. Alii putant sensum esse : Ostendam tibi bona omnia quæ populo Israelis facturus sum. — *Vocabo in nomine Domini.* Cum transibo ante te in petra absconditum et tectum, inclamabo, ut scias Dominum transire, meque respicias. LXX habent, *vocabo Dominus coram te.* Vel sensus est : Transiens ego Dominus coram te, *vocabo in nomine Domini,*

Digitized by Google

20. Dieu ajouta *ensuite :* Vous ne pourrez voir mon visage *ni la gloire qui m'environne;* car nul homme ne me verra sans mourir.

21. Le Seigneur dit encore : Il y a *sur la montagne* un lieu où je *me* suis *montré à vous, et où vous pourrez me voir en la manière qui vous convient.* Vous vous tiendrez *donc* sur la pierre, *ou sur le rocher voisin de cet endroit.*

22. Et lorsque ma gloire passera, je vous mettrai dans l'ouverture de la pierre, et je vous couvrirai de ma main, jusqu'à ce que je sois passé, *de peur que l'éclat de cette gloire, dont je suis environné, ne vous fasse mourir.*

23. J'ôterai ensuite ma main, et vous me verrez par derrière; mais vous ne pourrez voir mon visage.

20. Rursumque ait : Non poteris videre faciem meam; non enim videbit me homo, et vivet (1).

21. Et iterum : Ecce, inquit, est locus apud me, et stabis supra petram.

22. Cùmque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, et protegam dexterâ meâ, donec transeam :

23. Tollamque manum meam, et videbis posteriora mea : faciem autem meam videre non poteris.

CHAPITRE XXXIV.

§ I. *Moïse, par ordre du Seigneur, prépare de nouvelles tables de pierre pour y écrire le décalogue. Il monte de nouveau sur la montagne. Il se prosterne en terre et fait sa prière au Seigneur.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le *Seigneur* dit ensuite *à Moïse :* Faites-vous deux tables de pierre, qui soient comme les premières *que j'avais faites moi-même,* et j'y écrirai les paroles qui étaient sur les tables que vous avez rompues.

1. Ac deinceps : Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, et scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti.

(1) Bible vengée, note XLIII.

---

hoc est, inclamabo epitheta nominis Dei, dicendo, ut dicitur cap. 34. 6, *Dominator, Domine Deus, misericors et clemens, patiens et verax, etc.* Idque ut doceam te modum invocandi me, illisque epithetis compellandi. — *Miserebor cui voluero.* Ego transiens ante te vocabo et inclamabo nomen Domini, dicendo : *Dominator, Domine,* aliaque Dei epitheta, sed maxime hoc : *Miserebor cui voluero,* hoc est, misericors, clemens, etc.

20. *Non poteris videre faciem meam.* Loquitur de facie corporea assumpta, qua se aliquatenus majestas et gloria Dei repræsentat, et videndam exhibet. — *Non enim videbit me homo, et vivet.* Fulgor majestatis faciei meæ tantus est, ut mortalis oculus illum ferre non possit.

22. *Protegam dextera mea.* Dextera mea nubem vel aliud corpus opacum opponam cavernæ in qua latebis, ne videas faciem meam, et vibrantibus faciei meæ radiis exanimeris.

23. *Videbis posteriora mea.* Cum facies mea transierit, amovebo nubem quæ tegit te in caverna, ut tergum meum intuearis, in quo nimirum temperata erit lux.

Digitized by Google

2. Esto parátus mane, ut ascendas statim in montem Sinai, stabisque mecum super vérticem montis.

3. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totum montem : boves quoque et oves non pascantur è contra.

4. Excidit ergo duas tabulas lapídeas, quales antea fuerant : et de nocte consúrgens ascéndit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum tabulas.

5. Cùmque descendísset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, invocans nomen Domini.

6. Quo transeúnte coram eo, ait : Dominator, Domine Deus, misericors et clemens, patiens et multæ miserationis, ac verax,

7. Qui custódis misericórdiam in millia : qui aufers iniquitátem, et scelera, atque peccáta, nullusque apud te per se innocens est. Qui reddis iniquitátem patrum fíliis ac nepótibus, in tertiam et quartam progéniem.

8. Festinúsque Moyses, curvátus est pronus in terram, et adórans,

9. Ait : Si inveni gratiam in conspéctu tuo, Domine, obsécro ut gradiáris nobíscum (populus

2. Soyez prêt dès le matin pour monter aussitôt sur la montagne de Sinaï, et vous demeurerez avec moi sur le haut de la montagne.

3. Que personne ne monte avec vous; que nul ne paraisse sur toute la montagne; que les bœufs même et les brebis ne paissent point vis-à-vis *de ce lieu où je fais éclater ma gloire.*

4. Moïse tailla donc deux tables de pierre, telles qu'étaient les premières; et, se levant avant le jour, il monta sur la montagne de Sinaï, portant avec lui les tables, selon que le Seigneur le lui avait ordonné.

5. Alors le Seigneur étant descendu au milieu de la nuée, Moïse se tint en sa présence, invoquant le nom du Seigneur.

6. Et, comme le Seigneur passait devant lui, il dit : *Souverain* Dominateur, Seigneur Dieu, qui êtes plein de compassion et de clémence, patient, riche en miséricorde, et véritable,

7. Qui conservez *et faites sentir* votre miséricorde jusqu'à mille générations; qui effacez l'iniquité, les crimes et les péchés; devant lequel nul n'est innocent par lui-même, et qui rendez l'iniquité des pères aux enfants et aux petits-enfants, jusqu'à la troisième et quatrième génération : *faites miséricorde à ce peuple qui vous a offensé; et, malgré son indignité, accomplissez en sa faveur les promesses que vous avez faites à ses pères.*

8. En même temps Moïse se prosterna contre terre, et adorant *Dieu*,

9. Il ajouta : Seigneur, si j'ai trouvé grâce devant vous, marchez, je vous supplie, avec nous; car ce peuple a la

---

CAP. XXXIV. 3. *Boves quoque et oves non pascantur e contra.* E regione montis. Voluit hæc omnia Deus, ut duro et rudi populo sui timorem et reverentiam incuteret.

5. *Stetit Moyses cum eo.* Stetit Moses in caverna conditus, et nube tectus, ut in fine superioris capitis jussus fuerat.

6. *Dominator, Domine, etc.* Vel ita precabatur Moses, vel ita clamabat Dominus, Mosen admonens se transire, et ad orationem excitans. Vide dicta cap. superiori, n. 19. — *Patiens.* Hebr. *Latis naribus;* qui enim sunt hujusmodi, facilius ferventem in præcordiis iræ spiritum efflant, et placantur.

7. *Qui custodis misericordiam in millia.* Id est, qui benefacis sine termino. — *Nullusque apud te per se innocens est.* Omnes enim egent Dei misericordia. Posset verti ex Hebræo, *nullumque innoxium derelinques,* penes quem nullus vacat culpa vel pœna, si fuerit meritus.

Digitized by Google

tête dure ; *sans vous nous ne pouvons le conduire :* effacez aussi nos iniquités et nos péchés, *afin que rien ne vous empêche de nous accorder ces grâces;* et possédez-nous comme votre héritage, *ainsi que vous nous l'avez fait espérer.*

enim duræ cervicis est) et auferas iniquitates nostras atque peccata, nosque possideas.

§ II. *Le Seigneur s'engage de nouveau à établir son peuple dans la terre qu'il lui avait promise, à condition qu'il observera ses ordonnances dont il lui renouvelle le souvenir.*

10. Le Seigneur lui répondit : Je ferai *ce que vous me demandez, je rendrai ferme,* à la vue de tout le monde, l'alliance *que j'ai faite avec ce peuple ;* je ferai *en sa faveur* des prodiges qui n'ont jamais été vus sur la terre, ni dans aucune nation, afin que ce peuple, au milieu duquel vous êtes, considère l'ouvrage terrible que doit faire le Seigneur, *pour le mettre en possession de la terre qui lui est promise.*

10. Respondit Dominus : Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ nunquam visa sunt super terram, nec in ullis gentibus : ut cernat populus iste, in cujus es medio, opus Domini terribile quod facturus sum.

11. Gardez *donc aussi de votre côté* toutes les choses que je vous ordonne aujourd'hui, *et* je chasserai moi-même devant vous les Amorrhéens, les Chananéens, les Héthéens, les Phérézéens, les Hévéens et les Jébuséens.

11. Observa cuncta quæ hodie mando tibi : ego ipse ejiciam ante faciem tuam Amorrhæum, et Chananæum, et Hethæum, Pherezæum quoque, et Hevæum, et Jebusæum.

12. Prenez garde *aussi* de ne jamais faire amitié avec *ceux d'entre* les habitants de ce pays, *que je laisserai encore quelque temps ;* cela causerait votre ruine;

12. Cave ne unquam cum habitatoribus terræ illius jungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam :

13. Mais détruisez tous leurs autels, brisez toutes leurs statues; coupez leurs bois *consacrés à leurs idoles.*

13. Sed aras eorum destrue, confringe statuas, lucosque succide.

14. N'adorez point de dieu étranger. Le Seigneur s'appelle le *Dieu* jaloux; Dieu veut être aimé uniquement.

14. Noli adorare deum alienum. Dominus zelotes nomen ejus; Deus est æmulator.

15. *Je vous le répète encore une fois :* ne faites point d'alliance avec les habitants de ce pays-là, *n'ayez aucun com-*

15. Ne ineas pactum cum hominibus illarum regionum : ne, cum fornicati fuerint cum diis

---

9. *Nosque possideas.* Nos simus populus tuus, et funiculus hæreditatis tuæ.

10. *Videntibus cunctis.* Hebr. *Coram omni populo.*

11. *Quæ hodie mando tibi.* Tibi, o populo meus : alloquitur enim hic Deus Mosen tanquam internuntium populi, ejusque personam sustinentem.

14. *Zelotes.* Æmulator honoris sibi debiti, nec patitur suum populum ad idola quasi ad amasios deflectere.

15. * *Ne ineas pactum.* Scilicet connubii. Potissimum vetita connubia cum Chananæis, quod majus ab illis periculum immineret propter vicinitatem. Alioqui cum aliis etiam alienigenis interdicta erant matrimonia Judæis; quare reprehenditur Salomon III. Reg. 11. 1, quod Moabitidas, Ammonitidas, et Idumæas duxisset. Vide Esdræ 9. 1, 2; et 10. — *Fornicati fuerint.*

Digitized by Google

suis, et adoraverint simulacra eorum, vocet te quispiam ut comedas de immolatis.

16. Nec uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis : ne, postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant et filios tuos in deos suos.

17. Deos conflatiles non facies tibi.

18. Solemnitatem azymorum custodies. Septem diebus vesceris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mensis novorum : mense enim verni temporis egressus es de Ægypto.

19. Omne quod aperit vulvam generis masculini, meum erit; de cunctis animantibus, tam de bobus, quàm de ovibus, meum erit.

20. Primogenitum asini redimes ove : sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes : nec apparebis in conspectu meo vacuus.

21. Sex diebus operaberis, die septimo cessabis arare et metere.

22. Solemnitatem hebdomadarum facies tibi in primitiis frugum messis tuæ triticeæ, et solemnitatem, quando redeunte

merce avec eux, de peur que lorsqu'ils se seront corrompus avec leurs dieux, et qu'ils auront adoré leurs statues, quelqu'un d'entre eux ne vous invite à manger *avec lui* des viandes qu'il leur aura immolées.

16. Vous ne ferez point *non plus* épouser leurs filles à vos fils, de peur qu'après qu'elles se seront corrompues elles-mêmes, *par l'idolâtrie*, elles ne portent vos fils à se corrompre aussi comme elles, avec leurs dieux.

17. Vous ne vous ferez point, *aussi comme eux*, de dieux jetés en fonte.

18. Vous observerez la fête solennelle des azymes, *qui est la fête de Pâques, et* vous mangerez sept jours durant des pains sans levain au mois des nouveaux *fruits*, comme je vous l'ai ordonné; car vous êtes sortis de l'Egypte au mois où commence le printemps.

19. Tout mâle qui sort le premier du sein de sa mère sera à moi; *les premiers* de tous les animaux, tant des bœufs que des brebis, seront à moi.

20. Vous rachèterez avec une brebis le premier-né de l'âne; que si vous ne le rachetez point, vous le tuerez. Vous rachèterez *avec l'argent* le premier-né de vos fils, et vous ne paraîtrez point devant moi les mains vides, *et sans m'offrir des présents.*

21. Vous travaillerez pendant six jours, et le septième jour vous cesserez de labourer la terre et de moissonner.

22. Vous célébrerez la fête solennelle des Semaines *cinquante jours après Pâques; vous la célébrerez, dis-je*, en offrant les prémices des fruits de la mois-

---

Idola coluerint. Frequenter in Scriptura idololatria fornicatio dicitur. Vide c. 2 et 3. Jerem. et c. 16. Ezech. — *Ut comedas de immolatis.* Atque ita ad idololatriam alliciaris. Reliquæ leges hic summatim iterantur ex c. 23. Vide ibi notata.

21. *Die septimo cessabis arare et metere.* Etiamsi tempus arationis aut messis sit, quod præ aliis maxime operosum esse solet, sabbato tamen cessabis, nec in eo metes vel arabis.

22. *Solemnitatem hebdomadarum.* Celebrabis festum Pentecostes post hebdomadam hebdomadarum, id est, post septem hebdomadas; puta post 49 dies, quinquagesimo die a Paschate, in eoque offeres primitias panum Deo. — *Solemnitatem, quando redeunte anni tempore cuncta conduntur.* Sic-

Digitized by Google

son de froment, et vous ferez la fête des *Tabernacles après les* dépouilles des fruits, à la fin de l'année, lorsqu'on les aura tous recueillis.

23. Tous vos enfants mâles se présenteront *en ces trois fêtes, c'est-à-dire* trois fois l'année devant le Seigneur tout-puissant le Dieu d'Israël.

24. Car lorsque j'aurai chassé les nations de devant votre face, et que j'aurai étendu les limites de votre pays, si vous montez, et si vous vous présentez trois fois l'année devant le Seigneur votre Dieu, nul ne formera *avec succès* des entreprises secrètes contre votre pays.

25. Vous ne m'offrirez point avec du levain le sang de la victime qui m'est immolée, et il ne restera rien de l'hostie de la fête solennelle de Pâques jusqu'au lendemain matin.

26. Vous offrirez les prémices des fruits de votre terre dans la maison du Seigneur votre Dieu. Vous ne ferez point cuire le chevreau, lorsqu'il tète encore le lait de sa mère.

27. Le Seigneur dit encore à Moïse : Ecrivez pour vous ces paroles, par lesquelles j'ai fait alliance avec vous et avec Israël.

28. Moyse demeura donc *encore* quarante jours et quarante nuits avec le Seigneur sur la montagne; il ne mangea point de pain, et il ne but point d'eau *dans tout ce temps :* et *le Seigneur* écrivit sur les tables *que Moïse avait préparées* les dix paroles de l'alliance.

anni tempore cuncta conduntur.

23. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel.

24. Cùm enim tulero gentes a facie tua, et dilatavero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te, et apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.

25. Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ : neque residebit mane de victima solemnitatis Phase.

26. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Non coques hædum in lacte matris suæ.

27. Dixitque Dominus ad Moysen : Scribe tibi verba hæc, quibus et tecum et cum Israel pepigi fœdus.

28. Fuit ergo ibi cum Domino quadraginta dies et quadraginta noctes : panem non comedit, et aquam non bibit, et scripsit in tabulis verba fœderis decem.

---

licet festum collectæ in mense septimo, festum Tabernaculorum. Vide supra cap. 23, n. 16.

24. *Dilatavero terminos tuos.* Cum latos, quos promisi, terminos tibi dedero. — *Nullus insidiabitur terræ tuæ.* Ego enim conterminas gentes frenabo et continebo, ne tibi in mei obsequium occupato nocere possint aut audeant.

25. *Non immolabis super fermento.* Cum fermento. Vide sup. 23. 18. — *Neque residebit mane.* Neque remanebit quidquam ex agno paschali in crastinum sive in mane sequens, sed eadem die totum absumetis.

27. *Scribe tibi verba hæc.* Ceremonialia hæc præcepta, ne memoria illorum intercidat. Factum a Mose, cum Exodum scripsit.

28. *Quadraginta dies.* Secunda mansio, seu statio Mosis in monte Sina per 40 dies. — *Panem non comedit.* Omnino jejunus permansit. — *Verba fœderis.* Legem decalogi.

Digitized by Google

§ III. *Moïse, après avoir demeuré quarante jours sur la montagne, en descend portant entre ses mains les tables de la loi, et ayant le visage tout rayonnant de gloire.*

29. Cùmque descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonii, et ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini (1).

30. Videntes autem Aaron et filii Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt prope accedere.

31. Vocatique ab eo, reversi sunt tam Aaron quàm principes synagogæ. Et postquam locutus est ad eos,

32. Venerunt ad eum etiam omnes filii Israel : quibus præcepit cuncta quæ audierat a Domino in monte Sinai.

33. Impletisque sermonibus, posuit velamen super faciem suam.

34. Quod ingressus ad Dominum, et loquens cum eo, auferebat donec exiret, et tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant imperata.

29. Après cela Moïse descendit de la montagne de Sinaï, portant les deux tables du témoignage; et il ne savait pas que son visage jetait des rayons de lumière qui lui étaient restés de l'entretien qu'il avait eu avec le Seigneur.

30. Mais Aaron et les enfants d'Israël, *qui s'étaient avancés pour aller au-devant de lui*, voyant que le visage de Moïse jetait des rayons *dont ils avaient peine à soutenir l'éclat*, craignirent d'approcher de lui, *et retournèrent sur leurs pas.*

31. Mais Moïse ayant appelé Aaron et les principaux de l'assemblée, ils revinrent le trouver. Et après qu'il leur eut parlé,

32. Tous les enfants d'Israël vinrent aussi vers lui, et il leur exposa tous les ordres qu'il avait reçus du Seigneur sur la montagne de Sinaï.

33. *Mais s'apercevant qu'ils avaient peine à supporter l'éclat qui sortait de son visage*, quand il eut achevé de parler, il mit un voile sur son visage, *et il le couvrit toujours dans la suite, lorsqu'il fut obligé de les entretenir.*

34. *Mais* lorsqu'il entrait dans le tabernacle, et qu'il parlait avec le Seigneur, il ôtait ce voile jusqu'à ce qu'il en sortît, *après quoi il le remettait*, et il rapportait ensuite aux enfants d'Israël toutes les choses que Dieu lui avait commandé de leur dire.

(1) Bible vengée, note XLIV.

---

29. *Ignorabat quod cornuta esset facies sua.* Quod fulgor emicaret, et quasi radii ac cornua de capite ejus erumperent. — *Ex consortio sermonis Domini.* Hi enim radii afflati sunt Mosi ex consortio Dei, maxime quando transivit gloria Dei ante foramen petræ; communicata est lux hæc Mosis faciei, ut majorem haberet apud populum auctoritatem; et perpetuo illi mansisse docet D. Ambros. in Psalm. 118. Abulens. et hanc sententiam innuit Bellarm. l. 2. de Reliq. sanctorum, c. 4.

30. *Timuerunt prope accedere.* Quia non valebant figere aciem oculorum in tam splendidam faciem, quia magis Mosen reverebantur.

32. *Venerunt ad eum.* Jam ex timore confirmati.

33. *Posuit velamen super faciem tuam.* Primo locutus est facie non velata, ob majestatem, reverentiam, et testimonium legis; deinde velo injecto, ut quibuslibet liberioris sermonis facultas daretur.

Digitized by Google

35. Lors *donc* que Moïse sortait *du tabernacle*, les Israélites voyaient que son visage jetait des rayons : mais il le voilait de nouveau toutes les fois qu'il leur parlait.

35. Qui videbant faciem egredientis Moysis esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, si quando loquebatur ad eos.

CHAPITRE XXXV.

§ I. ***Moïse déclare au peuple ce que Dieu lui avait prescrit touchant le sabbat, les prémices et les oblations destinées pour le tabernacle, pour l'arche et pour les vêtements sacerdotaux.***

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Moïse, ayant donc assemblé tous les enfants d'Israël, leur dit : Voici les choses que le Seigneur a commandé que l'on fasse.

2. Vous travaillerez pendant six jours, et le septième jour vous sera saint, étant *destiné pour honorer* le sabbat et le repos du Seigneur : celui qui fera quelque travail en ce jour-là sera puni de mort.

3. Vous n'allumerez point de feu dans toutes vos maisons au jour du sabbat.

4. Moïse dit encore à toute l'assemblée des enfants d'Israël : Voici ce que le Seigneur a ordonné. Il a dit :

5. Mettez à part chez vous les prémices de vos biens, *pour les offrir* au Seigneur : vous lui offrirez de bon cœur, et avec une pleine volonté, l'or, l'argent, l'airain,

6. L'hyacinthe, la pourpre, l'écarlate teinte deux fois, le fin lin, les poils de chèvres,

7. Les peaux de moutons teintes en rouge, des peaux violettes, des bois de sétim, *pour la construction du tabernacle*,

8. De l'huile pour entretenir les lampes, et pour composer des onctions et des parfums d'excellente odeur,

1. Igitur congregatâ omni turbâ filiorum Israël, dixit ad eos : Hæc sunt quæ jussit Dominus fieri.

2. Sex diebus facietis opus : septimus dies erit vobis sanctus, sabbatum, et requies Domini : qui fecerit opus in eo, occidetur (1).

3. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbati.

4. Et ait Moyses ad omnem catervam filiorum Israel : Iste est sermo quam præcepit Dominus, dicens :

5. Separate apud vos primitias Domino : Omnis voluntarius et prono animo offerat eas Domino : aurum et argentum, et æs,

6. Hyacinthum et purpuram, coccumque bis tinctum, et byssum, pilos caprarum,

7. Pellesque arietum rubricatas, et ianthinas, ligna setim,

8. Et oleum ad luminaria concinnanda, et ut conficiatur unguentum, et thymiama suavissimum.

(1) Bible vengée, note XLV.

CAP. XXXV. 3. ***In omnibus.*** In nullis. In Paschate et in aliis festis licebat ignem accendere ad coquendos cibos, ut patet c. 12, n. 16; non autem in sabbato.

5. ***Primitias Domino.*** Primam vestram oblationem, et dona pro fabrica tabernaculi. Dicuntur *primitiæ*, quia nullam adhuc publicam et communem fecerant.

8. ***Ut conficiatur.*** Materiam cap. 25 præscriptam, aromata scilicet, etc.; nam oleum ad lucernas tantum, non autem ad thymiama adhibebatur.

Digitized by Google

9. Lapides onychinos, et gemmas ad ornatum superhumeralis et rationalis.

10. Quisquis vestrûm sapiens est, veniat, et faciat quod Dominus imperavit :

11. Tabernaculum scilicet, et tectum ejus, atque operimentum, annulos, et tabulata cum vectibus, paxillos et bases :

12. Arcam et vectes, propitiatorium, et velum quod ante illud oppanditur :

13. Mensam cum vectibus et vasis, et propositionis panibus :

14. Candelabrum ad luminaria sustentanda, vasa illius et lucernas, et oleum ad nutrimenta ignium :

15. Altare thymiamatis, et vectes, et oleum unctionis et thymiama ex aromatibus : tentorium ad ostium tabernaculi :

16. Altare holocausti, et craticulam ejus æneam cum vectibus et vasis suis : labrum et basim ejus :

17. Cortinas atrii cum columnis et basibus, tentorium in foribus vestibuli,

18. Paxillos tabernaculi et atrii cum funiculis suis :

19. Vestimenta, quorum usus est in ministerio sanctuarii, vestes Aaron pontificis ac filiorum ejus, ut sacerdotio fungantur mihi.

9. Les pierres d'onyx et les pierres précieuses, pour orner l'éphod et le rational.

10. Quiconque parmi vous est habile à travailler, qu'il vienne pour faire ce que le Seigneur a commandé,

11. Savoir : le tabernacle avec le toit et la couverture, les anneaux, les ais et les barres de bois *qui les traversent*, les pieux et les bases;

12. L'arche avec des bâtons *pour la porter*, le propitiatoire, et le voile qui doit être suspendu devant l'arche;

13. La table avec les bâtons *pour la porter*, et ses vases et les pains qu'on expose devant le Seigneur;

14. Le chandelier qui doit soutenir les lampes, tout ce qui sert à son usage, les lampes et l'huile pour entretenir le feu;

15. L'autel des parfums avec les bâtons *pour le porter*, l'huile pour faire les onctions, le parfum composé d'aromates; le voile suspendu à l'entrée du tabernacle;

16. L'autel des holocaustes, la grille d'airain avec ses bâtons *pour le porter*, et tout ce qui sert à son usage; le bassin avec sa base,

17. Les rideaux du parvis du temple avec leurs colonnes et leurs bases, et le voile de l'entrée du vestibule;

18. Les pieux du tabernacle et du parvis avec leurs cordons;

19. Les vêtements qui doivent être employés au culte du sanctuaire; les ornements destinés au pontife Aaron et à ses fils, afin qu'ils exercent les fonctions de mon sacerdoce.

§ II. *Les enfants d'Israël offrent de bon cœur tout ce qui est nécessaire pour la construction du tabernacle et pour le culte du Seigneur. Béséléel et Ooliab sont déclarés avoir été choisis de Dieu pour y travailler.*

20. Egressaque omnis multi- | 20. Après que tous les enfants d'Israël

---

10. *Quisquis... sapiens est.* Peritus et industrius artifex.

11. *Tectum.... atque operimentum.* Cortinas et pelles, de quibus supra dictum est. — *Tabulata.* Latera tabernaculi ex lignis setim. — *Paxillos.* Columnas, ut est in Hebr.... Vocantur paxilli, quia non ita magnæ, et quia in ima parte acuminatæ, ut defigi possent in terra. Vel de aliis paxillis sermo est in terra defixis ad continenda vela, ne flante vento agitarentur, ut supra diximus.

17. *Tentorium.* Id est, velum.

Digitized by Google

furent partis de devant Moïse, *ils retournèrent chez eux.*

21. *Et* ils offrirent au Seigneur avec une volonté prompte et pleine d'affection, les prémices de leurs biens, pour tout ce qu'il y avait à faire au tabernacle du témoignage. Et pour tout ce qui était nécessaire pour le culte sacré et pour les ornements sacerdotaux,

22. Les hommes avec les femmes donnèrent leurs chaînes, leurs pendants d'oreilles, leurs bagues et leurs bracelets; tous les vases d'or furent mis à part pour être présentés au Seigneur.

23. Ceux qui avaient de l'hyacinthe, de la pourpre, de l'écarlate teinte deux fois, du fin lin, des poils de chèvres, des peaux de moutons teintes en rouge, des peaux violettes,

24. De l'argent et de l'airain, les offrirent au Seigneur avec des bois de sétim, pour *les employer à* divers usages.

25. Les femmes aussi qui étaient habiles donnèrent ce qu'elles avaient filé d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate, de fin lin,

26. Et de poils de chèvres, et donnèrent tout de grand cœur.

27. Les princes *d'entre le peuple* offrirent des pierres d'onyx, et des pierres précieuses pour l'éphod et le rational;

28. Des aromates et de l'huile, pour entretenir les lampes, et pour préparer des onctions, et composer le parfum d'excellente odeur.

29. Tous les hommes et toutes les femmes firent leurs offrandes de bon cœur, pour faire les ouvrages que le Seigneur avait ordonnés par Moïse. Tous les enfants d'Israël firent ces offrandes au Seigneur avec une pleine volonté.

30. Alors Moïse dit aux enfants d'Israël : Le Seigneur a appelé par un choix particulier Béséléel, fils d'Uri, qui était fils de Hur, de la tribu de Juda;

31. Et il l'a rempli de l'esprit de Dieu, de sagesse, d'intelligence, de science, et d'une parfaite connaissance

tudo filiorum Israel de conspectu Moysis,

21. Obtulerunt mente promptissimâ atque devotâ primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonii. Quidquid ad cultum et ad vestes sanctas necessarium erat,

22. Viri cum mulieribus præbuerunt armillas et inaures, annulos et dextralia : omne vas aureum in donaria Domini separatum est.

23. Si quis habebat hyacinthum, et purpuram, coccumque bis tinctum, byssum, et pilos caprarum, pelles arietum rubricatas, et ianthinas,

24. Argenti, ærisque metalla, obtulerunt Domino, lignaque setim in varios usus.

25. Sed et mulieres doctæ, quæ neverant, dederunt hyacinthum, purpuram, et vermiculum, ac byssum,

26. Et pilos caprarum, sponte propriâ cuncta tribuentes.

27. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, et gemmas ad superhumerale et rationale,

28. Aromataque et oleum ad luminaria concinnanda, etad præparandum unguentum, ac thymiama odoris suavissimi componendum.

29. Omnes viri et mulieres mente devotâ obtulerunt donaria, ut fierent opera quæ jusserat Dominus per manum Moysi. Cuncti filii Israel voluntaria Domino dedicaverunt.

30. Dixitque Moyses ad filios Israel : Ecce, vocavit Dominus ex nomine Beseleel filium Uri filii Hur de tribu Juda.

31. Implevitque eum spiritu Dei, sapientiâ et intelligentiâ, et scientiâ et omni doctrinâ,

---

25. ***Mulieres doctæ.*** Nendi peritæ, et sapientes artifices. — ***Hyacinthum*** Netum, seu filatum hyacinthi, hoc est, lanæ violaceæ. Sic de reliquis intellige, purpura, bysso, etc.

29. ***Voluntaria.*** Ultronea et spontanea dona.

Digitized by Google

32. Ad excogitandum, et faciendum opus in auro, et argento et ære,

33. Sculpendisque lapidibus, et opere carpentario; quidquid fabre adinveniri potest,

34. Dedit in corde ejus : Ooliab quoque filium Achisamech de tribu Dan :

35. Ambos erudivit sapientiâ, ut faciant opera abietarii, polymitarii, ac plumarii, de hyacintho ac purpura, coccoque bis tincto, et bysso, et texant omnia, ac nova quæque reperiant.

32. Pour inventer et pour exécuter tout ce qui se peut faire en or, en argent et en airain;

33. Pour tailler *et* graver les pierres, et pour tous les ouvrages de menuiserie.

34. Il lui a mis dans l'esprit tout ce que l'art peut inventer; et *il lui a joint* Ooliab, fils d'Achisamech, de la tribu de Dan.

35. Il les a remplis tous deux de sagesse pour faire toutes sortes d'ouvrages qui se peuvent faire en bois, en étoffes de différentes couleurs, et en broderie d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin, afin qu'ils travaillent à tout ce qui se fait avec la tissure, et qu'ils y ajoutent tout ce qu'ils pourront inventer de nouveau.

CHAPITRE XXXVI.

§ I. *Moïse fait travailler aux ouvrages que le Seigneur lui avait ordonnés. Il fait cesser les dons que le peuple offrait avec profusion.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Fecit ergo Beseleel, et Ooliab, et omnis vir sapiens, quibus dedit Dominus sapientiam et intellectum, ut scirent fabrè operari quæ in usus sanctuarii necessaria sunt, et quæ præcepit Dominus.

2. Cùmque vocasset eos Moyses, et omnem eruditum virum, cui dederat Dominus sapientiam, et qui sponte suâ obtulerant se ad faciendum opus,

1. Béséléel travailla donc à tous ces ouvrages avec Ooliab et tous les hommes habiles à qui le Seigneur avait donné la sagesse et l'intelligence, afin qu'ils sussent faire excellemment ce qui était nécessaire pour l'usage du sanctuaire, et tout ce que le Seigneur avait ordonné.

2. Car Moïse les ayant fait venir avec tous les hommes habiles, auxquels le Seigneur avait donné la sagesse, et ceux qui s'étaient offerts d'eux-mêmes pour travailler à cet ouvrage,

---

33. *Opere carpentario.* Arte lignaria; sic paulo post mentio fit operis abietarii, quæ sunt opera fabrilia, quæ abiete, seu ligno quovis, tanquam materia constant.

34. *Dedit in corde ejus.* Artem et cognitionem fabricandi, texendi, etc.; et tam perfecte docuit eum, ut alios posset docere; itaque aliqui vertunt ex Hebræo : *Facilem et propensum eum fecit ad docendum alios.*

35. *Abietarii.* Vide n. 33. — *Polymitarii, ac plumarii.* Hic distinguit hæc duo, quæ superius indifferenter usurpavit, ut scilicet phrygio vel plumarius sit, qui acu pingit : polymitarius vero, qui textura ingeniose varia intexit et efformat; ut fit in tapetibus et aulæis atrebatensibus, vulgo, *panni d'Arras o d'Arrazzi.*

Digitized by Google

3. Il leur mit entre les mains toutes les oblations des enfants d'Israël. Et comme ils s'appliquaient à avancer cet ouvrage, e peuple offrait encore tous les jours au matin de *nouveaux* dons.

4. C'est pourquoi les ouvriers furent obligés

5. De venir dire à Moïse : Le peuple offre plus *de dons* qu'il n'est nécessaire.

6. Moïse commanda donc qu'on fît cette déclaration publiquement par la voix d'un héraut : Que nul homme et nulle femme n'offre plus rien à l'avenir pour les ouvrages du sanctuaire. Ainsi l'on cessa d'offrir des présents *à Dieu*,

7. Parce que ce qu'on avait déjà offert suffisait, et qu'il y en avait même plus qu'il n'en fallait.

3. Tradidit eis universa donaria filiorum Israel. Qui cùm instarent operi, quotidie mane vota populus offerebat (1).

4. Unde artifices venire compulsi,

5. Dixerunt Moysi : Plus offert populus quàm necessarium est.

6. Jussit ergo Moyses præconis voce cantari : Nec vir nec mulier quidquam offerat ultra in opere sanctuarii. Sicque cessatum est à muneribus offerendis,

7. Eò quòd oblata sufficerent et superabundarent.

§ II. *Construction du tabernacle et de tout ce qui devait y appartenir.*

8. Tous ces hommes dont le cœur était rempli de sagesse pour travailler aux ouvrages du tabernacle, firent donc dix rideaux de fin lin retors, d'hyacinthe, de pourpre et d'écarlate teinte deux fois, le tout en broderie, et d'un ouvrage excellent de différentes couleurs.

9. Chaque rideau avait vingt-huit coudées de long et quatre de large, et tous les rideaux étaient d'une même mesure.

10. Cinq de ces rideaux tenaient l'un à l'autre, et les cinq autres étaient de même joints ensemble.

11. L'un des rideaux avait des cordons d'hyacinthe sur les bords des deux côtés, et l'autre rideau avait de même des cordons au bord,

12. Afin que les cordons se trouvant vis-à-vis l'un de l'autre, les rideaux fussent joints ensemble.

13. C'est pourquoi ils firent aussi fondre cinquante anneaux d'or, où se pussent attacher les cordons des rideaux, afin qu'il ne s'en fît qu'un seul tabernacle :

14. Ils firent aussi onze couvertures de

8. Feceruntque omnes corde sapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem, de bysso retorta, et hyacintho, et purpura, coccoque bis tincto, opere vario, et arte polymitâ :

9. Quarum una habebat in longitudine viginti octo cubitos, et in latitudine quatuor; una mensura erat omnium cortinarum.

10. Conjunxitque cortinas quinque, alteram alteri, et alias quinque sibi invicem copulavit.

11. Fecit et ansas hyacinthinas in ora cortinæ unius ex utroque latere, in ora cortinæ alterius similiter,

12. Ut contra se invicem venirent ansæ, et mutuò jungerentur;

13. Unde et quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderent certinarum ansas, et fieret unum tabernaculum.

14. Fecit et saga undecim de

(1) Bible vengée, note XLVI.

Cap. XXXVI. 3. *Vota.* Voluntaria munera.

6. *Præconis voce cantari.* Hebr. *Transire fecit Moses vocem per castra,* id est, præconis voce edixit.

Digitized by Google

pilis caprarum ad operiendum tectum tabernaculi.

15. Unum sagum in longitudine habebat cubitos triginta, et in latitudine cubitos quatuor : unius mensuræ erant omnia saga :

16. Quorum quinque junxit seorsum, et sex alia separatim.

17. Fecitque ansas quinquaginta in ora sagi unius, et quinquaginta in ora sagi alterius, ut sibi invicem jungerentur.

18. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectum, ut unum pallium ex omnibus sagis fieret.

19. Fecit et opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis : aliudque desuper velamentum de pellibus ianthinis.

20. Fecit et tabulas tabernaculi de lignis setim stantes.

21. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ unius : et unum ac semis cubitum latitudo retinebat.

22. Binæ incastraturæ erant per singulas tabulas, ut altera alteri jungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis.

23. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra austrum,

24. Cum quadraginta basibus argenteis. Duæ bases sub una tabula ponebantur ex utraque parte angulorum, ubi incastraturæ laterum in angulis terminantur.

25. Ad plagam quoque tabernaculi, quæ respicit ad aquilonem, fecit viginti tabulas,

26. Cum quadraginta basibus argenteis, duas bases per singulas tabulas.

27. Contra occidentem verò, id est, ad eam partem tabernaculi, quæ mare respicit, fecit sex tabu-

poil de chèvres, pour servir de couverture et de toit au tabernacle;

15. Chacune de ces couvertures avait trente coudées de long et quatre de large, et elles étaient toutes de même mesure.

16. Ils en joignirent cinq ensemble, et les six autres séparément.

17. Ils firent aussi cinquante cordons au bord de l'une des couvertures, et cinquante au bord de l'autre, afin qu'elles fussent jointes ensemble.

18. Ils firent encore cinquante boucles d'airain, pour les tenir attachées, afin qu'il ne s'en fît qu'un toit et qu'une seule couverture.

19. Ils firent de plus une *troisième* couverture du tabernacle de peaux de moutons teintes en rouge; et par-dessus encore une *quatrième* de peaux teintes en bleu céleste.

20. Ils firent aussi des ais de bois de sétim pour le tabernacle, qui se tenaient debout *étant joints ensemble.*

21. Chacun de ces ais avait dix coudées de long et une coudée et demie de large.

22. Chaque ais avait une languette et une rainure, afin qu'ils entrassent l'un dans l'autre. Tous les ais du tabernacle étaient faits de cette sorte.

23. Or il y en avait vingt du côté méridional, qui regarde le vent du midi,

24. Avec quarante bases d'argent. Chaque ais était porté sur deux bases de chaque côté des angles, à l'endroit où l'enchâssure des côtés se termine dans les angles.

25. Ils firent aussi pour le côté du tabernacle qui regardait l'aquilon vingt ais,

26. Avec quarante bases d'argent, deux bases pour chaque ais.

27. Mais pour le côté du tabernacle qui est à l'occident et qui regarde la mer, ils n'y firent que six ais,

---

14. *Ad operiendum tectum tabernaculi.* Velum ex pilis caprarum contextum, quod polymito injiciebatur, ut supra dictum est, tectum vocabatur. Sic rursum appellatur, hoc c. n. 18. — (*Multa hic repetuntur ex capitibus superioribus, quæ suis locis explicata sunt, nec est necesse hic repetere.*)

Digitized by Google

28. Et deux autres qui étaient dressés aux angles du tabernacle :

29. Ils étaient joints depuis le haut jusqu'au bas, et ne composaient qu'un corps tous ensemble. Ils gardèrent cette disposition dans les angles des deux côtés.

30. Il y avait huit ais en tout, qui avaient seize bases d'argent, y ayant deux bases pour chaque ais.

31. Ils firent aussi de grandes barres de bois de sétim, cinq pour traverser *et* tenir ensemble tous les ais d'un des côtés du tabernacle,

32. Cinq autres pour traverser *et* tenir ensemble les ais de l'autre côté ; et outre celles-là, cinq autres encore pour le côté du tabernacle qui est à l'occident, et qui regarde la mer.

33. Ils firent aussi une autre barre qui passait par le milieu des ais, depuis un coin jusqu'à l'autre.

34. Ils couvrirent de lames d'or tous ces ais *soutenus sur* des bases d'argent qui avaient été jetées en fonte. Ils y mirent de plus des anneaux d'or pour y faire entrer les barres de bois qu'ils couvrirent aussi de lames d'or.

35. Ils firent un voile d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate, de fin lin retors, le tout en broderie, et d'un ouvrage admirable par son excellente variété.

36. Ils firent quatre colonnes de bois de sétim, qu'ils couvrirent de lames d'or avec leurs chapiteaux, et leurs bases étaient d'argent.

37. Ils firent encore le voile pour l'entrée du tabernacle, qui était d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate, de fin lin retors, le tout en broderie.

38. Ils firent aussi cinq colonnes avec leurs chapiteaux ; ils les couvrirent d'or,

28. Et duas alias per singulos angulos tabernaculi retro :

29. Quæ junctæ erant à deorsum usque sursum, et in unam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex utraque parte per angulos :

30. Ut octo essent simul tabulæ, et haberent bases argenteas sedecim, binas scilicet bases sub singulis tabulis.

31. Fecit et vectes de lignis setim, quinque ad continendas tabulas unius lateris tabernaculi,

32. Et quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas : et extra hos, quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare.

33. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo usque ad angulum perveniret.

34. Ipsa autem tabulata deauravit, fusis basibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci possent : quos et ipsos laminis aureis operuit.

35. Fecit et velum de hyacintho, et purpura, vermiculo, ac bysso retorta, opere polymitario, varium atque distinctum :

36. Et quatuor columnas de lignis setim, quas cum capitibus deauravit, fusis basibus earum argenteis.

37. Fecit et tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byssoque retorta, opere plumarii :

38. Et columnas quinque cum capitibus suis, quas operuit auro,

---

33. *Vectem alium.* Hujus vectis nulla mentio in superioribus capitibus, in quibus de tabernaculi structura agitur. Videtur fuisse actus per ipsam tabularum crassitiem ad eas simul continendas. Alii vectes extrinsecus ipsum tabernaculum ambiebant.

34. *Tabulata.* Quatuor latera tabernaculi.

36. *Cum capitibus deauravit.* Ita ut columnæ tantum obducerentur auro, sive laminis aureis ; capita vero essent aurea, ut Deus jusserat Mosi, c. 26. 32.

37. *Tentorium.* Velum.

38. *Operuit auro.* Modo explicato n. 36.

Digitized by Google

basesque earum fudit æneas. | et leurs bases furent jetées en fonte et faites d'airain.

CHAPITRE XXXVII.

§ I. *Béséléel travaille à faire l'arche, le propitiatoire et la table pour mettre les pains de proposition.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Fecit autem Beseleel et arcam de lignis setim, habentem duos semis cubitos in longitudine, et cubitum ac semissem in latitudine, altitudo quoque unius cubiti fuit et dimidii : vestivitque eam auro purissimo intus ac foris.

1. Béséléel fit aussi l'arche de bois de sétim ; elle avait deux coudées et demie de long, une coudée et demie de large, et une coudée et demie de haut; il la couvrit d'un or très-pur dedans et dehors.

2. Et fecit illi coronam auream per gyrum,

2. Et il fit une couronne d'or qui régnait tout autour.

3. Conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos ejus : duos annulos in latere uno, et duos in altero.

3. Il fit jeter en fonte quatre anneaux d'or, *qu'il mit* aux quatre coins de l'arche, deux d'un côté et deux de l'autre.

4. Vectes quoque fecit de lignis setim, quos vestivit auro,

4. Il fit aussi des bâtons de bois de sétim qu'il couvrit d'or.

5. Et quos misit in annulos, qui erant in lateribus arcæ ad portandum eam.

5. Il les fit entrer dans les anneaux qui étaient aux côtés de l'arche pour *servir* à la porter.

6. Fecit et propitiatorium, id est, oraculum, de auro mundissimo, duorum cubitorum et dimidii in longitudine, et cubiti ac semis in latitudine.

6. Il fit encore le propitiatoire, c'est-à-dire l'oracle, d'un or très-pur, qui avait deux coudées et demie de long, et une coudée et demie de large :

7. Duos etiam cherubim ex auro ductili, quos posuit ex utraque parte propitiatorii :

7. Comme aussi deux chérubins d'or battu, qu'il mit aux deux côtés du propitiatoire :

8. Cherub unum in summitate unius partis, et cherub alterum in summitate partis alterius; duos cherubim in singulis summitatibus propitiatorii,

8. Un chérubin à l'extrémité d'un des deux côtés, et l'autre chérubin à l'extrémité de l'autre côté : ainsi chacun des deux chérubins était à l'une des extrémités du propitiatoire.

9. Extendentes alas, et tegentes propitiatorium, seque mutuo et illud respicientes.

9. Ils étendaient leurs ailes dont ils couvraient le propitiatoire, et ils se regardaient l'un l'autre aussi bien que le propitiatoire.

10. Fecit et mensam de lignis setim in longitudine duorum cu-

10. Il fit encore une table de bois de sétim, qui avait deux coudées de long,

---

CAP. XXXVII. 1. *Duos semis cubitos.* Hoc est, duos et semis.
6. *Oraculum.* Propitiatorium.
8. *In summitate.* Lateris extremitate.

Digitized by Google

une coudée de large, et une coudée et demie de haut.

11. Il la couvrit d'un or très-pur, et il fit tout autour une bordure d'or;

12. Il appliqua sur la bordure une couronne d'or de sculpture à jour, haute de quatre doigts, et il mit encore au-dessus une autre couronne d'or.

13. Il fit fondre aussi quatre anneaux d'or, qu'il mit aux quatre coins de la table, un à chaque pied,

14. Au-dessous de la couronne; et il y fit passer des bâtons, afin qu'ils servissent à porter la table.

15. Les bâtons qu'il fit étaient de bois de sétim, et il les couvrit de lames d'or.

16. Pour les différents usages de cette table *il fit* des plats d'un or très-pur, des coupes, des encensoirs et des tasses pour y mettre les oblations de liqueurs qu'on offrait à Dieu.

bitorum, et in latitudine unius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac semissem;

11. Circumdeditque eam auro mundissimo, et fecit illi labium aureum per gyrum,

12. Ipsique labio coronam auream interrasilem quatuor digitorum, et super eamdem, alteram coronam auream.

13. Fudit et quatuor circulos aureos, quos posuit in quatuor angulis per singulos pedes mensæ,

14. Contra coronam : misitque in eos vectes, ut possit mensa portari.

15. Ipsos quoque vectes fecit de lignis setim, et circumdedit eos auro.

16. Et vasa ad diversos usus mensæ, acetabula, phialas, et cyathos, et thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda sunt libamina.

§ II. *Béséléel fait le chandelier d'or, les lampes, l'autel des parfums et les parfums même.*

17. Il fit aussi le chandelier de l'or le plus pur battu au marteau. Il y avait des branches, des coupes, des pommes et des lis qui sortaient de sa tige :

18. Six branches sortaient des deux côtés de sa tige, trois d'un côté et trois de l'autre :

19. Il y avait trois coupes en forme de noix, avec des pommes et des lis en l'une des branches; et trois coupes de même en forme de noix, avec des pommes et des lis en l'autre branche. Et toutes les six branches qui sortaient de la tige étaient travaillées de même :

20. Mais la tige du chandelier avait quatre coupes en forme de noix, accompagnées chacune de sa pomme et de son lis :

21. Il y avait trois pommes en trois en-

17. Fecit et candelabrum ductile de auro mundissimo. De cujus vecte calami, scyphi, sphærulæque ac lilia procedebant :

18. Sex in utroque latere, tres calami ex parte una, et tres ex altera :

19. Tres scyphi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæque simul et lilia : et tres scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul et lilia. Æquum erat opus sex calamorum, qui procedebant de stipite candelabri.

20. In ipso autem vecte erant quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos simul et lilia :

21. Et sphærulæ sub duobus

---

14. *Contra coronam.* Hoc est, subter, ut habes supra, c. 25. 27.

17. *De cujus vecte.* Vectis hic est stipes medius, e quo procedebant calami, quem supra, c. 25, hastile nominavit.

19. *Æquum erat opus.* Hoc est, simile pariumque membrorum et artificii. Cætera hujus capitis sunt explicata supra, c. 25 et 30.

Digitized by Google

calamis per loca tria, qui simul sex fiunt calami procedentes de vecte uno;

22. Et sphærulæ igitur, et calami ex ipso erant, universa ductilia ex auro purissimo.

23. Fecit et lucernas septem cum emunctoriis suis, et vasa ubi ea quæ emuncta sunt exstinguantur, de auro mundissimo.

24. Talentum auri appendebat candelabrum cum omnibus vasis suis.

25. Fecit et altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens cubitos, et in altitudine duos : e cujus angulis procedebant cornua.

26. Vestivitque illud auro purissimo, cum craticula ac parietibus et cornibus.

27. Fecitque ei coronam aureolam per gyrum, et duos annulos aureos sub corona per singula latera, ut mittantur in eos vectes, et possit altare portari.

28. Ipsos autem vectes fecit de lignis setim, et operuit laminis aureis.

29. Composuit et oleum ad sanctificationis unguentum, et thymiama de aromatibus mundissimis, opere pigmentarii.

droits de la tige, et de chaque pomme sortaient deux branches qui faisaient en tout six branches naissantes d'une même tige.

22. Ces pommes et ces branches sortaient donc du chandelier, étant toutes d'un or très-pur battu au marteau.

23. Il fit aussi d'un or très-pur sept lampes avec leurs mouchettes, et les vases destinés pour y éteindre ce qui avait été mouché des lampes.

24. Le chandelier avec tout ce qui servait à son usage pesait un talent d'or.

25. Il fit encore l'autel des parfums de bois de sétim, qui avait une coudée en carré, et deux coudées de haut, et d'où sortaient *quatre* cornes aux *quatre* angles.

26. Il couvrit d'un or très-pur, avec sa grille, ses *quatre* côtés et ses *quatre* cornes.

27. Il fit une couronne d'or qui régnait tout autour; et il y avait des deux côtés au-dessous de la couronne deux anneaux d'or pour y faire entrer les bâtons qui devaient servir à porter l'autel.

28. Il fit ces bâtons de bois de sétim, et il les couvrit de lames d'or.

29. Il composa aussi l'huile pour en faire les onctions de consécration, et les parfums composés d'aromates très-exquis, selon l'art des plus habiles parfumeurs.

CHAPITRE XXXVIII.

§ I. *Construction de l'autel des holocaustes, du bassin d'airain et du parvis qui était devant le tabernacle.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Fecit et altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, et trium in altitudine.

2. Cujus cornua de angulis procedebant, operuitque illud laminis æneis.

3. Et in usus ejus paravit ex ære vasa diversa, lebetes, forcipes fuscinulas, uncinos, et ignium receptacula;

4. Craticulamque ejus in mo-

1. Béséléel fit aussi l'autel des holocaustes de bois de sétim, qui avait cinq coudées en carré et trois de haut.

2. *Quatre* cornes s'élevaient de ses *quatre* coins; et il le couvrit de lames d'airain.

3. Il fit d'airain plusieurs vaisseaux différents, pour l'usage de cet autel : des chaudières, des tenailles, des pincettes, des crocs et des brasiers;

4. Une grille d'airain en forme de rets,

Digitized by Google

et au-dessous un foyer au milieu de l'autel.

5. Il jeta en fonte quatre anneaux qu'il mit aux quatre coins de cette grille pour y passer des bâtons *qui puissent servir* pour porter l'autel :

6. Il fit aussi ces bâtons de bois de sétim; il les couvrit de lames d'airain,

7. Et les fit passer dans les anneaux qui sortaient des côtés de l'autel. Or l'autel n'était pas solide, mais il était composé d'ais, étant creux et vide au-dedans.

8. Il fit encore un bassin d'airain avec sa base, *et il employa pour cet ouvrage* des miroirs *d'airain, que la piété* des femmes qui veillaient à la porte du tabernacle *les porta à offrir au Seigneur.*

9. Il fit de plus le parvis *en la manière qui suit :* au côté du midi il y avait des rideaux de fin lin retors longs de cent coudées.

10. Il y avait *aussi pour les soutenir* vingt colonnes d'airain avec leurs bases, et les chapiteaux de ces colonnes avec tous leurs ornements étaient d'argent.

11. Du côté du septentrion il y avait des rideaux qui tenaient le même espace; les colonnes *destinées à les soutenir* avec leurs bases et leurs chapiteaux étaient de même mesure, de même métal, et travaillées de même *manière.*

12. Mais au côté du parvis qui regardait l'occident, les rideaux ne s'étendaient que dans l'espace de cinquante coudées; il y avait seulement *pour les soutenir* dix colonnes d'airain avec leurs bases; et les chapiteaux des colonnes avec tous leurs ornements étaient d'argent.

13. Du côté de l'orient, il mit de même des rideaux qui occupaient cinquante coudées de long,

dum retis fecit æneam, et subter eam in altaris medio arulam,

5. Fusis quatuor annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum :

6. Quos et ipsos fecit de lignis setim, et operuit laminis æneis :

7. Induxitque in circulos, qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed cavum ex tabulis, et intus vacuum.

8. Fecit et labrum æneum cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi.

9. Fecit et atrium, in cujus australi plaga erant tentoria de bysso retorta, cubitorum centum,

10. Columnæ æneæ viginti cum basibus suis, capita columnarum, et tota operis cælatura, argentea.

11. Æque ad septentrionalem plagam tentoria, columnæ, basesque et capita columnarum, ejusdem mensuræ, et operis, ac metalli, erant.

12. In ea verò plaga, quæ ad occidentem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneæ, et capita columnarum, et tota operis cælatura, argentea.

13. Porro contra orientem, quinquaginta cubitorum paravit tentoria :

CAP. XXXVIII. 8. *De speculis.* LXX, *ex speculis,* ἐκ κατόπτρων, ita et chaldæus. Olim ex Plinio lib. 33, cap. 9, et lib. 34, cap. 17, fiebant ex ære et stanno diligentissime terso.—*Quæ excubabant.* Hebr. *quæ militabant.* LXX, *quæ jejunabant.* Chald. *quæ orabant.* Mulieribus hisce piis, quæ frequenter veniebant ad templum Deum oraturæ, postea ædificato templo certa sedes juxta illud attributa fuit, et inter has vixisse videtur Anna prophetissa, Luc. 2. 37, et virgines illæ, quæ conclusæ dicuntur, II. Machab. 3. 19; et in his educata B. Virgo.

9. *Tentoria.* Vela atrii.

Digitized by Google

14. E quibus, quindecim cubitos columnarum trium, cum basibus suis, unum tenebat latus :

15. Et in parte altera (quia inter utraque introitum tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres, et bases todidem.

16. Cuncta atrii tentoria byssus retorta texuerat.

17. Bases columnarum fuere æneæ, capita autem earum cum cunctis cælaturis suis argentea : sed et ipsas columnas atrii vestivit argento.

18. Et in introitu ejus opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo vero quinque cubitorum erat juxta mensuram, quam cuncta atrii tentoria habebant.

19. Columnæ autem in ingressu fuere quatuor cum basibus æneis, capitaque earum et cælaturæ argenteæ.

20. Paxillos quoque tabernaculi et atrii per gyrum fecit æneos.

21. Hæc sunt instrumenta tabernaculi testimonii, quæ enumerata sunt juxta præceptum Moysi in ceremoniis levitarum per manum Ithamar filii Aaron sacerdotis:

22. Quæ Beseleel filius Uri filii

14. Dont il y avait quinze coudées d'un côté avec trois colonnes et leurs bases :

15. Et quinze coudées aussi de l'autre côté avec les rideaux, trois colonnes et leurs bases : *ce qui ne faisait que six colonnes ;* car au milieu, entre les deux *dernières colonnes*, il fit l'entrée du tabernacle.

16. Tous ces rideaux du parvis étaient tissus de fin lin retors.

17. Les bases des colonnes étaient d'airain, leurs chapiteaux avec tous leurs ornements étaient d'argent, et il couvrit les colonnes mêmes du parvis de lames d'argent.

18. Il fit le grand voile qui était à l'entrée du parvis d'un ouvrage de broderie d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin retors : il avait vingt coudées de long et cinq coudées de haut, selon la hauteur de tous les rideaux du parvis.

19. Il y avait quatre colonnes à l'entrée du tabernacle avec leurs bases d'airain; et leurs chapiteaux ainsi que leurs ornements étaient d'argent.

20. Il fit aussi des pieux d'airain pour mettre tout autour du tabernacle et du parvis, *afin d'y attacher les rideaux.*

21. Ce sont là toutes les parties qui composaient le tabernacle du témoignage que Moïse commanda à Ithamar, fils d'Aaron, grand prêtre, de donner par compte aux lévites, afin qu'ils en fussent chargés.

22. Béséléel, fils d'Uri, qui était fils

---

17. *Bases columnarum.* Ex hebræo aliqui ita vertunt, *bases columnarum ex ære, uncini columnarum, et fila eas cingentia ex argento, tecta fuerunt capita earum argento.* Pro voce, *uncini*, in hebr. est וויים *vavim*, pro voce, *capita*, est ראשים *raschim :* quomodo distinguantur duæ hæ voces, inter auctores varietas est. Placet Bonfrerii nostri opinio, qui censet voce illa ראשים quæ proprie caput significat indicari supremam capitelli partem quam *abacum* dicunt : voce autem illa וויים *vavim*, quæ aliquid hamatum et inflexum significat, designari eam capitelli partem, quam *volutam* seu *limacem* appellant in artificio ionico, cujus ordinis fortasse hæ columnæ fuerunt, et Chald. verterunt *uncinos.* * Aliqui putant uncos designari, ad quos pecudibus cutis detrahebatur.

21. *In ceremoniis.* Id est, in ministerium levitarum, quorum erat dissolvere, transferre, et iterum componere tabernaculum. His præerat Ithamar Aaron filius, cui proinde singulorum tabernaculi instrumentorum annumerandus erat computus.

Digitized by Google

de Hur, de la tribu de Juda, acheva tout l'ouvrage selon l'ordre que le Seigneur en avait donné par la bouche de Moïse.

23. Il eut pour compagnon Ooliab, fils d'Achisamech, de la tribu de Dan, qui savait aussi travailler excellemment en bois, en étoffes tissues de fils de différentes couleurs, et en broderie d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin.

Hur de tribu Juda, Domino per Moysen jubente, compleverat.

23. Juncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan : qui et ipse artifex lignorum egregius fuit, et polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo et bysso.

§ II. *A quoi se montaient l'or, l'argent et l'airain que les Israélites offrirent pour la construction du tabernacle.*

24. Tout l'or qui fut employé pour les ouvrages du sanctuaire, et qui fut offert à Dieu dans les dons volontaires du peuple, était de vingt-neuf talents, et de sept cent trente sicles, selon la mesure du sanctuaire. *Or le talent d'or valait* 69,531 *liv.* 5 *sous, et le sicle d'or* 11 *liv.* 11 *sous* 9 *den.*

25. Ces oblations furent faites par ceux qui entrèrent dans le dénombrement, ayant vingt ans et au-dessus, et qui étaient au nombre de six cent trois mille cinq cent cinquante hommes portant les armes.

26. Il y eut plus de cent talents d'argent, dont furent faites les bases du sanctuaire, et l'entrée où le voile était suspendu.

27. Il fit cent bases de cent talents; chaque base était d'un talent, *et le talent d'argent valait* 4,867 *liv.* 3 *sous* 9 *den.*

28. Il employa mille sept cent soixante-quinze sicles d'argent aux chapiteaux des colonnes, et il revêtit ces mêmes colonnes de lames d'argent; *le sicle d'argent était de* 32 *sous* 6 *deniers.*

24. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarii, et quod oblatum est in donariis, viginti novem talentorum fuit, et septingentorum triginta siclorum, ad mensuram sanctuarii.

25. Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum, a viginti annis et supra, de sexcentis tribus millibus et quingentis quinquaginta armatorum.

26. Fuerunt præterea centum talenta argenti, e quibus conflatæ sunt bases sanctuarii, et introitus ubi velum pendet.

27. Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis.

28. De mille autem septingentis et septuaginta quinque, fecit capita columnarum, quas et ipsas vestivit argento.

---

24. *Omne aurum.* Aurum hoc, quod sponte oblatum fuit a populo, summam explevit 29 talentorum, et septingentorum triginta siclorum. Talentum aliud erat aureum, aliud argenteum, aliud æreum. Omnia hæc æqualis erant ponderis, sed disparis pretii. Talentum unum continebat tria millia siclorum, auri, si talentum esset aureum; argenti, si argenteum : quia vero siclus est ponderis quatuor drachmarum, talentum unum aureum continebat duodecim millia drachmarum aurearum, quæ æquivalent duodecim millibus aureis nostratibus.

25. *Ab his qui transierunt ad numerum.* Qui censi sunt.

27. *Centum bases.* Erant enim 40 ad austrum, 40 ad aquilonem, 16 ad partem occidentalem, 4 sub quatuor columnis dividentibus Sanctum a Sancto sanctorum, uti præceptum erat cap. 26, n. 19 et 33.

28. *De mille autem septingentis.* Quæ supra centum talenta argenti ex censu collecta supererant, non quod hæc summa ad capita illa columnarum facienda, et auro vestienda sufficeret, sed quod in hoc opus fuerit contributa.

Digitized by Google

29. Æris quoque oblata sunt talenta septuaginta duo millia, et quadringinti supra sicli,

30. Ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonii, et altare æneum cum craticula sua, omniaque vasa quæ ad usum ejus pertinent,

31. Et bases atrii tam in circuitu quam in ingressu ejus, et paxilli tabernaculi atque atrii per gyrum.

29. On offrit aussi soixante-dix talents d'airain, et deux mille quatre cents sicles,

30. Qui furent employés à faire les bases à l'entrée du tabernacle du témoignage, et l'autel d'airain avec sa grille, et tous les vases qui devaient servir à son usage,

31. Et les bases du parvis qui étaient tout autour et à l'entrée, avec les pieux qui s'employaient autour du tabernacle et du parvis *pour le soutenir.*

CHAPITRE XXXIX.

§ I. *Description des habits du grand pontife et de ceux des autres prêtres.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. De hyacintho verò et purpura, vermiculo ac bysso, fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in Sanctis, sicut præcepit Deminus Moysi.

2. Fecit igitur superhumerale de auro, hyacintho, et purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta,

3. Opere polymitario; inciditque bracteas aureas, et extenuavit in fila, ut possent torqueri cum priorum colorum subtegmine,

4. Duasque oras sibi invicem copulatas in utroque latere summitatum.

5. Et balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Dominus Moysi.

6. Paravit et duos lapides onychinos, astrictos et inclusos auro, et sculptos arte gemmariâ nominibus filiorum Israel :

1. Béséléel fit aussi d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin les vêtements dont Aaron devait être revêtu dans son ministère saint, selon l'ordre que Moïse en avait reçu du Seigneur.

2. Il fit donc l'éphod d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin retors,

3. Le tout étant d'un ouvrage tissu de différentes couleurs; il coupa des feuilles d'or fort minces qu'il réduisit en fils d'or, pour les faire entrer dans la tissure de ces autres fils de plusieurs couleurs.

4. Les deux côtés de l'éphod se venaient joindre au bord de l'extrémité d'en haut.

5. Il fit la ceinture du mélange des mêmes couleurs, selon l'ordre que Moïse en avait reçu du Seigneur.

6. Il tailla deux pierres d'onyx qu'il enchâssa dans de l'or, sur lesquelles les noms des enfants d'Israël furent écrits selon l'art du lapidaire.

---

30. ***Bases in introitu tabernaculi.*** Columnarum scilicet, quæ in introitu erant, supra, c. 26, n. ult. — ***Altare æneum.*** Vide supra, cap. 29, initio.

31. ***Bases atrii.*** Columnarum atrii. Vide supra, cap. 27, n. 10 et 17. De paxillis, ibid. n. 19. (***Cætera, quæ hic explicata non sunt, vide eodem cap.*** 27.) (***Pleraque hujus capitis habes supra, cap.*** 28.)

CAP. XXXIX. 1. ***In Sanctis.*** In Sanctuario.

3. ***Torqueri.*** Subintellige, et texi.

4. ***Duasque oras.*** Scilicet fecit. De his oris vide cap. 28. 7.

Digitized by Google

7. Il les mit aux deux côtés de l'éphod, comme un monument pour les enfants d'Israël, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

8. Il fit le rational tissu du mélange de fils différents comme l'éphod, d'or, d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate teinte deux fois, et de fin lin retors,

9. Dont la forme était carrée, l'étoffe double, et la longueur et la largeur de la mesure d'une palme.

10. Il mit dessus quatre rangs de pierres précieuses. Au premier rang il y avait la sardoine, la topaze et l'émeraude;

11. Au second, l'escarboucle, le saphir et le jaspe;

12. Au troisième, la ligure, l'agathe et l'améthyste;

13. Au quatrième, le chrysolithe, l'onyx et le béril, et il les enchâssa dans l'or chacune en son rang.

14. Les noms des douze tribus d'Israël étaient gravés sur ces douze pierres précieuses, chaque nom sur chaque pierre.

15. Ils firent au rational deux petites chaînes d'un or très-pur, dont les chaînons étaient enlacés l'un dans l'autre;

16. Deux agrafes et autant d'anneaux d'or. Ils mirent les anneaux aux deux côtés du rational,

17. Et ils y suspendirent les deux chaînes d'or qu'ils attachèrent aux deux agrafes qui sortaient des angles de l'éphod.

18. Tout cela se rapportait si juste devant et derrière que l'éphod et le rational demeuraient liés l'un avec l'autre,

19. Etant resserrés vers la ceinture, et liés étroitement par des anneaux dans lesquels était passé un ruban d'hyacinthe, afin qu'ils ne fussent point lâches, et qu'ils ne pussent s'écarter l'un de l'autre, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

20. Ils firent aussi la tunique de l'éphod toute d'hyacinthe;

7. Posuitque eos in lateribus superhumeralis, in monumentum filiorum Israel, sicut præceperat Dominus Moysi.

8. Fecit et rationale opere polymito juxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoque bis tincto, et bysso retorta :

9. Quadrangulum, duplex, mensuræ palmi.

10. Et posuit in eo gemmarum ordines quatuor. In primo versu erat sardius, topazius, smaragdus.

11. In secundo, carbunculus, sapphirus, et jaspis.

12. In tertio, ligurius, achates, et amethystus.

13. In quarto, chrysolithus, onychinus, et beryllus, circumdati et inclusi auro per ordines suos.

14. Ipsique lapides duodecim sculpti erant nominibus duodecim tribuum Israel, singuli per nomina singulorum.

15. Fecerunt in rationali et catenulas sibi invicem cohærentes, de auro purissimo ;

16. Et duos uncinos, totidemque annulos aureos. Porro annulos posuerunt in utroque latere rationalis,

17. E quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inseruerunt uncinis, qui in superhumeralis angulis eminebant.

18. Hæc et ante et retro ita conveniebant sibi, ut superhumerale et rationale mutuò necterentur,

19. Stricta ad balteum, et annulis fortiùs copulata, quos jungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, et à se invicem moverentur, sicut præcepit Dominus Moysi.

20. Fecerunt quoque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam,

---

10. *In primo versu.* Primo ordine.

Digitized by Google

21. Et capitium in superiori parte contra medium, oramque per gyrum capitii textilem :

22. Deorsum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac bysso retorta:

23. Et tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter malogranata, in extrema parte tunicæ, per gyrum :

24. Tintinnabulum autem aureum, et malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministerio fungebatur, sicut præceperat Dominus Moysi.

25. Fecerunt et tunicas byssinas opere textili Aaron et filiis ejus :

26. Et mitras cum coronulis suis ex bysso :

27. Feminalia quoque linea, byssina :

28. Cingulum verò de bysso retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo bis tincto, arte plumariâ, sicut præceperat Dominus Moysi.

29. Fecerunt et laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini :

30. Et strinxerunt eam cum mitra vittâ hyacinthinâ, sicut præceperat Dominus Moysi.

21. Il y avait en haut une ouverture au milieu, et un bord tissu autour de cette ouverture;

22. Au bas de la robe, vers les pieds, il y avait des grenades faites d'hyacinthe, de pourpre, d'écarlate et de fin lin retors;

23. Et des sonnettes d'un or très-pur qu'ils entremêlèrent avec des grenades tout autour du bas de la robe.

24. Les sonnettes d'or et les grenades étaient ainsi entremêlées; et le pontife était revêtu de cet ornement, lorsqu'il faisait les fonctions de son ministère, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

25. Ils firent encore pour Aaron et pour ses fils des tuniques tissues de fin lin,

26. Des mitres de fin lin avec leurs petites couronnes;

27. Et des caleçons qui étaient de fin lin,

28. Avec une ceinture d'un mélange de fils différents d'un fin lin retors, d'hyacinthe, de pourpre et d'écarlate teinte deux fois, selon que le Seigneur l'avait ordonné.

29. Ils firent la lame sacrée et digne de toute vénération, d'un or très-pur, et gravèrent dessus en la manière qu'on écrit sur les pierres précieuses *ces mots :* La sainteté est au Seigneur.

30. Ils l'attachèrent à la mitre avec un ruban d'hyacinthe, comme le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

§ II. *Dénombrement des ouvrages qui furent faits pour servir au culte de Dieu.*

31. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi et tecti testimonii : feceruntque filii Israel cuncta quæ præceperat Dominus Moysi.

32. Et obtulerunt tabernaculum et tectum et universam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases,

33. Opertorium de pellibus arietum rubricatis, et aliud operimentum de ianthinis pellibus,

31. Ainsi tout l'ouvrage du tabernacle et de la tente du témoignage fut achevé. Les enfants d'Israël firent tout ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse.

32. Ils offrirent le tabernacle avec sa couverture, et tout ce qui servait à son usage, les anneaux, les ais, les bâtons, les colonnes avec leurs bases,

33. La couverture de peaux de moutons teintes en rouge, et l'autre couverture de peaux violettes,

---

29. *Opere gemmario.* Ut gemmarii insculpere solent in sigillis. * In græco est ἐκτετυπωμένα : sed legendum videtur ἐντετυπωμένα, insculpta, non exsculpta.

31. *Tecti.* Tegumenti e saccis cilicinis.

Digitized by Google

34. Le voile, l'arche, les bâtons *pour la porter*, le propitiatoire;
35. La table avec ses vases et les pains toujours exposés devant le Seigneur;
36. Le chandelier, les lampes, et tout ce qui y devait servir avec l'huile;
37. L'autel d'or, l'huile destinée aux onctions, les parfums composés d'aromates,
38. Et le voile à l'entrée du tabernacle;

39. L'autel d'airain avec la grille, les bâtons *pour le porter*, et toutes les choses qui y servaient; le bassin avec sa base; les rideaux du parvis et les colonnes avec leurs bases;

40. Le voile à l'entrée du parvis, ses cordons et ses pieux. Il ne manqua rien de tout ce que Dieu avait ordonné de faire pour le ministère du tabernacle, et pour la tente de l'alliance.

41. Les enfants d'Israël offrirent aussi les vêtements dont les prêtres, Aaron et ses fils, devaient se servir
42. Dans le sanctuaire, selon que le Seigneur l'avait ordonné.
43. Et Moïse voyant que toutes ces choses étaient achevées, les bénit (1).

34. Velum, arcam, vectes, propitiatorium,
35. Mensam cum vasis suis et propositionis panibus :
36. Candelabrum, lucernas, et utensilia earum cum oleo :
37. Altare aureum, et unguentum, et thymiama ex aromatibus :
38. Et tentorium in introitu tabernaculi :
39. Altare æneum, retiaculum, vectes, et vasa ejus omnia : labrum cum basi sua : tentoria atrii, et columnas cum basibus suis :

40. Tentorium in introitu atrii, funiculosque illius et paxillos. Nihil ex vasis defuit, quæ in ministerium tabernaculi, et in tectum fœderis, jussa sunt fieri.
41. Vestes quoque, quibus sacerdotes utuntur in sanctuario, Aaron scilicet et filii ejus,
42. Obtulerunt filii Israel, sicut præceperat Dominus.
43. Quæ postquam Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

CHAPITRE XL.

Moïse, par l'ordre du Seigneur, dresse et consacre le tabernacle. Il est couvert par la nuée qui représentait la majesté de Dieu.

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit :
2. Vous dresserez le tabernacle du témoignage au premier jour du premier mois *de la seconde année après la sortie de l'Egypte.*

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :
2. Mense primo, prima die mensis, eriges tabernaculum testimonii,

(1) Les rapprochements les plus frappants, je crois, entre le tabernacle et l'Eglise sont ceux-ci; au-dedans de la tente sacrée étaient, 1° L'arche de la loi, 2° la table des pains de propositions, 3° l'autel des parfums, 4° le chandelier aux sept branches; dans l'Eglise, Jésus-Christ est 1° notre loi, celui en qui sont cachés tous les trésors de la sagesse et de la science, col. 2, 3. 2° Il est le pain divin, toujours présent sur la table qui donne la vie. 3° Il est le parfum toujours fumant de la prière qui apaise Dieu. 4° Il est le chandelier à sept branches par les 7 dons de son esprit.

---

43. *Benedixit.* Bene precatus est, vel laudavit.

CAP. XL. 2. *Mense primo.* Secundi anni egressus ex Ægypto, ut patet n. 15.

Digitized by Google

3. Et pones in eo arcam, demittesque ante illam velum :

4. Et illatâ mensâ, pones super eam quæ ritè præcepta sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis,

5. Et altare aureum in quo adoletur incensum, coram arca testimonii tentorium in introitu tabernaculi pones,

6. Et ante illud altare holocausti :

7. Labrum inter altare et tabernaculum, quod implebis aquâ.

8. Circumdabisque atrium tentorii, et ingressum ejus.

9. Et assumpto unctionis oleo unges tabernaculum cum vasis suis, ut sanctificentur :

10. Altare holocausti et omnia vasa ejus :

11. Labrum cum basi sua : omnia unctionis oleo consecrabis, ut sint Sancta sanctorum.

12. Applicabisque Aaron et filios ejus ad fores tabernaculi testimonii, et lotos aquâ (1).

13. Indues sanctis vestibus, ut ministrent mihi, et unctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat.

14. Fecitque Moyses omnia quæ præceperat Dominus.

15. Igitur mense primo anni secundi, primâ die mensis, collocatum est tabernaculum.

16. Erexitque Moyses illud, et posuit tabulas ac bases et vectes, statuitque columnas,

17. Et expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut Dominus imperaverat.

3. Vous y mettrez l'arche, et vous y suspendrez le voile au-devant.

4. Vous apporterez la table, et vous mettrez dessus ce que je vous ai commandé, selon l'ordre qui vous a été prescrit. Vous placerez le chandelier avec ses lampes,

5. Et l'autel d'or sur lequel se brûle l'encens, devant l'arche du témoignage : vous mettrez le voile à l'entrée du tabernacle,

6. Et au-devant du voile l'autel des holocaustes :

7. Le bassin que vous remplirez d'eau *sera* entre l'autel et le tabernacle.

8. Vous entourerez de rideaux le parvis et son entrée.

9. Et prenant l'huile des onctions, vous en oindrez le tabernacle avec ses vases, afin qu'ils soient sanctifiés;

10. L'autel des holocaustes et tous ses vases;

11. Le bassin avec sa base : vous consacrerez toutes ces choses avec l'huile destinée pour les onctions, afin qu'elles soient saintes et sacrées.

12. Vous ferez venir Aaron et ses fils à l'entrée du tabernacle du témoignage, et les ayant fait laver dans l'eau,

13. Vous les revêtirez des vêtements saints, afin qu'ils me servent, et que leur onction passe pour jamais dans les prêtres qui leur succéderont.

14. Et Moïse fit tout ce que le Seigneur lui avait commandé.

15. Ainsi le tabernacle fut dressé le premier jour du premier mois de la seconde année *après la sortie de l'Egypte.*

16. Moïse l'ayant dressé, il mit les ais avec les bases et les barres de bois *pour les tenir*, et posa les colonnes.

17. Il étendit le toit au-dessus du tabernacle et mit dessus la couverture, selon que le Seigneur le lui avait commandé.

(1) Bible vengée, note XLVII.

---

4. *Candelabrum stabit.* Hebr. *accendere facies.* Chaldæus, *accendes.*

5. *Tentorium.* Velum ante Sanctum.

13. *In sacerdotium sempiternum proficiat.* Quasi dicat : Ista unctio faciat illos sacerdotes quamdiu vixerint.

17. *Tectum.* Sive aulæum picturatum, sive aulæum caprinum.

Digitized by Google

18. Il mit dans l'arche *les tables de la loi qui étaient comme* le témoignage *de l'alliance que Dieu avait contractée avec son peuple.* Il fit passer des deux côtés les bâtons *dans leurs anneaux pour la porter,* et *il plaça* l'oracle au-dessus *de l'arche.*

19. Et ayant porté l'arche dans le tabernacle, il suspendit le voile au devant pour accomplir le commandement du Seigneur *qui voulait que ce lieu saint fût caché aux yeux des hommes.*

20. Il mit la table dans le tabernacle du témoignage, du côté du septentrion, hors du voile;

21. Et plaça *dessus* en ordre devant *le Seigneur* les pains qui devaient être toujours exposés, selon que le Seigneur le lui avait commandé.

22. Il mit aussi le chandelier dans le tabernacle du témoignage, du côté du midi, vis-à-vis de la table;

23. Et il y disposa les lampes selon leur rang, comme le Seigneur le lui avait ordonné.

24. Il mit encore l'autel d'or sous la tente du témoignage devant le voile,

25. Et il brûla dessus l'encens composé d'aromates, selon que le Seigneur le lui avait commandé.

26. Il mit aussi le voile à l'entrée du tabernacle du témoignage,

27. Et l'autel de l'holocauste dans le vestibule du témoignage, sur lequel il offrit l'holocauste et les sacrifices, selon que le Seigneur l'avait commandé.

28. Il posa aussi le bassin entre le tabernacle du témoignage et l'autel, et le remplit d'eau.

29. Moïse et Aaron et ses fils y lavèrent leurs mains et leurs pieds,

30. Avant que d'entrer dans le tabernacle de l'alliance, et de s'approcher de l'autel, comme le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

31. Il dressa aussi le parvis autour du

18. Posuit et testimonium in arca, subditis infra vectibus, et oraculum desuper.

19. Cùmque intulisset arcam in tabernaculum, appendit ante eam velum, ut expleret Domini jussionem.

20. Posuit et mensam in tabernaculo testimonii ad plagam septentrionalem extra velum,

21. Ordinatis coram propositionis panibus, sicut præceperat Dominus Moysi.

22. Posuit et candelabrum in tabernaculo testimonii è regione mensæ in parte australi,

23. Locatis per ordinem lucernis, juxta præceptum Domini.

24. Posuit et altare aureum sub tecto testimonii contra velum,

25. Et adolevit super eo incensum aromatum, sicut jusserat Dominus Moysi.

26. Posuit et tentorium in introitu tabernaculi testimonii,

27. Et altare holocausti in vestibulo testimonii, offerens in eo holocaustum, et sacrificia, ut Dominus imperaverat.

28. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonii et altare, implens illud aquâ.

29. Laveruntque Moyses et Aaron ac filii ejus manus suas et pedes,

30. Cùm ingrederentur tectum fœderis, et accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi.

31. Erexit et atrium per gy-

---

18. *Testimonium.* Tabulas legis. — *Oraculum.* Propitiatorium.

24. *Sub tecto testimonii.* Sub tecto communi Sancto et Sancto sanctorum. — *Contra velum.* E regione veli, quod distinguit Sanctum a Sancto sanctorum, extra tamen Sancta sanctorum.

Digitized by Google

rum tabernaculi et altaris, ducto in introitu ejus tentorio. Postquam omnia perfecta sunt,

32. Operuit nubes tabernaculum testimonii, et gloria Domini implevit illud.

33. Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente omnia, et majestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat.

34. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filii Israel per turmas suas :

35. Si pendebat desuper, manebant in eodem loco.

36. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, et ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

tabernacle et de l'autel, et mit le voile à l'entrée. Après que toutes *ces* choses eurent été achevées,

32. Une nuée couvrit le tabernacle du témoignage, et il fut rempli de la gloire du Seigneur :

33. Et Moïse ne pouvait entrer dans la tente de l'alliance, parce que la nuée couvrait tout *le tabernacle*, et que la majesté du Seigneur éclatait de toutes parts, tout étant couvert de cette nuée.

34. Quand la nuée se retirait du tabernacle, les enfants d'Israël partaient *et marchaient en ordre* par diverses bandes :

35. Si elle s'arrêtait au-dessus, ils demeuraient dans le même lieu.

36. Car la nuée du Seigneur se reposait sur le tabernacle durant le jour, et une flamme y paraissait pendant la nuit, tous les peuples d'Israël la voyant de tous les lieux où ils logeaient.

---

32. *Gloria Domini.* Augusta nubes, lucida et coruscans.

33. *Nec poterat Moyses ingredi.* Tum ob reverentiam majestatis Domini, tum quia nubes ita omnia impleverat, ut Moses videre non posset.

8. Il les donnera au prêtre, qui, offrant le premier pour le péché, lui fera retourner la tête du côté des ailes, *et la coupera;* en sorte néanmoins qu'elle demeure toujours attachée au cou, et qu'elle n'en soit pas tout à fait arrachée.

8. Dabitque eos sacerdoti : qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput ejus ad pennulas, ita ut collo hæreat, et non penitus abrumpatur.

9. Il fera ensuite l'aspersion du sang de l'hostie, sur les côtés de l'autel, et il en fera distiller tout le reste au pied, parce que c'est pour le péché.

9. Et asperget de sanguine ejus parietem altaris; quidquid autem reliquum fuerit, faciet distillare ad fundamentum ejus, quia pro peccato est.

10. Il brûlera l'autre, et en fera un holocauste, selon la coutume; et le prêtre priera pour cet homme et pour son péché, et il lui sera pardonné.

10. Alterum verò adolebit in holocaustum, ut fieri solet : rogabitque pro eo sacerdos et pro peccato ejus, et dimittetur ei.

11. Que s'il n'a pas le moyen d'offrir deux tourterelles ou deux petits de colombes, il offrira pour son péché la dixième partie d'un éphi de fleur de farine : il ne l'arrosera point d'huile, et ne mettra point

11. Quòd si non quiverit manus ejus duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato suo similæ partem ephi decimam; non mittet in eam

---

4. *Vel male quid faceret.* Malum aliquod pœnæ irroget, ut parentes aliquando faciunt, qui se filios castigaturos jurant. — *Oblitaque.* Ita ut non impleverit juramentum.

5. *Agat pœnitentiam pro peccato.* Illud agnoscat, et conteratur; alioqui sacrificium parum illi proderit. Hebr. et Chaldæus, *confiteatur peccatum quod peccavit,* scilicet sacerdoti. Hoc autem in aliis sacrificiis pro peccato intelligendum est; etiamsi non exprimatur.

7. *Unum pro peccato.* Carnes turturis immolati pro peccato cedebant totæ sacerdoti, nihil Deo, uti fiebat in aliis sacrificiis pro peccato, ut Lev. 6. 26.

11. *Partem ephi decimam.* Unum gomor. Vide supr. Exod. 16. 16.—*Non mittet in eam oleum.* Ratio legis est Domini ita jubentis voluntas, et mys-

Digitized by Google

oleum, nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato est;

12. Tradetque eam sacerdoti : qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit super altare, in monimentum ejus qui obtulerit,

13. Rogans pro illo et expians, reliquam verò partem ipse habebit in munere.

d'encens dessus, parce que c'est *une oblation* pour le péché, *où la douceur et les délices ne doivent point se rencontrer.*

12. Il la présentera au prêtre, lequel en prendra une poignée, la brûlera sur l'autel en mémoire de celui qui l'aura offerte,

13. Priant pour lui, et expiant *sa faute*, et il aura le reste, comme un don *qui lui appartient.*

§ II. *Manière d'expier les péchés commis par ignorance contre les cérémonies de la loi.*

14. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

15. Anima, si prævaricans cerémonias, per errorem, in his quæ Domino sunt sanctificata peccaverit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis, juxta pondus sanctuarii :

16. Ipsumque quod intulit damni restituet, et quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, et dimittetur ei.

17. Anima si peccaverit per ignorantiam, feceritque unum ex his quæ Domini lege prohibentur, et peccati rea intellexerit iniquitatem suam,

14. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

15. Si un homme pèche par ignorance contre les cérémonies *qu'on doit observer* dans les choses qui sont sanctifiées *et consacrées* au Seigneur, *soit en ne payant pas les dîmes et les prémices, soit en employant à son propre usage les victimes ou les oblations destinées aux prêtres*, il offrira pour sa faute un bélier sans tache, *c'est-à-dire sans défaut*, pris dans les troupeaux, qui peut valoir deux sicles, selon le poids du sanctuaire.

16. Il restituera le tort qu'il a fait, en y ajoutant par dessus une cinquième partie, qu'il donnera au prêtre, lequel offrant un bélier, priera pour lui, et son péché lui sera pardonné.

17. Si un homme pèche par ignorance en faisant quelqu'une des choses qui sont défendues par la loi du Seigneur, et qu'étant coupable de cette faute il reconnaisse ensuite son iniquité,

---

terium, ut scilicet significetur peccatorem expertem esse lætitiæ et lucis. — *Nec thuris.* Quia peccatum Deo pessime olet, et est ei abominabile.

12. *In monimentum.* Vide dicta c. 2, n. 2.

13. *Rogans pro illo et expians.* Rogans ut remittatur ei. — *Reliquam verò partem.* Ex simila oblata pro peccato. — *Ipse.* Sacerdos offerens. — *Habebit in munere.* Habebit quasi munus, quo scilicet Deus vult eum remunerari pro labore et ministerio tabernaculi.

15. *Per errorem.* Nam si scienter, morte luet, ut patet Num. 15. 30. — *In his quæ Domino sunt sanctificata.* v. g. si laicus comedat de carnibus Deo immolatis, ut dicitur c. 22. 14. — *Qui emi potest duobus siclis.* Cujus pretium minimum sit duorum siclorum. — *Juxta pondus sanctuarii.* Vide Exod. 30. 13.

16. *Et quintam partem ponet supra.* Ut hæc quinta pars superaddita sit in compensationem injuriæ, quam præter damnum irrogavit Domino ejusque sacris. Hæc autem restitutio fiebat in pecunia, et sacerdotibus cedebat.

17. *Feceritque unum ex his.* Omittendo in sacris ceremoniam aliquam nulli damnosam.

Digitized by Google

18. Il prendra du milieu des troupeaux un bélier sans tache, qu'il offrira au prêtre. *Ce bélier sera plus ou moins cher*, selon la mesure et l'estimation du péché : le prêtre priera pour lui, parce qu'il a fait cette faute sans la connaître, et elle lui sera pardonnée,

19. Parce qu'il a péché par ignorance contre le Seigneur.

18. Offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, juxta mensuram æstimationemque peccati : qui orabit pro eo, quia nesciens fecerit : et dimittetur ei,

19. Quia per errorem diliquit in Dominum.

CHAPITRE VI.

§ I. *Hostie pour expier le péché de celui qui a fait tort à son prochain par fraude ou par violence.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le Seigneur parla *encore* à Moïse, et lui dit :

2. L'homme qui aura péché en méprisant le Seigneur, et qui refusant *de rendre* à son prochain ce qui avait été commis à sa *bonne* foi, ou qui aura par violence ravi quelque chose, ou qui l'aura usurpée par fraude *et* par tromperie,

3. Ou qui ayant trouvé une chose qui était perdue le nie, et y ajoute encore un faux serment, ou qui aura fait quelqu'autre faute de toutes celles *de cette nature*, que les hommes ont accoutumé de commettre ;

4. *Cet homme, dis-je*, étant convaincu de son péché *par les remords de sa conscience*,

5. Rendra en son entier tout ce qu'il a voulu usurper injustement : il donnera de

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Anima quæ peccaverit, et, contempto Domino, negaverit proximo suo depositum quod fidei ejus creditum fuerat, vel vi aliquid extorserit, aut calumniam fecerit (1),

3. Sive rem perditam invenerit, et inficians insuper pejeraverit, et quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines,

4. Convicta delicti, reddet.

5. Omnia quæ per fraudem voluit obtinere, integra, et quintam

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 112.

---

18. *Juxta mensuram æstimationemque peccati.* Pro majori peccato meliorem et pretiosiorem offeret arietem ; pro minori vero minorem et vilioris pretii. — *Orabit pro eo, quia nesciens fecerit.* Orabit pro eo, dicens : Parce, Domine, huic qui deliquit in adhibendis ceremoniis a te præscriptis, quia nesciens id fecit.

CAP. VI. 2. *Quæ peccaverit et... negaverit.* Sensus est : anima quæ peccaverit negans depositum. — *Contempto Domino.* Quem scilicet nihil latet, et qui peccatorum vindex est. — *Calumniam fecerit.* Per calumniam et fraudem aliquem læserit.

3. *Quodlibet aliud ex pluribus.* Aliquid aliud fecerit, quod alteri damnosum est et noxium : qualia sunt peccata hic enumerata, et his similia.

4. *Convicta delicti.* Ubi judicio sacerdotis, cui detegit, constiterit fuisse delictum.

5. *Obtinere.* Id est, retinere. — *Et quintam insuper partem.* In damni

Digitized by Google

insuper partem domino cui damnum intulerat.

6. Pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, et dabit eum sacerdoti, juxta æstimationem mensuramque delicti :

7. Quo rogabit pro eo coram Domino, et dimittetur illi pro singulis quæ faciendo peccavit.

plus une cinquième partie *de sa valeur* à celui qui en était le possesseur *légitime*, à qui il avait voulu faire tort, *comme pour le dédommager et pour réparer l'injure qu'il lui a faite.*

6. Et il offrira pour son péché un bélier sans tache, pris du troupeau, qu'il donnera au prêtre : *et ce bélier sera plus ou moins cher*, selon l'estimation et la qualité de la faute :

7. Le prêtre priera pour lui devant le Seigneur, et tout le mal qu'il a fait en péchant lui sera pardonné.

§ II. *Loi pour l'holocauste de chaque jour et pour le feu perpétuel. Offrande de fleur de farine.*

8. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

9. Præcipe Aaron et filiis ejus : Hæc est lex holocausti : Cremabitur in altari totâ nocte usque mane : ignis ex eodem altari erit;

10. Vestietur tunicâ sacerdos et feminalibus lineis : tolletque cineres quos vorans ignis exussit, et ponens juxta altare,

11. Spoliabitur prioribus vestimentis, indutusque aliis, efferet eos extra castra, et in loco mundissimo usque ad favillam consumi faciet.

12. Ignis autem in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos subjiciens ligna mane per singulos dies, et, imposito holo-

8. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

9. Ordonnez *ceci* à Aaron et à ses fils : Voici quelle est la loi de l'holocauste *du soir :* Il brûlera sur l'autel toute la nuit jusqu'au matin; le feu *qui le consumera* sera pris de l'autel même.

10. Le prêtre étant vêtu de sa tunique par-dessus le vêtement de lin qui lui couvre les reins, prendra les cendres qui resteront après que le feu aura tout consumé; et les mettant près de l'autel,

11. Il quittera ses premiers vêtements *de cérémonie*, en prendra d'autres *communs*, portera les cendres hors du camp, et achèvera de les faire entièrement consumer dans un lieu très-net.

12. Le feu brûlera toujours sur l'autel, et le prêtre aura soin de l'entretenir, en y mettant le matin de chaque jour du bois, sur lequel ayant posé l'holocauste

---

compensationem, quod ex absentia rei suæ interim passus est dominus.

6. *Offeret arietem.* Pro peccato ex ignorantia offertur capra; pro peccato scienter admisso, quod est gravius, offertur aries, qui est majoris pretii.

9. *Lex holocausti.* Jugis scilicet; jussit enim Deus quotidie sibi duos agnos offerri in holocaustum, alterum mane, alterum vespere, ut patet Num. cap. 28. 3 et 4.— *Cremabitur... tota nocte.* Atque ideo partes animalis successive aræ imponebantur a sacerdote, qui tota nocte in hoc ministerium intentus pervigil excubabat.— *Ex eodem altari erit.* Non erit ignis alienus, aliunde illatus.

11. *Spoliabitur prioribus vestimentis.* Quia elatio cinerum extra castra non est sacra functio ad quam comparata illa vestimenta erant.—*Usque ad favillam consumi faciet.* Lignorum partes mixtas cineribus, necdum omnino in cinerem resolutas, et si quæ partes adipis, carnium, ossium, etc., igne non omnino consumptæ remanserunt.

12. *Et imposito holocausto.* Sententia est : mane compone struem ligno-

Digitized by Google

du matin, il fera brûler par-dessus la graisse des hosties pacifiques (1).

13. C'est là le feu qui brûlera toujours sur l'autel, sans qu'on le laisse jamais éteindre.

14. Voici la loi du sacrifice et des offrandes *de fleur* de farine, que les fils d'Aaron offriront devant le Seigneur et devant l'autel.

15. Le prêtre prendra une poignée de la plus pure farine, mêlée avec l'huile, et tout l'encens qu'on aura mis dessus, et le fera brûler sur l'autel, comme un monument d'une odeur très-agréable au Seigneur.

16. Et pour ce qui reste de la plus pure farine, Aaron le mangera sans levain avec ses fils, et il le mangera dans le lieu saint, *c'est-à-dire*, dans le parvis du tabernacle, *et non ailleurs, parce que c'est une oblation sainte et consacrée au Seigneur.*

17. On ne mettra point de levain dans cette farine, parce qu'on en prend une partie qu'on offre comme un encens au Seigneur. Ce sera *donc* une chose très-sainte, comme *ce qui s'offre* pour le péché et pour la faute.

18. Il n'y aura que les mâles de la race

causto, desuper adolebit adipes pacificorum.

13. Ignis est iste perpetuus, qui nunquam deficiet in altari.

14. Hæc est lex sacrificii et libamentorum, quæ offerent filii Aaron coram Domino, et coram altari.

15. Tollet sacerdos pugillum similæ, quæ conspersa est oleo, et totum thus, quod super similam positum est : adolebitque illud in altari, in monimentum odoris suavissimi Domino :

16. Reliquam autem partem similæ comedet Aaron cum filiis suis, absque fermento : et comedet in loco sancto atrii tabernaculi.

17. Ideo autem non fermentabitur, quia pars ejus in Domini offertur incensum. Sanctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque delicto.

18. Mares tantùm stirpis Aaron

(1) Cette perpétuité du sacrifice exprimait l'hommage constant que nous devons faire de nous-mêmes à Dieu. C'était en outre une figure de l'immolation et des supplications incessantes de Jésus-Christ pour nous.

---

rum in altari, et impone illi omnes carnes holocausti; et si quæ præterea sint hostiæ pacificæ offerendæ, accipe ex iis adipes earum, eosque pone super juge holocaustum, ut simul cum eo crementur. Nolo enim seorsum solum adipem cremari.

14. *Lex sacrificii.* Farrei, non carnium; nam in Hebr. est *mincha*, de quo cap. 2. — *Libamentorum.* Libamenta hic vocantur non a libando, sed a libis, et panibus, qui ex libamentis, id est, ex simila et farre conficiuntur vel confici possunt. Quare quæ hic libamenta, versu sequenti similam vocat.

16. *Comedet Aaron cum filiis suis.* Intellige, nisi polluti essent, et contaminati : hi enim arcebantur tam sacris epulis quam locis, ut patet cap. 22. 6. — *In loco sancto.* In atrio tabernaculi.

17. *Non fermentabitur, quia pars ejus.* Quasi dicat : Pars similæ Deo oblata fermentari non potest, Lev. 2. 11; ergo nec decet reliquam ejus partem, quæ sacerdotibus in cibum cedit, fermentari, quia hæc etiam pars est sacrificii Domino oblati, et censetur illi oblata per sui partem, seu pugillum, qui Domino incensus est. — *Sanctum sanctorum erit.* Sanctissimum erit, solisque cedet sacerdotibus. — *Sicut pro peccato atque delicto.* Sanctissimum erit, sicut sanctissimum est sacrificium pro peccato et pro delicto.

18. *Mares tantum.* Quæ libet simila Deo oblata habebatur admodum sancta, perinde ac sacrificium pro peccato et delicto; ideoque non poterat comedi

Digitized by Google

comedent illud. Legitimum ac sempiternum erit in generationibus vestris de sacrificiis Domini; omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur.

d'Aaron qui en mangeront. Ce sera là une loi éternelle, touchant les sacrifices du Seigneur, qui passera parmi vous de race en race : Que tous ceux qui toucheront à ces choses, soient saints et purs, *parce qu'elles sont saintes et consacrées au Seigneur.*

§ III. *Offrande que les prêtres doivent faire au Seigneur le jour de leur onction.*

19. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

20. Hæc est oblatio Aaron et filiorum ejus, quam offerre debent Domino in die unctionis suæ. Decimam partem ephi offerent similæ in sacrificio sempiterno, medium ejus mane, et medium ejus vespere :

21. Quæ in sartagine oleo conspersa frigetur. Offeret autem eam calidam, in odorem suavissimum Domino,

22. Sacerdos qui jure patri successerit, et tota cremabitur in altari.

23. Omne enim sacrificium sacerdotum igne consumetur, nec quisquam comedet ex eo.

24. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens :

25. Loquere Aaron et filiis ejus : Ista lex hostiæ pro peccato : In loco ubi offertur holocaustum, immolabitur coram Domi-

19. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

20. Voici l'oblation d'Aaron et de ses fils, qu'ils doivent offrir au Seigneur le jour de leur onction, *et qu'ils doivent continuer de lui offrir tous les jours de leur vie :* ils offriront pour sacrifice perpétuel la dixième partie d'un éphi de fleur de farine, la moitié le matin, et l'autre moitié le soir :

21. Elle sera mêlée avec l'huile, et se cuira dans la poêle. Le prêtre, qui aura succédé légitimement à son père, l'offrira toute chaude, pour être d'une odeur très-agréable au Seigneur,

22. Et elle brûlera tout entière sur l'autel.

23. Car tous les sacrifices des prêtres seront consumés par le feu, et personne n'en mangera, *pour marquer aux prêtres qu'ils doivent être entièrement à Dieu, et tout consacrés à son service.*

24. Or le Seigneur parla *encore* à Moïse, et lui dit :

25. Dites *ceci* à Aaron et à ses fils : Voici la loi de l'hostie *offerte* pour le péché *des particuliers d'entre le peuple.* Elle sera immolée devant le Seigneur, au lieu

---

nisi a sacerdotibus, eorumque filiis masculis.—*Legitimum ac sempiternum.* Perpetua sanctio tamdiu duratura, quamdiu durabit lex vestra. — *Sanctificabitur.* Sanctificetur.

20. *Oblatio Aaron et filiorum ejus.* Id est, pontificis et minorum sacerdotum. Sic sæpe inferius Aaron accipitur appellative pro pontifice quolibet. — *Decimam partem ephi.* Gomor unum. — *In sacrificio sempiterno.* Quod semper in consecratione sacerdotum offerri debet.

22. *Sacerdos qui jure patri successerit.* Scilicet sacerdotis filius primogenitus, nisi ille, deformitate aliqua impediente munus pontificium, ab eo arcentur, de qua c. 21. 18; tunc enim in ejus locum succedebat secundo genitus, et sic deinceps.

23. *Igne consumetur.* Sacrificium scilicet similæ, vel farreum; nam de victimis suis pacificis potuisse sacerdotes comedere patet Exod. 29. 28.

Digitized by Google

où l'holocauste est offert. C'est une chose très-sainte.

26. Et le prêtre qui l'offre la mangera dans le lieu saint, dans le parvis du tabernacle.

27. Tout ce qui en aura touché la chair sera sanctifié. S'il rejaillit du sang de l'hostie sur un vêtement, il sera lavé dans le lieu saint.

28. Le vaisseau de terre, dans lequel elle aura été cuite, sera brisé : que si le vaisseau est d'airain, on le nettoiera avec grand soin, et on le lavera avec de l'eau.

29. Tout mâle de la race sacerdotale mangera de la chair de cette hostie, parce qu'elle est très-sainte.

30. Car quant à l'hostie qui s'immole pour le péché *du prêtre ou de tout le peuple*, dont on porte le sang dans le tabernacle du témoignage, pour faire l'expiation dans le sanctuaire, on n'en mangera point, mais elle sera *toute* brûlée par le feu.

no. Sanctum sanctorum est.

26. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco sancto, in atrio tabernaculi.

27. Quidquid tetigerit carnes ejus, sanctificabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit aspersa, lavabitur in loco sancto.

28. Vas autem fictile, in quo cocta est, confringetur; quòd si vas æneum fuerit, defricabitur, et lavabitur aquâ.

29. Omnis masculus de genere sacerdotali vescetur de carnibus ejus, quia Sanctum sanctorum est.

30. Hostia enim quæ cæditur pro peccato, cujus sanguis infertur in tabernaculum testimonii ad expiandum in sanctuario, non comedetur, sed comburetur igni.

CHAPITRE VII.

§ I. *Cérémonies qu'on doit observer dans les sacrifices offerts pour expier les fautes.*

1. Voici la loi *qu'on doit observer à l'égard* de l'hostie *qu'on offre* pour la faute *commise par ignorance ou par fragilité*. Cette hostie est très-sainte.

1. Hæc quoque lex hostiæ pro delicto, Sancta sanctorum est:

---

25. *Sanctum sanctorum est.* Valde sancta est.

26. *Sacerdos qui offert, comedet eam.* Ad solum enim sacerdotem offerentem pertinebat, ab eoque, et ejus filiis masculis comedenda, quanquam poterat offerens alios sacerdotes, eorumque filios masculos ad ejus esum advocare, ut patet n. 29.

27. *Sanctificabitur.* Vide supra, Exod. 30. 29, et Aggæi 2. 13. — *Lavabitur in loco sancto.* In atrio tabernaculi, ut sic lota ad profanos usus redire, et a profanis hominibus indui possit.

28. *In quo cocta est.* Hostia scilicet pro peccato. — *Confringetur.* Quia vas fictile, cum sit porosum, humorem aliquem carnium sanctificatarum imbibit, qui elui facile non potest.

29. *Omnis masculus.* Hostia ergo pro peccato a solis masculis, iisque sacerdotibus, aut eorum filiis comedi poterat.

30. *Cujus sanguis infertur in tabernaculum.* Quod fiebat in hostia pro peccato pontificis, et totius populi, ut dictum est c. 4, n. 6 et 18. — *Non comedetur.* Talis enim tota cremanda erat extra castra, ut jussit Deus c. 4, n. 12 et 21.

Cap. VII. 1. *Lex hostiæ pro delicto.* Peccatum, cum a delicto distinguitur (nam hæc duo pro eodem accipiuntur, ut patet cap. 4. 5, 6), est illud quod

Digitized by Google

2. Idcirco ubi immolabitur holocaustum, mactabitur et victima pro delicto : sanguis ejus per gyrum altaris fundetur.

2. C'est pourquoi *dans le même lieu* où l'on offrira l'holocauste, on y immolera aussi la victime pour la faute *dont on vient de parler*; son sang sera répandu autour de l'autel, *comme celui des autres victimes.*

3. Offerent ex ea caudam et adipem qui operit vitalia :

3. On en offrira *de même au Seigneur* la queue et la graisse qui couvre les entrailles,

4. Duos renunculos, et pinguedinem quæ juxta ilia est, reticulumque jecoris cum renunculis;

4. Les deux reins, la graisse qui est près des flancs, et la taie du foie avec les reins.

5. Et adolebit ea sacerdos super altare : incensum est Domini pro delicto.

5. Le prêtre les fera brûler sur l'autel; c'est *un sacrifice qui a cette ressemblance avec* l'encens du Seigneur, *qu'il doit être tout consumé en son honneur*, pour *expier* le péché.

6. Omnis masculus de sacerdotali genere, in loco sancto vescetur his carnibus, quia Sanctum sanctorum est.

6. Tout mâle de la race sacerdotale mangera de la chair de cette hostie dans le lieu saint, *et non ailleurs*, parce qu'elle est très-sainte.

7. Sicut pro peccato offertur hostia, ita et pro delicto : utriusque hostiæ lex una erit : ad sacerdotem, qui eam obtulerit, pertinebit.

7. Comme on offre une hostie pour le péché *commis avec connaissance et de propos délibéré*, on l'offre de même pour la faute *commise par ignorance ou par fragilité;* une seule loi sera pour ces deux hosties : *l'une et l'autre* appartiendra au prêtre qui l'aura offerte.

8. Sacerdos qui offert holocausti victimam, habebit pellem ejus.

8. Le prêtre qui offre la victime de l'holocauste, en aura la peau *pour lui.*

9. Et omne sacrificium similæ, quod coquitur in clibano, et quidquid in craticula vel in sartagine præparatur, ejus erit sacerdotis a quo offertur :

9. Tout sacrifice de fleur de farine qui se cuit dans le four, qui se rôtit sur le gril, ou qui s'apprête dans la poêle, appartiendra au prêtre par lequel elle est offerte.

10. Sive oleo conspersa, sive arida fuerint, cunctis filiis Aaron mensura æqua per singulos dividetur.

10. Soit qu'elle soit mêlée avec l'huile, soit qu'elle soit sèche, elle sera partagée également entre tous les fils d'Aaron. *Ils auront tous le même droit sur ces sacrifices, qu'ils offriront chacun à leur tour,*

---

prudenter et scienter committitur : delictum vero, quod ignoranter fit, v. g., per imprudentiam, oblivionem, ignorantiam maxime juris, ut fit cum quis legem ignorat, vel ejus est oblitus. — *Sancta sanctorum.* Sanctissima.

6. *Vescetur his carnibus.* Vesci poterit. Proprie hostia pro delicto erat offerentis, ut et hostia pro peccato; eadem enim utriusque est ratio et lex, ut dicitur n. 7. Poterat tamen offerens partem hostiæ comedendam dare aliis sacerdotibus, eorumque filiis masculis, non autem feminis.

8. *Habebit pellem ejus.* Quia ex holocausto, quod totum Deo comburitur, nihil aliud est reliquum quod sacrificanti cedat, nisi pellis.

10. *Mensura æqua per singulos dividetur.* Ita scilicet ut cuique suus dies, suæ vices obtingant, quibus ministrans, et fungens sacerdotio, omnia quæ

Digitized by Google

§ II. *Lois touchant les hosties pacifiques qui s'offrent au Seigneur.*

11. Voici la loi des hosties pacifiques qui s'offrent au Seigneur.

12. Si c'est une oblation pour l'action de grâces, on offrira des pains sans levain mêlés d'huile, des gâteaux sans levain arrosés d'huile par-dessus, de la plus pure farine qu'on aura fait cuire, et de petits tourteaux arrosés et mêlés d'huile.

13. On offrira aussi des pains où il y a du levain, avec l'hostie des actions de grâces qui s'immole pour les *sacrifices* pacifiques, *et ces pains seront, non pour être consumés sur l'autel, mais pour servir à la nourriture des prêtres et de ceux qui participeront à ces sacrifices :*

14. L'un de ces pains sera offert au Seigneur pour les prémices, et il appartiendra au prêtre qui répandra le sang de l'hostie.

15. On mangera de la chair de l'hostie le même jour, et il n'en demeurera rien jusqu'au lendemain.

16. Si quelqu'un offre une hostie après avoir fait un vœu, ou bien volontairement, on la mangera aussi le même jour; et quand il en demeurera quelque chose pour le lendemain, il sera permis aussi d'en manger :

11. Hæc est lex hostiæ pacificorum quæ offertur Domino.

12. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absque fermento conspersos oleo, et lagana azyma uncta oleo, coctamque similam, et collyridas olei admixtione conspersas :

13. Panes quoque fermentatos, cum hostia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis :

14. Ex quibus unus pro primitiis offeretur Domino, et erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem;

15. Cujus carnes eadem comedentur die, nec remanebit ex eis quidquam usque mane.

16. Si voto vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eadem similiter edetur die : sed et si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est :

---

offeruntur sibi vindicet, perinde ut faciunt alii sacerdotes suis vicibus. Alii hunc versum accipiunt de simila non cocta, quasi illa fuerit omnibus sacerdotibus æqualiter dividenda : versum vero præcedentem accipiunt de simila cocta, sive libis et panibus, qui omnes cedebant offerenti. Ita Isychius, Em. Sa, et Bonfrerius.

12. *Similam, et collyridas.* Particula *et* sumitur pro *id est;* nam simila conspersa et subacta, cum est cocta, hoc est, ut habent Hebræa, *frixa in sartagine,* est collyrida, sive libum frixum. Noster interpres collyridam alibi *crustulam* vocat.

13. *Panes quoque fermentatos.* Non ut ex iis aliquid inferatur altari; hoc enim vetitum est c. 2, n. 11, sed ut ii sacerdotibus offerantur tanquam donaria, quibus ipsi vescantur.— *Cum hostia gratiarum.* Cum hostia quæ immolatur in gratiarum actionem pro pace, id est, salute et beneficiis a Deo acceptis.

14. *Ex quibus.* Panibus fermentatis. — *Unus pro primitiis offeretur Domino.* Ut scilicet cedat non Deo in sacrificium, sed sacerdoti, vicem Dei gerenti, in cibum. Cæteri panes per hunc primum etiam Domino oblati censebantur.

16. *Eadem... edetur die.* Ne quid sacri cibi corrumpatur et putrescat, et vilescat religio victimarum. — *Si quid in crastinum remanserit.* Victima ex voto oblata comedi poterat die sequenti, non autem quæ oblata erat in gratiarum actionem, cujus rei ratio potissimum referenda in legislatoris vo-

Digitized by Google

17. Quidquid autem tertius invenerit dies, ignis absumet;

18. Si quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcumque anima tali se edulio contaminaverit, prævaricationis rea erit.

19. Caro, quæ aliquid tetigerit immundum, non comedetur, sed comburetur igni: qui fuerit mundus, vescetur ex ea.

20. Anima polluta quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis.

21. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel jumenti, sive omnis rei quæ polluere potest, et comederit de hujuscemodi carnibus, interibit de populis suis.

17. Mais tout ce qui s'en trouvera de reste au troisième jour sera consumé par le feu, *afin que ce qui est saint ne soit pas exposé à la corruption.*

18. Si quelqu'un mange de la chair de la victime pacifique le troisième jour, l'oblation deviendra inutile, et elle ne servira de rien à celui qui l'aura offerte: mais au contraire quiconque se sera souillé en mangeant ainsi de cette hostie, sera coupable du violement de la loi.

19. La chair qui aura touché quelque chose d'impur, ne se mangera point, mais elle sera consumée par le feu; celui qui sera pur mangera de la chair de la victime *pacifique, soit qu'il soit prêtre ou laïque.*

20. L'homme qui étant souillé mangera de la chair des hosties pacifiques qui auront été offertes au Seigneur périra du milieu de son peuple.

21. Celui qui ayant touché à quelque chose d'impur, soit d'un homme ou d'une bête, ou généralement à toute autre chose qui peut souiller, ne laisse pas de manger de cette chair *sainte*, périra du milieu de son peuple.

§ III. *Défenses de manger de la graisse et du sang des bêtes. Part que les prêtres doivent avoir aux victimes offertes en sacrifice.*

22. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

22. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

---

luntatem. Adde victimam gratiarum actionis digniorem fuisse, quia ex animo grato, liberali, pio, et in laudes Dei effuso prorumpebat; illa vero ex voti necessitate, et spe impetrandi aliquid a Domino.

18. *Irrita fiet oblatio.* Per posteriorem hanc prævaricationem legis hujus, qua reservat carnes in tertiam diem, perdet gratiam quam priore sacrificio et hostia pacifica promeruit apud me.

19. *Caro, quæ aliquid tetigerit immundum.* Caro scilicet Deo oblata, quæ post immolationem aliquo modo polluitur, non comedetur, sed comburetur: idque ob reverentiam sacrificiorum. Comburetur autem igne non sacro, sed profano, quia jam amplius non est caro victimæ et sacrificii, cum ab eo ob immunditiam rejiciatur. Dico, *caro Deo oblata*; nam alias carne non sacra, etiamsi quid immundi tetigisset, licebat vesci, ut patet Deut. 12, n. 15 et 22. Dico, *post immolationem*; nam si ante eam, cum deferretur ad altare, polluta fuisset, non licebat quidem eam offerre, poterat tamen ipsa in quosvis profanos usus converti. — *Qui fuerit mundus, vescetur ex ea.* Hostia scilicet pacifica, si polluta non sit.

20. *Anima polluta.* Homo pollutus. — *Peribit.* Deo ultore in mortem incurret, vel in hac vita præsentem, vel in futura æternam.

21. *Immunditiam hominis.* Puta fæces et stercora. Hic ergo homo tam pollutus in se, quam si quid pollutum tetigerit, arcetur esu pacificorum.

Digitized by Google

23. Dites aux enfants d'Israël : Vous ne mangerez point la graisse de la brebis, du bœuf ni de la chèvre, *parce que c'est principalement ce qu'on offre dans les sacrifices, et vous devez vous en abstenir par respect pour le Seigneur.*

24. Vous vous servirez pour divers usages de la graisse d'une bête qui sera morte d'elle-même, ou de celle qui a été prise par une autre bête; *mais vous n'en mangerez point.*

25. Si quelqu'un mange de la graisse qui doit être offerte *et brûlée* devant le Seigneur, comme un encens *qui se consume tout entier en son honneur*, il périra du milieu de son peuple.

26. Vous ne prendrez point non plus pour nourriture du sang d'aucun animal, tant des oiseaux que des troupeaux.

27. Toute personne qui aura mangé du sang périra du milieu de son peuple.

28. Le Seigneur parla encore à Moïse et lui dit :

29. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : Que celui qui offre au Seigneur une hostie pacifique lui offre en même temps le sacrifice, c'est-à-dire les libations *de farine, d'huile et de vin*, dont elle doit être accompagnée.

30. Il tiendra dans ses mains la graisse et la poitrine de l'hostie; et lorsqu'il aura consacré l'une et l'autre au Seigneur en les offrant, il les donnera au prêtre,

31. Qui fera brûler la graisse sur l'autel, et la poitrine sera pour Aaron et pour ses fils.

32. L'épaule droite de l'hostie paci-

23. Loquere filiis Israel : Adipem ovis, et bovis, et capræ, non comedetis (1).

24. Adipem cadaveris morticini, et ejus animalis quod a bestia captum est, habebitis in varios usus.

25. Si quis adipem qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo.

26. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo, tam de avibus quam de pecoribus.

27. Omnis anima, quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis (2).

28. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

29. Loquere filiis Israel, dicens: Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat simul et sacrificium, id est, libamenta ejus;

30. Tenebit manibus adipem hostiæ, et pectusculum : eumque ambo oblata Domino consecraverit, tradet sacerdoti,

31. Qui adolebit adipem super altare : pectusculum autem erit Aaron et filiorum ejus;

32. Armus quoque dexter de

(1) Bible vengée, note II. — Lettres de quelques Juifs, tome III, page 38. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 61.

---

23. *Adipem ovis, et bovis, et capræ, non comedetis.* Quia hæc tria sunt, quæ Domino immolantur; unde eorum adipem sibi deposcebat Dominus, etiamsi illa domi mactarent ad esum, ut patet ex n. 25. Adipem vero aliorum animalium mundorum, sed ad sacrificia non deputatorum, comedere poterant.

24. *Morticini.* Sponte mortui. — *A bestia captum.* Occisum a fera. — *Habebitis in varios usus.* Comedere non licet, ad alios usus adhibere nihil vetat.

25. *In incensum.* Qui cremari debet in honorem Domini; loquitur de adipe ovis, et bovis, et capræ, quæ sola ex quadrupedibus offerri poterat.

29. *Libamenta ejus.* Libamen ex simila, ut ita Deo plenum, ex carne et simila, vel pane, exhibeat convivium.

30. *Domino consecraverit.* Non sacerdos, sed laicus offerens.

Digitized by Google

pacificorum hostiis cedet in primitias sacerdotis.

33. Qui obtulerit sanguinem et adipem filiorum Aaron, ipse habebit et armum dextrum in portione sua.

34. Pectusculum enim elevationis, et armum separationis, tuli a filiis Israel de hostiis eorum pacificis, et dedi Aaron sacerdoti, et filiis ejus, lege perpetua, ab omni populo Israel.

35. Hæc est unctio Aaron et filiorum ejus in ceremoniis Domini, die qua obtulit eos Moyses ut sacerdotio fungerentur :

36. Et quæ præcepit eis dari Dominus a filiis Israel religione perpetua in generationibus suis.

37. Ista est lex holocausti, et sacrificii pro peccato atque delicto, et pro consecratione et pacificorum victimis :

38. Quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai, quando mandavit filiis Israel ut offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.

fique appartiendra aussi au prêtre, comme les prémices de l'oblation.

33. Celui d'entre les fils d'Aaron qui aura offert le sang et la graisse aura aussi l'épaule droite pour sa portion *du sacrifice.*

34. Car j'ai réservé de la chair des hosties pacifiques des enfants d'Israël la poitrine qu'on élève devant moi, et l'épaule qu'on en a séparée; et je les ai données au prêtre Aaron et à ses fils, par une loi qui sera toujours observée par tout le peuple d'Israël.

35. C'est là *le droit de* l'onction d'Aaron et de ses fils dans les cérémonies du Seigneur, *qu'ils ont acquis* au jour que Moïse les présenta devant lui, pour exercer les fonctions du sacerdoce.

36. Et c'est ce que le Seigneur a commandé aux enfants d'Israël de leur donner par une observation religieuse qui doit passer d'âge en âge dans toute leur postérité.

37. C'est là la loi de l'holocauste, du sacrifice pour le péché et pour la faute, et du sacrifice des consécrations et des victimes pacifiques,

38. Que le Seigneur donna à Moïse sur la montagne de Sinaï, lorsqu'il ordonna aux enfants d'Israël d'offrir leurs oblations au Seigneur dans le désert de Sinaï.

CHAPITRE VIII.

§ I. *Le Seigneur ordonne à Moïse de consacrer Aaron et ses fils. Cérémonies de cette consécration.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Tolle Aaron cum filiis suis, vestes eorum, et unctionis oleum,

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et lui dit :

2. Prenez Aaron avec ses fils, leurs vêtements *que vous leur avez fait faire,*

---

34. *Pectusculum enim elevationis.* Quod scilicet per elevationem in altum (de qua Exod. 29. 26) est Deo oblatum. — *Armum separationis.* Deo scilicet separatus, ut sacerdotibus Dei vice detur.

35. *Ceremoniis Domini.* Id est, juxta ritum et ceremonias præscriptas cap. 6, n. 26. et Exod. cap. 29.

36. *Religione perpetua.* Sanctione, lege perpetua.

38. *In monte Sinai.* In deserto montoso, juxta montem Sinai.

(*Hoc caput fere idem est cum cap. 29. Exodi.*)

Digitized by Google

l'huile d'onction, le veau *qui doit être offert* pour le péché, deux béliers, et une corbeille de pain sans levain,

3. Et assemblez tout le peuple à l'entrée du tabernacle.

4. Moïse fit ce que le Seigneur lui avait commandé; et ayant assemblé tout le peuple devant la porte du tabernacle,

5. Il *leur* dit : Voici ce que le Seigneur a ordonné que l'on fasse.

6. En même temps il présenta Aaron et ses fils; et les ayant lavés *avec de l'eau*,

7. Il revêtit le grand prêtre de la tunique de fin lin, et le ceignit avec la ceinture : il le revêtit *par dessus* de la robe d'hyacinthe, mit l'éphod sur la robe;

8. Et le serrant avec la ceinture, *c'est-à-dire avec les rubans de couleurs d'hyacinthe*, il y attacha le rational sur lequel étaient *écrits ces mots* : Doctrine et Vérité.

9. Il lui mit aussi la tiare sur la tête, et sur la tiare, *en l'endroit* qui couvrait le front, il mit la lame d'or, consacrée par le saint nom *qu'elle portait*, selon que le Seigneur le lui avait ordonné.

vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis,

3. Et congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi.

4. Fecit Moyses ut Dominus imperaverat. Congregataque omni turba ante fores tabernaculi,

5. Ait : Iste est sermo, quem jussit Dominus fieri.

6. Statimque obtulit Aaron et filios ejus. Cumque lavisset eos,

7. Vestivit pontificem subucula linea, accingens eum balteo, et induens eum tunica hyacinthina, et desuper humerale imposuit,

8. Quod astringens cingulo aptavit rationali, in quo erat Doctrina et Veritas.

9. Cidari quoque texit caput : et super eam, contra frontem, posuit laminam auream consecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus.

§ II. *Consécration du tabernacle et de tout ce qui devait y servir.*

10. Il prit aussi l'huile d'onction dont il mit sur le tabernacle et sur toutes les choses qui servaient à son usage;

11. Et ayant fait sept fois les aspersions sur l'autel pour le sanctifier, il y versa l'huile, aussi bien que sur tous ses vases, et il sanctifia *de même* avec l'huile le grand bassin, avec la base qui le soutenait.

12. Il répandit *aussi* l'huile sur la tête d'Aaron, dont il l'oignit et le consacra;

13. Et ayant de même présenté les fils d'Aaron, il les revêtit de tuniques de lin, les ceignit de leurs ceintures, et leur mit des mitres sur la tête, comme le Seigneur l'avait commandé.

14. Il offrit aussi un veau pour le péché,

10. Tulit et unctionis oleum, quo linivit tabernaculum cum omni supellectili sua.

11. Cumque sanctificans aspersisset altare septem vicibus, unxit illud, et omnia vasa ejus, labrumque cum basi sua sanctificavit oleo.

12. Quod fundens super caput Aaron, unxit eum, et consecravit :

13. Filios quoque ejus oblatos vestivit tunicis lineis, et cinxit balteis, imposuitque mitras, ut jusserat Dominus.

14. Obtulit et vitulum pro pec-

CAP. VIII. 6. *Obtulit.* Hebr. *accedere fecit.* Chald. *applicavit.* LXX, *adduxit.*

7. *Subucula linea.* Quæ Exod. 28. 4, vocatur tunica linea et stricta.

9. *Laminam auream consecratam in sanctificatione.* Laminam auream olei unctione consecratam ad usus sanctos.

11. *Cumque sanctificans.* Sanctificatio hæc aliud non erat, quam unctio tabernaculi et vasorum ejus, qua consecrabantur Deo.

14. *Obtulit et vitulum.* Vitulos; nam Exod. 29. 25 et 36, jubetur quotidie

Digitized by Google

cato; cumque super caput ejus posuissent Aaron et filii ejus, manus suas,

15. Immolavit eum : hauriens sanguinem, et tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum; quo expiato et sanctificato, fudit reliquum sanguinem ad fundamenta ejus.

16. Adipem vero qui erat super vitalia, et reticulum jecoris, duosque renunculos cum arvinulis suis, adolevit super altare :

17. Vitulum cum pelle et carnibus, et fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus.

18. Obtulit et arietem in holocaustum : super cujus caput cum imposuissent Aaron et filii ejus manus suas,

19. Immolavit eum, et fudit sanguinem ejus per circuitum altaris.

20. Ipsumque arietem in frusta concidens, caput ejus, et artus, et adipem adolevit igni,

21. Lotis prius intestinis et pedibus; totumque simul arietem incendit super altare, eo quod esset holocaustum suavissimi odoris Domino, sicut præceperat ei.

22. Obtulit et arietem secundum, in consecratione sacerdotum : posueruntque super caput ejus Aaron et filii ejus manus suas;

23. Quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine ejus, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, et pollicem manus ejus dextræ, similiter et pedis.

et Aaron et ses fils ayant mis leurs mains sur la tête de cette victime, *comme pour la consacrer au Seigneur, et la charger de leurs péchés*,

15. Moïse l'égorgea et en prit le sang; il y trempa son doigt, et en mit sur les cornes de l'autel tout à l'entour; l'ayant ainsi purifié et sanctifié, il répandit le reste du sang au pied de l'autel.

16. Il fit brûler sur l'autel la graisse qui couvre les entrailles, la taie du foie, et les deux reins avec la graisse qui y est attachée;

17. Et il brûla le veau hors du camp avec la peau, la chair et la fiente, comme le Seigneur l'avait ordonné.

18. Il offrit aussi un bélier en holocauste; et Aaron avec ses fils lui ayant mis leurs mains sur la tête,

19. Il l'égorgea, et en répandit le sang autour de l'autel.

20. Il coupa aussi le bélier en morceaux, et en fit brûler dans le feu la tête, les membres et la graisse;

21. Après en avoir lavé les intestins et les pieds, il brûla sur l'autel le bélier tout entier, parce que c'était un holocauste d'une odeur très-agréable au Seigneur, comme il *le* lui avait ordonné.

22. Il offrit encore un bélier pour la consécration des prêtres; et Aaron avec ses fils ayant mis leurs mains sur sa tête,

23. Moïse l'égorgea, et prenant de son sang, il en toucha l'extrémité de l'oreille droite d'Aaron, et le pouce de sa main droite et de son pied *droit pour le consacrer*.

§ III. *Consécration des Fils d'Aaron. Oblations faites dans cette cérémonie.*

24. Obtulit et filios Aaron; cumque de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ, et pollices manus ac pedis dextri, reliquum fu-

24. Ayant aussi présenté les fils d'Aaron, il prit du sang du bélier qui avait été immolé, en toucha l'extrémité de l'oreille droite de chacun d'eux, et les pouces de leur main droite et de leur pied droit; *et*

---

per septem dies offerri vitulus; ergo ita factum est, licet hic non exprimatur; satis tamen innuitur n. 34.

15. *Quo expiato.* Altari scilicet.

Digitized by Google

après les avoir aussi consacrés, il répandit sur l'autel tout autour le reste du sang.

25. Il mit à part la graisse, la queue et toutes les graisses qui couvrent les intestins, la taie du foie, et les deux reins avec la graisse qui y est attachée, et l'épaule droite;

26. Et prenant de la corbeille des pains sans levain qui étaient devant le Seigneur, un pain sans levain, un tourteau arrosé d'huile et un gâteau, il les mit sur les graisses de l'hostie et sur l'épaule droite;

27. Il mit toutes ces choses entre les mains d'Aaron et de ses fils, qui les élevèrent devant le Seigneur.

28. Moïse les ayant prises de nouveau, et reçues de leurs mains, les brûla sur l'autel des holocaustes, parce que c'était une oblation pour la consécration *des prêtres*, et un sacrifice d'une odeur très-agréable au Seigneur.

29. Il prit aussi la poitrine du bélier immolé pour la consécration *des prêtres*, et il l'éleva devant le Seigneur, comme la part qui lui était destinée, selon l'ordre qu'il en avait reçu du Seigneur.

30. Ayant pris ensuite l'huile d'onction et le sang qui était sur l'autel, il fit l'aspersion sur Aaron et sur ses vêtements, sur les fils d'Aaron et sur leurs vêtements.

31. Et après les avoir sanctifiés dans leurs vêtements, il leur ordonna *ceci*, et leur dit : Faites cuire la chair des victimes devant la porte du tabernacle, et la mangez en ce même lieu. Mangez-y aussi les pains de consécration qui ont été mis dans la corbeille, selon que le Seigneur me l'a ordonné, en disant : Aaron et ses fils mangeront de ces pains :

32. Et tout ce qui restera de cette chair et de ces pains sera consumé par le feu.

33. Vous ne partirez point de l'entrée

dit super altare per circuitum:

25. Adipem vero, et caudam, omnemque pinguedinem quæ operit intestina, reticulumque jecoris, et duos renes cum adipibus suis et armo dextro separavit.

26. Tollens autem de canistro azymorum, quod erat coram Domino, panem absque fermento, et collyridam conspersam oleo, laganumque, posuit super adipes, et armum dextrum,

27. Tradens simul omnia Aaron et filiis ejus. Qui postquam levaverunt ea coram Domino,

28. Rursum suscepta de manibus eorum, adolevit super altare holocausti, eo quod consecrationis esset oblatio, in odorem suavitatis, sacrificii Domino.

29. Tulitque pectusculum, elevans illud coram Domino, de ariete consecrationis in partem suam, sicut præceperat ei Dominus.

30. Assumensque unguentum, et sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aaron et vestimenta ejus, et super filios illius ac vestes eorum.

31. Cumque sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens : Coquite carnes ante fores tabernaculi, et ibi comedite eas; panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicens : Aaron et filii ejus comedent eos :

32. Quidquid autem reliquum fuerit de carne et panibus, ignis absumet.

33. De ostio quoque tabernaculi

---

30. *Unguentum.* Cujus compositio præcepta fuerat Exod. 30, a n. 23 usque ad n. 30. Unctio ergo, vel potius effusio unguenti in caput erat consecratio pontificis, ut patet hic n. 12, et Exod. 29. 7. Unctio vero communis pontifici, et minoribus sacerdotibus erat aspersio unguenti sanguine misti super eos, et super vestes eorum, ad hæc unctio auris dexteræ et pollicum, ut patet Exod. 29. 20.

Digitized by Google

non exibitis septem diebus, usque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ; septem enim diebus finitur consecratio :

34. Sicut et impræsentiarum factum est, ut ritus sacrificii complerctur.

35. Die ac nocte manebitis in tabernaculo observantes custodias Domini, ne moriamini : sic enim mihi præceptum est.

36. Feceruntque Aaron et filii ejus cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

du tabernacle pendant sept jours, jusqu'au jour que le temps de votre consécration sera accompli; car la consécration s'achève en sept jours, *pendant lesquels on* fera.

34. Comme *vous venez de voir* qu'on a fait présentement, afin que les cérémonies de ce sacrifice fussent accomplies.

35. Vous demeurerez jour et nuit dans le tabernacle, en veillant devant le Seigneur, de peur que vous ne mouriez : car il m'a été ainsi commandé, *et la peine de mort a été ordonnée par le Seigneur contre ceux qui n'obéiront pas à ce commandement.*

36. Aaron et ses fils firent donc tout ce que le Seigneur leur avait ordonné par Moïse.

CHAPITRE IX.

§ I. *Aaron étant établi grand-prêtre offre à Dieu divers sacrifices tant pour lui que pour le peuple.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Facto autem octavo die, vocavit Moyses Aaron et filios ejus, ac majores natu Israel, dixitque ad Aaron :

2. Tolle de armento vitulum pro peccato, et arietem in holocaustum, utrumque immaculatum, et offer illos coram Domino.

3. Et ad filios Israel loqueris : Tollite hircum pro peccato, et vitulum atque agnum anniculos, et sine macula, in holocaustum,

1. Le huitième jour, Moïse appela Aaron et ses fils, et les anciens d'Israël, et il dit à Aaron :

2. Prenez de votre troupeau un veau pour le péché, et un bélier pour en faire un holocauste, l'un et l'autre sans tache, *c'est-à-dire sans défaut ;* et offrez-les devant le Seigneur *pour l'expiation de vos péchés.*

3. Vous direz aussi aux enfants d'Israël : Prenez un bouc pour le péché, un veau et un agneau d'un an, et *qui soient* sans tache, pour en faire un holocauste *pour l'expiation de vos péchés.*

---

34. *Sicut et impræsentiarum factum est.* Scilicet fiet et in posterum quotiescumque facienda erit pontificis aut sacerdotum consecratio.

36. *Per manum Moysi.* Per Mosen.

Cap. IX. 1. *Facto autem octavo die.* A consecratione Aaronis et tabernaculi. — *Vocavit Moyses Aaron et filios ejus.* Ut scilicet hi novelli sacerdotes sua prima sacrificia offerrent. — *Ac majores natu.* Convocati etiam hi sunt ad honorandas sui pontificis primitias, et ut victimas suas per eum Deo sacrificarent.

2. *Vitulum pro peccato.* Ut sit hostia pro peccato.

3. *Ad filios Israel loqueris.* Scilicet tu, Aaron, novelle pontifex; nam tibi jam incumbit auctoritas pontificia, ut præcipias victimas populo. — *Anniculos* Ita ut tam vitulus quam agnus annum ætatis non excedant.

Digitized by Google

4. *Prenez aussi* un bœuf et un bélier pour les hosties pacifiques, et immolez-les devant le Seigneur, en offrant dans le sacrifice de chacune de ces bêtes de la pure farine mêlée avec l'huile, *pour vous disposer à voir le Seigneur*; car le Seigneur vous apparaîtra aujourd'hui, *et fera éclater sa gloire au milieu de vous.*

5. Ils mirent donc à l'entrée du tabernacle tout ce que Moïse leur avait ordonné; et toute l'assemblée du peuple se tenant là debout,

6. Moïse leur dit : C'est là ce que le Seigneur vous a commandé; faites-le, et sa gloire vous apparaîtra.

7. Alors il dit à Aaron : Approchez-vous de l'autel, et immolez pour votre péché; offrez l'holocauste, et priez pour vous et pour le peuple : et lorsque vous aurez sacrifié l'hostie pour le peuple, priez pour lui selon que le Seigneur l'a ordonné.

8. Aaron aussitôt s'approchant de l'autel immola un veau pour son péché;

9. Et ses fils lui en ayant présenté le sang, il y trempa le doigt dont il toucha les cornes de l'autel, et il répandit le reste du sang au pied de l'autel.

10. Il fit brûler aussi sur l'autel la graisse, les reins et la taie du foie, qui sont pour le péché, selon que le Seigneur l'avait commandé à Moïse;

11. Mais il consuma par le feu hors du camp la chair et la peau.

12. Il immola aussi la victime de l'holocauste; et ses fils lui en ayant présenté le sang, il le répandit autour de l'autel.

13. Ils lui présentèrent aussi l'hostie coupée par morceaux, avec la tête et tous

4. Bovem et arietem pro pacificis : et immolate eos coram Domino, in sacrificio singulorum similam conspersam oleo offerentes; hodie enim Dominus apparebit vobis.

5. Tulerunt ergo cuncta quæ jusserat Moyses ad ostium tabernaculi : ubi cum omnis multitudo astaret,

6. Ait Moyses : Iste est sermo, quem præcepit Dominus : facite, et apparebit vobis gloria ejus.

7. Et dixit ad Aaron : Accede ad altare, et immola pro peccato tuo : offer holocaustum, et deprecare pro te et pro populo; cumque mactaveris hostiam populi, ora pro eo, sicut præcepit Dominus.

8. Statimque Aaron accedens ad altare, immolavit vitulum pro peccato suo :

9. Cujus sanguinem obtulerunt ei filii sui : in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, et fudit residuum ad basim ejus.

10. Adipemque et renunculos, ac reticulum jecoris, quæ sunt pro peccato, adolevit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi :

11. Carnes vero et pellem ejus extra castra combussit igni.

12. Immolavit et holocausti victimam : obtuleruntque ei filii sui sanguinem ejus, quem fudit per altaris circuitum;

13. Ipsam etiam hostiam in frusta concisam, cum capite et

---

* 4. *Immolate eos.* Adducite ad me, ut ego immolem pro vobis. — *Coram Domino.* Coram altari holocaustorum, sive coram ostio tabernaculi. — *In sacrificio.* Farreo, quod ad omnem victimam adjungitur, ut patet n. 15, quia sine pane aut farre non prandetur. — *Hodie enim Dominus apparebit.* Mittens ignem de cœlo, qui sacrificia vestra comburet.

5. *Tulerunt ergo cuncta.* Postquam Aaron jussus a Mose id præcepit, uti dixi n. 3.

10. *Quæ sunt pro peccato.* Quæ sunt partes hostiæ, puta vituli pro peccato oblati. — *Adolevit.* Adolenda et cremanda imposuit altari; nam igne cœlesti hæc, et sequentes victimæ postea consumptæ sunt, n. 24.

11. *Combussit igni.* Juxta legem datam c. 4. 12.

Digitized by Google

membris singulis, obtulerunt; quæ omnia super altare cremavit igni,

14. Lotis aqua prius intestinis et pedibus.

15. Et pro peccato populi offerens, mactavit hircum : expiatoque altari,

16. Fecit holocaustum,

17. Addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur, et adolens ea super altare, absque ceremoniis holocausti matutini.

18. Immolavit et bovem atque arietem, hostias pacificas populi : obtuleruntque ei filii sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitum.

19. Adipem autem bovis, et caudam arietis, renunculosque cum adipibus suis, et reticulum jecoris.

20. Posuerunt super pectora; cumque cremati essent adipes super altare,

21. Pectora eorum et armos dextros separavit Aaron, elevans coram Domino, sicut præceperat Moyses.

les membres, et il brûla le tout sur l'autel,

14. Après en avoir lavé dans de l'eau les intestins et les pieds,

15. Il égorgea aussi un bouc, qu'il offrit pour le péché du peuple; et ayant purifié l'autel, *en touchant ses cornes avec le sang de ce bouc*,

16. Il offrit l'holocauste :

17. Et il ajouta à ce sacrifice les oblations *de pains et de liqueurs* qui s'offrent en même temps : et il les fit brûler sur l'autel, outre les cérémonies de l'holocauste qui s'offre tous les matins, *sans que rien en puisse dispenser*.

18. Il immola aussi un bœuf et un bélier, qui étaient les hosties pacifiques pour le peuple; et ses fils lui en présentèrent le sang qu'il répandit sur l'autel tout autour.

19. Ils mirent aussi sur les poitrines de ces hosties la graisse du bœuf, la queue du bélier, les reins avec leur graisse, et la taie du foie.

20. Et les graisses ayant été brûlées sur l'autel,

21. Aaron mit à part la poitrine et l'épaule droite des hosties *pacifiques*, les élevant devant le Seigneur, comme Moïse l'avait ordonné.

§ II. *Aaron bénit le peuple. Le Seigneur fait paraître sa gloire, et envoie un feu qui dévore les victimes.*

22. Et extendens manus ad populum, benedixit ei. Sicque com-

22. Il étendit ensuite ses mains vers le peuple, et le bénit. Et ayant achevé les

---

15. *Expiatoque altari.* Per hoc sacrificium pro peccato, cujus sanguine unctum et aspersum est altare.

17. *Addens in sacrificio.* Farreo, sive similæ. — *Libamenta.* Olei et vini, de quibus Num. 15. 4, quam legem jam fuisse latam ex hoc loco patet, licet posterius Num. 15 referatur. — *Absque ceremoniis holocausti matutini.* Absque eo quod omitteretur, vel impediretur juge sacrificium matutinum et vespertinum.

20. *Posuerunt super pectora.* Pecorum immolatorum, quæ postea Aaron separavit, ut dicitur n. 21 sequenti.

21. *Elevans coram Domino.* Pectusculum enim et armus dexter non cremabantur, sed elevata et oblata Domino, cedebant sacrificanti. Vide c. 7, n. 31 et 32.

22. *Benedixit ei.* Aaron novellus pontifex. Forma benedictionis fuit quæ habetur Num. 6. 24, scilicet : *Benedicat tibi Dominus, etc.* — *Completis*

Digitized by Google

oblations des hosties pour le péché, des holocaustes et des *victimes* pacifiques, il descendit *de l'autel.*

23. Alors Moïse et Aaron entrèrent dans le tabernacle du témoignage, *Aaron pour y exercer ses fonctions, et Moïse pour lui apprendre à le faire comme Dieu l'avait ordonné.* Et en étant ensuite sortis ils bénirent le peuple. En même temps la gloire dn Seigneur apparut à toute l'assemblée du peuple :

24. Et un feu sorti *du tabernacle, et envoyé de la part* du Seigneur, dévora l'holocauste et les graisses qui étaient sur l'autel. Ce que tout le peuple ayant vu, ils louèrent le Seigneur en se prosternant le visage contre terre.

pletis hostiis pro peccato, et holocaustis, et pacificis, descendit,

23. Ingressi autem Moyses et Aaron in tabernaculum testimonii, et deinceps egressi, benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini omni multitudini ;

24. Et ecce egressus ignis a Domino, devoravit holocaustum, et adipes qui erant super altare. Quod cum vidissent turbæ, laudaverunt Dominum, ruentes in facies suas.

CHAPITRE X.

§ I. *Nadab et Abiu, ayant offert au Seigneur un feu étranger, sont consumés par un feu que le Seigneur envoie contre eux. Moïse défend à Aaron et à ses autres enfants de les pleurer.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Alors Nadab et Abiu, fils d'Aaron, ayant pris leurs encensoirs, y mirent du feu et de l'encens dessus, et *ils ne prirent point ce feu sur l'autel, de sorte qu'*ils offrirent devant le Seigneur un feu étranger, ce qui ne leur avait point été commandé;

1. Arreptisque Nadab et Abiu filii Aaron thuribulis, posuerunt ignem et incensum desuper, offerentes coram Domino ignem alienum : quod eis præceptum non erat.

---

hostiis. Hostiarum jugulatione, concisione et impositione in altare. — *Descendit.* Aaron sacrificans; restabat enim hostiarum crematio, quæ postea facta est per ignem cœlitus missum : quare quæ n. 10, 13, 17, 20, de ea dicuntur, per anticipationem accipienda sunt, ut patet ex n. 24.

* 23. *Ingressi autem Moyses et Aaron in tabernaculum.* Nempe ut Aaron thymiama in altari incensi offerret Deo ante crematione holocausti matutini. Id enim thymiama semper matutinum holocaustum anteibat. — *Apparuitque gloria Domini.* Ignis scilicet a Deo missus ad devorandum holocaustum; quod factum est ut intelligeret populus sacerdotes eos a Deo institutos, et illi gratos esse, utque majorem erga sacra reverentiam conciperet. Hic ignis postea a sacerdotibus addito lignorum fomento diligenter servatus est, ut præceptum fuerat Levit. 6. 12.

Cap. X. 1. *Ignem alienum.* Id est non e cœlo missum. Aliqui id eos fecisse putant ex temulentia; alii, ex inconsideratione et perturbatione, utpote in ministerio nondum exercitati; alii, quod ad ignem illum de cœlo lapsum accedere non auderent. — *Quod eis præceptum non erat.* Id est quod eis vetitum erat, Levit. c. 6, n. 9.

Digitized by Google

2. Egressusque ignis a Domino, devoravit eos, et mortui sunt coram Domino.

3. Dixitque Moyses ad Aaron : Hoc est quod locutus est Dominus : Sanctificabor in iis qui appropinquant mihi, et in conspectu omnis populi glorificabor. Quod audiens tacuit Aaron.

4. Vocatis autem Moyses Misaele et Elisaphan filiis Oziel, patrui Aaron, ait ad eos : Ite et tollite fratres vestros de conspectu sanctuarii, et asportate extra castra.

5. Confestimque pergentes, tulerunt eos sicut jacebant, vestitos lineis tunicis, et ejecerunt foras, ut sibi fuerat imperatum.

6. Locutusque est Moyses ad Aaron, et ad Eleazar, et Ithamar, filios ejus : Capita vestra nolite nudare, et vestimenta nolite scindere, ne forte moriamini, et super omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres vestri, et omnis

2. Et en même temps un feu étant sorti *du tabernacle, par l'ordre* du Seigneur, les dévora, et ils moururent devant le Seigneur (1).

3. Moïse dit donc à Aaron ; Voilà ce que le Seigneur a dit : Je serai sanctifié dans ceux qui m'approchent, et je serai glorifié devant tout le peuple, *ou par la sainteté et la fidélité avec laquelle mes ministres me serviront, ou par la rigueur et par la sévérité avec laquelle je les punirai.* Aaron ayant entendu ceci se tut *par soumission aux ordres du Seigneur.*

4. Et Moïse, ayant appelé Misaël et Elisaphan, fils d'Oziel, qui était oncle d'Aaron, il leur dit : Allez, ôtez vos frères de devant le sanctuaire, et emportez-les hors du camp.

5. Ils allèrent aussitôt les prendre, couchés *et* morts, comme ils étaient vêtus de leurs tuniques de lin, et ils les jetèrent dehors, selon qu'il leur avait été commandé.

6. Alors Moïse dit à Aaron, et à Eléazar et à Ithamar ses *autres* fils : Ayez soin de ne pas découvrir votre tête, *de ne pas raser vos cheveux,* et de ne pas déchirer vos vêtements, *pour pleurer la mort de Nadab et d'Abiu,* de peur que vous ne mouriez, et que la colère *du Seigneur* ne s'é-

(1) Sans doute que, ne comprenant pas l'importance de cette loi liturgique, ils la violèrent par irreflexion et légèreté ; mais le châtiment dont Dieu les frappa nous apprend avec quel soin il veut qu'on observe les lois qui regardent son culte, lors même qu'on n'en verrait pas toujours bien les raisons.

---

2. *Egressusque ignis a Domino.* A tabernaculo ubi Dominus colebatur. Alii volunt egressum ab altari holocaustorum et ab altari thymiamatis. — *Devoravit eos.* Non omnino absumens, sed eos fulminis instar afflando et occidendo. Credibile Deum eos morte præsenti punivisse, ut æternam evaderent, et peccatum vel non fuisse lethale, vel contritione expiatum antequam animam exhalarent.

3. *Sanctificabor in iis.* Me sanctum ostendam et sanctitatis amantem, dum punio sanctitatem violantes. — *Qui appropinquant mihi.* Per sacrum ministerium. — *Glorificabor.* Apparebo gloriosus.

4. *Fratres.* Cognatos.

6. *Capita vestra nolite nudare.* LXX habent, *de capite vestro cidarin ne deponatis,* in argumentum scilicet luctus et mœroris. Nolebat enim Dominus novos sacerdotes recentem eorum consecrationem luctu funestare.— * *Vestimenta nolite scindere.* Id summo sacerdoti in funeribus vetitum fuit, Levit. 21. 10, quia scissio illa impotentiam quamdam animi demonstrat, quæ pontificem minime decet. Aliis sacerdotibus id nusquam prohibitum legimus. Hoc tamen loco et casu prohibentur lacerare vestes propter allatam rationem.—*Ne forte moriamini.* Particula *forte* non est dubitantis, et sep-

Digitized by Google

lève contre tout le peuple. Que vos frères et toute la maison d'Israël pleurent l'embrasement qui est venu du Seigneur, *et qui a fait mourir ces deux prêtres.*

7. Mais pour vous, ne sortez point hors des portes du tabernacle; autrement vous périrez, parce que l'huile de l'onction sainte a été répandue sur vous. Et ils firent tout, selon que Moïse le leur avait ordonné.

domus Israel, plangant incendium quod Dominus suscitavit:

7. Vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe sanctæ unctionis est super vos. Qui fecerunt omnia juxta præceptum Moysi.

§ II. *Le Seigneur défend à Aaron et à ses enfants de boire du vin lorsqu'ils entreront dans le tabernacle. Il leur ordonne de manger ce qui restait de l'hostie pacifique offerte au Seigneur.*

8. Le Seigneur dit aussi à Aaron:

9. Vous ne boirez point, vous et vos enfants, de vin, ni rien de ce qui peut enivrer, quand vous entrerez dans le tabernacle du témoignage, de peur que vous ne soyez punis de mort, *vous et vos descendants*, parce que c'est une ordonnance éternelle *qui passera* dans toute votre postérité;

10. Afin que vous ayez la science de discerner ce qui est saint ou profane, ce qui est pur ou impur,

11. Et que vous appreniez aux enfants d'Israël toutes mes lois et mes ordonnances, que je leur ai prescrites par Moïse; *ce que vous seriez moins en état de faire, si vous aviez l'esprit obscurci par les fumées du vin ou de quelque autre liqueur.*

12. Moïse dit alors à Aaron, et à Eléazar et à Ithamar ses fils, qui lui étaient restés: Prenez le sacrifice *de farine* qui est demeuré de l'oblation du Seigneur, et mangez-le sans levain près de l'autel, parce que c'est une chose très-sainte, *et à laquelle vous seuls pouvez toucher.*

13. Vous le mangerez dans le lieu saint, comme vous ayant été donné à vous et à

8. Dixit quoque Dominus ad Aaron:

9. Vinum, et omne quod inebriare potest, non bibetis tu et filii tui, quando intratis in tabernaculum testimonii, ne moriamini: quia præceptum sempiternum est in generationes vestras.

10. Et ut habeatis scientiam discernendi inter sanctum et profanum, inter pollutum et mundum:

11. Doceatisque filios Israel omnia legitima mea quæ locutus est Dominus ad eos per manum Moysi.

12. Locutusque est Moyses ad Aaron, et ad Eleazar, et Ithamar, filios ejus, qui erant residui: Tollite sacrificium, quod remansit de oblatione Domini, et comedite illud absque fermento juxta altare, quia Sanctum sanctorum est.

13. Comedetis autem in loco sancto: quod datum est tibi et

---

tentia est, quia certe moriemini. — *Super omnem cœtum oriatur indignatio.* Luente populo plaga aliqua peccatum pontificis et sacerdotum.

7. *Fores tabernaculi.* Fores atrii tabernaculi. — *Oleum quippe sanctæ unctionis.* Quia recens sancta unctione inaugurati estis.

9. *Omne quod inebriare potest.* Hebr. *omnem siceram.* Omne inebriativum sacerdoti sacris operaturo vinum prohibet et siceram, ne forte fiat temulentus, utque oblivionem, somnum, pigritiam amoliatur, quæ ex illis facile existunt.

11. *Per manum Moysi.* Per Mosen.

12. *Tollite sacrificium.* Farreum; nam in Hebræo est *mincha.*

Digitized by Google

filiis tuis de oblationibus Domini, sicut præceptum est mihi.

14. Pectusculum quoque quod oblatum est, et armum qui separatus est, edetis in loco mundissimo, tu et filii tui, et filiæ tuæ tecum; tibi enim ac liberis tuis reposita sunt de hostiis salutaribus filiorum Israel :

15. Eo quod armum et pectus, et adipes qui cremantur in altari, elevaverunt coram Domino, et pertineant ad te, et ad filios tuos, lege perpetua, sicut præcepit Dominus.

vos enfants, des oblations du Seigneur, selon qu'il m'a été commandé.

14. Vous mangerez aussi, vous, vos fils et vos filles avec vous, dans un lieu très-pur, la poitrine qui en a été offerte, et l'épaule qui en a été mise à part. Car c'est ce qui a été réservé pour vous et pour vos enfants, des hosties pacifiques des enfants d'Israël;

15. Parce qu'ils ont élevé devant le Seigneur l'épaule, la poitrine et les graisses de la victime qui se brûlent sur l'autel, et que ces choses vous appartiennent, à vous et à vos enfants, par une ordonnance perpétuelle, selon l'ordre que le Seigneur en a donné.

§ III. *Aaron s'excuse d'avoir laissé consumer par le feu toute la victime pour le péché.*

16. Inter hæc, hircum, qui oblatus fuerat pro peccato, cum quæreret Moyses, exustum reperit : iratusque contra Eleazar et Ithamar filios Aaron, qui remanserant, ait :

17. Cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, quæ Sancta sanctorum est, et data vobis ut portetis iniquitatem multitudinis, et rogetis pro ea in conspectu Domini,

18. Præsertim cum de sanguine

16. Cependant Moïse cherchant le bouc qui avait été offert pour le péché *du peuple*, trouva qu'il avait été brûlé *entièrement et que les prêtres n'en avaient point mangé;* et, entrant en colère contre Eléazar et Ithamar, enfants d'Aaron, qui étaient restés, il leur dit :

17. Pourquoi n'avez-vous pas mangé dans le lieu saint l'hostie qui *s'offre* pour le péché *du peuple*, dont la chair est très-sainte, et qui vous a été donnée afin que vous portiez l'iniquité du peuple, et que vous priiez pour lui devant le Seigneur;

18. Et d'autant plus qu'on n'a point

---

13. ***De oblationibus.*** Hebr. *de ignitionibus;* id est, de victimis igne crematis Domino.

14. ***Edetis in loco mundissimo.*** In atrio tabernaculi, juxta altare holocaustorum. — ***De hostiis salutaribus.*** Id est, pacificis, quæ pro salute, pace et prosperitate offeruntur.

15. ***Elevaverunt coram Domino.*** Vide dicta Exod. 29. 24.

16. ***Hircum, qui oblatus fuerat pro peccato.*** Pro peccato populi. Vide dicta c. 9, n. 15. — ***Exustum reperit.*** Eo quod Aaron et ejus filii recenti suorum clade perculsi et mœsti, hircum hunc pro peccato oblatum comedere non possent, uti debebant per legem latam c. 6, n. 26; ideoque censuerunt hircum comburendum esse, uti et carnes alias Deo oblatas ipsis residuas Deus comburi jusserat, c. 7, n. 17. — ***Iratusque contra Eleazar et Ithamar.*** Aaron parentem omittit, quia magis eum quam fratres tangebat mors filiorum, videbatque eum mœrore absorptum.

17. ***Ut portetis iniquitatem.*** Ut scilicet cum hostiis populi pro peccato oblatis, simul etiam populi peccata in vos quasi recipiatis, ut illa expietis, et pro eorum venia Deum deprecemini.

18. ***Præsertim cum de sanguine.*** Particula ***præsertim*** non est exceptiva,

Digitized by Google

porté du sang de cette hostie dans le sanctuaire, et que vous devriez l'avoir mangée dans le lieu saint, selon qu'il m'avait été ordonné?

19. Aaron *lui* répondit : La victime pour le péché *du peuple* a été offerte aujourd'hui, et l'holocauste a été présenté devant le Seigneur; mais pour moi, il m'est arrivé ce que vous voyez, *en la personne de mes enfants qui sont morts à mes yeux :* comment donc aurais-je pu manger de cette hostie, ou plaire au Seigneur dans ces cérémonies *saintes, me trouvant* avec un esprit abattu d'affliction?

20. Ce que Moïse ayant entendu, il reçut l'excuse qu'il lui donnait.

illius non sit illatum intra sancta et comedere debueritis eam in sanctuario, sicut præceptum est mihi?

19. Respondit Aaron : Oblata est hodie victima pro peccato, et holocaustum coram Domino : mihi autem accidit, quod vides; quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in cæremoniis, mente lugubri?

20. Quod cum audisset Moyses, recepit satisfactionem.

CHAPITRE XI.

Dieu marque les animaux purs dont il permet à son peuple de manger, et les animaux impurs dont il lui défend de se nourrir (1).

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse et à Aaron, et leur dit :

2. Déclarez *ceci* aux enfants d'Israël : Entre tous les animaux de la terre, voici quels sont ceux dont vous mangerez.

3. De toutes les bêtes à quatre pieds, vous pourrez manger celles dont la corne du pied est fendue, et qui ruminent.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

2. Dicite filiis Israel : Hæc sunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ :

3. Omne quod habet divisam ungulam, et ruminat in pecoribus, comedetis.

(1) Bible vengée, note II. — Lettres de quelques Juifs, tome I, page 176; tome III, page 60.

---

sed expositiva et rationalis, et sensus est : Oportuit comedere hircum pro peccato; neque enim est de eo genere hostiarum, quarum sanguis infunditur in sanctuarium et aspergitur altare thymiamatis; hæ enim non comedebantur, sed comburebantur extra castra, supra, c. 6. 30.

19. *Quomodo potui.* Non potui tanta meorum clade perculsus. Hanc excusationem ut idoneam admisit Moses.

CAP. XI. (*Agitur hoc capite de cibis mundis et immundis, quorum observantiam ideo præscripsit Dominus rudi illi populo : Primo ut illius temperantiam, et obedientiam, et religionem exerceret. Deinde ut corporali munditiei assueti, assurgerent ad spiritus etiam munditiem, a peccatis abstinendo, ac nominatim ab idololatria. Tertio, quia cibi, qui prohibentur, pravi succi plerumque sunt, et valetudini noxii. Tandem quia hæc immunda tropologice symbola sunt vitiorum a quibus debemus abstinere.*

2. *Comedere debetis.* Quæ comedere licet.

3. *Divisam ungulam, et ruminat.* Cujusmodi sunt oves, boves, etc.—*In pecoribus.* In quadrupedibus animalibus.

Digitized by Google

4. Quidquid autem ruminat quidem, et habet ungulam, sed non dividit eam, sicut camelus et cætera, non comedetis illud, et inter immunda reputabitis (1).

5. Chœrogryllus qui ruminat, ungulamque non dividit, immundus est.

6. Lepus quoque : nam et ipse ruminat, sed ungulam non dividit (2).

7. Et sus : qui cùm ungulam dividat, non ruminat;

8. Horum carnibus non vescemini, nec cadavera contingetis, quia immunda sunt vobis.

9. Hæc sunt quæ gignuntur in aquis, et vesci licitum est. Omne quod habet pinnulas et squamas, tam in mari quam in fluminibus et stagnis, comedetis.

10. Quidquid autem pinnulas et squamas non habet eorum quæ in aquis moventur et vivunt, abominabile vobis

11. Execrandumque erit, carnes

4. Quant à celles qui ruminent, mais dont la corne du pied n'est point fendue, comme le chameau et les autres, vous n'en mangerez point, et vous les considérerez comme impurs.

5. Le lapin qui rumine, mais qui n'a point la corne fendue, est impur.

6. Le lièvre aussi est impur, parce que, quoiqu'il rumine, il n'a point la corne fendue.

7. Le pourceau aussi est impur, parce que, quoiqu'il ait la corne fendue, il ne rumine point.

8. Vous ne mangerez point de la chair de ces bêtes, et vous ne toucherez point à leurs corps morts, parce que vous les tiendrez comme impurs.

9. Voici celles des bêtes qui naissent dans les eaux, dont il vous est permis de manger : vous mangerez de tout ce qui a des nageoires et des écailles, tant dans la mer que dans les rivières et dans les étangs.

10. Mais tout ce qui se remue et qui vit dans les eaux, sans avoir de nageoires ni d'écailles, vous sera en abomination et en exécration.

11. Vous ne mangerez point de la chair

(1) Rép. crit., tome III, page 90. — (2) Rép. crit., tome III, page 92.

---

4. *Sicut camelus.* Camelus immundus est, quia ungulam habet, sed eam non dividit.

5. *Chœrogryllus.* Hebr. est שָׁפָן *saphan*, quod est generale nomen, et commune multis animalibus fugacibus, et in latebris degentibus. Aliqui putant esse leporem, alii cuniculum, alii herinacium. Vox græca χοιρόγρυλλος, satis indicat porci genus significari; cum tam χοῖρος, quam γρύλλος, ex quibus componitur, porcum significet. Videtur ergo chœrogryllus esse, aut herinacius, quem italice appellamus, *porco spido*, vel, ut indicat S. Hieronymus, aliud animal in Palæstina frequens herinacii magnitudine, habens similitudinem muris et ursi, quodque propterea in Palæstina voce a Græcis sumpta ἀρκτομῦς dicitur, semper in cavernis petrarum et terræ foveis habitans.

6. *Ungulam non dividit.* Lepus non habet ungulam, seu basim pedum osseam et continuam, quam dividat, sed loco ejus habet ungues varios et aculeatos. Sub lepore cuniculus intelligitur, in quo eadem militat ratio, et quia cuniculus parvus lepus est, ut ait Plin. in lib. 8. cap. 55.

8. *Nec cadavera contingetis.* Unde nec adipem eorum eximere, eove uti poterant.

9. *Pinnulas et squamas.* Ut pisces mundi sint, et iis vesci liceat, duo debent habere : primo pinnulas, secundo squamas, quæ totum pene corpus contegant : si alterum absit, immundi censentur, ut anguillæ, v. g., quæ squamas non habent,

Digitized by Google

de ces animaux, et vous n'y toucherez point lorsqu'ils seront morts.

12. Tous ceux qui n'ont point de nageoires ni d'écailles dans les eaux vous seront comme impurs.

13. Entre les oiseaux, voici quels sont ceux dont vous ne mangerez point, et que vous aurez soin d'éviter : l'aigle, le griffon, le faucon,

14. Le milan, le vautour, et tous ceux de son espèce :

15. Le corbeau et tout ce qui est de la même espèce;

16. L'autruche, le hibou, le larus, l'épervier et toute son espèce;

17. Le chat-huant, le cormoran, l'ibis,

18. Le cygne, le butor, le porphyrion,

eorum non comedetis, et morticina vitabitis.

12. Cuncta quæ non habent pinnulas et squamas in aquis, polluta erunt.

13. Hæc sunt quæ de avibus comedere non debetis, et vitanda sunt vobis : aquilam, et gryphem, et haliæetum (1),

14. Et milvum ac vulturem juxta genus suum,

15. Et omne corvini generis in similitudinem suam,

16. Struthionem, et noctuam, et larum, et accipitrem juxta genus suum,

17. Bubonem, et mergulum, et ibin,

18. Et cygnum et onocrotalum, et porphyrionem,

(1) Rép. crit., tome I, page 119.— Lettres de quelques Juifs, tome I, page 178.

---

13. *Gryphem.* Vox Hebr. פֶּרֶס *peres*, aquilam significare videtur. Aldrovandus, lib. 10, c. 1, docet gryphem esse aquilæ genus maximum, qui maxime aduncum habet rostrum, et ungues, estque fortissimum et rapacissimum. — *Haliæetum.* Græce, ἁλιαίετος, aquila marina quam Plin. lib. 10, c. 3, clarissima oculorum acie præditam docet, librareque se ex alto, visoque in mari pisce, præcipitem in eum ruere, et, discussis pectore aquis, rapere.

14. *Juxta genus suum.* Juxta species suas; multæ enim sunt vulturum et milvorum species. LXX vertunt, *et similia illis.*

15. *In similitudinem suam.* Id est, secundum similitudinem suam; quasi dicat : Omnes aves similes corvo, vel corvinas, quasi immundas habeo et censeo, edique veto.

16. *Struthionem.* Ita fere omnes interpretes verterunt hebraicum יַעֲנָה *jahana;* etsi non desint qui *ululam* significari velint. LXX aliquando *sirenes* reddiderunt. Struthio est avium maxima, sed alis se ad cursum, quem perscissimum habet, juvat, non autem ad volatum attollit.—*Noctuam.* Hebr. תַּחְמָס *thachmas,* alii *nycticoracem,* alii *accipitrem nocturnum,* qui a Plin. lib. 10, cap. 8, *cymindis* dicitur, reddunt. Alii *harpyiam* dixerunt; cum tamen harpyiæ nullibi sint, nisi in fabulis. — *Larum.* Larus, sive gavia, ut eam vocat Arist., natat in aquis, et in aere volat, pisciumque est prædo : est e milvorum genere.—*Accipitrem.* Hebr. נֵץ *netz,* quod Arias Montanus ad astures, hoc est, accipitres majores restrinxit; alii ad minores, qui *nisi* dicuntur. Alii generale nomen esse volunt avium ad prædam evolantium.

17. *Bubonem.* Hebr. כּוֹס *chos,* alii vertunt *nycticoracem,* alii *falconem,* alii *herodium.* — *Mergulum.* Hebr. שָׁלָךְ *scalach,* aliqui vertunt *ardeam.* Mergulus a mergendo nomen accepit, quod se in aquas ad pisciculos capiendos immergat. LXX habent, καταῤῥάκτην, quod cum impetu se dejiciat ad prædam. — *Ibin.* Est Ægypti avis, serpentibus infesta. Rabbini vocam יַנְשׁוּף *janschuph,* putant significare avem, quæ nocte vagetur et volet.

18. *Cygnum.* Hebr. תִּנְשֶׁמֶת *thinschemeth.* Arias Montanus putat esse eam, quam Itali vocant, *la civetta.* — *Onocrotalum.* Dicitur ab ὄνος et κρόταλον,

Digitized by Google

19. Herodionem et charadrion juxta genus suum, upupam quoque, et vespertilionem.

20. Omne de volucribus quod graditur super quatuor pedes, abominabile erit vobis.

21. Quidquid autem ambulat quidem super quatuor pedes, sed habet longiora retro crura, per quæ salit super terram,

22. Comedere debetis, ut est bruchus in genere suo, et attacus atque ophiomachus, ac locusta, singulas juxta genus snum.

23. Quidquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis :

24. Et quicumque morticina eorum tetigerit, polluetur, et erit immundus usque ad vesperum :

25. Et si necesse fuerit ut por-

19. Le héron, la cigogne, et tout ce qui est de la même espèce ; la huppe et la chauve-souris,

20. Tout ce qui vole et qui marche *en même temps* sur quatre pieds vous sera en abomination.

21. Mais pour tout ce qui marche sur quatre pieds, et qui ayant les pieds de derrière plus longs saute sur la terre,

22. Vous pouvez en manger, comme le bruchus, selon son espèce, l'attacus, l'ophiomachus et la sauterelle, chacun selon son espèce.

23. Tous les animaux qui volent et qui n'ont que quatre pieds vous seront en exécration.

24. Quiconque y touchera lorsqu'ils seront morts en sera souillé, et il demeurera impur jusqu'au soir, *et incapable de participer aux choses saintes.*

25. Que s'il est nécessaire qu'il porte

---

eo quod absona voce crepitando rudentem asinum referat. LXX vertunt, *pelicanum*. Hebr. est vox קָאַת *kaath*. Visitur hæc avis in Helvetia, et ad lacum Lemanum, et alibi. — *Porphyrionem*. Hebr. רָחָם *racham*. Pagninus putat esse *pelicanum*, in quam sententiam it etiam Arias, qui *philostorgon*, amantem liberorum vocat. Porphyrio a purpura nomen habet; quare Plin. lib. 10, c. 46 : *Rostra*, inquit, *iis et prælonga crura rubent*.

19. *Herodionem*. Quænam sit avis herodius parum constat : aliqui *fulicam*, alii *Diomedis aves*, alii *ciconiam*, alii *ardeam*, alii *hierofalconem*, alii *milvum*, alii *upupam*, esse volunt. In Hebr. est חֲסִידָה *chasida*. *Charadrion*. Charadrii meminit Arist. l. 8. de hist. animal. c. 3, ubi Gasa *rupicem* vertit, quasi qui in rupibus niduletur; solet enim circa fluminum alveos, et rivorum characias, seu hiatus riparum versari. — *Upupam*. Ita et LXX et alii. Sunt tamen qui vertunt *gallum silvestrem*. — *Vespertilionem*. Ita omnes vertunt.

20. *Omne de volucribus*. Hic non tam de avibus, quam de insectis volatilibus agit, quod sequentia indicant.

22. *Bruchus*. Bruchum, seu אַרְבֶּה *arbe*, e locustarum esse genere indicat noster interpres, et LXX, qui eam vocem sæpius *locustam* vertunt; identidem, sed rarius *bruchum*. Hieronymus, Nahum, 3, docet bruchum esse locustam, sed quæ non volet, et sine alis sit. — *Attacus*. Hebr. סלעם *solham*. Vox hæc in Scriptura reperitur tantum hoc loco; nec satis constat quid significet. LXX verterunt ἀττάκην, vel ut alii legunt ἄτταχον, quem auctor Thesauri linguæ græcæ putat esse ἀττέλαβον, quæ est species locustæ. — *Ophiomachus*. Genus locustæ, ex eo habens nomen, quod cum serpentibus pugnet. Vide Plin. l. 11, c. 29. — *Locusta*. Generale nomen significans eas, quas proprie locustas dicimus.

23. *Quatuor tantum habet pedes*. Intellige æquales; nam si posteriores habet longiores, quibus saliat, mundum erit, ut dictum est n. 21.

25. *Ut portet quippiam horum mortuum*. V. g. ut illud efferat ex urbe, vel ut amoveat a via, ne aerem inficiat.

Digitized by Google

quelqu'un de ces animaux quand il sera mort, il lavera ses vêtements, et il sera impur jusqu'au coucher du soleil.

26. Tout animal qui a de la corne au pied, mais dont la corne n'est point fendue, et qui ne rumine point, sera impur, et celui qui l'aura touché *après sa mort* sera souillé.

27. Entre tous les animaux à quatre pieds, ceux qui ont *comme* des mains sur lesquelles ils marchent seront impurs; celui qui y touchera lorqu'ils seront morts sera souillé jusqu'au soir.

28. Celui qui portera de ces bêtes lorsqu'elles seront mortes lavera ses vêtements, et il sera impur jusqu'au soir, parce que tous ces animaux vous seront impurs.

29. Entre les animaux qui se remuent sur la terre vous considérerez encore ceux-ci comme impurs : la belette, la souris et le crocodile, chacun selon son espèce;

30. La musaraigne, le caméléon, le stellion, le lézard et la taupe.

31. Tous ces animaux sont impurs; ce-

tet quippiam horum mortuum, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad occasum solis.

26. Omne animal quod habet quidem ungulam, sed non dividit eam, nec ruminat, immundum erit : et qui tetigerit illud, contaminabitur.

27. Quod ambulat super manus ex cunctis animantibus quæ incedunt quadrupedia, immundum erit : qui tetigerit morticina eorum, polluetur usque ad vesperum (1).

28. Et qui portaverit hujuscemodi cadavera, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum : quia omnia hæc immunda sunt vobis.

29. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ moventur in terra, mustela et mus et crocodilus, singula juxta genus suum,

30. Mygale, et chamæleon, et stellio, et lacerta, et talpa :

31. Omnia hæc immunda sunt.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 78.

---

26. *Qui tetigerit illud.* Cadaver illius : nam hæc animalia viva tangere poterant, ut equos, camelos, asinos, etc., quibus etiam inequitabant.

27. *Quod ambulat super manus.* Animal cujus pedes anteriores sunt quasi manus, ut simia et ursus.

29. *Mustela et mus.* In significatione horum vocabulorum interpretes consentiunt. — *Crocodilus.* Hebr. est צב *tsav*, quod alii vertunt *bufonem*, vel *rubetam*, vel *ranam campestrem*, alii *testudinem*, alii *limacem;* sed omnes divinant. Major fides habenda nostro interpreti et LXX, qui *crocodilum* interpretantur.

30. *Mygale.* Ita etiam LXX. Hebraizantium alii verterunt ericium, alii sanguisugam, alii viverram. Mygale exiguum est animal muris magnitudine, oblongo rostro, cujus morsus venenatus est. Dicitur μυγάλη, quod colore mustelam, γαλῆν, magnitudine murem, μῦν, referat. — *Chamæleon.* Ita et LXX. Alii vertunt *rubetam*, alii *lacertam*, alii *limacem*, alii *pantheram*, alii *stellionem.* De chamæleonte, quod est animal lacertæ simile, vide Arist. 2. hist. animal. c. 11; et Plin. lib. 6, c. 33. — *Stellio.* LXX habent ἀσκαλαβώτην, quæ vox stellio vertitur a Gaza lib. 9, c. 1. hist. animal. Arist. Stellio animal est non dissimile lacertæ, multo tamen minus, tergum habens lucentibus quibusdam guttis depictum ad modum stellarum; hinc illi factum nomen. — *Lacerta.* LXX, σαῦρα, quam lacertam esse constat. Alii *limacem*, alii *testudinem* interpretantur. — *Talpa.* Ita fere omnes habent, ut etiam LXX, ἀσπάλαξ, enim a Græcis dicitur talpa.

31. *Immunda sunt.* Non tantum quoad esum, sed etiam quoad tactum,

Digitized by Google

Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit usque ad vesperum :

32. Et super quod ceciderit quidquam de morticinis eorum, polluetur, tam vas ligneum et vestimentum, quam pelles et cilicia : et in quocumque fit opus, tingentur aqua, et polluta erunt usque ad vesperum, et sic postea mundabuntur.

33. Vas autem fictile, in quod horum quidquam intro ceciderit, polluetur, et idcirco frangendum est.

34. Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit : et omne liquens quod bibitur de universo vase, immundum erit.

35. Et quidquid de morticinis hujuscemodi ceciderit super illud, immundum erit : sive clibani, sive chytropodes, destruentur, et immundi erunt.

36. Fontes vero et cisternæ, et omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur.

37. Si ceciderit super sementem, non polluet eam.

lui qui y touchera lorsqu'ils seront morts sera impur jusqu'au soir :

32. Et s'il tombe quelque chose de leurs corps morts sur quoi que ce soit, il sera souillé, soit que ce soit un vaisseau de bois, ou un vêtement, ou des peaux et des cilices; tous les vases dans lesquels on fait quelque chose seront lavés dans l'eau; ils demeureront souillés jusqu'au soir, et après cela ils seront purifiés.

33. Mais le vaisseau de terre dans lequel quelqu'une de ces choses sera tombée, en sera souillé; c'est pourquoi il le faut casser.

34. Si l'on répand de l'eau *de ces vaisseaux souillés*, sur la viande dont vous mangerez, elle deviendra impure; et toute liqueur qui se peut boire sortant de quelqu'un de tous ces vaisseaux *impurs* sera souillée.

35. S'il tombe quelque chose de ces bêtes mortes sur quoi que ce soit, il deviendra impur; soit que ce soient des fourneaux ou des marmites, ils seront censés impurs, et seront rompus.

36. Mais les fontaines, les citernes, et tous réservoirs d'eaux seront purs. Celui qui touchera les charognes des animaux *dont on a parlé* sera impur :

37. S'il en tombe quelque chose sur la semence, elle ne sera point souillée.

---

ita ut tangere non liceat, ut patet n. 41 et 43, et c. 5. 2, ubi reptile æquatur morticino.

32. *Cilicia.* Hebr. est שק *sach*, id est, saccus, per quem Hebræi significant vestes e pilis duras, quales sunt rusticorum, mendicorum, pœnitentium. — *In quocumque fit opus.* Vas quodcumque, quo ad opus aliquod utimur. — *Et sic postea mundabuntur.* Erunt munda, nec erit opus alia lotione aut mundatione, sed adveniente vespera expirabat hæc legalis immunditia.

33. *Vas autem fictile.* Simile est de vase fictili, in quo coquitur caro sacrificii pro peccato, c. 6. 28.

34. *Si fusa fuerit super eum aqua.* Aqua scilicet immunda, aut fluens ex immundo vase. — *De universo vase.* Scilicet immundo.

35. *Ceciderit super illud.* Vas scilicet. — *Immundum erit.* Illud vas, in quod aliquid de morticinis cecidit. — *Sive clibani.* In quibus panes coquuntur. — *Chytropodes.* Ollarum sustentacula fictilia, quæ quia fictilia, ut etiam clibani, destruenda erant : vide n. 33.

36. *Fontes vero et cisternæ.* Etiamsi in hæc aliquid immundum ceciderit, non contrahent immunditiam, quod ita Deus statuit propter aquarum necessitatem, quibus carere homines non possunt.

37. *Si ceciderit super sementem.* Non polluitur nisi semen sit aqua per-

Digitized by Google

38. Mais si quelqu'un répand de l'eau sur la semence, et qu'après cela elle touche à une charogne, elle sera aussitôt souillée.

39. Si un animal, de ceux qu'il vous est permis de manger, meurt *de lui-même*, celui qui en touchera la charogne sera impur jusqu'au soir :

40. Celui qui en mangera ou qui en portera quelque chose lavera ses vêtements, et sera impur jusqu'au soir.

41. Tout ce qui rampe sur la terre sera abominable, et l'on n'en prendra point pour manger.

42. Vous ne mangerez rien de ce qui ayant quatre pieds marche sur la poitrine, ni de ce qui a plusieurs pieds; ou qui se traîne sur la terre, parce que ces animaux sont abominables.

43. Prenez garde de ne pas souiller vos âmes, et ne touchez aucune de ces choses, de peur que vous ne soyez impurs.

44. Car je suis le Seigneur votre Dieu; soyez saints, parce que je suis saint. Ne souillez point vos âmes par *l'attouchement d'aucun* des reptiles qui se remuent sur la terre.

45. Car je suis le Seigneur qui vous ai tirés du pays de l'Egypte, pour être votre Dieu. Vous serez *donc* saints, parce que je suis saint.

38. Si autem quispiam aqua sementem perfuderit, et postea morticinis tacta fuerit, illicò polluetur.

39. Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere, qui cadaver ejus tetigerit, immundus erit usque ad vesperum :

40. Et qui comederit ex eo quippiam, sive portaverit, lavabit vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum (1).

41. Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum.

42. Quidquid super pectus quadrupes graditur, et multos habet pedes, sive per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est.

43. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quidquam eorum, ne immundi sitis.

44. Ego enim sum Dominus Deus vester : sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas vestras in omni reptili quod movetur super terram.

45. Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 75.

---

fusum; tunc enim, quia humidum facilius sordes contrahit, ideoque censetur immundum, dandumque est bestiis.

40. *Qui comederit ex eo quippiam.* Qui comederit ex eo morticino quidpiam, sive illud portaverit, nesciens tamen, erit immundus usque ad vesperam : nam si sciens comedisset quis, graviter peccasset, et supplicio dignus fuisset.

41. *Abominabile erit.* Quia terrestre, fœdum et venenosum est.

42. *Quidquid super pectus quadrupes graditur.* Quia pedes habet breves, unde necesse est ut in motu innitatur ventri et terræ, ut serpentes. — *Et multos habet pedes.* Ut vermes. — *Sive per humum trahitur.* Ut reptilia.

43. *Animas vestras.* Vos ipsos. — *Nec tangatis quidquam eorum.* Quæ scilicet præcesserunt. Itaque reptilia ne tangere quidem poterant.

44. *Sancti.* Id est mundi. — *Ego sanctus sum.* Mundus sum, et detestor immunditias gentilium in sacrificiis et epulis (de quibus August. lib. 6 et 7. de Civit.) quique volo vos sanctitatem meam spiritualem hac corporali vestra imitari et repræsentare.

45. *Ego enim sum Dominus.* Qui ita mando, et cui vos dicto audientes esse convenit.

Digitized by Google

46. Ista est lex animantium ac volucrum, et omnis animæ viventis quæ movetur in aqua et reptat in terra;

47. Ut differentias noveritis mundi et immundi, et sciatis quid comedere et quid respuere debeatis.

46. C'est là la loi pour les bêtes, pour les oiseaux, et pour tout animal vivant qui se remue dans l'eau, ou qui rampe sur la terre;

47. Afin que vous connaissiez la différence de ce qui est pur ou impur, et que vous sachiez ce que vous devez manger ou rejeter.

CHAPITRE XII.

***Loi pour la purification des femmes nouvellement accouchées. Offrandes qu'elles doivent faire* (1).**

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Mulier, si suscepto semine, pepererit masculum, immunda erit septem diebus, juxta dies separationis menstruæ.

3. Et die octavo circumcidetur infantulus.

4. Ipsa vero triginta tribus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ.

5. Sin autem feminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus juxta ritum fluxûs mens-

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : Si une femme, ayant usé du mariage, enfante un mâle, elle sera impure pendant sept jours, et *elle demeurera séparée des choses saintes*, de même que dans ses purgations ordinaires.

3. L'enfant sera circoncis le huitième jour.

4. Elle demeurera encore trente-trois jours pour être purifiée de la suite de ses couches. Elle ne touchera à rien qui soit saint, et elle n'entrera point dans le sanctuaire, jusqu'à ce que les jours de sa purification soient accomplis.

5. Que si elle enfante une fille, elle sera impure pendant deux semaines, *pendant lesquelles elle sera* séparée *des choses*

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 3.

CAP. XII. 2. ***Si suscepto semine.*** LXX ἐὰν σπερματισθῇ, si fuerit semine in concubitu perfusa; si conceperit semine viri recepto. Hinc beata Virgo concipiens Christum ex Spiritu sancto, hac lege obligata non fuit. — ***Immunda erit septem diebus.*** Ita ut nemini ne marito quidem cum ea versari liceat per septem dies; reliquis vero triginta tribus qui supersunt usque ad quadragesimum arceatur quidem sanctuario, sed tamen cum ea loqui, vesci et versari (non tamen copulam habere, erat enim menstruatæ instar) liceat : idcirco hisce septem diebus dicebatur separata, erantque hi dies separationis; reliqui vero triginta tres erant dies purificationis. — ***Juxta dies separationis menstruæ.*** Hisce septem diebus tam immunda erit, quam mulier menstruata; et eodem modo se separatam, et ut immundam, gerere debebit, ac menstruata, de qua c. 15. 19.

4. ***In sanguine.*** Ob fluxum sanguinis, quo assidue purgatur.

5. ***Duabus hebdomadibus.*** Diebus scilicet quatuordecim, quod erat duplum dierum separationis si peperisset masculum, ut dictum est n. 2. — ***Sexaginta***

Digitized by Google

saintes, comme dans ses purgations ordinaires, et elle demeurera soixante-six jours pour être purifiée de la suite de ses couches.

6. Lorsque les jours de sa purification auront été accomplis, ou pour un fils ou pour une fille, elle portera à l'entrée du tabernacle du témoignage un agneau d'un an, pour être offert en holocauste; et *elle offrira* pour le péché *qu'elle peut avoir commis* le petit d'une colombe, ou une tourterelle qu'elle donnera au prêtre,

7. Qui les offrira devant le Seigneur, et priera pour elle; et elle sera ainsi purifiée de toute la suite de sa couche. C'est là la loi pour celle qui enfante un enfant mâle ou une fille.

8. Que si elle ne trouve pas le moyen de pouvoir offrir un agneau, elle prendra deux tourterelles ou deux petits de colombes: l'un pour être offert en holocauste, et l'autre pour le péché *dont elle peut être coupable;* et le prêtre priera pour elle, et elle sera ainsi purifiée.

trui, et sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ.

6. Cùmque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio, sive pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustum, et pullum columbæ sive turturem pro peccato, ad ostium tabernaculi testimonii, et tradet sacerdoti,

7. Qui offeret illa coram Domino, et orabit pro ea, et sic mundabitur a profluvio sanguinis sui; ista est lex parientis masculum aut feminam.

8. Quòd si non invenerit manus ejus, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turteres vel duos pullos columbarum, unum in holocaustum, et alterum pro peccato; orabitque pro ea sacerdos, et sic mundabitur.

CHAPITRE XIII.

§ 1. *Marques pour reconnaître la lèpre des hommes. Cérémonies pour les purifier. Loi prescrite aux lépreux* (1).

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et leur dit :

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, et Aaron, dicens :

(1) Bible vengée, note III.

---

sex diebus. Ita ut additis illis 14 essent octoginta; diuturnius vero tempus feminis assignatur, quam proli masculæ, quia mulieres, quæ femellas pariunt, diuturnius purgantur a partu, adeo ut illa purgatio aliquando usque ad octogesimum diem perveniat, cum post partum masculi ultra quadragesimum non extendatur, ut docet Valesius de sacra Philosophia, c. 18.

6. *Deferet agnum.* Non pro prolis editæ, sed pro sui ipsius purificatione. — *Anniculum.* Ut gratias agat Deo, quod periculum partus evaserit.—*Pro peccato.* Pro immunditia quæ est quoddam legale peccatum, quod eo sacrificio tollebatur. Vel etiam intellige de peccato, proprie accepto, si quod in puerperio, vel alias admisit.

7. *Mundabitur a profluvio sanguinis sui.* Ab immunditia legali quam contraxit ob fluxum sanguinis puerperii, ut deinceps sanctuarium adire, sacra tangere, offerre victimas alias, iisque vesci possit.

8. *Si non invenerit manus ejus.* Heb. *si non invenerit manus ejus sufficientiam agni.* Si adeo fuerit pauper, ut pretium ad agnum emendum sufficiens habere non possit, etc. Ita fecit B. Virgo spiritu et censu pauper.

CAP. XIII. *Agitur hoc capite de lepra, et describuntur signa quibus*

Digitized by Google

2. Homo, in cujus cute et carne ortus fuerit diversus color sive pustula, aut quasi lucens quippiam, id est, plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad unum quemlibet filiorum ejus (1).

3. Qui cùm viderit lepram in cute, et pilos in album mutatos colorem, ipsamque speciem lepræ humiliorem cute et carne reliquâ; plaga lepræ est, et ad arbitrium ejus separabitur.

4. Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliquâ, et pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus,

5. Et considerabit die septimo: et siquidem lepra ultra non creverit, nec transierit in cute priores terminos, rursùm recludet eum septem diebus aliis.

6. Et die septimo contemplabitur: si obscurior fuerit lepra, et non creverit in cute, mundabit eum, quia scabies est: lavabitque

2. L'homme dans la peau ou dans la chair duquel il se sera formé une diversité de couleur, ou une pustule, ou quelque chose de luisant qui paraisse la plaie de la lèpre, sera amené au prêtre Aaron, ou à quelqu'un de ses fils.

3. Et s'il voit que la lèpre paraisse sur la peau, que le poil ait changé de couleur et soit devenu blanc, que les endroits où la lèpre paraît soient plus enfoncés que la peau et que le reste de la chair, *il déclarera que* c'est la plaie de la lèpre, et le fera séparer de la compagnie des autres.

4. Que s'il paraît une blancheur luisante sur la peau, sans que cet endroit soit plus enfoncé que le reste de la chair, et que le poil soit de la couleur qu'il a toujours été, le prêtre le renfermera pendant sept jours,

5. Et il le considérera le septième jour; et si la lèpre n'a pas crû davantage et n'a point pénétré dans la peau plus qu'auparavant, il le renfermera encore sept autres jours;

6. Au septième jour il le considérera; et si la lèpre paraît plus obscure et ne s'est point plus répandue sur le peau, il le déclarera pur, parce que c'est la gale, *et non*

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, pages 69, 70.

---

agnosci possit. Dubitatio est an lepra, de qua hic est sermo, sit ejusdem rationis cum lepra nostrarum regionum, quam quæstionem fuse tractat Vales, de sacra Philosophia, c. 19. docens esse diversam, censetque lepram de qua hic Moses præcepit, non esse unum morbum, sed varia vitia cutis et turpitudinis, hoc est, vitiliginem, scabiem, sive impetiginem, elephantiam, achorem, alopeciam, vel ophiasin, ut suis locis dicetur.)

2. *Quasi lucens quippiam.* Quasi fulgentes furfures, aut squamæ; nam hæc sunt initia vitii abeuntis in malignum, et in aliquod lepræ genus, ut docet Vales. loco cit. — *Adducetur ad Aaron sacerdotem.* Quia sacerdotis est judicare an quis aptus sit, id est, ita mundus, ut ingredi possit sanctuarium, an non.

3. *Et pilos in album mutatos.* Albor enim pilorum, carnis ex qua nascuntur, corruptionem et vitium indicat. Hæc est prima species lepræ, quæ vocatur lichen, vel impetigo, vel lepra volatilis. Ejus duo hic dantur signa: primum pilos, qui ex leprosa cute nascuntur, in album colorem mutari; secundum, ipsam lepram humiliorem esse reliqua cute.—*Ipsamque speciem leprœ.* Id est, apparentem speciem leprœ. — *Ad arbitrium.* Judicium, de consilio tamen medicorum, ut quidam aiunt. — *Separabitur.* Ut immundus.

6. *Mundabit eum.* Mundum esse pronuntiabit: * et ratio redditur, *quia*, inquit, *scabies est.* Theodotion vertit ἐκβρασμα, ebullitio, de qua D. Heronymus ad c. 2. Nahum: ebullitio, quæ significantius in græco dicitur ἐκβρασμὸς; siquidem ἐκβρασμὸς, in istiusmodi rebus ponitur, cum quod latebat intrinsecus, erumpit in faciem: unde papulæ quoque, quæ post ægrotationem

la lèpre. Cet homme lavera ses vêtements, et il sera pur.

7. Que si après qu'il aura été vu par le prêtre et déclaré pur, la lèpre croît de nouveau, on le lui ramènera.

8. Et il sera *reconnu pour être tout à fait lépreux, et* condamné *à être traité*, comme étant *véritablement* impur.

9. Si la plaie de la lèpre se trouve en un homme, on l'amènera au prêtre,

10. Et il le considérera; et lorsqu'il paraîtra sur la peau une couleur blanche, que les cheveux auront changé de couleur, et qu'on verra même paraître *ce changement de couleur dans* la chair vive,

11. On jugera que c'est une lèpre très-invétérée et enracinée dans la peau. C'est pourquoi le prêtre le déclarera impur, et il ne le renfermera point, parce que son impureté est toute visible.

12. Que si la lèpre paraît comme en fleur, en sorte qu'elle coure sur la peau, et qu'elle la couvre depuis la tête jusqu'aux pieds, dans tout ce qui en peut paraître à la vue,

13. Le prêtre le considérera, et il jugera que la lèpre qu'il a est très-pure, *et qu'elle n'est point dangereuse*, parce qu'elle est devenue toute blanche; c'est pourquoi cet homme sera déclaré pur.

14. Mais quand la chair vive paraîtra dans lui *être corrompue par la lèpre*,

15. Alors il sera déclaré impur par le jugement du prêtre, et il sera mis au rang des impurs; car si la chair vive est mêlée de lèpre, elle est impure.

16. Que si elle se change et devient en-

homo vestimenta sua, et mundus erit.

7. Quòd si postquam a sacerdote visus est, et redditus munditiæ, iterum lepra creverit, adducetur ad eum,

8. Et immunditiæ condemnabitur.

9. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem,

10. Et videbit eum. Cùmque color albus in cute fuerit, et capillorum mutaverit aspectum, ipsa quoque caro viva apparuerit:

11. Lepra vetustissima judicabitur, atque inolita cuti. Contaminabit itaque eum sacerdos, et non recludet, quia perspicuæ immunditiæ est.

12. Sin autem efflоruerit discurrens lepra in cute, et operuerit omnem cutem a capite usque ad pedes, quidquid sub aspectum oculorum cadit,

13. Considerabit eum sacerdos, et teneri leprâ mundissimâ judicabit: eò quòd omnis in candorem versa sit, et idcirco homo mundus erit.

14. Quando verò caro vivens in eo apparuerit,

15. Tunc sacerdotis judicio polluetur, et inter immundos reputabitur; caro enim viva si lepra aspergitur, immunda est.

16. Quòd si rursum versa fuerit

---

nascuntur in labiis, vocantur ἐκθράσματα. Hæc Hieronymus. Hæ autem papulæ tales sunt, ut alios non inficiant, quod facit lepra.

8. *Immunditiæ condemnabitur*. Quia apparuerunt in eo signa permanentis et radicatæ lepræ.

10. *Ipsa quoque caro viva apparuerit*. Hæc est tertia species lepræ, scilicet lepra inolita, quæ in viva est carne, cum prior fuerit in cute et capillis.

11. *Contaminabit itaque eum sacerdos*. Contaminatum pronuntiabit.

13. *Teneri lepra mundissima*. Hæc est quarta species lepræ, quæ dicitur mundissima, id est, minime contagiosa scabies: itaque hic scabiosus, non leprosus judicabitur.

14. *Caro vivens*. Lepra aspersa. — *In eo apparuerit*. Cute consumpta.

15. *Polluetur*. Pollutus judicabitur.

16. *Rursum versa fuerit in alborem*. Mundus erit, quia hoc signum est carnem sanari, et cute rursum undequaque obduci.

Digitized by Google

in alborem, et totum hominem operuerit,

17. Considerabit eum sacerdos, et mundum esse decernet.

18. Caro autem et cutis in qua ulcus natum est et sanatum,

19. Et in loco ulceris cicatrix alba apparuerit; sive subrufa, adducetur homo ad sacerdotem :

20. Qui cùm viderit locum lepræ humiliorem carne reliquâ, et pilos versos in candorem, contaminabit eum : plaga enim lepræ orta est in ulcere.

21. Quòd si pilus coloris est pristini, et cicatrix subobscura, et vicinâ carne non est humilior, recludet eum septem diebus.

22. Et siquidem creverit, adjudicabit eum lepræ;

23. Sin autem steterit in loco suo, ulceris est cicatrix, et homo mundus erit.

24. Caro autem et cutis quam ignis exusserit, et sanata albam sive rufam habuerit cicatricem,

25. Considerabit eam sacerdos, et ecce versa est in alborem, et locus ejus reliquâ cute est humilior : contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est.

26. Quòd si pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliquâ, et ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus,

27. Et die septimo contemplabitur : si creverit in cute lepra, contaminabit eum.

core toute blanche, et qu'elle couvre l'homme tout entier,

17. Le prêtre le considérera, et il déclarera qu'il est pur.

18. Quand il y aura eu dans la chair ou dans la peau de quelqu'un un ulcère qui aura été guéri,

19. Et qu'il paraîtra une cicatrice blanche, ou tirant sur le roux, au lieu où était l'ulcère, on amènera cet homme au prêtre,

20. Qui, voyant que l'endroit de la lèpre est plus enfoncé que le reste de la chair, et que le poil s'est changé et est devenu blanc, il le déclarera impur; car c'est la plaie de la lèpre qui s'est formée dans l'ulcère.

21. Que si le poil est de la couleur qu'il a toujours été, et la cicatrice un peu obscure, sans être plus enfoncée que la chair d'auprès, le prêtre le renfermera pendant sept jours.

22. Et si le mal croît, il déclarera que c'est la lèpre.

23. Que s'il s'arrête dans le même lieu, c'est *seulement* la cicatrice de l'ulcère; et l'homme sera déclaré pur.

24. Lorsqu'un homme aura été brûlé en la chair, ou sur la peau, et que la brûlure étant guérie, la cicatrice en deviendra blanche ou rousse,

25. Le prêtre la considérera, et s'il voit qu'elle soit devenue toute blanche, et que cet endroit soit plus enfoncé que le reste de la peau, il le déclarera impur, parce que la plaie de la lèpre s'est formée dans la cicatrice.

26. Que si le poil n'a point changé de couleur; si l'endroit blessé n'est pas plus enfoncé que le reste de la chair, et si la lèpre même paraît un peu obscure, le prêtre le renfermera pendant sept jours,

27. Et il le considérera le septième jour. Si la lèpre est crue sur la peau, il le déclarera impur.

---

19. ***Et in loco ulceris.*** Nihil hic aliud dicitur, quam lepram, de qua dictum n. 3. et 4, posse innasci ulceribus sanatis; quod si contingat, idem judicium erit quod supra. — ***Subrufa.*** In ruborem vergens.

23. ***Sin autem steterit in loco suo.*** Quia si lepra esset, non sisteret, sed serperet; ergo quod videtur in tali cicatrice album, vel subrufum, est ex ulcere præcedente, non autem est lepra.

24. ***Albam sive rufam.*** Quia si esset ex combustione, nigra esset; ergo, cum sit alba, vel subrufa, suspicio est esse lepram.

Digitized by Google

28. Que si cette tache blanche s'arrête au même endroit, et devient un peu plus sombre, c'est seulement la plaie de la brûlure; c'est pourquoi il sera déclaré pur, parce que cette cicatrice est l'effet du feu qui l'a brûlée.

29. Si la lèpre paraît et pousse sur la tête d'un homme ou d'une femme, ou à la barbe *d'un homme*, le prêtre les considérera.

30. Et si cet endroit est plus enfoncé que le reste de la chair, et le poil tirant sur le jaune et plus délié qu'à l'ordinaire, il les déclarera impurs, parce que c'est la lèpre de la tête et de la barbe.

31. Mais s'il voit que l'endroit de la tache est égal à la chair d'auprès, et que le poil *de l'homme* soit noir, *comme il était auparavant*, il le renferma pendant sept jours,

32. Et il le considérera le septième jour. Si la tache ne s'est point agrandie, si le poil a retenu sa couleur, et si l'endroit du mal est égal à tout le reste de la chair,

33. On rasera tout le poil de l'homme, hors l'endroit de cette tache, et on le renfermera pendant sept autres jours.

34. Le septième jour, si le mal semble s'être arrêté dans le même endroit, et s'il n'est point plus enfoncé que le reste de la chair, le prêtre le déclarera pur, et ayant lavé ses vêtements, il sera *tout à fait* pur.

35. Que si, après qu'il aura été jugé pur, cette tache croît encore sur la peau,

36. Il ne cherchera plus si le poil aura changé de couleur et sera devenu jaune, parce qu'il est visiblement impur.

37. Mais si la tache demeure dans le même état, et si le poil est noir, qu'il reconnaisse par là que l'homme est guéri, et qu'il prononce sans rien craindre qu'il est pur.

28. Sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, et idcirco mundabitur, quia cicatrix est combustiræ.

29. Vir, sive mulier, in cujus capite vel barba germinaverit lepra, videbit eos sacerdos;

30. Et siquidem humilior fuerit locus carne reliqua, et capillus flavus solitoque subtilior; contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est.

31. Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, et capillum nigrum : recludet eum septem diebus,

32. Et die septimo intuebitur. Si non creverit macula, et capillus sui coloris est, et locus plagæ carni reliquæ æqualis,

33. Radetur homo absque loco maculæ, et includetur septem diebus aliis.

34. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisque vestibus suis mundus erit.

35. Sin autem post emundationem rursus creverit macula in cute,

36. Non quæret amplius utrum capillus in flavum colorem sit immutatus, quia aperte immundus est.

37. Porro si steterit macula, et capilli nigri fuerint, noverit hominem sanatum esse, et confidenter eum pronuntiet mundum.

---

28. *Plaga combustionis est.* Combustione inflicta et relicta.

29. *In cujus capite vel barba.* Hæc est quinta species, non formalis, sed materialis lepræ : scilicet barbæ, et capitis, quæ est ejusdem formæ et rationis cum lepra aliarum partium : itaque et eadem ejus signa sunt : illud interest, quod in reliquis partibus lepra pilos in albos commutat, in barba vero et capite mutat eos in flavos, eosque extenuat.

33. *Radetur.* Ut clarius appareat post septem dies an serpserit lepra.

Digitized by Google

38. Vir, sive mulier, in cujus cute candor apparuerit,

39. Intuebitur eos sacerdos; si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, et hominem mundum.

40. Vir, de cujus capite capilli fluunt, calvus et mundus est :

41. Et si a fronte ceciderint pili, recalvaster et mundus est.

42. Sin autem in calvitio sive in recalvatione albus vel rufus color fuerit exortus,

43. Et hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubie lepræ, quæ orta est in calvitio.

44. Quicumque ergo maculatus fuerit lepra, et separatus est ad arbitrium sacerdotis,

45. Habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit.

46. Omni tempore quo leprosus est et immundus, solus habitabit extra castra.

38. S'il paraît une blancheur sur la peau d'un homme ou d'une femme,

39. Le prêtre les considérera; et s'il reconnaît que cette blancheur qui paraît sur la peau est un peu sombre, qu'il sache que ce n'est point la lèpre, mais seulement une tache d'une couleur blanche, et que l'homme est pur.

40. Lorsque les cheveux tombent de la tête d'un homme, il devient chauve, et il est pur.

41. Si les cheveux tombent du devant de la tête, il est chauve par devant, et il est pur.

42. Que si, sur la peau de la tête ou du devant de la tête qui est sans cheveux, il se forme une tache blanche ou rousse,

43. Le prêtre l'ayant vu le condamnera indubitablement, comme frappé d'une lèpre qui s'est formée au lieu d'où ses cheveux sont tombés.

44. Tout homme donc qui sera infecté de lèpre, et qui aura été séparé des autres par le jugement du prêtre,

45. Aura ses vêtements décousus, la tête nue, le visage couvert de son vêtement, et il criera qu'il est impur et souillé.

46. Pendant tout le temps qu'il sera lépreux et impur, il demeurera seul hors du camp, *de peur de communiquer aux autres son impureté.*

---

38. ***In cujus cute candor apparuerit.*** Describitur hic vitiligo, id est, macula simplex coloris candidi lucentis in cute, quæ non est lepra.

42. ***Albus vel rufus color.*** Sexta species lepræ, quæ est in calvitio : maculæ albæ vel rufæ significant malignos succos qui corrumpunt radices capillorum, et tales sunt in maligna alopecia, sive ophiasi, id est, defluvio capillorum. Unde maligna hæc alopecia inter species lepræ numeratur.

45. ***Vestimenta dissuta.*** Quod leprosis salubre erat, ut corrupti corporis humores facilius evaporarent; integris vero utile, ut lepra infectos a sanis possent internoscere. — ***Caput nudum.*** Propter eamdem rationem. — ***Os veste contectum.*** Non semper, sed cum ad alios proprius accedit, ne corruptio oris halitu morbum communicet. — ***Sordidum se clamabit.*** Ne quis cum periculo prope accedat.

46. ***Solus habitabit extra castra.*** In deserto, in quo tunc erant. Postquam vero habitarunt in Judææ urbibus, adhuc extra mœnia degebant leprosi, nisi forte vir aliquis primarius intra urbem degere permitteretur, qui separatas ædes extra aliorum periculum haberet, ut Ozias rex, IV. Reg. 15. 5, et II Paral. 26. 21.

Digitized by Google

§ II. *Lèpre des habits; marques pour la connaître. Cérémonies pour la purifier.*

47. Si un vêtement de laine ou de lin est infecté de lèpre,

48. Dans la chaîne ou dans la trame, ou si c'est une peau, ou quelque chose faite de peau,

49. Quand on y verra des taches blanches ou rousses, on jugera que c'est la lèpre, et on les fera voir au prêtre,

50. Qui, les ayant considérés, les tiendra enfermés pendant sept jours;

51. Le septième jour il les considérera encore, et s'il reconnaît que ces taches sont crûes, ce sera une lèpre enracinée: il jugera que ces vêtements et toutes les autres choses où ces taches se trouveront sont souillés :

52. C'est pourquoi on les consumera par le feu.

53. Que s'il voit que les taches ne soient point crûes,

54. Il ordonnera qu'on lave ce qui paraît infecté de lèpre; et il le tiendra enfermé pendant sept autres jours.

55. Et, voyant qu'il n'a point repris sa première couleur, quoique la lèpre ne se soit pas augmentée, il jugera que ce vêtement est impur, et il le brûlera dans le feu, *afin qu'on ne s'en serve plus*, parce que la lèpre s'est répandue sur la surface, ou l'a même toute pénétrée, *et qu'elle pourrait se communiquer à celui qui s'en servirait.*

56. Mais si après que le vêtement aura été lavé, l'endroit de la lèpre est plus sombre, il le déchirera et le séparera du reste.

57. Que si après cela il paraît encore une lèpre vague et volante dans les endroits qui étaient sans tache auparavant, le tout doit être brûlé;

47. Vestis lanea sive linea, quæ lepram habuerit,

48. In stamine atque subtegmine, aut certe pellis, vel quidquid ex pelle confectum est,

49. Si alba vel rufa macula fuerit infecta, lepra reputabitur, ostendeturque sacerdoti,

50. Qui consideratam recludet septem diebus;

51. Et die septimo rursus aspiciens si deprehenderit crevisse, lepra perseverans est : pollutum judicabit vestimentum, et omne in quo fuerit inventa :

52. Et idcirco comburetur flammis.

53. Quod si eam viderit non crevisse,

54. Præcipiet, et lavabunt id in quo lepra est, recludetque illud septem diebus aliis.

55. Et cum viderit faciem quidem pristinam non reversam, nec tamen crevisse lepram, immundum judicabit, et igne comburet, eo quod infusa sit in superficie vestimenti vel per totum, lepra.

56. Sin autem obscurior fuerit locus lepræ, postquam vestis est lota, abrumpet eum, et a solido dividet.

57. Quod si ultra apparuerit in his locis quæ prius immaculata erant, lepra volatilis et vaga, debet igne comburi;

---

47. *Vestis lanea sive linea.* Est hæc septima lepræ species, sed analoga; scilicet lepra vestis, vel domus; cum enim lepra morbus contagiosus sit, vestibus etiam, et domorum parietibus adhæret, et inde inhabitantium, aut vestibus illis utentium corpora transilit.

55. *Faciem quidem pristinam non reversam.* Pristinam, quam scilicet habebat vestis, antequam esset infecta lepra; permanens enim in ea nota, indicat esse lepram : alias aliquo modo mutasset colorem. — *In superficie.* Hebr. *in calvitio, vel recalvatione,* quasi dicat : Parte posteriori vel anteriori.

56. *Abrumpet eum.* Eam partem panni vel pellis, in qua hæc maculæ apparent, resecabit a reliquo corpore vestis, et in ignem pars illa abjicietur.

57. *Lepra volatilis et vaga.* Similis illi in homine, de qua n. 12.

Digitized by Google

58. Si cessaverit, lavabit aqua ea quæ pura sunt, secundo, et munda erunt.

59. Ista est lex lepræ vestimenti lanei et linei, staminis, atque subtegminis, omnisque supellectilis pelliceæ, quomodo mundari debeat, vel contaminari.

58. Si ces taches s'en vont, on lavera une seconde fois avec l'eau ce qui est pur, et il sera purifié.

59. C'est là la loi touchant la lèpre d'un vêtement de laine ou de lin, de la chaîne ou de la trame, et de tout ce qui est fait de peau, afin qu'on sache comment on le doit juger pur ou impur, *et que vous compreniez par ces précautions que vous prendrez, pour garantir votre corps de la plaie de la lèpre, celles que vous devez apporter pour préserver votre âme de la corruption du péché.*

CHAPITRE XIV.

§ I. *Lois pour la purification des lépreux. Sacrifices qu'ils doivent offrir.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Hic est ritus leprosi, quando mundandus est : Adducetur ad sacerdotem :

3. Qui egressus de castris, cum invenerit lepram esse mundatam,

4. Præcipiet ei qui purificatur, ut offerat duos passeres vivos pro se, quibus vesci licitum est, et lignum cedrinum, vermiculumque et hyssopum;

5. Et unum ex passeribus immolari jubebit in vase fictili super aquas viventes :

6. Alium autem vivum cum ligno cedrino, et cocco et hyssopo, tinget in sanguine passeris immolati,

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. Voici ce que vous observerez touchant le lépreux, lorsqu'il doit être déclaré pur. Il sera mené au prêtre, *aux environs du camp.*

3. Et le prêtre étant sorti du camp *pour l'aller trouver*, lorsqu'il aura reconnu que la lèpre est bien guérie,

4. Il ordonnera à celui qui doit être purifié d'offrir pour soi deux passereaux vivants, *ou autres oiseaux purs*, dont il est permis de manger : du bois de cèdre, de l'écarlate et de l'hysope.

5. Il ordonnera de plus que l'un des passereaux soit immolé dans un vaisseau de terre sur de l'eau vive *qu'on y aura mise.*

6. Il trempera l'autre passereau qui est vivant, avec le bois de cèdre, l'écarlate et l'hysope dans le sang du passereau qui aura été immolé;

---

59. *Mundari debeat, vel contaminari.* Censeri munda, vel contaminata, ut supra dictum est : sic enim hæc duo verba toto capite accipiuntur.

CAP. XIV. 2. *Ritus leprosi.* Ceremonia quæ adhibetur, cum leprosus expiandus est et restituendus commercio aliorum hominum.

4. *Passeres.* LXX, *aviculas.* — *Quibus vesci licitum est.* Passeres non sunt numerati c. 11 inter aves immundas; erant ergo mundi, et illis vesci fas erat.

5. *Immolari.* Hebr. *jugulari.* — *Jubebit.* Non a sacerdote, sed sacerdotis jussu fiebat hæc occisio : neque erat proprie sacrificium, quod Deo offerretur, cum fieret extra castra, longe ab altari, sed tantum hæc occisio passeris fiebat ad excipiendum ejus sanguinem, ut eo tingeretur leprosus expiandus. — *Super aquas viventes.* Fontanas scilicet, vel fluviales.

Digitized by Google

7. Il fera sept fois les aspersions avec ce sang sur celui qu'il purifie, afin qu'il soit légitimement purifié. Après cela il laissera aller le passereau vivant, afin qu'il s'envole dans les champs.

8. Et lorsque cet homme aura lavé ses vêtements, il rasera tout le poil de son corps, et il sera lavé dans l'eau; et étant ainsi purifié, il entrera dans le camp, de telle sorte néanmoins qu'il demeurera sept jours hors de sa tente;

9. Le septième jour il se rasera les cheveux de la tête, la barbe et les sourcils, et tout le poil du corps; et ayant encore lavé ses vêtements et son corps,

10. Le huitième jour il prendra deux agneaux sans tache, et une brebis de la même année, qui soit aussi sans tache, et trois dixièmes de fleur de farine mêlée d'huile, pour être employée au sacrifice, et de plus une chopine d'huile à part.

11. Et lorsque le prêtre qui purifie cet homme l'aura présenté avec toutes ces choses devant le Seigneur, à l'entrée du tabernacle du témoignage,

12. Il prendra un des agneaux, et il l'offrira pour l'offense, avec le vaisseau d'huile; et ayant offert toutes ces choses devant le Seigneur,

13. Il immolera l'agneau au lieu où l'hostie pour le péché et *la victime de*

7. Quo asperget illum, qui mundandus est, septies, ut jure purgetur : et dimittet passerem vivum, ut in agrum avolet.

8. Cumque laverit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, et lavabitur aqua : purificatusque ingredietur castra, ita duntaxat ut maneat extra tabernaculum suum septem diebus,

9. Et die septimo radet capillos capitis, barbamque et supercilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus et corpore,

10. Die octavo assumet duos agnos immaculatos, et ovem anniculam absque macula, et tres decimas similæ in sacrificium, quæ conspersa sit oleo, et seorsum olei sextarium.

11. Cumque sacerdos purificans hominem, statuerit eum, et hæc omnia coram Domino in ostio tabernaculi testimonii,

12. Tollet agnum, et offeret eum pro delicto, oleique sextarium; et oblatis ante Dominum omnibus,

13. Immolabit agnum, ubi solet immolari hostia pro peccato,

---

7. *Quo asperget illum.* Aspergillum hoc, quo mundabatur leprosus, erat tale : virgæ cedrinæ alligabatur in summo passer vivus, ita ut cauda emineret in extremo; caput vero ad manubrium aspergilli esset obversum; huic virgæ simul cum passere alligabatur coccus, id est, lana coccinea et hyssopus; ita summitas virgæ, id est, passeris cauda et alæ cum cocco et hyssopo mergebantur in aquam vivam sanguine passeris occisi infectam, eaque aspergebatur leprosus purificandus. — *Septies.* Passim in hisce lustrationibus septies fiebat aspersio, ut patet c. 4. 6, et hoc c. n. 7, 15, 16, et c. 16, n. 14 et 19, ut scilicet, numero perfectionem significante, plena purgatio et expiatio significaretur. — *Jure purgetur.* Rite et legitime.

8. *Cumque laverit homo.... radet.* Lotio, rasio, et exacta munditiæ cura ad lepram sanandam plurimum juvat. — *Extra tabernaculum.* Extra domum suam, ne forte si quid lepræ lateat, contactu in domesticos, et maxime in uxorem transmittat.

9. *Radet capillos.* Secunda rasio.

10. *Tres decimas similæ.* Unam decimam pro qualibet ove, in sacrificium farreum sive similæ. — *Olei sextarium.* Sextarius, Hebr. לוג *log*, erat mensura liquidorum, duodecimam partem hin continens, sex ovorum capax.

12. *Offeret eum pro delicto.* Offeret, id est, elevabit eo ritu elevationis, de quo dictum est, Exod. 29. 24.

Digitized by Google

et holocaustum, id est, in loco sancto. Sicut enim pro peccato, ita et pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia : Sancta sanctorum est.

14. Assumensque sacerdos de sanguine hostiæ, quæ immolata est pro delicto, ponet super extremum auriculæ dextræ ejus qui mundatur, et super pollices manus dextræ et pedis :

15. Et de olei sextario mittet in manum suam sinistram,

16. Tingetque digitum dextrum in eo, et asperget coram Domino septies;

17. Quod autem reliquum est olei in læva manu, fundet super extremum auriculæ dextræ ejus qui mundatur, et super pollices manus ac pedis dextri, et super sanguinem qui effusus est pro delicto,

18. Et super caput ejus.

19. Rogabitque pro eo coram Domino, et faciet sacrificium pro peccato; tunc immolabit holocaustum,

20. Et ponet illud in altari cum

l'holocauste ont accoutumé d'être immolées, c'est-à-dire dans le lieu saint. Car l'hostie qui s'offre pour l'offense appartient au prêtre, comme celle qui s'offre pour le péché; et la chair en est très-sainte; *et il n'y a que le prêtre qui en puisse manger.*

14. Alors le prêtre prenant du sang de l'hostie qui aura été immolée pour l'offense en mettra sur l'extrémité de l'oreille droite de celui qui se purifie, et sur les pouces de sa main droite et de son pied *droit* (1);

15. Il versera aussi de l'huile de la chopine dans sa main gauche :

16. Et il trempera le doigt de sa main droite dans cette huile, et en fera sept fois les aspersions devant le Seigneur:

17. Et il répandra ce qui restera d'huile en sa main gauche, sur l'extrémité de l'oreille droite de celui qui est purifié, sur les pouces de sa main droite et de son pied droit, *aux mêmes endroits de l'oreille, de la main et du pied,* sur *lesquels il a déjà mis* le sang qui a été répandu pour l'offense *qu'il pourrait avoir commise,*

18. Et sur la tête de cet homme,

19. Le prêtre en même temps priera pour lui devant le Seigneur, et il offrira le *second agneau en* sacrifice pour le péché, *pour la punition duquel Dieu pourrait lui avoir envoyé cette maladie :* ensuite il immolera *la brebis pour* l'holocauste :

20. Et il le mettra sur l'autel avec les li-

(1) En signe de l'entière purification, et comme exhortation à conserver la pureté par le zèle à écouter et à pratiquer la parole divine.

---

13. *In loco sancto.* In atrio tabernaculi juxta altare holocaustorum, ante Sanctum. — *Ad sacerdotem pertinet.* Ut dictum est c. 6, n. 25 et 26. — *Sancta sanctorum.* Sanctissima. Totius versiculi sensus est : In loco sancto immolabit, quia Sancta sanctorum est, eamque uti hostiam pro peccato a sacerdotibus absumi volo.

16. *Coram Domino.* Coram ostio tabernaculi.

17. *Et super sanguinem.* Qui adhæret, seu quo tinctæ sunt aures, et pollices ejus qui mundatur.

19. *Faciet sacrificium pro peccato.* Secundum agnum sacrificabit pro peccato, sicut primum sacrificavit pro delicto, n. 10 : quomodo distinguantur delictum et peccatum, dixi c. 7, n. 1. — *Immolabit holocaustum.* Ovem anniculam, n. 10; prius enim per sacrificium pro peccato et delicto expiari debebat anima, ut deinde purum et gratum Deo offerret holocaustum.

20. *Cum libamentis suis.* Cum oblatione similæ, olei et vini; hæc enim sunt libamenta : similia libamenta intellige in sacrificio pro peccato et pro delicto. Vide supra, c. 7. 7, et Num. 15.

Digitized by Google

bations *de farine, d'huile et de vin* qui doivent l'accompagner, et cet homme sera purifié selon la loi.

21. Que s'il est pauvre, et qu'il ne puisse pas trouver tout ce qui a été marqué, il prendra un agneau qui sera offert pour l'offense, afin que le prêtre prie pour lui, et un dixième de fleur de farine mêlée d'huile, pour être offert en sacrifice avec une chopine d'huile,

22. Et deux tourterelles ou deux petits de colombe, dont l'un sera pour le péché et l'autre pour l'holocauste :

23. Et au huitième jour de sa purification il les offrira au prêtre à l'entrée du tabernacle du témoignage, devant le Seigneur.

24. Alors le prêtre recevant l'agneau pour l'offense, et la chopine d'huile, il les élèvera ensemble, *pour les offrir au Seigneur.*

25. Et ayant immolé l'agneau, il en prendra du sang, qu'il mettra sur l'extrémité de l'oreille droite de celui qui se purifie, et sur le pouce de sa main droite et à son pied droit.

26. Il versera aussi une partie de l'huile en sa main gauche;

27. Et y ayant trempé le doigt de sa main droite, il en fera sept fois les aspersions devant le Seigneur.

28. Il en touchera l'extrémité de l'oreille droite de celui qui se purifie, et les pouces de sa main droite et de son pied droit, au même lieu qui avait été arrosé du sang répandu pour l'offense,

29. Et il mettra sur la tête de celui qui est purifié le reste de l'huile qui est en sa main gauche, afin de lui rendre le Seigneur favorable.

30. Il offrira aussi une tourterelle ou le petit d'une colombe;

31. L'un pour l'offense, et l'autre pour servir d'holocauste, avec les libations qui l'accompagnent.

32. C'est là le sacrifice du lépreux qui ne peut pas avoir pour sa purification tout ce qui a été ordonné.

libamentis suis, et homo rite mundabitur.

21. Quod si pauper est, et non potest manus ejus invenire quæ dicta sunt, pro delicto assumet agnum ad oblationem, ut roget pro eo sacerdos, decimamque partem similæ conspersæ oleo in sacrificium, et olei sextarium,

22. Duosque turtures sive duos pullos columbæ, quorum unus sit pro peccato, et alter in holocaustum :

23. Offeretque ea die octavo purificationis suæ sacerdoti, ad ostium tabernaculi testimonii coram Domino;

24. Qui suscipiens agnum pro delicto et sextarium olei, levabit simul :

25. Immolatoque agno, de sanguine ejus ponet super extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur, et super pollices manus ejus ac pedis dextri.

26. Olei vero partem mittet in manum suam sinistram,

27. In quo tingens digitum dextræ manus asperget septies coram Domino :

28. Tangetque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, et pollices manus ac pedis dextri, in loco sanguinis qui effusus est, pro delicto :

29. Reliquam autem partem olei, quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, ut placet pro eo Dominum :

30. Et turturem sive pullum columbæ offeret,

31. Unum pro delicto, et alterum in holocaustum cum libamentis suis.

32. Hoc est sacrificium leprosi, qui habere non potest omnia in emundationem sui.

---

31. *Pro delicto.* Delictum hic noster interpres confundit, et sumit pro peccato; agnus enim proprie pro delicto, turtur vero non pro delicto, sed pro peccato offerebatur, ut patet ex n. 22, et ex Hebr. Chald. et LXX hic.

Digitized by Google

§ II. *Manière de connaître la lèpre des maisons et de la purifier* (1).

33. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

34. Cum ingressi fueritis terram Chanaan, quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus,

35. Ibit cujus est domus, nuntians sacerdoti, et dicet : Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea.

36. At ille præcipiet ut efferant universa de domo, priusquam ingrediatur eam, et videt utrùm leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitque postea ut consideret lepram domûs :

37. Et cùm viderit in parietibus illius quasi valliculas pallore sive rubore deformes, et humiliores superficie reliquâ,

38. Egredietur ostium domûs, et statim claudet illam septem diebus.

39. Reversusque die septimo, considerabit eam; si invenerit crevisse lepram,

40. Jubebit erui lapides in quibus lepra est, et projici eos extra civitatem in locum immundum :

41. Domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, et spargi pulverem rasuræ extra urbem in locum immundum,

42. Lapidesque alios reponi pro his qui ablati fuerint, et luto alio liniri domum.

43. Sin autem postquam eruti

33. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et il leur dit :

34. Lorsque vous serez entrés dans le pays de Chanaan, que je vous donnerai, afin que vous le possédiez, s'il se trouve une maison frappée de la plaie de la lèpre,

35. Celui à qui appartient la maison ira en avertir le prêtre, et il lui dira : Il semble que la plaie de la lèpre paraisse dans ma maison.

36. Alors le prêtre ordonnera qu'on emporte tout ce qui est dans la maison, avant qu'il y entre, et qu'il voie si la lèpre y est, de peur que tout ce qui est dans cette maison ne devienne impur, *et ne soit condamné au feu, comme il arriverait s'il déclarait que la maison est impure.* Il entrera après dans la maison pour considérer si elle est frappée de lèpre :

37. Et s'il voit dans les murailles comme de petits creux, et des endroits défigurés par des taches pâles ou rougeâtres, et plus enfoncés que le reste de la muraille,

38. Il sortira hors de la porte de la maison, et la fermera aussitôt, *sans l'ouvrir* pendant sept jours.

39. Il reviendra le septième jour et la considérera : et s'il trouve que la lèpre soit augmentée,

40. Il commandera qu'on arrache les pierres infectées de lèpre, qu'on les jette hors de la ville dans un lieu impur;

41. Qu'on racle au dedans les murailles de la maison tout autour; qu'on jette toute la poussière qui en sera tombée en les raclant, hors de la ville dans un lieu impur;

42. Qu'on remette d'autres pierres, au lieu de celles qu'on aura ôtées; et qu'on crépisse de nouveau avec d'autre terre *les murailles de* la maison.

43. Mais après qu'on aura ôté les pier-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 72.

---

34. *Plaga leprœ in ædibus.* Lepra hæc ædium erat qualitas vitiosa in domibus, eas arrodens et signa imprimens, ut lepra in homine; ortum habebat vel ex aeris infecti vitio, vel ex anhelitu et contagio leprosorum in iis habitantium : sic pestilentes qualitates domibus, vestibus et supellectili eorum adhærescunt, qui peste sunt afflati.

37. *Quasi valliculas.* Hæc signa lepræ in domibus eadem sunt quæ in homine, c. 13, n. 3. — *Valliculas.* Fossas sive cavitates erosas a lepra.

Digitized by Google

res *des murailles*, qu'on en aura raclé la poussière, et qu'on les aura crépies avec d'autre terre,

44. Le prêtre y entrant trouve que la lèpre y soit revenue, et que les murailles soient gâtées de ces mêmes taches, *il jugera* que c'est une lèpre enracinée, et que la maison est impure.

45. Elle sera détruite aussitôt, et l'on en jettera les pierres, les bois, toute la terre *et* la poussière hors de la ville, en un lieu impur.

46. Celui qui entrera dans cette maison, lorsqu'elle a été fermée *par le prêtre*, sera impur jusqu'au soir :

47. Et celui qui y dormira et y mangera quelque chose lavera ses vêtements.

48. Que si le prêtre entrant en cette maison voit que la lèpre ne se soit point répandue sur les murailles après qu'elles auront été enduites de nouveau, il la purifiera comme étant devenue saine.

49. Et il prendra pour la purifier deux passereaux, du bois de cèdre, de l'écarlate et de l'hysope :

50. Et ayant immolé l'un des passereaux dans un vase de terre, sur des eaux vives *qu'on y aura mises*,

51. Il trempera dans le sang du passereau qui a été immolé, et dans les eaux vives *où il a été répandu*, le bois de cèdre, l'hysope, l'écarlate, et l'autre passereau qui est vivant. Il fera sept fois les aspersions dans la maison,

52. Et il la purifiera, tant par le sang du passereau qui aura été immolé, que par les eaux vives *où il aura été répandu*, et par le passereau qui sera vivant, par le bois de cèdre, par l'hysope et par l'écarlate.

53. Et lorsqu'il aura laissé aller l'autre passereau, afin qu'il s'envole en liberté dans les champs, il priera pour la maison, et elle sera purifiée selon la loi.

54. C'est là la loi qui regarde toutes les espèces de lèpre et de plaie *qui dégénère en lèpre ;*

sunt lapides, et pulvis erasus, alia terra lita,

44. Ingressus sacerdos viderit reversam lepram, et parietes respersos maculis, lepra est perseverans, et immunda domus ;

45. Quam statim destruent, et lapides ejus ac ligna, atque universum pulverem projicient extra oppidum in locum immundum.

46. Qui intraverit domum quando clausa est, immundus erit usque ad vesperum :

47. Et qui dormierit in ea, et comederit quippiam, lavabit vestimenta sua.

48. Quòd si introiens sacerdos viderit lepram non crevisse in domo, postquam denuo lita fuerit, purificabit eam reddità sanitate :

49. Et in purificationem ejus sumet duos passeres, lignumque cedrinum, et vermiculum atque hyssopum :

50. Et immolato uno passere in vase fictili super aquas vivas,

51. Tollet lignum cedrinum, et hyssopum, et coccum et passerem vivum, et tinget omnia in sanguine passeris immolati, atque in aquis viventibus, et asperget domum septies,

52. Purificabitque eam tam in sanguine passeris quàm in aquis viventibus, et in passere vivo, ligноque cedrino et hyssopo atque vermiculo.

53. Cumque dimiserit passerem avolare in agrum libere, orabit pro domo, et jure mundabitur.

54. Ista est lex omnis lepræ et percussuræ,

---

53. *Jure mundabitur.* Rite, legitime.

54. *Percussuræ.* Quando scilicet in percussuram vel ex percussura, aut convulsione lepra irrepserit. Chald. pro *percussuræ*, habet, *lepræ capitis*, alii, *maculæ nigræ.*

Digitized by Google

55. Leprœ vestium et domorum,

56. Cicatricis et erumpentium papularum, lucentis maculæ, et in varias species, coloribus immutatis;

57. Ut possit sciri quo tempore mundum quid, vel immundum sit.

55. Comme aussi de la lèpre des vêtements et des maisons,

56. Les cicatrices, les pustules, les taches luisantes et les divers changements de couleurs qui arrivent sur le corps;

57. Afin que l'on puisse reconnaître quand une chose sera pure ou impure.

CHAPITRE XV.

Lois pour les impuretés involontaires des hommes et des femmes.

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

2. Loquimini filiis Israel, et dicite eis : Vir qui patitur fluxum seminis, immundus erit (1).

3. Et tunc judicabitur huic vitio subjacere, cùm per singula momenta adhæserit carni ejus, atque concreverit fœdus humor.

4. Omne stratum, in quo dormierit, immundum erit, et ubicumque sederit.

5. Si quis hominum tetigerit lectum ejus, lavabit vestimenta sua : et ipse lotus aquâ, immundus erit usque ad vesperum.

6. Si sederit ubi ille sederat, et ipse lavabit vestimenta sua : et lotus aqua, immundus erit usque ad vesperum.

7. Qui tetigerit carnem ejus, lavabit vestimenta sua : et ipse lotus aquâ, immundus erit usque ad vesperum.

8. Si salivam hujuscemodi homo jecerit super eum qui mundus est,

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et leur dit :

2. Parlez aux enfants d'Israël, et *pour leur faire comprendre combien j'ai en horreur toutes sortes d'impuretés*, dites-leur : L'homme qui sera attaqué de la gonorrhée, sera impur *et séparé des choses saintes.*

3. Et l'on jugera qu'il souffre cet accident, lorsqu'à chaque moment il s'amassera une humeur impure qui s'attachera à sa chair.

4. Tous les lits où il dormira, et tous les endroits où il se sera assis, seront impurs.

5. Si quelque homme touche à son lit, il lavera ses vêtements; et s'étant lui-même lavé dans l'eau, il demeurera impur jusqu'au soir.

6. S'il s'assied où cet homme se sera assis, il lavera aussi ses vêtements; et s'étant lavé dans l'eau, il demeurera impur jusqu'au soir.

7. Celui qui aura touché la chair de cet homme lavera ses vêtements; et s'étant lui-même lavé dans l'eau, il demeurera impur jusqu'au soir.

8. Si cet homme jette de sa salive sur celui qui est pur, celui-ci lavera ses vête-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 79.

---

56. *Cicatricis.* Quando scilicet in cicatrice ulceris aut vulneris innata fuerit lepra, ut dictum est c. 13. 18.

CAP. XV. 2. *Qui patitur fluxum seminis.* Scilicet perdurantem, per morbum gonorrhœæ, ut vocant medici, qui oritur ex debilitate naturæ et potentiæ retentivæ.

Digitized by Google

ments; et s'étant lavé dans l'eau, il demeurera impur jusqu'au soir.

9. La selle sur laquelle il sera assis sera impure;

10. Et tout ce qui aura été sous celui qui souffre cet accident sera impur jusqu'au soir. Celui qui portera quelqu'une de ces choses lavera ses vêtements; et après avoir été lui-même lavé avec l'eau, il sera impur jusqu'au soir.

11. Que si un homme en cet état, avant que d'avoir lavé ses mains, en touche un autre, celui qui aura été touché lavera ses vêtements, et ayant été lavé dans l'eau, il sera impur jusqu'au soir.

12. Quand un vaisseau aura été touché par cet homme, s'il est de terre, il sera brisé; s'il est de bois, il sera lavé dans l'eau.

13. Si celui qui souffre cet accident est guéri, il comptera sept jours après en avoir été délivré, et ayant lavé ses habits et tout son corps dans des eaux vives, il sera pur.

14. Le huitième jour il prendra deux tourterelles ou deux petits de colombes, et se présentant devant le Seigneur à l'entrée du tabernacle du témoignage, il les donnera au prêtre,

15. Qui en immolera un pour le péché, et offrira l'autre en holocauste, et qui priera pour lui devant le Seigneur, afin qu'il soit purifié de cette impureté.

16. L'homme à qui il arrive ce qui est l'effet de l'usage du mariage se lavera d'eau tout le corps, et il sera impur jusqu'au soir.

lavabit vestimenta sua : et lotus aquâ, immundus erit usque ad vesperum.

9. Sagma, super quo sederit, immundum erit :

10. Et quidquid sub eo fuerit qui fluxum seminis patitur, pollutum erit usque ad vesperum. Qui portaverit horum aliquid, lavabit vestimenta sua : et ipse lotus aquâ, immundus erit usque ad vesperum.

11. Omnis, quem tetigerit qui talis est, non lotis ante manibus, lavabit vestimenta sua : et lotus aquâ, immundus erit usque ad vesperum.

12. Vas fictile quod tetigerit, confringetur : vas autem ligneum lavabitur aquâ.

13. Si sanatus fuerit qui hujuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem suî, et lotis vestibus et toto corpore in aquis viventibus, erit mundus.

14. Die autem octavo sumet duos turtures, aut duos pullos columbæ, et veniet in conspectum Domini ad ostium tabernaculi testimonii, dabitque eos sacerdoti;

15. Qui faciet unum pro peccato, et alterum in holocaustum : rogabitque pro eo coram Domino, ut emundetur à fluxu seminis sui.

16. Vir de quo egreditur semen coitûs, lavabit aquâ omne corpus suum : et immundus erit usque ad vesperum.

---

8. *Lavabit vestimenta sua.* Is qui consputus est.

9. *Sagma.* Id est, sella vel stratum. Chald. *Omnis equitatura super quam equitaverit, erit immunda.* LXX verterunt, *stragulum asini,* ἐπίσαγμα ὄνου.

15. *Faciet.* Immolabit. — *Pro peccato.* Legali scilicet, ad legalem immunditiam expiandam, et etiam pro peccato, vere et proprie sumpto, si quod habeat nondum expiatum. — *A fluxu seminis sui.* Ab immunditia legali per seminis fluxum contracta.

16. *Semen coitus.* Sive legitimo in matrimonio, sive illegitimo, et illicito extra matrimonium. Semen coitus dicitur, id est, quale solet in coitu. — *Lavabit aqua.* Hæc expiatio post coitum statim postero mane fieri debebat. — *Usque ad vesperum.* Non propter peccatum, quod potuit non intervenisse, ut si cum uxore congressus esset, sed propter immunditiam legalem.

Digitized by Google

17. Vestem et pellem, quam habuerit, lavabit aquâ, et immunda erit usque ad vesperum.

18. Mulier, cum qua coierit, lavabitur aquâ, et immunda erit usque ad vesperum.

19. Mulier, quæ redeunte mense patitur fluxum sanguinis, septem diebus separabitur.

20. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit usque ad vesperum :

21. Et in quo dormierit vel sederit diebus separationis suæ, polluetur.

22. Qui tetigerit lectum ejus, lavabit vestimenta sua : et ipse lotus aquâ, immundus erit usque ad vesperum.

23. Omne vas, super quo illa sederit, quisquis attigerit, lavabit vestimenta sua : et ipse lotus aquâ pollutus erit usque ad vesperum.

24. Si coierit cum ea vir tempore sanguinis menstrualis, immundus erit septem diebus : et omne stratum, in quo dormierit, polluetur.

25. Mulier, quæ patitur multis diebus fluxum sanguinis non in tempore menstruali, vel quæ post menstruum sanguinem fluere non cessat, quandiu subjacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo;

26. Omne stratum in quo dormierit, et vas in quo sederit, pollutum erit;

17. Il lavera dans l'eau la robe et la peau qu'il aura eue sur lui, et elle sera impure jusqu'au soir.

18. La femme dont il se sera approché sera lavée d'eau, et elle sera impure jusqu'au soir.

19. La femme qui souffre ce qui, *dans l'ordre de la nature*, arrive chaque mois *aux personnes de son sexe*, sera séparée *des choses saintes* pendant sept jours.

20. Quiconque la touchera sera impur jusqu'au soir.

21. Et toutes les choses sur lesquelles elle aura dormi, et où elle se sera assise pendant les jours de sa séparation, seront souillées.

22. Celui qui aura touché à son lit lavera ses vêtements; et après s'être lui-même lavé dans l'eau, il sera impur jusqu'au soir.

23. Quiconque aura touché à toutes les choses sur lesquelles elle se sera assise lavera ses vêtements, et s'étant lui-même lavé dans l'eau, il sera souillé jusqu'au soir.

24. Si un homme s'approche d'elle lorsqu'elle sera dans cet état qui vient chaque mois, *et que cet homme l'ait fait sans savoir qu'elle eût cette incommodité*, il sera impur pendant sept jours, et tous les lits sur lesquels il dormira seront souillés.

25. La femme qui, hors le temps ordinaire, souffre plusieurs jours cet accident, qui ne doit arriver qu'à chaque mois, ou dans laquelle cet accident ordinaire continue, lors même qu'il aurait dû cesser, demeurera impure, comme elle est chaque mois, tant qu'elle sera sujette à cet accident.

26. Tous les lits sur lesquels elle aura dormi, et toutes les choses sur lesquelles elle se sera assise, seront impures.

---

19. *Fluxum sanguinis.* Menstrui. — *Separabitur.* Non extra castra, sed a communione hominum per septem dies.

20. *Omnis qui tetigerit eam.* Si sit grandior, et compos rationis; nam infantes excusat ætas, necessitas et naturæ pietas.

23. *Omne vas.* Omne instrumentum.

24. *Immundus erit septem diebus.* Si res lateat; tunc enim occulte expiari poterit; si autem res prodatur, ipseque accusetur et convincatur, una cum femina occidendus est, infra, c. 20. 18.

25. *Fluxum sanguinis.* Hæmorrhoides.

Digitized by Google

27. Quiconque les aura touchées lavera ses vêtements; et après s'être lui-même lavé dans l'eau, il demeurera impur jusqu'au soir.

28. Si cet accident s'arrête et n'a plus son effet, elle comptera sept jours *jusqu'au jour* de sa purification, *pendant lesquels elle demeurera encore séparée des choses saintes.*

29. Et au huitième jour elle offrira pour elle au prêtre deux tourterelles ou deux petits de colombe, à l'entrée du tabernacle du témoignage.

30. Le prêtre en immolera un pour le péché, et offrira l'autre en holocauste; et il priera devant le Seigneur pour elle et pour ce qu'elle a souffert d'impur.

31. Vous apprendrez donc aux enfants d'Israël, *par toutes ces lois contre les impuretés involontaires, extérieures et légales,* à se garder *avec encore plus de soin* de l'impureté *volontaire, intérieure et véritable,* afin qu'ils ne meurent point dans leurs souillures, après avoir violé la sainteté de mon tabernacle qui est au milieu d'eux.

32. C'est là la loi qui regarde celui qui a la gonorrhée, ou qui se souille en s'approchant d'une femme, *même légitime, qui souffre l'incommodité ordinaire à son sexe.*

33. Et c'est là aussi la loi qui regarde la femme qui est séparée *des choses saintes et du commerce des hommes,* à cause de ce qui lui arrive chaque mois, ou en laquelle ce même accident continue dans la suite; et qui regarde aussi l'homme qui se sera approché d'elle, *lorsqu'elle souffre cette incommodité, ne sachant pas qu'elle fût* en cet état.

27. Quicumque tetigerit ea, lavabit vestimenta sua; et ipse lotus aqua, immundus erit usque ad vesperum.

28. Si steterit sanguis, et fluere cessaverit, numerabit septem dies purificationis suæ.

29. Et die octavo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonii :

30. Qui unum faciet pro peccato, et alterum in holocaustum, rogabitque pro ea coram Domino, et pro fluxu immunditiæ ejus.

31. Docebitis ergo filios Israel ut caveant immunditiam, et non moriantur in sordibus suis, cum polluerint in tabernaculum meum quod est inter eos.

32. Ista est lex ejus, qui patitur fluxum seminis, et qui polluitur coitu,

33. Et quæ menstruis temporibus separatur, vel quæ jugi fluit sanguine, et hominis, qui dormierit cum ea.

---

27. *Tetigerit ea.* Stratum scilicet, et vas.

30. *Faciet.* Immolabit sacerdos turturem unum, vel pullum columbæ. — *Pro peccato.* Non quod menstruorum fluxus sit peccatum, sed quod sit legalis immunditia. — *Et pro fluxu immunditiæ ejus.* Ut scilicet liberetur ab immunditia legali quam ex hoc fluxu contraxit.

31. *Caveant immunditiam.* Caveant immundi ingredi tabernaculum meum. — *Non moriantur in sordibus suis.* Alioqui ego eos puniam propter sordes eorum, cum quibus nondum expiati ad sacra loca accesserint.

Digitized by Google

CHAPITRE XVI.

Entrée du grand-prêtre dans le sanctuaire. Cérémonie qu'il est obligé d'observer. Bouc émissaire chargé des péchés du peuple. Fête de l'expiation.

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen post mortem duorum filiorum Aaron, quando offerentes ignem alienum interfecti sunt :

2. Et præcepit ei, dicens : Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur sanctuarium, quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, ut non moriatur (quia in nube apparebo super oraculum),

3. Nisi hæc ante fecerit : Vitulum pro peccato offeret, et arietem in holocaustum.

4. Tunica linea vestietur, feminalibus lineis verenda celabit : accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti : hæc enim vestimenta sunt sancta : quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur.

5. Suscipietque ab universa

1. Le Seigneur parla à Moïse après la mort des deux fils d'Aaron, lorsque, offrant à Dieu un feu étranger, ils furent tués ;

2. Et il lui donna cet ordre, et lui dit : Dites à Aaron votre frère qu'il n'entre pas en tout temps dans le sanctuaire qui est au dedans du voile devant le propitiatoire qui couvre l'arche, de peur qu'il ne meure (car j'apparaîtrai sur l'oracle dans la nuée), *et je punirai la témérité de ceux qui oseront m'approcher sans s'y être préparés.*

3. Qu'il n'y entre *donc* point qu'après avoir fait ceci : il offrira un veau *de son troupeau* pour le péché *dont il peut être coupable*, et un bélier en holocauste.

4. *Et avant de les offrir*, il se revêtira de la tunique de lin ; il couvrira *en lui* ce qui doit être couvert, avec un vêtement de lin : il se ceindra d'une ceinture de lin : il mettra sur sa tête une tiare de lin ; car ces vêtements sont saints, et il les prendra tous après s'être lavé.

5. Il recevra ensuite de toute la multitude

CAP. XVI. 1. *Post mortem duorum filiorum Aaron.* Quæ occasio fuit instituendi festi, quod Hebræi vocant כִּפּוּרִים *chippurim*, id est *expiationis*, de quo hic agitur. Finis festi hujus fuit, ut sanciretur reverentia sacrorum, et tabernaculi nominatim.

* 2. *Ne omni tempore ingrediatur.* Id est, ne unquam ingrediatur pontifex Sanctum sanctorum, etiam, cum licebit illi ingredi, nisi ceremonias hasce præmiserit. — *Sanctuarium, quod est intra velum.* Sancta sanctorum. — *Super oraculum.* Super propitiatorium.

3. *Nisi hæc ante fecerit : Vitulum pro peccato offeret, et arietem in holocaustum.* Illud *ante*, et illud *offeret*, intellige partim immolando, ut vitulum pro peccato (hujus enim sanguinem inferre debet in Sanctum sanctorum), partim Deo sistendo, ut arietem : hic enim aries non ante, sed post pontificis in Sanctum sanctorum ingressum, et rursum egressum, immolabatur in holocaustum. — *Vitulum pro peccato.* Pro suis et familiæ suæ peccatis toto anno scienter, aut per ignorantiam admissis, ut patet n. 6. Nam pro peccatis populi non vitulum, sed hircum offerebat, ut patet n. 5 et 15.

4. *Tunica linea.* Non pontificalibus vestibus amictus, sed cultu tantum minorum sacerdotum ; erat enim festus [illegible] non lætitiæ et exultationis, sed pœnitentiæ et mœroris.

Digitized by Google

des enfants d'Israël deux boucs pour le péché *du peuple*, et un bélier *pour être offert* en holocauste.

6. Et lorsqu'il aura offert le veau *pour son péché particulier*, et qu'il aura prié pour soi et pour sa maison,

7. Il présentera devant le Seigneur les deux boucs à l'entrée du tabernacle du témoignage :

8. Et jetant le sort sur les deux boucs pour voir lequel des deux sera immolé au Seigneur, et lequel sera le bouc émissaire *qui sera envoyé dans le désert*,

9. Il offrira, pour le péché *du peuple*, le bouc que le sort aura destiné *à être immolé* au Seigneur.

10. Et pour celui que le sort aura destiné à être le bouc émissaire, il le présentera vif devant le Seigneur, afin de faire sur lui des prières, et de l'envoyer *ensuite* dans le désert.

11. Ayant *donc soin que* tout *soit* fait selon l'ordre qui lui est prescrit, il offrira *premièrement* le veau *de son troupeau*; et priant pour soi et pour sa maison, il l'immolera *au Seigneur*.

12. Puis il prendra l'encensoir qu'il aura rempli de charbons de l'autel; et prenant avec la main les parfums qui auront été composés pour servir d'encens, il entrera au dedans du voile, dans le Saint des saints,

13. Afin que les parfums aromatiques étant mis sur le feu, la fumée et la vapeur

multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, et unum arietem in holocaustum.

6. Cumque obtulerit vitulum, et oraverit pro se et pro domo sua,

7. Duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonii :

8. Mittensque super utrumque sortem, unam Domino, et alteram capro emissario :

9. Cujus exierit sors Domino, offeret illum pro peccato :

10. Cujus autem in caprum emissarium, statuet eum vivum coram Domino, ut fundat preces super eo, et emittat eum in solitudinem.

11. His rite celebratis, offeret vitulum, et rogans pro se et pro domo sua, immolabit eum :

12. Assumptoque thuribulo, quod de prunis altaris impleverit, et hauriens manu compositum thymiama in incensum, ultra velum intrabit in Sancta :

13. Ut positis super ignem aromatibus, nebula eorum et vapor

---

5. *Duos hircos pro peccato.* Hæc est hostia pro peccatis totius populi, toto anno scienter vel ignoranter admissis.

6. *Pro domo sua.* Pro tota familia sacerdotum omnium et levitarum; nam hi non continentur nomine populi, ad pontificis domum pertinent.

9. *Cujus exierit sors.* Qui modus servaretur in his sortibus, incertum est.

10. *Caprum emissarium.* Pro *emissarium*, in Hebr. est עזאזל *azazel*, de qua voce multi multa. Breviter dico caprum *azazel* idem esse quod caprum *abeuntem*, vel *emissarium*, et ut vocant LXX, ἀποπομπαίον χίμαρον; nam עז *gnez*, caprum significat, אזל *azal* vero *abiit*, seu *ablatus est*.— *Ut fundat preces super eo.* Ut scilicet confiteatur peccata sua, et populi, Deumque roget ut illa transferrat in hircum; erat enim hircus hic quasi piaculum populi, cui peccata populi imponerentur, ut ille iis onustus ea secum extra castra efferret in desertum.

11. *Offeret vitulum.* Non erat hæc vitula rufa, de qua Num. 19. 2; illa enim extra castra pro peccato populi; hic vero in tabernaculo pro peccatis sacerdotum immolabatur.

12. *Compositum thymiama.* Cujus compositio describitur Exod. 30. 34 et 35. — *Intrabit in sancta.* In Sanctum sanctorum.

Digitized by Google

operiat oraculum, quod est supra testimonium, et non moriatur.

14. Tollet quoque de sanguine vituli, et asperget digito septies contra propitiatorium ad orientem.

15. Cumque mactaverit hircum pro peccato populi, inferet sanguinem ejus intra velum, sicut præceptum est de sanguine vituli, ut aspergat e regione oraculi,

16. Et expiet sanctuarium ab immunditiis filiorum Israel, et a prævaricationibus eorum, cunctisque peccatis. Juxta hunc ritum faciet tabernaculo testimonii, quod fixum est inter eos in medio sordium habitationis eorum.

17. Nullus hominum sit in tabernaculo, quando pontifex sanctuarium ingreditur, ut roget pro se et pro domo sua, et pro universo cœtu Israel, donec egrediatur.

18. Cum autem exierit ad altare quod coram Domino est, oret pro se, et sumptum sanguinem vituli atque hirci fundat super cornua ejus per gyrum :

19. Aspergensque digito septies, expiet, et sanctificet illud ab immunditiis filiorum Israel.

20. Postquam emundaverit

qui en sortira couvre l'oracle qui est au-dessus du témoignage; *en sorte qu'elle le dérobe à la vue d'Aaron,* et qu'il ne meure point *comme il arriverait s'il l'avait regardé avec curiosité.*

14. Il prendra aussi du sang du veau, et y ayant trempé le doigt, il en fera sept fois les aspersions vers le propitiatoire, *qui est à l'occident, et vers le voile qui est* du côté de l'orient.

15. Et après avoir immolé le bouc pour le péché du peuple, il en portera le sang au dedans du voile, selon qu'il lui a été ordonné touchant le sang du veau, afin qu'il en fasse les aspersions devant l'oracle,

16. Et qu'il purifie le sanctuaire des impuretés des enfants d'Israël, des violements qu'ils ont commis contre la loi, et de tous leurs péchés. Il fera la même chose au tabernacle du témoignage qui a été dressé parmi eux au milieu des impuretés qui se commettent dans leurs tentes.

17. Que nul homme ne soit dans le tabernacle quand le pontife entrera dans le Saint des saints, pour prier pour soi-même, pour sa maison et pour toute l'assemblée d'Israël, jusqu'à ce qu'il en soit sorti.

18. Et lorsqu'il en sera sorti pour venir à l'autel *des parfums,* qui est devant le Seigneur, qu'il prie pour soi : et qu'ayant pris du sang du veau et du bouc, il le répande sur les cornes de l'autel, tout autour;

19. Ayant aussi trempé son doigt dans le sang, qu'il en fasse sept fois les aspersions, et qu'il expie l'autel et le sanctifie, *le purifiant* des impuretés des enfants d'Israël.

20. Après qu'il aura purifié le sanctuaire,

---

13. *Quod est supra testimonium.* Supra arcam in qua est testimonium, id est, tabulæ legis. — *Et non moriatur.* Ob neglectas sacras ceremonias.

14. *Contra propitiatorium.* Ita tamen ut sanguis illud non tangeret. — *Ad orientem.* Versus anteriorem partem, quæ orientem respicit.

15. *Intra velum.* Intra Sanctum sanctorum inferet sanguinem, simul cum sanguine vituli, de quo n. 11 et 14; alioqui bis eodem die debuisset pontifex ingredi Sancta sanctorum, cum tantum semel in anno id ei liceret, ut patet ad Hebr. 9. 7.

17. *In tabernaculo.* Id est, in priori tabernaculi parte, quæ Sanctum dicitur; nam in Sanctum sanctorum nulli prorsus unquam aditus patebat præterquam pontifici.

18. *Exierit ad altare.* Thymiamatis.

20. *Postquam emundaverit sanctuarium.* Non quod sanctuarium per se

Digitized by Google

le tabernacle et l'autel, il offrira le bouc vivant;

21. Et lui ayant mis les deux mains sur la tête, il confessera toutes les iniquités des enfants d'Israël, toutes leurs offenses et tous leurs péchés : il en chargera avec imprécation la tête de ce bouc, et l'enverra au désert par un homme destiné à cela.

22. Après que le bouc aura porté toutes leurs iniquités dans un lieu solitaire, et qu'on l'aura laissé aller dans le désert,

23. Aaron retournera au tabernacle du témoignage, et ayant quitté les vêtements dont il était auparavant revêtu lorsqu'il entrait dans le sanctuaire, et les ayant laissés là,

24. Il lavera son corps dans le lieu saint, et il se revêtira de ses habits *pontificaux*. Il sortira ensuite *du lieu où il se sera lavé pour venir à l'autel;* et après avoir offert son holocauste et celui du peuple, il priera tant pour soi que pour le peuple :

25. Et il fera brûler sur l'autel la graisse qui a été offerte pour les péchés.

26. Quant à celui qui aura été conduire le bouc émissaire, il lavera dans l'eau ses vêtements et son corps; et après cela, il entrera dans le camp.

27. On emportera hors du camp le veau et le bouc qui avaient été immolés pour le péché, et dont le sang avait été porté dans le sanctuaire, pour en faire la cérémonie

sanctuarium, et tabernaculum, et altare, tunc offerat hircum viventem :

21. Et posita utraque manu super caput ejus, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, et universa delicta atque peccata eorum : quæ imprecans capiti ejus, emittet illum per hominem paratum, in desertum.

22. Cumque portaverit hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam, et dimissus fuerit in deserto,

23. Revertetur Aaron in tabernaculum testimonii, et depositis vestibus, quibus prius indutus erat cum intraret sanctuarium, relictisque ibi,

24. Lavabit carnem suam in loco sancto, indueturque vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suum ac plebis, rogabit tam pro se quam pro populo :

25. Et adipem, qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare.

26. Ille vero, qui dimiserit caprum emissarium, lavabit vestimenta sua et corpus aqua, et sic ingredietur in castra.

27. Vitulum autem et hircum, qui pro peccato fuerant immolati, et quorum sanguis illatus est in sanctuarium ut expiatio comple-

---

expiatione indigeret, sed quod ipsum peccatis populi, in cujus medio erat, toto anno commissis, quasi pollutum et contaminatum videretur.—* *Offerat hircum viventem.* Alterum scilicet pro emissario reservatum, non immolando, sed coram Deo et tabernaculo vivum sistendo.

21. *Imprecans capiti ejus.* Ut scilicet peccatorum pœna in illum transiret. — *In desertum.* Ubi hic caper emissarius devoretur a feris, atque ita piaculum sit populi, et hoc modo peccatis debitas pœnas in ipsum translatas luat.

23. *Revertetur.... in tabernaculum.* Emittens enim hircum erat extra illud, ad ostium scilicet tabernaculi.

24. *Lavabit carnem suam.* Totum scilicet corpus, ut hæc lotio symbolum sit munditiei per expiationem jam peractam adeptæ. — *In loco sancto.* In atrio tabernaculi, ad labrum sive mare æneum.—*Indueturque vestibus suis.* Pontificiis; nam deinceps solemnitas hæc erat læta, et cum expiatione transierant signa luctus.

26. *Lavabit.* Ad abluendam immunditiam legalem, quam contraxit ex contactu hirci tot peccatis et imprecationibus onusti.

Digitized by Google

retur, asportabunt foras castra, et comburent igni tam pelles quam carnes eorum ac fimum :

28. Et quicumque combusserit ea, lavabit vestimenta sua et carnem aqua, et sic ingredietur in castra.

29. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum : Mense septimo, decima die mensis, affligetis animas vestras, nullumque opus facietis, sive indigena, sive advena qui peregrinatur inter vos.

30. In hac die expiatio erit vestri, atque mundatio ab omnibus peccatis vestris : coram Domino mundabimini ;

31. Sabbatum enim requietionis est, et affligetis animas vestras religione perpetua.

32. Expiabit autem sacerdos, qui unctus fuerit, et cujus manus initiatæ sunt ut sacerdotio fungatur pro patre suo : inducturque stola linea et vestibus sanctis,

33. Et expiabit sanctuarium et tabernaculum testimonii atque altare, sacerdotes quoque et universum populum.

34. Eritque vobis hoc legitimum sempiternum, ut oretis pro filiis

de l'expiation, et l'on en brûlera dans le feu la peau, la chair et la fiente, *sans en rien réserver, parce qu'il a été offert pour les prêtres aussi bien que pour le peuple.*

28. Quiconque les aura brûlées, lavera dans l'eau ses vêtements et son corps, et après cela il entrera dans le camp.

29. Cette ordonnance sera gardée éternellement parmi vous. Au dixième jour du septième mois, *depuis le soir du jour précédent jusqu'au soir de ce jour*, vous affligerez vos âmes *par un jeûne exact et rigoureux ;* vous ne ferez aucune œuvre de vos mains, soit ceux qui sont nés en votre pays, ou ceux qui sont venus de dehors, et qui sont étrangers parmi vous, *mais qui ont embrassé votre religion.*

30. C'est en ce jour que se fera votre expiation et la purification de tous vos péchés, et que vous vous purifierez devant le Seigneur.

31. Car c'est le sabbat *et le grand jour* du repos ; et vous y affligerez vos âmes par un culte religieux, qui sera perpétuel.

32. Cette expiation se fera par le *grand-prêtre*, qui aura reçu l'onction sainte, dont les mains auront été consacrées pour faire les fonctions du sacerdoce à la place de son père ; et s'étant revêtu de la robe de lin et des vêtements saints,

33. Il expiera le sanctuaire, le tabernacle du témoignage et l'autel, les prêtres aussi, et tout le peuple.

34. Et cette ordonnance sera gardée éternellement parmi vous, de prier une

---

27. *Asportabunt foras castra.* Ob causam dictam c. 4. 12.

28. *Quicumque combusserit ea.* Quicumque ex populo, cui hoc munus committebatur ; neque enim hoc faciebant sacerdotes.

29. *Legitimum sempiternum.* Lex perpetua, semper observanda.—*Mense septimo.* Hinc et ex n. 32 patet hoc festum expiationis, ejusque ceremonias peractas fuisse decimo die mensis septimi, quando scilicet Judæi frugibus jam collectis otium habebant Deo vacandi, se expiandi, Deoque gratias agendi. —*Affligetis animas.* Tum jejunando, tum aliis modis carnem macerando.

31. *Sabbatum enim requietionis est.* Hebr. est, *sabbatum sabbati*, sive *quies quietis*, id est summa quies ; quare nec licebat in hoc festo cibos apparare, cum id in aliis festis liceret, ut patebit c. 23. 27.

32. *Sacerdos, qui unctus fuerit.* Pontifex.

34. *Ut oretis.* Vos, o pontifices deinceps futuri. Soli enim pontifices poterant expiare, et solemniter orare hac die.

Digitized by Google

fois l'année pour les enfants d'Israël, et pour tous leurs péchés. Moïse fit donc tout cela selon que le Seigneur le lui avait ordonné.

Israel, et pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

CHAPITRE XVII.

§ I. *Le Seigneur défend aux Juifs et aux étrangers d'offrir des sacrifices ailleurs qu'au tabernacle.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. Parlez à Aaron, à ses fils et à tous les enfants d'Israël et dites-leur : Voici ce que le Seigneur a ordonné ; voici ce qu'il a dit :

3. Tout homme de la maison d'Israël, *ou des prosélytes établis parmi eux*, qui, *voulant offrir un sacrifice au Seigneur*, aura tué *dans ce dessein* un bœuf, ou une brebis, ou une chèvre dans le camp ou hors du camp,

4. Et qui ne l'aura pas présentée à l'entrée du tabernacle pour être offerte au Seigneur, sera coupable de meurtre, et il périra du milieu de son peuple, comme s'il avait répandu le sang *d'un homme*.

5. C'est pourquoi les enfants d'Israël doivent présenter au prêtre les hosties *qu'ils veulent offrir au Seigneur, afin qu'il les immole devant le tabernacle,*

1. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere Aaron et filiis ejus, et cunctis filiis Israel, dicens ad eos : Iste est sermo quem mandavit Dominus, dicens :

3. Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bovem aut ovem, sive capram, in castris vel extra castra,

4. Et non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationem Domino, sanguinis reus erit : quasi si sanguinem fuderit, sic peribit de medio populi sui.

5. Ideo sacerdoti offerre debent filii Israel hostias suas, quas occident in agro, ut sanctificentur Domino ante ostium tabernaculi

---

Cap. XVII. 3. *Occiderit bovem, aut ovem.* Sensus est : Quicumque immolaverit et sacrificaverit bovem, ovem, aut capram extra tabernaculum, reus est mortis; quia scilicet, cum sit laicus, sacerdotale munus occupat, et quia extra locum ad sacrificia destinatum hoc facit. Deo tamen inspirante aliqui extra tabernaculum immolarunt, sic Manue, Judic. 13. 19. Samuel. I. Reg. 7. 9, et I. Reg. 11. 15, et I. Reg. 16. 2, et David II. Reg. 24. 18, et Elias III. Reg. 18. 36.

4. *Sanguinis reus erit.* Morte plectetur a judice, si res constet; si lateat, Deum vindicem habebit. — *Quasi si sanguinem fuderit.* Occidetur perinde ac homicida occiditur. Ob hanc legem Israelitæ bellum appararunt contra Rubenitas, qui aliud altare erexerant, Josue 22. 12.

5. *Ideo.* Ne rei fiant sanguinis et mortis. — *Quas occident in agro.* Quas more aliarum gentium occidere et immolare solent in agro, idque non Deo, sed dæmonibus, ut dicitur n. 7. Vel quas alias in agro occiderent et immolarent, nisi lex vetaret. — *Sanctificentur.* Offerantur et consecrentur. — *Hostias pacificas.* Sub pacificis, et holocausta et victimas pro peccato intelige. Meminit tamen pacificarum tantum; nam tales fere dæmonibus immolabant.

Digitized by Google

testimonii, et immolent eas hostias pacificas Domino.

6. Fundetque sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonii, et adolebit adipem in odorem suavitatis Domino :

7. Et nequaquam ultra immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis et posteris eorum (1).

8. Et ad ipsos dices : Homo de domo Israel, et de advenis qui peregrinantur apud vos, qui obtulerit holocaustum sive victimam,

9. Et ad ostium tabernaculi testimonii non adduxerit eam, ut offeratur Domino, interibit de populo suo.

au lieu de les égorger dans les champs, afin qu'elles soient consacrées au Seigneur devant l'entrée du tabernacle du témoignage, et qu'ils les immolent au Seigneur comme des hosties pacifiques.

6. Le prêtre *en* répandra le sang sur l'autel du Seigneur à l'entrée du tabernacle du témoignage; et il en fera brûler la graisse comme une odeur agréable au Seigneur.

7. Et ainsi ils n'immoleront plus à l'avenir leurs hosties aux démons, au culte desquels ils se sont abandonnés *dans l'Egypte; mais ils les offriront au Seigneur, et dans le lieu qu'il leur a marqué.* Cette loi sera éternelle pour eux et pour leur postérité.

8. Vous leur direz encore : Si un homme de la maison d'Israël, ou de ceux qui sont venus de dehors, *et* qui sont étrangers parmi vous, offre un holocauste ou une victime,

9. Sans l'amener à l'entrée du tabernacle du témoignage, afin qu'elle soit offerte au Seigneur, il périra du milieu de son peuple.

§ II. *Défense de manger du sang des animaux et de la chair des bêtes mortes d'elles-mêmes ou tuées par d'autres bêtes.*

10. Homo quilibet de domo Israel, et de advenis qui peregrinantur inter eos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam, contra animam illius, et disperdam eam de populo suo.

11. Quia anima carnis in sanguine est, et ego dedi illum vobis, ut super altare in eo expietis pro

10. Si un homme, quel qu'il soit, ou de la maison d'Israël, ou des étrangers qui sont venus demeurer parmi eux, mange du sang, j'arrêterai sur lui l'œil de ma colère, et je le perdrai du milieu de son peuple,

11. Parce que la vie de la chair est dans le sang, et que je vous l'ai donné afin qu'il vous serve sur l'autel pour l'expia-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 127.

---

6. *Sanguinem super altare.* Per circuitum altaris, ut patet c. 8. 2.

7. *Dæmonibus.* Hebr. *pilosis,* vel *satyris,* quibus more gentium sacrificabant. — *Cum quibus fornicati sunt.* Quibus adhæserunt. Fornicationis nomine frequentissime in Scriptura idololatria significatur. Hinc patet Judæos ante hæc tempora, cum adhuc in Ægypto degerent, coluisse idola, et dæmonibus sacrificasse. Idem patet ex Ezech. 16. 22 et sequentibus.

10. *Homo quilibet de domo Israel.* Homo judæus. — *Et de advenis.* De proselytis ad judaismum conversis. — *Qui peregrinantur.* Qui morantur, habitant. — *Obfirmabo faciem meam.* Vehementer irascar : * sic et infra, c. 20. 3.

11. *Anima carnis in sanguine est.* Præcipue e sanguine pendet sine ipso enim perit animal. Vide Gen. 9. 4.

Digitized by Google

tion de vos âmes, et que l'âme soit expiée par le sang.

12. C'est pourquoi j'ai dit aux enfants d'Israël : Que nul d'entre vous, ni même des étrangers qui sont venus demeurer parmi vous, ne mange du sang.

13. Si quelque homme d'entre les enfants d'Israël, ou d'entre les étrangers qui sont venus demeurer parmi vous, prend à la chasse quelqu'une des bêtes, ou au filet quelqu'un des oiseaux dont il est permis de manger, qu'il en répande le sang, et qu'il le couvre de terre.

14. Car la vie de toute chair est dans le sang; c'est pourquoi j'ai dit aux enfants d'Israël : Vous ne mangerez point du sang de toute chair, parce que la vie de la chair est dans le sang; et quiconque en mangera sera puni de mort.

15. Si quelqu'un, ou du peuple d'Israël, ou des étrangers, mange d'une bête qui sera morte d'elle-même, ou qui aura été prise par une *autre* bête, il lavera ses vêtements, et se lavera lui-même dans l'eau; il sera impur jusqu'au soir, et il deviendra pur en cette manière.

16. Que s'il ne lave point ses vêtements et son corps, il portera *la peine de* son iniquité.

animabus vestris, et sanguis pro animæ piaculo sit.

12. Idcirco dixi filiis Israel : Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex advenis qui peregrinantur apud vos.

13. Homo quicumque de filiis Israel, et de advenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atque aucupio ceperit feram vel avem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem ejus, et operiat illum terra.

14. Anima enim omnis carnis in sanguine est : unde dixi filiis Israel : Sanguinem universæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est : et quicumque comederit illum, interibit.

15. Anima quæ comederit morticinum, vel captum a bestia, tam de indigenis quam de advenis, lavabit vestimenta sua et semetipsum aqua, et contaminatus erit usque ad vesperum : et hoc ordine mundus fiet.

16. Quod si non laverit vestimenta sua et corpus, portabit iniquitatem suam.

CHAPITRE XVIII.

§ I. *Le Seigneur défend à son peuple de suivre les coutumes des Egyptiens ou des Chananéens. Il lui interdit les mariages dans plusieurs degrés de parenté* (1).

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le Seigneur parla à Moïse, et lui dit :

2. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur *de ma part :* Je suis le Seigneur votre Dieu.

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Ego Dominus Deus vester :

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 133.

---

13. *Operiat illum terra.* Ratio hujus rei est, ne bestiæ sanguinem lamberent.

15. *Morticinum.* Per se mortuum. — *Captum a bestia.* A fera alia discerptum, et prægustatum. — *Lavabit vestimenta sua.* Si ignorans talc quid comederit (nam si sciens comedisset, gravius multatus fuisset). Insuper offerre sacrificium præscriptum c. 4. 27 et sequentibus. — *Hoc ordine.* Hisce ceremoniis.

16. *Portabit iniquitatem suam.* Pœnas luet iniquitatis et inobedientiæ.

Digitized by Google

3. Juxta consuetudinem terræ Ægypti, in qua habitastis, non facietis : et juxta morem regionis Chanaan, ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis.

4. Facietis judicia mea, et præcepta mea servabitis, et ambulabitis in eis; ego Dominus Deus vester.

5. Custodite leges meas atque judicia, quæ faciens homo, vivet in eis. Ego Dominus.

6. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, ut revelet turpitudinem ejus. Ego Dominus.

7. Turpitudinem patris tui et turpitudinem matris tuæ non discooperies : mater tua est; non revelabis turpitudinem ejus.

8. Turpitudinem uxoris patris tui non discooperies : turpitudo enim patris tui est.

3. Vous n'agirez point selon les coutumes du pays d'Egypte où vous avez demeuré; et vous ne vous conduirez point selon les mœurs du pays de Chanaan dans lequel je vous ferai entrer; vous ne suivrez ni leurs lois ni leurs maximes.

4. Vous exécuterez mes ordonnances, vous observerez mes préceptes, et vous marcherez selon ce qu'ils vous prescrivent : Je suis le Seigneur votre Dieu, *et vous devez m'obéir.*

5. Gardez *donc* mes lois et mes ordonnances : l'homme qui les gardera y trouvera la vie. Je suis le Seigneur, *et voici ce que je vous ordonne d'observer.*

6. Nul homme *d'entre vous ne* s'approchera de celle qui lui est unie par la proximité du sang pour découvrir *en elle, par une alliance incestueuse,* ce que la pudeur veut qui soit caché. Je suis le Seigneur, *et je veux que vous soyez exempts de toute impureté.*

7. Vous ne découvrirez *donc* point dans votre mère ce qui doit être caché, *en violant* le respect dû à votre père. Elle est votre mère; vous ne découvrirez rien en elle contre la pudeur, *ni du vivant de votre père, ni après sa mort.*

8. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans la femme de votre père, *qu'il a épousée après la mort de votre mère,* parce que vous blesseriez le respect dû à votre père.

CAP. XVIII. 3. *Nec in legitimis eorum ambulabitis.* Gentium ritus et cæremonias, quibus ipsi colunt sua idola et dæmones, aversabimini.

4. *Judicia mea.* Præcepta judicialia, quæ justitiam et honestum convictum inter te et proximum statuunt. — *Et præcepta.* Cæremonialia, quibus rite colatis me.

5. *Vivet in eis.* Servans has leges a me vita diuturna et prospera donabitur, ut diu per eas, et in earum observatione vivat.

6. *Ad proximam sanguinis sui.* Nimirum juxta ea quæ hic statuentur. — *Ut revelet turpitudinem.* Turpitudo vocantur membra inhonesta, et revelare turpitudinem mulieris est cum ea congredi, sive in matrimonio, sive extra illud. — *Ego Dominus.* Qui hæc præcipio, et cui a vobis debetur obsequium.

7. *Turpitudinem patris tui.* Vetatur matrimonium et copula cum patre et matre; olim enim barbari aliqui, contra naturalem in hujusmodi personas reverentiam, patri aut matri miscebantur.

8. *Uxoris patris tui.* Non habebis rem cum noverca tua.—*Turpitudo enim patris tui est.* Hebr. *nuditas enim patris tui est.* Quasi dicat : Eam nudavit et cognovit pater tuus; itaque omnino indecens est ut tu eam cognoscas.

Digitized by Google

9. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans celle qui est votre sœur de père, ou votre sœur de mère, qui est née ou dans la maison ou hors de la maison, *d'un mariage légitime ou non légitime.*

10. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans la fille de votre fils, ou dans la fille de votre fille, parce que ce serait à votre propre confusion, *puisque ce serait déshonorer votre propre chair.*

11. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans la fille de la femme de votre père, qu'elle a enfantée à votre père, et qui est votre sœur *de père, quoiqu'elle soit d'une autre mère.*

12. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans la sœur de votre père, parce que c'est la chair de votre père.

13. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans la sœur de votre mère, parce que c'est la chair de votre mère.

14. Vous ne découvrirez point ce que le respect dû à votre oncle paternel veut qui soit caché, et vous ne vous approcherez point de sa femme, parce qu'elle vous est unie d'*une étroite* alliance.

15. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans votre belle-fille, parce qu'elle est la femme de votre fils; et vous y laisserez couvert ce que le respect veut qui soit caché.

9. Turpitudinem sororis tuæ ex patre, sive ex matre, quæ domi vel foris genita est, non revelabis.

10. Turpitudinem filiæ filii tui vel neptis ex filia non revelabis : quia turpitudo tua est.

11. Turpitudinem filiæ uxoris patris tui, quam peperit patri tuo, et est soror tua, non revelabis.

12. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies : quia caro est patris tui.

13. Turpitudinem sororis matris tuæ non revelabis, eò quòd caro sit matris tuæ.

14. Turpitudinem patrui tui non revelabis, nec accedes ad uxorem ejus, quæ tibi affinitate conjungitur.

15. Turpitudinem nurûs tuæ non revelabis, quia uxor filii tui est, nec discooperies ignominiam ejus.

---

9. *Sororis tuæ ex patre.* Quæ eumdem tecum habet patrem, sed aliam matrem. — *Sive ex matre.* Quæ eamdem tecum habet matrem, sed alium patrem. — *Quæ domi vel foris genita est.* Qualis illa est, quam mater de primo marito suscepit, et cum qua in domum venerat, quando secundo huic marito nupsit, quasi dicat : Uterinam sororem etiam foris, et extra domum natam, nemo ducet.

10. *Quia turpitudo tua est.* Quia scilicet a te recta linea descendit neptis, ideoque tecum quasi una censetur, ut si ejus turpitudinem reveles, tam tuam quam ejus turpitudinem reveles.

11. *Filiæ uxoris patris tui.* Filiam novercæ tuæ, quæ tibi quasi est soror agnata, non duces, nec cognosces.

12. *Sororis patris tui.* Amitæ tuæ. — *Caro est patris tui.* Quia est consanguinea patris tui, et ab uno parente, eademque carne cum patre tuo decisa.

14. *Turpitudinem patrui tui non revelabis.* Ut scilicet uxorem ejus ducas, aut cognoscas, ipso etiam mortuo; nam verba sequentia, *nec accedes ad uxorem ejus*, explicant quid sit patrui turpitudinem revelari. Ubi notandum in veteri lege matrimonium cum amita vetari, non autem cum patruo; causa est, quia cum vir sit caput uxoris, si nepos duceret amitam, oporteret eam subesse nepoti; hoc autem indecens est : in altero autem casu patruo subest neptis, quod decentius est.

15. *Nurus tuæ.* Uxoris filii tui, etiam eo mortuo.

Digitized by Google

16. Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis : quia turpitudo fratris tui est.

16. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans la femme de votre frère : *vous ne l'épouserez point, ni de son vivant, ni après sa mort, s'il a laissé des enfants*, parce que ce respect est dû à votre frère.

17. Turpitudinem uxoris tuæ et filiæ ejus non revelabis. Filiam filii ejus, et filiam filiæ illius non sumes, ut reveles ignominiam ejus : quia caro illius sunt, et talis coitus incestus est.

17. Vous ne découvrirez point dans votre femme et dans sa fille ce qui doit être caché; *vous ne les épouserez point en même temps, ni l'une après la mort de l'autre*; vous ne prendrez point la fille de son fils, ni la fille de sa fille, pour découvrir ce que l'honnêteté veut qui soit secret, parce qu'elles sont la chair de votre femme, et qu'une telle alliance est un inceste.

18. Sororem uxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec revelabis turpitudinem ejus adhuc illâ vivente.

18. Vous ne prendrez point la sœur de votre femme pour la rendre sa rivale; et vous ne découvrirez point dans elle, du vivant de votre femme, ce que la pudeur veut qui soit caché.

19. Ad mulierem quæ patitur menstrua non accedes, nec revelabis fœditatem ejus.

19. Vous ne vous approcherez point d'une femme qui souffre ce qui leur arrive tous les mois; et vous ne découvrirez point en elle ce qui n'est pas pur.

§ II. *Dieu recommande aux Israélites de ne point commettre d'adultère, de ne point offrir leurs enfants à Moloch, et de ne pas imiter les anciens habitants de la Palestine dans leurs impuretés abominables, de peur que cette terre ne les rejette comme elle a rejeté ces peuples.*

20. Cum uxore proximi tui non coibis, nec seminis commistione maculaberis.

20. Vous ne vous approcherez point de la femme de votre prochain, et vous ne vous souillerez point par cette union honteuse et illégitime.

21. De semine tuo non dabis ut consecretur idolo Moloch, nec

21. Vous ne donnerez point de vos enfants pour être consacrés à l'idole de Mo-

---

16. *Uxoris fratris tui.* Excipe, nisi frater moriatur sine liberis; tunc enim non tantum potest, sed etiam debet eam ducere, ut suscitet semen et liberos fratri suo, ut præcipitur Deut. 25. 5.

17. *Uxoris tuæ et filiæ ejus.* Ita ut vel simul vel successive utramque habeas uxorem. — *Quia caro illius sunt.* Quia scilicet conjunctæ sunt, et sanguine proximæ uxori tuæ, ac proinde omnino indecens est ut earum turpitudinem reveles. — *Incestus est.* LXX, *impietas est.* Hebr. *nefas est.*

18. *Sororem uxoris tuæ.* Vetatur ne quis simul duas uxores habeat, cum tamen prius fuisset licitum, ut discimus ex facto Jacob qui Liam et Rachelem sorores duxit. — *In pellicatum illius.* Hebr. additur, *ad affligendam illam*, si videlicet videat sororem sibi superinduci velut pellicem : itaque oriatur inter eas simultas et æmulatio. — *Adhuc illa vivente.* Quia mortua illa poterant accipere sororem in conjugem.

21. *Idolo Moloch.* Deo Ammonitarum, cui infantes comburebantur, aut saltem traducebantur per ignem in ejus honorem. — *Nec pollues nomen Dei*

Digitized by Google

loch, et vous ne souillerez point le nom de votre Dieu, *en le donnant à ces fausses divinités, et les honorant par des sacrifices abominables.* Je suis le Seigneur.

22. Vous ne commettrez point cette abomination où l'on se sert d'un homme comme si c'était une femme.

23. Vous ne vous approcherez d'aucune bête, et vous ne vous souillerez point avec elle. La femme ne se prostituera point non plus en cette manière à une bête, parce que c'est un crime *abominable.*

24. Vous ne vous souillerez point par toutes ces infamies dont se sont souillés tous les peuples que je chasserai devant vous,

25. Et qui ont déshonoré ce pays-là; et je punirai moi-même les crimes détestables de cette terre; *je ferai* en sorte qu'elle rejettera avec horreur ses habitants de son sein, *afin que vous occupiez leur place.*

26. Gardez mes lois et mes ordonnances, et que ni les Israélites ni les étrangers qui sont venus demeurer chez vous ne commettent aucune de toutes ces abominations.

27. Car ceux qui ont habité cette terre avant vous ont commis toutes ces infamies exécrables, et l'ont tout à fait souillée.

28. Prenez donc garde que, commettant les mêmes crimes qu'ils ont commis, cette terre ne vous rejette avec horreur de son sein, comme *il sera bientôt vrai de dire* qu'elle en a rejeté *tous* ces peuples qui l'ont habitée avant vous.

pollues nomen Dei tui. Ego Dominus.

22. Cum masculo non commiscearis coitu femineo, quia abominatio est (1).

23. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet jumento, nec miscebitur ei : quia scelus est.

24. Nec polluamini in omnibus his, quibus contaminatæ sunt universæ gentes, quas ego ejiciam ante conspectum vestrum (2),

25. Et quibus polluta est terra : cujus ego scelera visitabo, ut evomat habitatores suos.

26. Custodite legitima mea atque judicia, et non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena quàm colonus qui peregrinantur apud vos.

27. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, et polluerunt eam.

28. Cavete ergo ne et vos similiter evomat, cùm paria feceritis, sicut evomuit gentem, quæ fuit ante vos.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 161. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 161.

---

tui. Hoc enim mihi, meoque nomini esset dedecori, si, me relicto, coleres idola, ac præsertim Moloch, tam infami cultu.

23. *Cum omni pecore.* Cum pecore cujuscumque generis sit. — * *Quia scelus est.* Hebraice, *confusio.* Non abominatio tantum, sed scelus pudendum et immane. Adde ex hujusmodi congressibus monstra procreari.

24. *Nec polluamini in omnibus his.* Id est in nullo horum polluamini.

25. *Scelera visitabo.* Puniam.

26. *Tam indigena quam colonus.* Colonus vocatur hic incola, qui in Hebræorum coloniam et legem transiit, et inter eos peregrinatur, id est habitat.

28. *Et vos similiter evomat.* A se ejiciat. — *Evomuit.* Loquitur de futuro, quasi de præterito prophetice; sensus ergo est : certo et brevi evomet. Terra dicitur evomere tropice, quasi corruptos mores et impietatem non ferens : sic Sap. 5. 23, dicitur : *Excandescet in illos aqua maris.*

Digitized by Google

29. Omnis anima, quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui.

30. Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, et ne polluamini in eis. Ego Dominus Deus vester.

29. Tout homme qui aura commis quelqu'une de ces abominations périra du milieu de son peuple. *Si donc vous voulez éviter ce malheur,*

30. Gardez mes commandements, ne faites point ce qu'ont fait ceux qui étaient avant vous *dans ce pays,* et ne vous souillez point par ces infamies. Je suis le Seigneur votre Dieu.

CHAPITRE XIX.

§ I. *Respecter et craindre ses parents. Garder le sabbat. Eviter l'idolâtrie. Manger les hosties pacifiques avant le troisième jour.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, et dices ad eos : Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester.

3. Unusquisque patrem suum, et matrem suam timeat. Sabbata mea custodite. Ego Dominus Deus vester (1).

4. Nolite converti ad idola, nec deos conflatiles faciatis vobis. Ego Dominus Deus vester.

5. Si immolaveritis hostiam pacificorum Domino, ut sit placabilis,

6. Eo die quo fuerit immolata, comedetis eam, et die altero : quidquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis;

7. Si quis post biduum comederit ex ea, profanus erit, et impietatis reus :

1. Le Seigneur parla à Moïse, et lui dit :

2. Parlez à toute l'assemblée des enfants d'Israël, et dites-leur : Soyez saints, parce que je suis saint, moi qui suis le Seigneur votre Dieu.

3. Que chacun respecte avec crainte son père et sa mère. Gardez mes jours de sabbat, je suis le Seigneur votre Dieu.

4. Gardez-vous bien de vous tourner vers les idoles, et ne vous faites point de dieux jetés en fonte. Je suis le Seigneur votre Dieu.

5. Si vous immolez au Seigneur une hostie pacifique, afin qu'il vous soit favorable,

6. Vous la mangerez le même jour, et le jour d'après qu'elle aura été immolée, et vous consumerez par le feu ce qui en restera le troisième jour, *afin que ce qui est saint ne soit pas exposé à la corruption.*

7. Si quelqu'un en mange après les deux jours, il sera profane et coupable d'impiété :

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 155.

CAP. XIX. 2. *Sancti estote.* Mundi et puri ab omni immunditia carnis et spiritus, ab omni peccato, noxaque legali.

3. *Timeat.* Revereatur.

4. *Deos conflatiles.* Est synecdoche; nam conflatilium nomine omnia prohibet idola sive fusilia, sive ductilia, sive sculptilia.

5. *Ut sit placabilis.* Ut sit vobis placatus et propitius.

7. *Post biduum comederit ex ea.* Hostia pacifica. * — *Profanus erit.* LXX vertunt ἄθυτον ἐστὶ : irritum erit sacrificium, effectu carens, et nihil tibi proderit, imo erit profanum, et qui hoc patrarit, impietatis reus erit, ut sequitur. — *Impietatis reus.* Quia hanc sacram ceremoniam a Deo sancitam violavit.

Digitized by Google

8. Il portera *la peine* de son iniquité, parce qu'il a souillé le saint du Seigneur, et cet homme périra du milieu de son peuple.

8. Portabitque iniquitatem suam, quia sanctum Domini polluit, et peribit anima illa de populo suo.

§ 1. *Lois contre l'avarice, le jurement, la médisance, l'injustice et la vengeance.*

9. Lorsque vous ferez la moisson dans vos champs, vous ne couperez point jusqu'au pied ce qui sera crû sur la terre, et vous ne ramasserez point les épis qui seront restés.

9. Cùm messueris segetes terræ tuæ, non tondebis usque ad solum superficiem terræ : nec remanentes spicas colliges (1).

10. Vous ne recueillerez point aussi dans votre vigne les grappes qui restent *après la vendange*, ni les grains qui tombent; mais vous les laisserez prendre aux pauvres et aux étrangers. Je suis le Seigneur votre Dieu, *et c'est moi qui vous ordonne ces choses.*

10. Neque in vinea tua racemos et grana decidentia congregabis, sed pauperibus et peregrinis carpenda dimittes; ego Dominus Deus vester.

11. Vous ne déroberez point. Vous ne mentirez point, et nul ne trompera son prochain.

11. Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet unusquisque proximum suum.

12. Vous ne jurerez point faussement en mon nom, et vous ne souillerez point le nom de votre Dieu *en le prenant en vain.* Je suis le Seigneur, *et vous devez me craindre et me respecter.*

12. Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui; ego Dominus.

13. Vous ne calomnierez point votre prochain, et vous ne l'opprimerez point par violence. Le prix du mercenaire qui vous donne son travail ne demeurera point chez vous jusqu'au matin.

13. Non facies calumniam proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane.

14. Vous ne parlerez point mal du sourd, et vous ne mettrez rien devant l'aveugle qui puisse le faire tomber; mais

14. Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum : sed timebis Dominum Deum

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 177.

---

8. *Peribit.* Sententia judicis, si res constet, alioqui Deo vindicante.

9. *Non tondebis.* Hebr. *non consummabis metere angulum,* vel *extremitatem agri tui,* quasi dicat : Non secabis omnes fruges, sed relinques aliquid in extremitate, vel angulo agri tui, ut pauperes illud colligere possint.

10. *Neque in vinea tua racemos.* Post vindemiam remanentes. — *Racemos... congregabis.* Hebr. *ne facias racemationem vindemiæ tuæ.* LXX, *non revindemiabis vinctum tuum.*

11. *Non mentiemini.* Hebr. *non negabitis,* scilicet veritatem in deposito, credito, aliove quovis contractu, ac debito.

12. *In nomine meo.* Per nomen meum. — *Nec pollues nomen Dei tui.* Quantum in te est; nam alioqui nomen Dei in se pollui nequit.

13. *Opus mercenarii.* Merces operis. — *Usque mane.* Sed eadem die ante noctem ei persolves, quia operarii fere pauperes adeo sunt, ut in diem vivant.

14. *Non maledices surdo.* Quia hoc valde inhumanum est, ut ei, qui se defendere nequit, injuriam irroges. — * *Nec coram cæco.* Fortasse sermo

Digitized by Google

tuum, quia ego sum Dominus (1).

15. Non facies quod iniquum est, nec injustè judicabis. Non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis. Justè judica proximo tuo.

16. Non eris criminator, nec susurro in populo. Non stabis contra sanguinem proximi tui; ego Dominus.

17. Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum, ne habeas super illo peccatum (2).

18. Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum; ego Dominus (3).

vous craindrez le Seigneur votre Dieu, parce que je suis le Seigneur *et le souverain maître de toutes choses.*

15. Vous ne ferez rien contre l'équité, et vous ne jugerez point injustement. N'ayez point d'égard *contre la justice* à la personne du pauvre, et ne respectez point *contre la justice* la personne de l'homme puissant. Jugez votre prochain selon la justice.

16. Vous ne serez point parmi votre peuple ni un calomniateur public ni un médisant secret. Vous ne ferez point d'entreprise contre le sang de votre prochain. Je suis le Seigneur *qui punis ces injustices.*

17. Vous ne haïrez point votre frère en votre cœur, mais vous le reprendrez publiquement, de peur que vous ne péchiez vous-même sur son sujet *en conservant une haine secrète contre lui, et cherchant le moyen de la lui faire ressentir.*

18. Ne cherchez *donc* point à vous venger, et ne conservez point le souvenir de l'injure de vos citoyens. Vous aimerez votre ami comme vous-même. Je suis le Seigneur *qui ai créé l'un et l'autre.*

§ III. *Défense d'accoupler des animaux de diverses espèces, d'abuser d'une fille esclave, de recueillir les fruits des jeunes arbres, de manger du sang, d'observer les songes et les augures, de se couper les cheveux en rond, de se faire des incisions, et de prostituer ses filles.*

19. Leges meas custodite. Ju-

19. Gardez mes lois; *elles sont la jus-*

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 167.— (2) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 165. — (3) Rép. crit., tome I, page 117. — Lettres de quelques Juifs, tome III, page 165.

---

est metaphoricus, vetans mala dari consilia, præsertim simplicioribus quos facile est in fraudem inducere.

15. *Non consideres.* In judicio.—*Personam pauperis.* Ut iniqua ejus miseratione commotus, judicium pervertas.

16. *Criminator,... susurro.* In Hebr. est una tantum vox רכיל *rachil,* id est, detractor, susurro. — *Non stabis.* LXX, *non conspirabis.* — *Contra sanguinem proximi tui.* Ut injuste eum occidentes juves.

17. *Sed publice argue eum.* Ne odium foveas occultum; sed si in aliquo læsus es, et jus tuum prosequi velis, palam per judices cura ut tibi satisfiat. —*Ne habeas super illo peccatum.* Ei perniciem aliquam occulte machinando.

18. *Non quæras ultionem.* Ne privata auctoritate injuriam ulciscaris, nec per judicem libidine ultionis.—*Nec memor eris injuriæ.* Chald. *non servabitis inimicitias.* Verbum נטר *natar,* quod hic habetur, in eos competit qui beneficium dant, sed addita exprobratione ob acceptam olim injuriam.—*Sicut teipsum.* Vox *sicut* non æqualitatem, sed similitudinem significat.—*Ego Dominus.* Qui scilicet id ipsum, licet arduum, jure meo exigo et præcipio.

Digitized by Google

tice et la sainteté même, et elles ne tendent qu'à vous rendre justes et saints. Vous n'accouplerez point une bête domestique avec des animaux d'une autre espèce. Vous ne sèmerez point votre champ de semence différente. Vous ne vous revêtirez point d'une robe tissue de fils différents; *et en observant toutes ces choses, vous apprendrez à ne point allier le culte du vrai Dieu avec celui des idoles.*

20. Si un homme dort avec une femme, et abuse de celle qui était esclave, et en âge d'être mariée, mais qui n'a point été rachetée à prix d'argent, et à qui l'on n'a point donné la liberté, ils seront battus tous deux, et ils ne mourront pas, parce que ce n'était pas une femme libre.

21. L'homme offrira au Seigneur pour sa faute un bélier à l'entrée du tabernacle du témoignage.

22. Le prêtre priera pour lui et pour son péché devant le Seigneur, et il rentrera en grâce devant le Seigneur, et son péché lui sera pardonné.

23. Lorsque vous serez entrés dans la terre *que je vous ai promise*, et que vous y aurez planté des arbres fruitiers, vous aurez soin d'en retrancher les premiers fruits par une espèce de circoncision. Vous regarderez ces premières productions comme étant impures, et vous n'en mangerez point.

mentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diverso semine. Veste, quæ ex duobus texta est, non indueris (1).

20. Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nubilis, et tamen pretio non redempta, nec libertate donata : vapulabunt ambo, et non morientur, quia non fuit libera;

21. Pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonii arietem :

22. Orabitque pro eo sacerdos, et pro peccato ejus coram Domino, et repropitiabitur ei, dimitteturque peccatum.

23. Quando ingressi fueritis terram, et plantaveritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum : poma, quæ germinant, immunda erunt vobis, nec edetis ex eis.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, pages 96 *et* 100.

---

19. *Jumentum tuum.* Accipienda lex, ut sonat. Muli ergo, quos Hebræi habuerunt, vel casu geniti sunt, vel aliunde adducti. Ita præceptum est 1. quia volebat Deus Hebræos sanctissime juxta naturam institui : congressus autem animalium diversæ speciei est contra naturam; 2. quia nolebat Deus animalium species confundi ac permisceri; 3. ne Hebræi talia curantes, et spectantes congressum illum animalium, similia discerent et imitarentur.— *Non seres diverso semine.* Videtur voluisse Deus hac, et sequenti lege, Hebræis commendare simplicitatem in victu et vestitu, omnique alia re. * Quod hic in arvo dicitur, idem in vinea locum habet. Deut. 22. 9. — *Ex duobus texta.* Lana, scilicet, et lino.

20. *Vapulabunt ambo.* Hebr. *vapulatio erit eis loris bubulis.*

22. *Repropitiabitur ei.* Ne eum puniat in hac vita; per gratiam etiam, et infusionem charitatis, si vere contritus hoc sacrificium obtulerit.

23. *Auferetis præputia eorum.* Præputia vocat primos trium annorum fructus. Voluit Deus hac ceremonia coli perinde ac puerorum circumcisione, congrue tamen ad arborum naturam; nam earum fructus primi magis aquosi et indigesti, ideoque insalubriores sunt posterioribus. — *Poma, quæ germinant.* Quæ producent, scilicet ipsæ arbores.

Digitized by Google

24. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino.

25. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt; ego Dominus Deus vester.

26. Non comedetis cum sanguine. Non augurabimini, nec observabitis somnia.

27. Neque in rotundum attondebitis comam : nec radetis barbam.

28. Et super mortuo non incidetis carnem vestram, neque figuras aliquas aut stigmata facietis vobis; ego Dominus.

29. Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, et impleatur piaculo.

24. La quatrième année, tout leur fruit sera sanctifié et consacré à la gloire du Seigneur.

25. Et la cinquième année, vous en mangerez les fruits, en recueillant ce que chaque arbre aura porté. Je suis le Seigneur votre Dieu, *observez ce que je vous ordonne.*

26. Vous ne mangerez rien avec le sang; vous n'userez point d'augures, et vous n'observerez point les songes *d'une manière superstitieuse.*

27. Vous ne couperez point vos cheveux en rond, et vous ne raserez point votre barbe.

28. Vous ne ferez point d'incision dans votre chair en pleurant les morts, et vous ne ferez aucune figure ni aucune marque sur votre corps *comme font les peuples idolâtres.* Je suis le Seigneur, *et vous devez vous conduire comme étant mon peuple.*

29. Ne prostituez point votre fille, de peur que la terre ne soit souillée, et qu'elle ne soit remplie d'impiété (1).

(1) Les meilleurs interprètes voient ici une défense de se conformer à la coutume des païens qui faisaient d'une telle abomination une partie du culte de leurs fausses divinités.

---

24. *Omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino.* Quarto anno fructus consecrabitur Domino in laudem ejus, ut scilicet offeratur sacerdotibus sicut primitiæ et decimæ, et in eorumdem jus cedat : quarto ergo anno hosce fructus comedere poterant sacerdotes, non laici.

26. *Non augurabimini.* Non exercebitis magiam, aut magicam divinationem.

27. *Neque in rotundum attondebitis comam.* LXX habent, *non facietis στασὸν (rotunditatem) ex coma vestra.* Etiam nunc aliquæ gentes totum caput tondent, aut radunt, particula duntaxat intonsa relicta, vel in vertice, vel in sincipite, ex qua cirrus capillorum existit. Illum aliqui vocant vernaculo vocabulo *la sisora.* Hic mos fuit vetustus, et a gentilibus, Ægyptiis præsertim usurpatus, ideoque a Domino Hebræis interdictus. — *Nec radetis barbam.* Hebr. *non destrues extremitatem barbæ tuæ.* Quasi dicat : Tondere permitto, radere usque ad extremam cutem interdico. Ita præcepisse videtur Deus, ut barba appareret, quæ est virilitatis insigne.

28. *Non incidetis carnem vestram.* Mos hic erat gentilium in funeribus, qui lanceolis aut gladiolis brachia, aut alias corporis partes certis notis compungebant, et sanguinem eliciebant in mortuorum honorem, et in mœroris argumentum. Vide Deut. 14. 1, et III. Reg. 18. 28. — * *Figuras... aut stigmata.* Fiebant ferro ignito, atramento, aut stibio, in honorem deorum. Has notas nulla poterat ars abolere; quare eas merito vocat Horatius : *Pictura in cute puncta.*

Digitized by Google

§ IV. *Ordre de garder les jours de sabbat, de craindre le Seigneur, d'honorer les vieillards, d'aimer les étrangers, et d'avoir des poids et des mesures justes.*

30. Gardez mes jours de sabbat, et tremblez devant mon sanctuaire. Je suis le Seigneur, *le saint d'Israël, et je veux que vous soyez saints.*

31. Ne vous détournez point *de votre Dieu* pour allez chercher des magiciens, et ne consultez point les devins, de peur de vous souiller en vous adressant à eux. Je suis le Seigneur votre Dieu, *et c'est moi seul que vous devez consulter.*

32. Levez-vous devant ceux qui ont les cheveux blancs; honorez la personne du vieillard, et craignez le Seigneur votre Dieu. Je suis le Seigneur, *et l'on ne saurait trop vous le répéter.*

33. Si un étranger habite dans votre pays, et demeure au milieu de vous, ne lui faites aucun reproche, *aucune injustice ni aucune violence.*

34. Mais qu'il soit parmi vous comme s'il était né dans votre pays, et aimez-le comme vous-mêmes; car vous avez été aussi vous-mêmes étrangers dans l'Egypte. Je suis le Seigneur votre Dieu, *et c'est moi qui vous ordonne d'en user ainsi.*

35. Ne faites rien contre l'équité, ni dans les jugements, ni dans ce qui sert de règle, ni dans les poids, ni dans les mesures.

36. Que la balance soit juste, et les poids tels qu'ils doivent être : que le boisseau soit juste, et que le setier ait sa mesure. Je suis le Seigneur votre Dieu qui vous ai tirés de l'Egypte.

30. Sabbata mea custodite, et sanctuarium meum metuite; ego Dominus.

31. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid sciscitemini, ut polluamini per eos; ego Dominus Deus vester.

32. Coram cano capite consurge, et honora personam senis : et time Dominum Deum tuum; ego sum Dominus (1).

33. Si habitaverit advena in terra vestra, et moratus fuerit inter vos, non exprobretis ei (2) :

34. Sed sit inter vos quasi indigena : et diligetis eum quasi vosmetipsos : fuistis enim et vos advenæ in terra Ægypti; ego Dominus Deus vester.

35. Nolite facere iniquum aliquid in judicio, in regula, in pondere, in mensura (3).

36. Statera justa, et æqua sint pondera, justus modius, æquusque sextarius; ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 167. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 176. — (3) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 111.

---

30. *Sabbata mea custodite.* Sabbatum hic quodlibet festum significat. — *Sanctuarium meum metuite.* Reveremini, nec accedentes immundi, nec curiose scrutantes, nec illud ingredientes, cum fas non est.

31. *Ad magos.* Hebr. *ad pythones.* qui dæmonem habent familiarem, maxime ventriloquum, ex ventre scilicet quasi ex utre confuso sono loquentem. — *Nec ab ariolis.* Arioli proprie vocantur, qui ex victimis immolatis divinant.

32. *Et time Dominum.* Præcipientem ut senes honore afficiantur.

33. *Advena.* Circumcisus, proselytus factus.

35. *In regula.* Qua scilicet mensuralis, qualis est ulna, quasi dicat : Justa mensura utimini in mensurando.

36. *Æqua sint pondera.* Hebr. *æqui sint lapides.* His enim olim ponderibus utebantur, unde Prov. 16. 11. hæc pondera vocantur *lapides sacculi.*

Digitized by Google

37. Custodite omnia præcepta mea, et universa judicia, et facite ea; ego Dominus.

37. Gardez tous mes préceptes et toutes mes ordonnances, et exécutez-les. Je suis le Seigneur, *vous devez m'obéir, et je saurai bien vous récompenser.*

CHAPITRE XX.

§ I. ***Peine de mort contre ceux qui donnent leurs enfants à Moloch, qui consultent les devins, qui outragent de paroles leurs pères ou leurs mères.***

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Hæc loqueris filiis Israel : Homo de filiis Israel, et de advenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idolo Moloch, morte moriatur : populus terræ lapidabit eum.

3. Et ego ponam faciem meam contra illum : succidamque eum de medio populi sui, eò quòd dederit de semine suo Moloch, et contaminaverit sanctuarium meum, ac polluerit nomen sanctum meum.

4. Quòd si negligens populus terræ, et quasi parvipendens imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere :

5. Ponam faciem meam super hominem illum, et super cognationem ejus, succidamque et ipsum, et omnes qui consenserunt ei ut fornicaretur cum Moloch, demedio populi sui.

6. Anima, quæ declinaverit ad magos et ariolos, et fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. Vous direz ceci aux enfants d'Israël : Si un homme d'entre les enfants d'Israël, ou des étrangers qui demeurent dans Israël, donne de ses enfants à l'idole de Moloch, qu'il soit puni de mort *si son crime est public, et* que le peuple du pays le lapide, *pour marquer l'horreur qu'il a de son crime.*

3. *Mais si son crime est caché,* j'arrêterai l'œil de ma colère sur cet homme, et je le retrancherai du milieu de son peuple, parce qu'il a donné de sa race à Moloch, qu'il a profané mon sanctuaire, et qu'il a souillé mon saint nom, *en lui préférant une abominable idole.*

4. Que si le peuple du pays faisant paraître de la négligence et comme du mépris pour mon commandement, laisse aller cet homme qui aura donné de ses enfants à Moloch, et ne veut pas le tuer,

5. J'arrêterai l'œil de ma colère sur cet homme et sur sa famille, et je le retrancherai du milieu de son peuple, lui et tous ceux qui auront consenti à la fornication *et à l'idolâtrie,* par laquelle il s'est prostitué à Moloch.

6. Si un homme se détourne *de moi* pour aller chercher les magiciens et les devins, et s'abandonne à eux par *une espèce*

CAP. XX. 2. ***Et de advenis.*** Proselytis. — ***Idolo Moloch.*** Vide supra, c. 18. 21. — ***Populus terræ.*** Plebs.

3. ***Succidamque eum.*** Si videlicet judices eum plectere et lapidare neglexerint, quod clarius explicatur n. 4 et sequentibus. — ***Contaminaverit sanctuarium meum.*** Quasi contaminatum judicaverit, religiones meas negligendo, et idola eis præferendo. — ***Ac polluerit.*** Nomen meum, ac leges meas, quantum in ipso est, profanaverit.

5. ***Ponam faciem meam.*** Irascar.

6. ***Ad magos et ariolos.*** Vide c. 19, n. 31. — ***Fornicata fuerit.*** Eis adhæserit.

Digitized by Google

de fornication, il attirera sur lui l'œil de ma colère, et je l'exterminerai du milieu de son peuple.

7. Sanctifiez-vous et soyez saints, parce que je suis le Seigneur votre Dieu.

8. Gardez mes préceptes et exécutez-les. Je suis le Seigneur qui vous sanctifie.

9. Que celui qui aura outragé de paroles son père ou sa mère soit puni de mort; son sang retombera sur lui, parce qu'il a outragé son père ou sa mère.

contra eam, et interficiam illam de medio populi sui.

7. Sanctificamini et estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester.

8. Custodite præcepta mea, et facite ea : Ego Dominus qui sanctifico vos.

9. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur : patri, matrique maledixit, sanguis ejus sit super eum (1).

§ II. *Peine de mort contre les adultères, contre les incestueux et contre les abominables.*

10. Si quelqu'un abuse de la femme d'un autre, et commet un adultère avec la femme de son prochain, que l'homme adultère et la femme adultère meurent tous deux.

11. Si un homme abuse de sa belle-mère et viole à son égard le respect qu'il aurait dû porter à son père, qu'ils soient tous deux punis de mort; leur sang retombera sur eux. *Ils se sont rendus dignes de ce châtiment.*

12. Si quelqu'un abuse de sa belle-fille, qu'ils meurent tous deux, parce qu'ils ont commis un *grand* crime; leur sang retombera sur eux.

13. Si quelqu'un abuse d'un homme comme si c'était une femme, qu'ils soient tous deux punis de mort, comme ayant commis un crime exécrable; leur sang retombera sur eux.

14. Celui qui, après avoir épousé la fille, épouse encore la mère, commet un crime énorme; il sera brûlé tout vif avec elle; et une action si détestable ne demeurera pas impunie au milieu de vous.

10. Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius, et adulterium perpetraverit cum conjuge proximi sui, morte moriantur et mœchus et adultera (2).

11. Qui dormierit cum noverca sua, et revelaverit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo : sanguis eorum sit super eos.

12. Si quis dormierit cum nuru sua, uterque moriatur, quia scelus operati sunt, sanguis eorum sit super eos.

13. Qui dormierit cum masculo coitu femineo, uterque operatus est nefas, morte moriantur : sit sanguis eorum super eos (3).

14. Qui supra uxorem filiam, duxerit matrem ejus, scelus operatus est : vivus ardebit cum eis, nec permanebit tantum nefas in medio vestri.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 156. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 54. — (3) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 187.

---

8. *Ego Dominus qui sanctifico vos.* Qui jubeo et volo vos esse sanctos.

9. *Sanguis ejus.* Reatus et pœna sanguinis, hoc est, mortis quam meruit, quasi dicat : Sua culpa pereat, et morte puniatur per judicis sententiam.

10. *Morte moriantur.* Lapidibus obruantur, ut patet Deut. 22. 23 et 24. Pœna enim lapidationis quæ statuitur in dantes semen Moloch, ad sequentes casus referri videtur.

11. *Ignominiam patris sui.* Vide dicta c. 18. 8. — *Sanguis.* Pœna sanguinis, id est, mortis.

14. *Vivus ardebit cum eis.* Si utraque consensit ut altera superinduceretur.

Digitized by Google

15. Qui cum jumento et peccore coierit, morte moriatur : pecus quoque occidite.

16. Mulier, quæ succubuerit cuilibet jumento, simul interficietur cum eo : sanguis eorum sit super eos.

17. Qui acceperit sororem suam, filiam patris sui, vel filiam matris suæ, et viderit turpitudinem ejus, illaque conspexerit fratris ignominiam : nefariam rem operati sunt : occidentur in conspectu populi sui, eò quòd turpitudinem suam mutuò revelaverint, et portabunt iniquitatem suam.

18. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, et revelaverit turpitudinem ejus, ipsaque aperuerit fontem sanguinis sui, interficientur ambo de medio populi sui.

19. Turpitudinem materteræ et amitæ tuæ non discooperies : qui hoc fecerit, ignominiam carnis suæ nudavit, portabunt ambo iniquitatem suam.

20. Qui coierit cum uxore patrui, vel avunculi sui, et revelaverit ignominiam cognationis suæ,

15. Celui qui se sera corrompu avec une bête, quelle qu'elle soit, sera puni de mort; et vous ferez aussi mourir la bête *pour effacer, autant qu'il est possible, le souvenir de ce crime horrible.*

16. La femme qui se sera corrompue avec une bête, quelle qu'elle soit, sera punie de mort avec la bête, et leur sang retombera sur elles.

17. Si un homme s'approche de sa sœur, qui est fille de son père ou fille de sa mère; et s'il voit en elle, ou si elle voit en lui ce que la pudeur veut qui soit caché, ils ont commis un crime énorme, et ils seront tués devant le peuple, parce qu'ils ont découvert l'un et l'autre ce qui aurait dû les faire rougir, et ils porteront *la peine due à* leur iniquité.

18. Si un homme s'approche d'une femme dans le temps qu'elle souffre l'accident ordinaire à son sexe, et qu'il découvre en elle ce que l'honnêteté aurait dû cacher; et si la femme elle-même se fait voir en cet état, ils seront tous deux exterminés du milieu de leur peuple, *si la chose devient publique ; et si elle est secrète, ils offriront le sacrifice que j'ai ordonné.*

19. Vous ne découvrirez point ce qui doit être caché dans votre tante maternelle, ou dans votre tante parternelle; celui qui le fait découvre la honte de sa propre chair, et ils porteront tous deux *la peine de* leur iniquité.

20. Si un homme approche de la femme de son oncle parternel ou maternel, et découvre *en elle* ce qu'il aurait dû cacher

---

15. ***Pecus quoque occidite.*** Ne scilicet sceleris memoriam refricet.

17. ***Sororem suam.*** Etiam ex altera tantum parente, quod sequentia statim declarant. — ***Viderit turpitudinem.*** Tetigerit et concubuerit. — ***Iniquitatem suam.*** Iniquitatis suæ pœnam.

18. ***Aperuerit fontem sanguinis sui.*** Id est, membrum genitale, per quod sanguis menstruus fluit, detexit. — ***Interficientur ambo.*** Causam legi dedit, quod congressus hic sit inhonestus et proli noxius. Ex lege positiva Dei Hebræis data, peccatum lethale erat ad menstruatam accedere; alioqui non videtur esse plus quam culpa venialis. Vide Sanchez de Matrimonio lib. 9. disput. 21.

19. ***Carnis suæ.*** Consanguineæ suæ, materteræ, vel amitæ, ut patet ex hebraico et chaldæo.

20. ***Cognationis suæ.*** Patrui scilicet, vel avunculi. — ***Absque liberis morientur.*** Hi incestuosi non sinentur in hoc scelere permanere, donec liberos habere possint, sed occidantur. S. Augustinus ita explicat : Si qui eis nati

Digitized by Google

par le respect qu'il doit à ses proches, ils porteront tous deux *la peine de* leur péché, et ils mourront sans *qu'on leur donne le temps d'avoir des* enfants, *et sans qu'on permette que ceux qu'ils auraient eus de ces alliances incestueuses soient regardés comme légitimes.*

portabunt ambo peccatum suum : absque liberis morientur.

21. Si un homme épouse la femme de son frère, *lorsqu'il est encore vivant*, il fait une chose que Dieu défend; il découvre ce qu'il devait cacher pour l'honneur de son frère; et ils n'auront point d'enfants *de ces alliances que Dieu ne bénira point.*

21. Qui duxerit uxorem fratris sui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris sui revelavit : absque liberis erunt.

§ III. *Dieu exhorte son peuple à garder ses lois, à ne pas imiter les nations qu'il doit chasser de la terre où il veut les établir, et à être saint comme lui-même est saint.*

22. Gardez mes lois et mes ordonnances, et exécutez-les de peur que la terre dans laquelle vous devez entrer, et où vous devez demeurer, ne vous rejette aussi avec horreur hors de son sein, *comme elle en rejettera ceux qui l'habitent maintenant.*

22. Custodite leges meas, atque judicia, et facite ea : ne et vos evomat terra quam intraturi estis et habitaturi.

23. Ne vous conduisez point selon les lois *et les coutumes* des nations que je dois chasser de la terre où je veux vous établir. Car elles ont fait toutes ces choses, et je les ai eues en abomination.

23. Nolite ambulare in legitimis nationum, quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt, et abominatus sum eas.

24. Mais pour vous, voici ce que je vous dis : Possédez la terre de ces peuples que je vous donnerai en héritage : *vivez saintement dans* cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel. Je suis le Seigneur votre Dieu qui vous ai séparés de tout le reste des peuples.

24. Vobis autem loquor : Possidete terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terram fluentem lacte et melle; ego Dominus Deus vester, qui separavi vos à cæteris populis.

25. Séparez donc aussi, vous autres, les bêtes pures d'avec les impures, les oiseaux purs d'avec les impurs; ne souillez point vos âmes en mangeant des bêtes ou des oiseaux, et de ce qui a mouvement *et vie* sur la terre, et que je vous ai marqué comme impur.

25. Separate ergo et vos jumentum mundum ab immundo, et avem mundam ab immunda : ne polluatis animas vestras in pecore, et avibus, et cunctis quæ moventur in terra, et quæ vobis ostendi esse polluta.

26. Vous serez mon peuple saint parce que je suis saint, moi qui suis le Sei-

26. Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dominus, et se-

---

fuerint filii, spurii reputentur, non filii et nullo jure parenti succedant.

23. *In legitimis nationum.* Legibus et moribus gentilium.

24. *Fluentem lacte et melle.* Fertilissimam, uberrimam.

25. *Jumentum.* Animal vel pecus. — *Mundum ab immundo.* De quibus actum c. 11. — *Ne polluatis.* Inobedientiæ crimine, aut legali noxa.

26. *Sancti.* Vide c. 19. 2.

Digitized by Google

paravi vos à cæteris pòpulis, ut essetis mei.

27. Vir, sive mulier, in quibus pythonycus, vel divinationis fuerit spiritus, morte moriantur; lapidibus obruent eos : sanguis eorum sit super illos.

gneur, et que je vous ai séparés de tous les autres peuples, afin que vous fussiez *particulièrement* à moi.

27. Si un homme ou une femme a un esprit de Python, ou un esprit de divination, qu'ils soient punis de mort; ils seront lapidés, et leur sang retombera sur leurs têtes.

CHAPITRE XXI.

§ I. *Différentes règles pour la conduite des prêtres. Soins qu'ils doivent avoir de se conserver purs et saints.*

LA MÊME ANNÉE 2514

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen : Loquere ad sacerdotes filios Aaron, et dices ad eos : Ne contaminetur sacerdos in mortibus civium suorum,

2. Nisi tantùm in consanguineis, ac propinquis, id est, super patre, et matre, et filio, et filia, fratre quoque,

3. Et sorore virgine, quæ non est nupta viro :

4. Sed nec in principe populi sui contaminabitur.

5. Non radent caput, nec barbam, neque in carnibus suis facient incisuras.

1. Le Seigneur dit aussi à Moïse : Parlez aux prêtres, enfants d'Aaron, et dites-leur : Que le prêtre, à la mort de ses citoyens, ne fasse rien qui le rende impur *selon la loi; qu'il n'entre point dans leur maison, qu'il n'assiste point à leurs funérailles, qu'il n'en porte point le deuil;*

2. A moins que ce ne soient ceux qui lui sont unis plus étroitement par le sang, et qui sont ses plus proches, c'est-à-dire son père et sa mère, son fils et sa fille, son frère aussi,

3. Sa sœur qui était vierge, et qui n'avait point encore été mariée, *et qui n'a personne pour lui rendre ces derniers devoirs.*

4. Mais il ne fera rien de ce qui le peut rendre impur, *selon la loi*, à la mort même du prince de son peuple.

5. Les prêtres, *dans ces occasions*, ne raseront point leur tête ni leur barbe; ils ne feront point d'incision dans leur corps.

---

27. *Sit super illos.* Interficiantur.

Cap. XXI. 1. *Sacerdotes filios Aaron.* Minores sacerdotes. — *In mortibus civium suorum.* Tangendo cadaver, aut funus curando, aut illud sequendo, aut luctum faciendo, aut domum mortui ingrediendo. — *In mortibus.* Hebr. *super anima,* id est, super cadavere.

2. *Nisi tantum in consanguineis.* Excipiuntur a lege lata pater, mater, filius, filia, frater et soror, si sit virgo innupta; hos ergo defunctos lugere poterat sacerdos; non autem uxorem, nepotem aut neptem, quia hic illi non excipiuntur.

4. *Sed nec in principe.* Etiamsi vir primarius in populo, aut etiam qui boti reipublicæ præest, moriatur, ejus tamen funeri non intererit.

5. *Facient incisuras.* Hæc enim vetita sunt Judæis etiam laicis, ut vidimus supra, cap. 19. 27 et 28.

Digitized by Google

6. Ils se conserveront saints pour leur Dieu, et ils ne souilleront point son nom: car ils présentent l'encens du Seigneur, et ils offrent les pains de leur Dieu; c'est pourquoi ils seront saints, *comme étant les ministres du Dieu très-saint.*

7. Ils n'épouseront point une femme déshonorée *par violence*, ou qui ait été prostituée à l'impudicité publique, ni celle qui aura été répudiée par son mari, parce qu'ils sont consacrés à leur Dieu,

8. Et qu'ils offrent les pains qu'on expose devant lui. Qu'ils soient donc saints, parce que je suis saint moi-même, moi qui suis le Seigneur qui les sanctifie.

9. Si la fille d'un prêtre, *qui n'est point mariée*, est surprise dans un crime contre son honneur, et qu'elle ait déshonoré le nom de son père, elle sera brûlée toute vive.

10. Le pontife, c'est-à-dire celui qui est le grand-prêtre parmi ses frères, sur la tête duquel l'huile de l'onction a été répandue, dont les mains ont été consacrées pour faire les fonctions du sacerdoce, et qui est revêtu des vêtements saints, ne se découvrira point la tête, ne déchirera point ses vêtements,

11. Et n'ira jamais à aucun mort quel qu'il puisse être: il ne fera rien qui puisse

6. Sancti erunt Deo suo, et non polluent nomen ejus: incensum enim Domini, et panes Dei sui offerunt, et ideo sancti erunt.

7. Scortum et vile prostibulum non ducent uxorem, nec eam quæ repudiata est à marito: quia consecrati sunt Deo suo,

8. Et panes propositionis offerunt. Sint ergo sancti, quia et ego sanctus sum, Dominus, qui sanctifico eos.

9. Sacerdotis filia si deprehensa fuerit in stupro, et violaverit nomen patris sui, flammis exuretur.

10. Pontifex, id est, sacerdos maximus inter fratres suos, super cujus caput fusum est unctionis oleum, et cujus manus in sacerdotio consecratæ sunt, vestitusque est sanctis vestibus, caput suum non discooperiet, vestimenta non scindet:

11. Et ad omnem mortuum non ingredietur omnino; super

---

6. *Sancti erunt Deo suo.* Scilicet remoti ab omni contaminatione, immunditia, rituque gentilium. — *Non polluent nomen ejus.* Dignitatem sacerdotalem, ipsiusque Dei famam, cujus ministri sunt, et sacerdotes.—*Incensum.* Hebr. *Ignitiones.* LXX, *sacrificia:* id quod igne incenditur et adoletur. — *Panes.* Propositionis. — *Ideo sancti erunt.* Hebr. *sanctitas;* id est, sanctissimi, sanctitas ipsa.

7. *Prostibulum.* Meretricem prostitutam. * Scortum et prostibulum fere synonyma sunt Latinis. In hebræo sunt duæ voces quas significatione distinguit Josephus; nam זנה *zona,* est scortum passim, et omnibus prostitutum; et חללה *chalala,* quem Pagninus vertit *profanam,* ea, quæ vix casta creditur, cujusmodi sunt captivæ, cauponæ.

8. *Qui sanctifico eos.* Qui sanctitatem meam iis communico; vel qui eos sanctos esse jubeo.

9. *Violaverit nomen patris sui.* Quia fornicatione sua gravem inussit notam et ignominiam patri sacerdoti, ideo comburetur. Reliquas non sacerdotum filias fornicantes non fuisse punitas colligitur, Exod. 22. 16, nisi se venditassent ut virgines, et sponsum decepissent; tunc enim, re comperta, lapidabantur sicut adulteræ, ut patet Deut. 22. 20.

10. *Non discooperiet.* LXX, οὐκ ἀποκιδαρώσει, *non decidarabit,* id est cidari sua non nudabit.

11. *Ad omnem mortuum.* Ad nullum mortuum. Non ingredietur domum in qua est cadaver. — *Super patre quoque.* Ne in obitu quidem parentum

Digitized by Google

patre quoque suo et matre non contaminabitur.

12. Nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium Domini, quia oleum sanctæ unctionis Dei sui super eum est; ego Dominus.

le rendre impur, *selon la loi*, même à la mort de son père ou de sa mère.

12. Il ne sortira point aussi des lieux saints *pour assister à leurs funérailles*, afin qu'il ne viole point le sanctuaire du Seigneur, *au service duquel il doit être uniquement occupé*, parce que l'huile de l'onction sainte de son Dieu a été répandue sur lui. Je suis le Seigneur, *et c'est moi qui l'ordonne ainsi.*

§ II. *Lois touchant les mariages des prêtres. Défauts qui excluent des fonctions du sacerdoce.*

13. Virginem ducet uxorem :

14. Viduam autem et repudiatam, et sordidam, atque meretricem non accipiet, sed puellam de populo suo.

15. Ne commisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ : quià ego Dominus qui sanctifico eum.

16. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

17. Loquere ad Aaron : Homo de semine tuo per familias qui habuerit maculam, non offeret panes Deo suo,

13. Il prendra pour femme une vierge.

14. Il n'épousera point une veuve ou une femme qui ait été répudiée, ou qui ait été déshonorée, ou une infâme; mais il prendra une fille du peuple d'Israël, *qui soit de bonnes mœurs, et qui ait un bonne réputation.*

15. Il ne mêlera point le sang de sa race avec une personne du commun du peuple, parce que je suis le Seigneur qui le sanctifie.

16. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

17. Dites *ceci* à Aaron : Si un homme d'entre les familles de votre race a une tache sur le corps, *ou quelque difformité sensible*, il n'offrira point les pains à son Dieu,

---

planget eos pontifex exteriori ritu et signo, nec funus eorum prosequetur.

12. *Nec egredietur de sanctis.* De sanctuario, si quando ibi constitutus est, contingat mori patrem aut matrem ejus. — *Ne polluat sanctuarium.* Ne injuriam inferat sanctuario, illud deserendo, et super mortuo indecenter plangendo. Vel, ne polluat, quia si ipse pollutus super mortuo rediret ad sanctuarium, pollueret illud.

13. *Virginem ducet.* Ob honestatem et dignitatem summi sacerdotii; non enim decuisset ab alio vitiatam, et cognitam ducere. * Eadem lex etiam sacerdotes omnes obligabat, ut patet ex c. 44. Ezechielis, n. 22.

14. *Sordidam.* Vitiatam, pollutam. — *Puellam de populo suo.* Non tamen videtur necesse fuisse ut e tribu Levi sumeretur; nam ex historiis sacris constat solitos fuisse pontifices ducere filias principum et regum qui erant ex tribu Juda. Sic Joiadas duxit Josabeth, filiam Joram, regis Juda, ut testatur Josephus, l. 9. Antiq. c. 7, et habetur II. Paral. 22. 11.

15. *Ne commisceat stirpem.* Non accipiat uxorem de vulgo, sed nobilem. LXX vertunt, *non profanabit semen suum in populo suo;* idque : 1. ob dignitatem sacerdotii; 2. ut pontifex reges et principes, quibus cum affinitate jungitur, tanto liberius et melius cultum Dei et veram religionem edoceat. — *Qui sanctifico eum.* Vide n. 8.

17. *Maculam.* Conspicuum corporis vitium.—*Panes.* Propositionis, quos

Digitized by Google

18. Et il ne s'approchera point du ministère de son autel, s'il est aveugle, s'il est boiteux, s'il a le nez ou trop petit, ou trop grand, ou tortu,

19. S'il a le pied ou la main rompue,

20. S'il est bossu, s'il est chassieux, s'il a une taie sur l'œil, s'il a une gale qui ne le quitte point, ou une gratelle répandue sur le corps, ou une descente.

21. Tout homme de la race du prêtre Aaron, qui aura quelque tache *ou quelque défaut*, ne s'approchera point pour offrir des hosties au Seigneur ou des pains à son Dieu :

22. Il mangera néanmoins des pains qui sont offerts dans le sanctuaire,

23. Mais de telle sorte qu'il n'entrera point au dedans du voile, et qu'il ne s'approchera point de l'autel, parce qu'il a une tache, et qu'il ne doit point souiller mon sanctuaire. Je suis le Seigneur qui les sanctifie, *et qui veux qu'ils soient parfaits et sans défauts.*

24. Moïse dit donc à Aaron, à ses fils et à tout Israël, tout ce qui lui avait été commandé.

18. Nec accedet ad ministerium ejus : si cæcus fuerit, si claudus, si parvo vel grandi vel torto naso,

19. Si fracto pede, si manu,

20. Si gibbus, si lippus, si albuginem habens in oculo, si jugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel herniosus.

21. Omnis qui habuerit maculam de semine Aaron sacerdotis, non accedet offerre hostias Domino, nec panes Deo suo :

22. Vescetur tamen panibus qui offeruntur in sanctuario,

23. Ita duntaxat, ut intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, quia maculam habet, et contaminare non debet sanctuarium meum. Ego Dominus qui sanctifico eos.

24. Locutus est ergo Moyses ad Aaron, et ad filios ejus, et ad omnem Israel, cuncta quæ fuerant sibi imperata.

---

minores etiam sacerdotes per singula sabbata offerunt recentes, ablatis prioribus.

18. *Parvo.* Alii, *depresso,* vel, *simo.* Hebr. est, חָרֻם *charum,* cujus vocis radicem si spectes, proprie non cæsum nec simum, sed excisum significat.

20. *Lippus.* Hebr. דַּק *dak.* Qui tenuibus, vel tenerioribus oculis est. — *Albuginem habens in oculo.* Qui cum pupillæ nigredine mixtam maculam albam habet. — *Jugem scabiem.* LXX, *scabiem agrestem ;* alii, *scabiem purulentam.* — *Impetiginem.* Impetigo genus est scabiei siccæ, per cutem cum pruritu proserpens. — *Herniosus.* Hebræa et chaldæa videntur sonare *contusum,* vel *compressum habens testiculum.* LXX habent μόνορχις, *unius testiculi.* Herniosus ergo hic vel est is qui hernia laborat, vel is cui, ut ab hernia curaretur, detractus fuit unus testiculus.

21. *Omnis qui habuerit maculam.* Aliquam ex dictis.

22. *Vescetur tamen panibus.* Id est, comedet de carnibus et sacrificiis Deo oblatis.

23. *Intra velum.* Intra tabernaculum vel Sanctum. — *Non ingrediatur.* Ut adoleat thymiama, accendat lucernas, et ponat in mensa panes propositionis. — *Nec accedat ad altare.* Holocaustorum, ut offerat victimas.

Digitized by Google

CHAPITRE XXII.

§ I. *Dieu défend aux prêtres de toucher aux choses saintes lorsqu'ils sont impurs. Il leur permet d'en manger lorsqu'ils auront été purifiés.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutus quoque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere ad Aaron et ad filios ejus, ut caveant ab his quæ consecrata sunt filiorum Israel, et non contaminent nomen sanctificatorum mihi, quæ ipsi offerunt; ego Dominus.

3. Dic ad eos, et ad posteros eorum : Omnis homo, qui accesserit de stirpe vestra ad ea quæ consecrata sunt, et quæ obtulerunt filii Israel Domino, in quo est immunditia, peribit coram Domino; ego sum Dominus.

4. Homo de semine Aaron, qui fuerit leprosus, aut patiens fluxum seminis, non vescetur de his quæ sanctificata sunt mihi, donec sanetur. Qui tetigerit immundum super mortuo, et ex quo egreditur semen quasi coitûs,

5. Et qui tangit reptile, et quodlibet immundum, cujus tactus est sordidus,

1. Le Seigneur parla aussi à Moïse, et lui dit :

2. Parlez à Aaron et à ses fils, afin qu'ils prennent garde *lorsqu'ils ne sont pas purs* de toucher aux oblations sacrées des enfants d'Israël, pour ne pas souiller ce qu'ils m'offrent, et ce qui m'est consacré. Je suis le Seigneur, *le saint d'Israël.*

3. Dites-leur *ceci* pour eux et pour leur postérité : Tout homme de votre race qui, étant devenu impur, s'approchera des choses qui auront été consacrées, et que les enfants d'Israël auront offertes au Seigneur, périra devant le Seigneur *qui s'en réserve la vengeance si le crime est secret, et il sera puni par les juges si le crime est public.* Je suis le Seigneur, *et je veux que cela se fasse ainsi.*

4. Tout homme de la race d'Aaron qui sera lépreux, ou qui souffrira ce qui ne doit arriver que dans l'usage du mariage, ne mangera point des choses qui m'ont été sanctifiées jusqu'à ce qu'il soit guéri. Celui qui touchera un homme devenu impur pour avoir touché à un mort, ou à un homme qui souffrira ce qui ne doit arriver que dans l'usage du mariage,

5. Ou qui touchera ce qui rampe sur la terre, et généralement tout ce qui est impur, et que l'on ne peut toucher sans être souillé,

---

CAP. XXII. 2. *Caveant.* Abstineant, cum ipsi sunt immundi. — *Quæ consecrata sunt.* Quæ Deo quomodolibet oblata sunt. Non est sermo de iis quæ levitis tantum et sacerdotibus offeruntur in alimoniam, cujusmodi, v. g., erant decimæ. — *Nomen sanctificatorum mihi.* Ne mihi oblatis et sanctificatis notam impuritatis aspergant. In Hebr. habetur *et non contaminent nomen sanctum meum, in iis quæ sanctificant mihi.*

3. *Qui accesserit.* Comedendi causa. — *In quo est immunditia.* Quæ explicatur n. 4 : si scilicet sit leprosus, semine pollutus, etc. — *Peribit coram Domino.* Hebr. *exscindetur anima illa a facie mea,* id est, a me, ut vertunt LXX.

3. *Qui tetigerit immundum super mortuo.* Propter mortuum, occasione alicujus funeris. LXX, *qui tetigerit immunditiam.*

5. *Et quodlibet immundum.* Hebr. *et hominem qui contaminare potest,*

Digitized by Google

6. Sera impur jusqu'au soir, et *jusque-là* il ne mangera point des choses qui auront été sanctifiées *par l'offrande qui m'en aura été faite*; mais après qu'il se sera lavé le corps dans l'eau,

6. Immundus erit usque ad vesperum, et non vescetur his quæ sanctificata sunt : sed cùm laverit carnem suam aquâ,

7. Et que le soleil sera couché, alors étant purifié, il mangera des choses sanctifiées, parce que c'est *ce que je lui ai donné pour* sa nourriture.

7. Et occubuerit sol, tunc mundatus vescetur de sanctificatis, quia cibus illius est.

8. *Les enfants d'Aaron* ne mangeront point d'une bête qui est morte d'elle-même, ou qui aura été prise par une autre bête, et ils ne se souilleront point par ces viandes. Je suis le Seigneur, *et je veux que ceux qui me servent vivent dans une grande pureté;*

8. Morticinum et captum à bestia non comedent, nec polluentur in eis; ego sum Dominus.

9. Qu'ils gardent mes préceptes, afin qu'ils ne tombent point dans le péché, et qu'ils ne meurent point dans le sanctuaire après qu'ils l'auront souillé. Je suis le Seigneur qui les sanctifie, *et qui punirai sévèrement tout ce qui sera contraire à la sainteté que je demande d'eux.*

9. Custodiant præcepta mea, ut non subjaceant peccato, et moriantur in sanctuario, cùm polluerint illud; ego Dominus qui sanctifico eos.

§ II. *Dieu marque ceux qui doivent manger des choses saintes.*

10. Nul étranger ne mangera des choses sanctifiées *et offertes au Seigneur;* celui qui est venu de dehors demeurer avec le prêtre, ou le mercenaire qui est chez lui, n'en mangeront point.

10. Omnis alienigena non comedet de sanctificatis, inquilinus sacerdotis et mercenarius non vescentur ex eis.

11. Mais celui que le prêtre aura acheté, ou qui sera né dans sa maison d'un esclave qui est à lui, en mangera.

11. Quem autem sacerdos emerit, et qui vernaculus domûs ejus fuerit, hi comedent ex eis.

---

uti est leprosus, menstruata, seminifluus. — *Cujus tactus est sordidus.* Quia eum quem tangit immundum reddit, ita ut non liceat ei de carnibus sacris comedere.

7. *Quia cibus illius est.* Quia pertinet ad eum comedere de cibis Deo oblatis.

8. *Morticinum.* Quod per seipsum mortuum est. — *Captum a bestia.* Laceratum a feris.

* *Præcepta mea.* In Hebræo est, *custodias meas,* id est, functiones quas obire debent; eas inchoabant anno 17, ut ait Josephus Antiq. jud. lib. 15. — *Moriantur in sanctuario.* Occidantur a me in sanctuario, ut occisi sunt Nadab et Abiu.

10. *Alienigena.* Qui non est de gente sacerdotali, nec de stirpe Aaron. — *Inquilinus sacerdotis et mercenarius.* Qui moratur cum sacerdote, sed non est de stirpe ejus; moratur autem tanquam hospes, mercenarius, aut peregrinus.

11. *Quem autem sacerdos emerit.* Servi, et vernaculi, id est, servi domi nati, qui toti sunt sui domini et heri, poterant vesci sanctificatis, ut dominus ipse cum suis filiis.

Digitized by Google

12. Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit : de his quæ sanctificata sunt, et de primitiis non vescetur;

12. Si la fille d'un prêtre épouse un homme du peuple, elle ne mangera point des choses qui auront été sanctifiées ni des prémices;

13. Sin autem vidua, vel repudiata, et absque liberis reversa fuerit ad domum patris sui : sicut puella consueverat, aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet potestatem.

13. Mais si, étant veuve ou répudiée et sans enfants, elle retourne à la maison de son père, elle mangera des viandes dont mange son père, comme elle avait accoutumé étant fille. Nul *homme qui n'est pas de la famille du prêtre, et qui par conséquent y est regardé comme* étranger, n'aura le pouvoir de manger de ces viandes, *fût-il Juif, et même parent du prêtre.*

14. Qui comederit de sanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, et dabit sacerdoti in sanctuarium.

14. Celui qui aura mangé sans le savoir des choses qui ont été sanctifiées *et consacrées au Seigneur* ajoutera une cinquième partie à ce qu'il a mangé, et il donnera le tout au prêtre pour *l'offrir dans* le sanctuaire.

15. Nec contaminabunt sanctificata filiorum Israel, quæ offerunt Domino :

15. Que les hommes ne profanent point *les dons faits à Dieu en employant à leur usage* ce qui aura été sanctifié et offert au Seigneur par les enfants d'Israël;

16. Ne fortè sustineant iniquitatem delicti sui, cùm sanctificata comederint; ego Dominus qui sanctifico eos.

16. De peur qu'ils ne portent la peine de leur péché, lorsqu'ils auront mangé les choses sanctifiées *auxquelles il ne leur est pas permis de toucher.* Je suis le Seigneur qui les sanctifie, *et je veux qu'ils soient saints, parce que je suis saint.*

§ III. *Le Seigneur marque les qualités des victimes qu'on doit lui offrir. Il exhorte à observer ses préceptes.*

17. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

17. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

18. Loquere ad Aaron et filios ejus et ad omnes filios Israel, dicesque ad eos : Homo de domo Israel, et de advenis qui habitant

18. Parlez à Aaron et à ses fils, et à tous les enfants d'Israël, et dites-leur : Si un homme de la maison d'Israël ou des étrangers qui habitent parmi vous, *et qui ont*

---

12. *Filia sacerdotis, etc.* Quia per nuptias jam in aliam familiam populare commigravit. Uxor vero sacerdotis iis vesci poterat, quia una caro et una persona censetur cum marito sacerdote. — *De primitiis.* Primitiæ hic vocantur prima et electa, quæ Deo offeruntur et sanctificantur, ut patet ex Hebræo; sic etiam capitur hæc vox Exod. 25. 2.

14. *Addet quintam partem.* Pro injuria irrogata tabernaculo, vel sacerdoti : debebat etiam dare arietem Deo in sacrificium, ut dictum est c. 5. 15. — *Sacerdoti in sanctuarium.* Ad usus vel sacerdotis, vel sanctuarii. Si sanctificata ad illo absumpta pertinebant ad sanctuarium, ut si caput aut caudam comedisset, in sacrificio pro delicto, restitutio erat facienda sanctuario : si pertinebant ad sacerdotem, sacerdoti.

15. *Nec contaminabunt sanctificata.* Comedendo illa, cum non sint de genere sacerdotali.

18. *De advenis.* Proselytis. — *Quidquid illud obtulerit in holocaustum.*

Digitized by Google

reçu la circoncision, présente son oblation, ou en rendant ses vœux, ou en offrant de sa pure volonté ce qu'il présente, quoi que ce soit qu'il offre pour être présenté par les prêtres en holocauste au Seigneur;

19. Si son oblation est de bœufs, ou de brebis, ou de chèvres, il faut que ce soit un mâle qui n'ait point de tache, *c'est-à-dire de défaut.*

20. S'il a une tache, vous ne l'offrirez point, et il ne sera point agréable au Seigneur.

21. Si un homme offre au Seigneur une victime pacifique, ou en rendant ses vœux, ou en faisant une offrande volontaire, soit de bœufs, ou de brebis, ce qu'il offrira sera sans tache, afin qu'il soit agréable *au Seigneur :* il n'y aura aucune tache dans ce qu'il offrira, *c'est-à-dire aucun défaut.*

22. Si c'est une bête aveugle, ou qui ait quelque membre rompu, ou une cicatrice *en quelque partie*, ou des pustules, ou la gale, ou le farcin : vous n'offrirez point des bêtes de cette sorte au Seigneur, et vous n'en ferez rien brûler sur l'autel du Seigneur.

23. Vous pouvez donner volontairement un bœuf ou une brebis dont on aura coupé une oreille ou la queue; mais on ne peut pas s'en servir pour s'acquitter d'un vœu qu'on aura fait *à Dieu.*

24. Vous n'offrirez au Seigneur nul animal qui aura ce qui a été destiné à la conservation de son espèce, ou froissé, ou foulé, ou coupé, ou arraché; et gardez-vous absolument de faire cela en votre pays.

25. Vous n'offrirez point à votre Dieu des pains de la main d'un étranger *incirconcis*, ni quelque autre chose que ce soit,

apud vos, qui obtulerit oblationem suam, vel vota solvens, vel sponte offerens, quidquid illud obtulerit in holocaustum Domini,

19. Ut offeratur per vos, masculus immaculatus erit ex bobus, et ovibus, et ex capris :

20. Si maculam habuerit, non offeretis, neque erit acceptabile.

21. Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota solvens, vel sponte offerens, tam de bobus quàm de ovibus, immaculatum offeret, ut acceptabile sit : omnis macula non erit in eo.

22. Si cæcum fuerit, si fractum, si cicatricem habens, si papulas, aut scabiem, aut impetiginem : non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis super altare Domini.

23. Bovem et ovem, aure et caudâ amputatis, voluntariè offerre potes, votum autem ex eis solvi non potest.

24. Omne animal, quod vel contritis, vel tusis, vel sectis ablatisque testiculis est, non offeretis Domino, et in terra vestra hoc omnino ne faciatis (1).

25. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo vestro, et quidquid aliud dare voluerit, quia cor-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, pages 102.

Holocausti victima ex masculis tantum : pacifica, vel pro peccato etiam ex femellis offerri poterat.

21. *Omnis macula.* Nulla macula.

22. *Si fractum.* Si fractos habeat pedes, vel lumbos, vel oculum. — * *Si cicatricem habens.* LXX. vertunt, γλωσσότμητον, *amputata* vel *incisa lingua.* Etiam ab ethnicis cautum, ne victimæ linguam fissam haberent, ut notavit Servius ad illud Æn. 6, *lectas de more bidentes.* — *Si papulas.* Verrucas seu pustulas.

25. *Alienigenæ.* Gentilis manentis in sua superstitione. — *Panes.* Sacrificia

Digitized by Google

rupta, et maculata sunt omnia : non suscipietis ea.

26. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

27. Bos, ovis, et capra, cùm genita fuerint, septem diebus erunt sub ubere matris suæ : die autem octavo, et deinceps offerri poterunt Domino.

28. Sive illa bos, sive ovis, non immolabuntur unâ die cum fœtibus suis.

29. Si immolaveritis hostiam pro gratiarum actione Domino, ut possit esse placabilis,

30. Eodem die comedetis eam, non remanebit quidquam in mane alterius diei; ego Dominus.

31. Custodite mandata mea, et facite ea; ego Dominus.

32. Ne polluatis nomen meum sanctum, ut sanctificer in medio filiorum Israel; ego Dominus qui sanctifico vos,

33. Et eduxi de terra Ægypti, ut essem vobis in Deum; ego Dominus.

qu'il voudra donner *pour l'offrir au Seigneur*, parce que tous ces dons *qui viennent des incirconcis* sont corrompus et souillés; vous ne les recevrez *donc* point; *mais vous pourrez recevoir leur argent pour l'employer au culte du Seigneur.*

26. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

27. Lorsqu'un veau ou une brebis, ou une chèvre seront nés, ils demeureront sept jours à téter sous leurs mères; mais le huitième jour et les jours d'après, ils pourront être offerts au Seigneur.

28. On n'offrira point en un même jour, ou la vache, ou la brebis, avec leurs petits, *parce qu'il y aurait en cela une espèce de cruauté.*

29. Si vous immolez pour actions de grâces une hostie au Seigneur, afin qu'il puisse vous être favorable,

30. Vous la mangerez le même jour, et il n'en demeurera rien jusqu'au matin du jour suivant. Je suis le Seigneur.

31. Gardez mes commandements, et exécutez-les. Je suis le Seigneur.

32. Ne souillez point mon nom qui est saint, afin que je sois sanctifié au milieu des enfants d'Israël. Je suis le Seigneur qui vous sanctifie,

33. Et qui vous ai tirés de l'Egypte, afin que je fusse votre Dieu. Je suis le Seigneur; *ayez soin de faire tout ce que je vous dis, et soyez saints comme je suis saint.*

CHAPITRE XXIII.

§ I. *Lois pour l'observation des fêtes des Juifs, pour le sabbat et pour la Pâque.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

1. Le Seigneur parla de nouveau à Moïse, et lui dit :

---

quæ sunt quasi panis, id est, cibus Dei. LXX vertunt, *dona.* — *Corrupta, et maculata sunt.* Eo quod ipsi offerentes corrupti sint, quia idololatræ.

27. *Die autem octavo.* Non prius, quia primis septem diebus fœtus est nimis tener. Vide dicta Exod. 22. 30.

28. *Una die cum fœtibus suis.* Quia hoc crudele videtur.

32. *Ne polluatis nomen meum.* Ne per inobedientiam et corruptos mores faciatis ut gentes blasphement nomen meum. — *Qui sanctifico vos.* Jubeo vos esse sanctos.

Digitized by Google

2. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : Voici les fêtes du Seigneur, que vous appellerez saintes, *et que vous aurez soin de regarder comme telles.*

3. Vous travaillerez pendant six jours : le septième jour s'appellera saint, parce que c'est le repos du sabbat. Vous ne ferez ce jour-là aucun ouvrage ; car c'est le sabbat du Seigneur qui doit être observé partout où vous demeurerez.

4. *Outre cette fête qui revient à la fin de chaque semaine, il y en a d'autres qui arrivent durant le cours de l'année.* Voici donc les fêtes du Seigneur qui seront saintes, que vous devez célébrer chacune en son temps.

5. Au premier mois, le quatorzième jour du mois, sur le soir, c'est la Pâque du Seigneur.

6. Et le quinzième jour du même mois, c'est la fête solennelle des azymes du Seigneur. Vous mangerez des pains sans levain pendant sept jours.

7. Le premier jour vous sera le plus célèbre et *le plus* saint : vous ne ferez en ce jour-là aucune œuvre servile :

2. Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis sanctas.

3. Sex diebus facietis opus : dies septimus, quia sabbati requies est, vocabitur sanctus ; omne opus non facietis in eo ; sabbatum Domini est in cunctis habitationibus vestris.

4. Hæ sunt ergo feriæ Domini sanctæ, quas celebrare debetis temporibus suis.

5. Mense primo, quartâ decimâ die mensis ad vesperum, Phase Domini est :

6. Et quintâ decimâ die mensis hujus, solemnitas azymorum Domini est. Septem diebus azyma comedetis.

7. Dies primus erit vobis celeberrimus, sanctusque : omne opus servile non facietis in eo :

CAP. XXIII. 2. *Quas vocabitis sanctas.* LXX, *convocationes sanctas :* hisce enim festis convocabatur populus ad audiendam legem, et ad sacrificia ac preces.

3. *Sabbati requies est.* Hebr. *requies quietis,* id est, summa quies et cessatio ab opere erit die sabbati. — *Vocabitur sanctus.* Erit sanctus, et meo cultui dicatus. Sic sæpe sumitur *vocari* pro *esse,* in sacra Scriptura, ut Isa. 9. 6. *vocabitur admirabilis,* id est, erit. — *Omne opus.* Nullum opus. Itaque sabbato non licebat accendere ignem, cibos coquere, etc., uti nec in die expiationis. In aliis festis ista licebant. — *Sabbatum Domini.* Domino dicatum, vel in quo Dominus requievit, vel in quo quiescendum in honorem Domini. — *In cunctis habitationibus vestris.* Domibus vestris privatis ; in tabernaculo enim sive templo sacerdotes sacrificiis erant intenti. Hinc illud Christi ad Judæos, Matth. 12. 5 : *Non legistis in lege, quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant, et sine crimine sunt?* Erat hæc materialis violatio, non formalis.

5. *Mense primo.* Mense nisan, qui partim martio, partim aprili nostro respondet. — *Ad vesperum.* Hebr. *Inter duas vesperas,* scilicet inter occasum solis et noctem. Vide dicta Exod. 12. 6. — *Phase Domini.* Festum Paschatis. Vide Exod. 12. 14.

6. *Solemnitas azymorum est.* Dies azymorum incipiebant cum Paschate, scilicet decima quarta die mensis primi ad vesperam secundam, id est, initio decimæ quintæ diei : et durabant per septem dies, qui proinde Paschales dicebantur, quibus panes azymos, hoc est, non fermentatos, comedebant.

7. *Dies primus erit vobis celeberrimus.* Ex septem diebus azymorum celebriores erant prima et septima.

Digitized by Google

8. Sed offeretis sacrificium in igne Domino septem diebus. Dies autem septimus erit celebrior et sanctior : nullumque servile opus facietis in eo.

8. Mais *outre le sacrifice ordinaire du soir et du matin, qui s'offre pendant toute l'année*, vous offrirez au Seigneur pendant sept jours un sacrifice qui se consumera par le feu. Le septième jour sera plus célèbre et plus saint que les autres, *qui ont suivi le premier*, vous ne ferez en ce jour-là aucune œuvre servile.

§ II. *Manière dont on doit solenniser la fête de la Pentecôte. Sacrifice qu'on y doit offrir.*

9. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens :

10. Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Cùm ingressi fueritis terram, quam ego dabo vobis, et messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ, ad sacerdotem :

11. Qui elevabit fasciculum coram Domino, ut acceptabile sit pro vobis, altero die sabbati, et sanctificabit illum.

12. Atque in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini.

13. Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ similæ conspersæ oleo in incensum Domini, odoremque suavissimum : liba quoque vini, quarta pars hin.

9. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

10. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : Lorsque vous serez entrés dans la terre que je vous donnerai, et que vous aurez coupé les *orges, qui sont les premiers* grains, vous porterez au prêtre une gerbe d'épis, comme les prémices de votre moisson :

11. Et le lendemain *de Pâques, qui doit être pour vous comme le jour* du sabbat, le prêtre élèvera devant le Seigneur cette gerbe, afin que le Seigneur vous soit favorable en la recevant, et il la consacrera *au Seigneur*.

12. Le même jour que cette gerbe sera consacrée, on immolera au Seigneur un holocauste d'un agneau sans tache, qui aura un an.

13. On présentera pour offrande avec l'agneau deux dixièmes de pure farine mêlée avec l'huile, *pour être brûlés*, comme un encens d'une odeur très-agréable au Seigneur; *l'on présentera* aussi pour offrande de vin la quatrième partie de la mesure appelée hin.

---

8. *Sacrificium in igne.* Holocaustum, quod ad Hebr. dicitur *ignitio.* — *Dies autem septimus erit celebrior et sanctior.* Aliis intermediis, æque vero sanctus ac primus. — *Nullumque servile opus.* Excluditur tantum opus servile, quia, ut dictum est n. 3, tantum in sabbato et festo expiationis ab omni prorsus opere cessandum erat, etiam a coquendis cibis : hoc autem licebat in aliis festis.

10. *Cum ingressi fueritis terram.* Chanaan. Hinc patet has leges ceremoniales et hæc festa non obligasse Judæos, nec ab eis servata fuisse in deserto. — *Manipulos spicarum.* Hordei, quod illo tempore, martio scilicet exeunte et aprili ineunte, maturescit in Palæstina.

11. *Elevabit.* Offerendo. — *Altero die sabbati.* Secundo die azymorum. — *Et sanctificabit illum.* Eo ritu qui præscriptus est, c. 2, n. 14.

13. *Et libamenta.* Sacrificium farreum, mincha, quod statim explicatur. — *Liba.* Libamina. — *Quarta pars hin.* Tres sextarii vini.

Digitized by Google

14. Vous ne mangerez ni pain, ni bouillie, ni farine desséchée de grains nouveaux, jusqu'au jour que vous en offrirez les prémices à votre Dieu. Cette loi sera éternellement observée de race en race dans tous les lieux où vous demeurerez.

15. Vous compterez donc depuis le second jour *de cette fête, qui sera pour vous comme le jour* du sabbat; *vous compterez, dis-je, depuis le jour* auquel vous avez offert la gerbe des prémices, sept semaines pleines,

16. Jusqu'au jour d'après que la septième semaine sera accomplie, c'est-à-dire cinquante jours; et alors vous offrirez au Seigneur un sacrifice nouveau,

17. De tous les lieux où vous demeurerez, *savoir :* deux pains des prémices *du froment que vous aurez commencé à couper; et ces pains seront* de deux dixièmes de pure farine avec du levain, que vous ferez cuire, pour être les prémices du Seigneur :

18. Et vous offrirez avec les pains sept agneaux sans tache, qui n'auront qu'un an, et un veau pris du troupeau, et deux béliers, qui seront offerts en holocauste avec les offrandes de liqueur, comme un sacrifice d'une odeur très-agréable au Seigneur.

19. Vous offrirez aussi un bouc pour le péché, et deux agneaux d'un an pour être des hosties pacifiques :

20. Et lorsque le prêtre les aura élevés devant le Seigneur avec les pains des pré-

14. Panem, et polentam, et pultes non comedetis ex segete, usque ad diem quâ offeretis ex ea Deo vestro. Præceptum est sempiternum in generationibus, cunctisque habitaculis vestris.

15. Numerabitis ergo ab altero die sabbati, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas,

16. Usque ad alteram diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies: et sic offeretis sacrificium novum Domino,

17. Ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarum duos de duabus decimis similæ fermentatæ, quos coquetis in primitias Domini.

18. Offeretisque cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, et vitulum de armento unum, et arietes duos, et erunt in holocaustum cum libamentis suis, in odorem suavissimum Domino.

19. Facietis et hircum pro peccato, duosque agnos anniculos hostias pacificorum.

20. Cumque elevaverit eos sacerdos cum panibus primitiarum

---

14. *Polentam.* Far sive hordeum tostum. — *Pultes.* Farinam in pultes deductam et coctam. — *Cunctisque habitaculis vestris.* Videtur hoc intelligendum etiam de iis qui extra promissam terram domicilium haberent.

15. *Ab altero die sabbati.* Non sabbati proprie dicti, sed sabbati, id est Paschatis, et solemnitatis azymorum, hoc est, a secundo die azymorum, quo obtulerant manipulum spicarum. Numerabant Hebræi septem hebdomadas, id est, 49 dies; ita ut sequens, id est, quinquagesimus, esset Pentecoste. — *Hebdomadas plenas.* Integras.

16. *Et sic offeretis.* In Pentecoste.—*Sacrificium novum.* Ex novo frumento.

17. *De duabus decimis similæ.* Duo panes inde confecti fuerunt tredecim fere librarum cum dimidia.

18. *Septem agnos.* In holocaustum. Num. 28. 27, adduntur et aliæ victimæ hoc festo Pentecostes offerri solitæ.—*Cum libamentis suis.* Libamentum vocatur quidquid cum victima offerebatur, ut oleum, vinum, farina, thus, sal.

19. *Facietis.* Sacrificabitis. — *Hircum.* Hebr. *hircum caprarum*, id est hircum novellum, vel hædum adhuc matrem sequentem.

Digitized by Google

coram Domino, cedent in usum ejus.

21. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atque sanctissimum : omne opus servile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, et generationibus vestris.

22. Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam usque ad solum : nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus et peregrinis dimittetis eas. Ego sum Dominus Deus vester (1).

mices, ils lui appartiendront *entièrement, sans que ceux qui les ont offerts y aient aucune part.*

21. Vous appellerez ce jour-là très-célèbre et très-saint; vous ne ferez aucun ouvrage servile en ce jour. Cette ordonnance sera observée éternellement dans tous les lieux où vous demeurerez, et dans toute votre postérité.

22. Quand vous scierez les grains de votre terre, vous ne les couperez point jusqu'aux pieds; et vous ne ramasserez point les épis qui seront restés, mais vous les laisserez pour les pauvres et les étrangers. Je suis le Seigneur votre Dieu, *et c'est moi qui l'ordonne ainsi.*

§ III. *Cérémonies qu'on doit observer dans les fêtes des Trompettes et dans celles des Expiations.*

23. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

24. Loquere filiis Israel : Mense septimo, prima die mensis, erit vobis sabbatum, memoriale, clangentibus tubis, et vocabitur sanctum :

25. Omne opus servile non facietis in eo, et offeretis holocaustum Domino.

26. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

27. Decimo die mensis hujus

23. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

24. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : Au premier jour du septième mois, vous célébrerez par le son des trompettes un *jour de fête de* sabbat *et de repos*, pour vous faire souvenir *de la loi que vous avez reçue du Seigneur, au bruit des trompettes, et pour vous exciter à l'observer avec une nouvelle ardeur;* et ce jour *où commencera l'année civile*, sera appelé saint.

25. Vous ne ferez en ce jour-là aucune œuvre servile, et vous offrirez un holocauste au Seigneur.

26. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

27. Le dixième jour de ce septième

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 177.

---

20. *Cedent in usum ejus.* Sacerdotis : sermo est de hostiis pacificis, non de holocaustis; hæc enim tota Deo cremabantur. Panes etiam illi, quos sacerdos elevasset, puta tres vel quatuor, ipsi sacerdoti cedebant, reliqui in reliquos sacerdotes æqualiter dividebantur, ut et aliæ primitiæ.

21. *Hunc diem.* Pentecostes.

22. *Non secabitis eam usque ad solum.* Vide supra, c. 19. 9.

24. *Erit vobis sabbatum.* Id est festum solemne. — *Clangentibus tubis.* Festum est tubarum prima die mensis tisri, id est, septembris. Festum hoc institutum fuit in memoriam Isaac patriarchæ ab immolatione et gladio patris sui Abrahæ liberati, ac pro eo subrogati arietis, Gen. 22. 11. Idcirco dicitur *sabbatum memoriale*, id est sabbatum in memoriam Isaac, etc. * In ea autem liberatione intelligebatur liberatio futura per Messiam, Zach. 9. 14.

Digitized by Google

mois sera le jour des expiations; il sera très-célèbre, et il s'appellera saint. Vous affligerez vos âmes en ce jour-là *par la pénitence et par le jeûne*, et vous offrirez un holocauste au Seigneur.

28. Vous ne ferez aucune œuvre servile dans tout ce jour, parce que c'est un jour de propitiation *que vous consacrerez au Seigneur*, afin que le Seigneur votre Dieu vous devienne favorable.

29. Tout homme qui ne se sera point affligé en ce jour-là périra du milieu de son peuple.

30. J'exterminerai encore du milieu de son peuple celui qui en ce jour-là fera quelque ouvrage.

31. Vous ne ferez donc aucun ouvrage en ce jour-là; et cette ordonnance sera éternellement observée dans toute votre postérité, et dans tous les lieux où vous demeurerez.

32. Ce jour-là vous sera un *jour de* repos *et* de sabbat, et vous affligerez vos âmes *en commençant* le neuvième jour du mois *au soir, et continuant votre jeûne jusqu'au soir du dixième; car* vous célébrerez vos fêtes d'un soir jusqu'à un autre soir.

septimi, dies expiationum erit celeberrimus, et vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras in eo, et offeretis holocaustum Domino.

28. Omne opus servile non facietis in tempore diei hujus: quia dies propitiationis est, ut propitietur vobis Dominus Deus vester.

29. Omnis anima, quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis suis:

30. Et quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo.

31. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, et habitationibus vestris.

32. Sabbatum requietionis est, et affligetis animas vestras die nono mensis: a vespera usque ad vesperam celebrabitis sabbata vestra.

§ IV. *Fête des Tabernacles. Cérémonies qu'on y doit observer.*

33. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit:

34. Dites *ceci* aux enfants d'Israël: Depuis le quinzième jour de ce septième mois là fête des Tabernacles se célébrera en l'honneur du Seigneur pendant sept jours.

35. Le premier jours sera très-célèbre

33. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens:

34. Loquere filiis Israel: A quinto decimo die mensis hujus septimi, erunt feriæ Tabernaculorum septem diebus Domino.

35. Dies primus vocabitur cele-

---

27. *Dies expiationum.* De hoc actum est c. 16.

* 29. *Omnis anima.* Id omnibus præcipitur, quia in tanta præceptorum multitudine et varietate difficile admodum erat in aliquo non impingere. Quod si aliqui ab omni culpa essent immunes, non deerat lugendi et sese affligendi materia, nimirum propter aliorum crimina, ut pars ejusdem corporis. Vide Dan. 9. 5.

32. *Requietionis.* Omnimodæ, ut dictum hoc c. n. 3. — *A vespera usque ad vesperam.* Ab uno solis occasu usque ad alterum.

34. *Feriæ Tabernaculorum.* Scenopegia. Institutum est hoc festum in memoriam protectionis divinæ, quæ in deserto Hebræos ita protexit, ut sine domibus in tabernaculis per 40 annos hieme ac æstate vixerint. Institutum etiam est ad gratias Deo agendas pro frugibus toto anno collectis. Vide Exod. 23. 16, et Num. 29. 12.

Digitized by Google

berrimus atque sanctissimus : omne opus servile non facietis in eo.

36. Et septem diebus offeretis holocausta Domino; dies quoque octavus erit celeberrimus atque sanctissimus, et offeretis holocaustum Domino : est enim cœtus atque collectæ : omne opus servile non facietis in eo.

37. Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atque sanctissimas, offeretisque in eis oblationes Domino, holocausta et libamenta juxta ritum uniuscujusque diei :

38. Exceptis sabbatis Domini, donisque vestris, et quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte tribuetis Domino.

39. A quinto decimo ergo die mensis septimi, quando congregaveritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis feriis Domini septem diebus; die primo et die octavo erit sabbatum, id est, requies.

40. Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasque palmarum, et ramos ligni densarum frondium, et salices de torrente, et lætabimini coram Domino Deo vestro;

41. Celebrabitisque solemnita-

et très-saint : vous ne ferez aucune œuvre servile en ce jour-là.

36. Et vous offrirez au Seigneur des holocaustes pendant les sept jours, le huitième sera aussi très-célèbre et très-saint, et vous offrirez au Seigneur un holocauste; car c'est le jour d'une assemblée solennelle : vous ne ferez aucune œuvre servile pendant ce jour, *non plus que pendant le premier.*

37. Ce sont là les fêtes du Seigneur, que vous appellerez très-célèbres et très-saintes; et vous y offrirez au Seigneur des oblations, des holocaustes et des offrandes de liqueurs, selon qu'il est ordonné pour chaque jour;

38. Outre les *sacrices des autres* sabbats du Seigneur et les offrandes que vous lui faites, soit pour vous acquitter de vos vœux ou simplement par bonne volonté.

39. Ainsi depuis le quinzième jour du septième mois, lorsque vous aurez recueilli tous les fruits de votre terre, vous célébrerez une fête en l'honneur du Seigneur pendant sept jours; le premier jour et le huitième vous seront des jours de sabbat, c'est-à-dire de repos.

40. Vous prendrez au premier jour *des branches* du plus bel arbre avec ses fruits, des branches de palmiers, des rameaux de l'arbre le plus touffu, et des saules qui croissent le long des torrents, *vous en ferez des tentes sous lesquelles vous demeurerez, et* vous vous réjouirez devant le Seigneur votre Dieu.

41. Et vous célébrerez chaque année

---

36. *Cœtus atque collectæ.* Erat quasi octava festi Tabernaculorum. Dicitur cœtus atque collectæ, non a collectione pecuniarum, sed a collectione et congregatione hominum qui conveniebant ut Deo gratias agerent, quod post longam in deserto peregrinationem tribus Israeliticæ in terram promissam pervenissent. * In hebræo est עֲצֶרֶת *hatzeret,* quæ vox retentionem significat, quia ad eum diem, nec amplius populus retinebatur.

38. *Exceptis sabbatis.* Præter sacrificia quæ sabbato offeruntur. Num. 28. 9.

40. *Die primo.* Festis Tabernaculorum. — *Arboris pulcherrimæ.* Citri secundum Hebræos, ita etiam vertit chaldæus. * Josephus φοινίκων καὶ κιτρίων, *palmarum et citriorum.* — *Spatulas.* Ramos palmarum. — *Ligni densarum frondium.* Myrti, ita chald. et Josephus, et alii. Vide II. Esdræ, 8. — *Lætabimini coram Domino.* Gestantes ramos hos et fructus, saltabitis in sanctuario coram Domino : solebant enim veteres sua festa tripudiis celebrare, ut patet II. Reg. 6. 14; Exod. 15. 20; 32. 19.

Digitized by Google

cette fête solennelle pendant sept jours : cette ordonnance sera observée éternellement dans toute votre postérité. Vous célébrerez cette fête au septième mois,

42. Et vous demeurerez sous l'ombre des branches d'arbres pendant sept jours : tout homme qui est de la race d'Israël demeurera sous les tentes;

43. Afin que vos descendants apprennent que j'ai fait demeurer sous des tentes les enfants d'Israël, lorsque je les ai tirés de l'Egypte, moi qui suis le Seigneur votre Dieu.

44. Moïse déclara donc toutes ces choses aux enfants d'Israël, touchant les fêtes solennelles du Seigneur.

tem ejus septem diebus per annum; legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis,

42. Et habitabitis in umbraculis septem diebus; omnis, qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis :

43. Ut discant posteri vestri, quod in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de terra Ægypti; ego Dominus Deus vester.

44. Locutusque est Moyses super solemnitatibus Domini ad filios Israel.

CHAPITRE XXIV.

§ I. *Lois pour l'entretien des lampes qui devaient brûler dans le tabernacle, et des pains qui y devaient être exposés devant le Seigneur.*

L'AN DU MONDE 2514. — AVANT J.-C. 1490.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. Ordonnez aux enfants d'Israël de vous apporter de l'huile d'olive très-pure et très-claire, pour en faire toujours brûler dans les lampes *qui seront*

3. Hors du voile du témoignage dans le tabernacle de l'alliance. Aaron les disposera devant le Seigneur pour y être *allumées* depuis le soir jusqu'au matin, et cette cérémonie s'observera par un culte perpétuel dans toute votre postérité.

4. Les lampes se mettront toujours sur un chandelier *d'or* très-pur *et très-net* devant le Seigneur.

1. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Præcipe filiis Israel, ut afferant tibi oleum de olivis purissimum, ac lucidum, ad concinnandas lucernas jugiter,

3. Extra velum testimonii in tabernaculo fœderis. Ponetque eas Aaron a vespere usque ad mane coram Domino, cultu ritnque perpetuo in generationibus vestris.

4. Super candelabrum mundissimum ponentur semper in conspectu Domini.

CAP. XXIV. 2. *Præcipe filiis Israel ut afferant tibi oleum.* Populus sumptus præbebat ad sacrificia, incensum thymiamatis, oleumque lucernarum in candelabro; cum enim sacrificia et sacræ ceremoniæ obirentur a sacerdotibus nomine totius populi, hujus etiam erat suppeditare sumptus necessarios. Ideo in censu quilibet offerebat dimidium siclum, Exod. 30. 13, et in festis tribus quotannis sponte offerebant quantum quilibet volebat; nam Exod. 23. 15, dicitur : *Non apparebis in conspectu meo vacuus*, et gazophylacium etiam, de quo Luc. 21. 1, erat ad sumptus templi institutum. — *De olivis purissimum.* Hebr. *oleum purum contusum in lumen*, pilo contusum, non torculari expressum, aut mola, quod ita ab amurca purgatum non est. — *Ad concinnandas lucernas.* Accendendas. — *Jugiter.* Singulis noctibus, a vespere usque ad mane.

3. *Extra velum testimonii.* Extra Sanctum sanctorum.

Digitized by Google

5. Accipies quoque similam, et coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas :

6. Quorum senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues;

7. Et pones super eos thus lucidissimum, ut sit panis in monimentum oblationis Domini.

8. Per singula sabbata mutabuntur coram Domino suscepti a filiis Israel fœdere sempiterno :

9. Eruntque Aaron et filiorum ejus ut comedant eos in loco sancto : quia Sanctum sanctorum est de sacrificiis Domini jure perpetuo.

5. Vous prendrez aussi de la pure farine et vous en ferez cuire douze pains qui seront chacun de deux dixièmes de farine.

6. Et vous les exposerez sur la table très-pure devant le Seigneur, six d'un côté et six de l'autre :

7. Vous mettrez dessus de l'encens très-luisant *qui brûlera en l'honneur du Seigneur*, afin que ce pain soit un monument de l'oblation faite au Seigneur *par les enfants d'Israël.*

8. Ces pains se changeront pour en mettre d'autres devant le Seigneur, à chaque jour du sabbat, après qu'on les aura reçus des enfants d'Israël, *qui doivent les offrir au Seigneur* par un pacte *qui est comme le témoignage* éternel *de leur fidélité et de leur perpétuelle reconnaissance.*

9. Et ils appartiendront à Aaron et à ses enfants, afin qu'ils les mangent dans le lieu saint, *et non ailleurs*, parce que c'est une chose très-sainte, et qu'ils leur appartiennent *comme leur part* des sacrifices du Seigneur par un droit perpétuel.

§ II. *Blasphémateur lapidé par le peuple. Peine ordonnée contre les blasphémateurs et contre les homicides. Peine du talion.*

10. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepe-

10. Cependant il arriva que le fils d'une femme Israélite, qu'elle avait eu d'un

---

5. *Coques ex ea.* Munus coquendi erat Caathitarum, quæ erat una ex familiis tribus Levi. Vide I. Paral. 9. 32, et c. 23. 29. — *Duodecim panes.* Propositionis. — *Singuli habebunt duas decimas.* Erat unusquisque panis librarum fere tredecim cum dimidia; nam continebant duas decimas, seu quintam partem ephi : unum autem ephi continet modios tres, hoc est, uncias 960, frumentique nostratis libras 60; unus enim modius frumenti 20 libras habet. Porro quod deest ad numerum unciarum (aliquot enim deesse supputanti apparebit) addendum est propter aquæ pondus farinæ mixtæ; nam tribus farinæ unciis panis conficitur quatuor fere unciarum. Vide Corn. a Lapide hic et in tractatu de mensuris in fine Pentateuchi.

6. *Purissimam.* Auream.

7. *In monimentum oblationis Domini.* Ut panis hic sit juge memoriale oblationis jugis, quam hoc pane Hebræi Domino faciunt.

8. *Per singula sabbata mutabuntur.* Ne nimium desiccentur, aut corrumpantur. — *Suscepti a filiis Israel.* Quasi dicat : Materia, id est, farina data sit a filiis Israel, panes vero confecti a Levitis. — *Fœdere sempiterno.* Lege sempiterna, semper servanda; vel sententia est, quia hi panes sunt quasi symbolum perpetuum fœderis initi inter me et populum, illiusque memoriam continuo ingerunt.

9. *In loco sancto.* In atrio tabernaculi.

10. *Egressus.* Egredi in Scriptura capitur nonnunquam pro aggredi et incipere; sic Exod. 2. 1, et Deut. 13. 13. * Egressus etiam dicitur, quia cum

Digitized by Google

Egyptien parmi les enfants d'Israël, eut une dispute dans le camp avec un Israélite ;

11. Et qu'ayant blasphémé le nom *saint*, et l'ayant maudit, il fut amené à Moïse. (Sa mère s'appelait Salumith, et elle était fille de Dabri de la tribu de Dan.)

12. Cet homme fut mis en prison, jusqu'à ce qu'on eût su ce que le Seigneur en ordonnerait.

13. Alors le Seigneur parla à Moïse,

14. Et lui dit : Faites sortir hors du camp ce blasphémateur ; et que tous ceux qui ont entendu *ses blasphèmes* lui mettent les mains sur la tête *pour rendre témoignage de son crime*, et qu'il soit lapidé par tout le peuple.

15. Vous direz aussi aux enfants d'Israël : Celui qui aura maudit son Dieu portera *la peine* de son péché :

16. Que celui qui aura blasphémé le nom du Seigneur soit puni de mort. Tout le peuple le lapidera, soit qu'il soit citoyen ou étranger. Que celui qui aura blasphémé le nom du Seigneur soit puni de mort.

17. Que celui qui aura frappé et tué un homme soit puni de mort.

18. Celui qui aura tué une bête en rendra une autre en sa place, c'est-à-dire il rendra une bête pour une bête.

19. Celui qui aura outragé quelqu'un

rerat de viro Ægyptio inter filio, Israel, jurgatus est in castris cum viro Israelita.

11. Cumque blasphemasset nomen, et maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autem mater ejus Salumith, filia Dabri de tribu Dan.)

12. Miseruntque eum in carcerem, donec nossent quid juberet Dominus.

13. Qui locutus est ad Moysen,

14. Dicens : Educ blasphemum extra castra, et ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput ejus, et lapidet eum populus universus.

15. Et ad filios Israel loqueris. Homo, qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum :

16. Et qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur : lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit. Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur.

17. Qui percusserit, et occiderit hominem, morte moriatur.

18. Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est, animam pro anima (1).

19. Qui irrogaverit maculam

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 119.

Hebræis multi Ægyptii fuerant egressi, qui Judaica sacra susceperant, et illis affinitate conjuncti erant, ut insinuatur Exod. 12. 31, ubi vulgus promiscuum innumerabile cum eis ascendisse dicitur.

11. *Cumque blasphemasset nomen, et maledixisset ei.* Hebr. *pervoravit illud nomen, et maledixit :* sic etiam Latini dicunt configere aliquem maledictis. Blasphemavit ergo nomen illud augustum et sanctum.

14. *Ponant... manus suas.* Imponebant manus capiti testantes se audisse blasphemantem, et impio capiti deberi pœnam; vel imponebant manus quasi hoc ritu precarentur, ut Deus in eum omnem peccati pœnam devolveret, nec regionem aut populum propter unius scelus malis immissis attereret.

15. *Peccatum.* Pœnam peccati.

16. *Sive peregrinus fuerit.* Etiam gentilis, et incircumcisus.

18. *Percusserit animal.* Occiderit. — *Reddet vicarium, id est, animam pro anima.* Animal vivum pro animali occiso.

19. *Maculam.* Cicatricem, plagam, vulnus. * In hebræo est מוּם *mum*, et inde Græci hic μῶμον vocant, id est, quidquid quo hominis corpus deterius redditur.

Digitized by Google

cuilibet civium suorum : sicut fecit, sic fiet ei (1) :

20. Fracturam pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente restituet; qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur.

21. Qui percusserit jumentum, reddet aliud. Qui percusserit hominem, punietur.

22. Æquum judicium sit inter vos, sive peregrinus, sive civis peccaverit : quia ego sum Dominus Deus vester.

23. Locutusque est Moyses ad filios Israel : et eduxerunt eum, qui blasphemaverat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Feceruntque filii Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

de ses concitoyens sera traité comme il a traité l'autre :

20. Il recevra fracture pour fracture, et perdra œil pour œil, dent pour dent : il sera contraint de souffrir le même mal qu'il aura fait souffrir à l'autre.

21. Celui qui aura tué une bête domestique en rendra une autre, *ou en payera la valeur selon l'estimation qui en sera faite; mais* celui qui aura tué un homme *n'en sera pas quitte pour de l'argent, il* sera puni *de mort.*

22. Que la justice se rende également parmi vous, soit que ce soit un étranger ou un citoyen qui ait péché, parce que je suis le Seigneur votre Dieu, *et que je punis le mal partout où il se trouve.*

23. Moïse ayant déclaré ces choses aux enfants d'Israël, ils firent sortir hors du camp celui qui avait blasphémé, et ils le lapidèrent, et les enfants d'Israël firent ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse.

CHAPITRE XXV.

§ I. *Lois touchant le repos de la septième année, et le jubilé de la cinquantième.*

L'AN DU MONDE 2514. — AVANT J.-C. 1490.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens :

2. Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Quando ingressi fueritis terram quam ego dabo vobis, sabbatizes sabbatum Domino.

3. Sex annis seres agrum tuum, et sex annis putabis vineam tuam, colligesque fructus ejus (2) :

1. Le Seigneur parla encore à Moïse sur la montagne de Sinaï, et lui dit :

2. Parlez aux enfants d'Israël et dites-leur : Quand vous serez entrés dans la terre que je vous donnerai, observez le sabbat *des années, aussi bien que celui des jours* en l'honneur du Seigneur.

3. Vous sèmerez *donc* votre champ six ans de suite, et vous taillerez aussi votre vigne, et en recueillerez les fruits durant six ans :

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 55. — (2) Bible vengée, note IV. Lettres de quelques Juifs, tome III, page 102.

---

20. *Fracturam pro fractura.* Ut si fregerit altari pedem vel manum, eidem frangatur pes vel manus.

21. *Punietur.* Pœna mortis.

CAP. XXV. 2. *Sabbatizes sabbatum Domino.* Observate sabbatum terræ, facite ut terra septimo anno quiescat. Hoc quidem præceptum datum est in monte Sinai in deserto; sed servari cœptum, postquam in terram promissam pedem intulerunt; nam hic etiam dicitur : *Quando ingressi fueritis terram,* scilicet Chanaan.

Digitized by Google

4. Mais la septième année ce sera le sabbat *et le repos* de la terre, consacré à l'honneur du repos du Seigneur : vous ne sèmerez point votre champ *cette année-là*, et vous ne taillerez point votre vigne.

5. Vous ne moissonnerez point ce que la terre aura produit d'elle-même; vous ne recueillerez point les raisins de la vigne dont vous avez accoutumé d'offrir des prémices: *vous ne les recueillerez point*, comme pour faire vendange: car c'est l'année du repos de la terre, *où vous ne mettrez rien en réserve pour vous.*

6. Mais tout ce qui naîtra alors de soi-même servira *indifféremment* à vous nourrir, vous, votre esclave et votre servante, le mercenaire qui travaille pour vous, et l'étranger qui demeure parmi vous :

7. Et il servira encore à nourrir vos bêtes de service et vos troupeaux, *et même les bêtes sauvages. Les fruits de la terre seront communs cette septième année.*

8. Vous compterez aussi sept semaines d'années, c'est-à-dire sept fois sept, qui font en tout quarante-neuf ans;

9. Et au dixième jour du septième mois, qui est le temps de la fête des Expiations, vous ferez sonner du cor dans toute votre terre.

10. Vous sanctifierez la cinquantième année, et vous publierez la liberté *générale* à tous les habitants du pays, parce que c'est l'année du jubilé. Tout homme

4. Septimo autem anno sabbatum erit terræ, requietionis Domini : agrum non seres, et vineam non putabis (1).

5. Quæ sponte gignet humus, non metes : et uvas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam : annus enim requietionis terræ est :

6. Sed erunt vobis in cibum, tibi et servo tuo, ancillæ et mercenario tuo, et advenæ, qui peregrinantur apud te :

7. Jumentis tuis et pecoribus, omnia quæ nascuntur, præbebunt cibum.

8. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est, septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta novem :

9. Et clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in universa terra vestra.

10. Sanctificabisque annum quinquagesimum, et vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ : ipse est enim jubi-

(1) Rép. crit., tome III, page 102.

---

5. *Uvas primitiarum tuarum.* Vocat uvas primitiarum eas quas sibi dominus fundi colligebat, priusquam permitteret pauperes et alios in vineam suam ingredi, facturos quodammodo secundam vindemiam. Hebr. habet, *uvas separationum tuarum,* id est, quas scilicet tibi separas. * Poterat tamen vineæ dominus ad cibum et usus domesticos sibi aliquid colligere, non secus ac alii faciebant.

9. *Et clanges buccina mense septimo.* Anno 49 exeunte, buccina clangebant, et promulgabant annum sequentem quinquagesimum fore jubilæi annum. Incipiebat autem annus jubilæi simul ac buccinis fuisset indictus, quod die festi expiationis fiebat, sive, ut aliis placet, post festi Scenopegiæ dies octo absolutos.—*Propitiationis tempore.* In die festo expiationis, quod celebratur decima die mensis septimi.

10. *Sanctificabisque.* Sanctum et mihi dicatum denuntiabis, vel præparabis populum celebritati anni 50.—*Et vocabis remissionem.* Proclamabis illo anno fore remissionem servitutum, debitorum et bonorum quæ ad alios trans-

Digitized by Google

læus. Revertetur homo ad possessionem suam, et unusquisque rediet ad familiam pristinam (1) :

11. Quia jubilæus est et quinquagesimus annus. Non seretis, neque metetis sponte in agro nascentia, et primitias vindemiæ non colligetis,

12. Ob sanctificationem jubilæi, sed statim oblata comedetis.

13. Anno jubilæi redient omnes ad possessiones suas.

14. Quando vendes quippiam civi tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed juxta numerum annorum jubilæi emes ab eo,

15. Et juxta supputationum frugum vendet tibi.

16. Quanto plures anni remanserint post jubilæum, tanto crescet et pretium; et quanto minus temporis numeraveris, tanto mi-

rentrera dans le bien qu'il possédait *auparavant, et qu'il avait aliéné*, et chacun retournera à sa première famille *et à sa première condition.*

11. Parce que c'est l'année du jubilé, l'année cinquantième. Vous ne sèmerez point et vous ne moissonnerez point ce que la terre aura produit d'elle-même, et vous ne recueillerez point les prémices de vos vignes; *vous en abandonnerez tous les fruits à ceux qui en auront besoin.*

12. Afin de sanctifier le jubilé; mais vous mangerez les premières choses que vous trouverez *dans les champs, sans en faire d'amas ni de provision.*

13. En l'année du jubilé tous rentreront dans les biens qu'ils avaient possédés.

14. Quand vous vendrez quelque chose à un de vos citoyens, ou que vous achetterez de lui quelque chose, n'attristez point votre frère, *en lui vendant trop cher, ou en achetant à trop bon marché;* mais achetez de lui à proportion des années qui se seront écoulées depuis le jubilé,

15. Et il vous vendra à proportion de ce qui reste de temps pour en recueillir le revenu.

16. Plus il restera d'années d'un jubilé jusqu'à l'autre, plus le prix de la chose augmentera; et moins il restera de temps jusqu'au jubilé, moins s'achettera ce qu'on

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 21.

---

ierunt. * Aliquid simile in Atheniensium remp. inductum a Solone, quod σεισάχθειαν, appellarunt, id est *onerum excussionem*, λύτρωσιν σωμάτων καὶ κτωμάτων, *redemptionem corporum et possessionum*, ut ait Laertius in vita Solonis. — *Est enim jubilæus.* Hebr. יובל *jobel*, a radice יבל quæ significat adducere, sed cum gaudio, lætitia, et jubilo videlicet: Annus adducens lætitiam libertatis, rei scilicet lætæ, et omnium votis expetitæ. — *Revertetur homo ad possessionem suam.* Bona scilicet immobilia, agrum, domum, etc., quæ tempore jubilæi redibant ad primum dominum sine ullo pretio. Venditio enim non erat absoluta, sed ad tempus, scilicet usque ad annum jubilæi, et quo propius distabat ille annus, res minori pretio vendebatur. Ista vero venditionis ratio instituta, ne confunderentur tribus, ut familiæ honestæ et nobiles in sua honestate conservarentur, ut poneretur avaritiæ modus, ut servaretur quædam æqualitas inter Hebræos, utque scirent se non tam dominium habere terræ suæ, quam usum.—*Rediet ad familiam pristinam.* Quia singulis familiis possessiones a Josue in terræ partitione attributæ sunt.

12. *Ob sanctificationem.* Sanctitatem jubilæi. — *Oblata.* Fructus sponte nascentes et obvios. — *Comedetis.* Carpendo, non metendo, aut vindemiando.

14. *Ne contristes fratrem tuum.* Ultra annum quinquagesimum retinendo.

Digitized by Google

achette; car celui qui vend, vous vend *selon* le temps *qui vous reste à jouir* des fruits *jusqu'à l'année du jubilé.*

17. *Ne trompez point, et* n'affligez point ceux qui vous sont unis par une même tribu; mais que chacun craigne son Dieu, parce que je suis le Seigneur votre Dieu.

18. Exécutez mes préceptes, gardez mes ordonnances, et accomplissez-les, afin que vous puissiez habiter sur la terre sans aucune crainte,

19. Et que la terre vous produise ses fruits dont vous puissiez manger et vous rassasier, sans appréhender la violence de qui que ce soit.

20. Que si vous dites : Que mangerons-nous la septième année, si nous n'avons point semé, et si nous n'avons point recueilli de fruits de nos terres?

21. Je répandrai ma bénédiction sur vous en la sixième année, et elle portera autant de fruits que trois autres, *pour vous fournir de quoi vivre cette année et l'année suivante, et encore celle d'après.*

22. *Car* vous sèmerez la huitième année, et vous mangerez vos anciens fruits jusqu'à la neuvième année, vous vivrez des vieux jusqu'à ce qu'il en soit venu de nouveaux.

23. La terre aussi ne se vendra point à perpétuité, parce qu'elle est à moi, et que vous êtes comme des étrangers à qui je la loue.

24. C'est pourquoi tout le fonds que vous posséderez se vendra toujours sous condition de rachat.

25. Si votre frère, étant devenu pauvre, vend le petit héritage qu'il possédait, le plus proche parent pourra, s'il le veut, racheter ce que celui-là a vendu.

26. Que s'il n'a point de proches parents, et qu'il puisse trouver de quoi racheter son bien,

27. On comptera les *années et la valeur des* fruits *perçus* depuis le temps de la vente qu'il a faite; afin que rendant le surnoris et emptio constabit; tempus enim frugum vendet tibi (1).

17. Nolite affligere contribules vestros; sed timeat unusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester.

18. Facite præcepta mea, et judicia custodite, et implete ea, ut habitare possitis in terra absque ullo pavore,

19. Et gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini usque ad saturitatem, illius impetum formidantes.

20. Quod si dixeritis : Quid comedemus anno septimo, si non severimus, neque collegerimus fruges nostras (2)?

21. Dabo benedictionem meam vobis anno sexto, et faciet fructus trium annorum.

22. Seretisque anno octavo, et comedetis veteres fruges usque ad nonum annum : donec nova nascantur, edetis vetera.

23. Terra quoque non vendetur in perpetuum, quia mea est, et vos advenæ et coloni mei estis (3).

24. Unde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendetur.

25. Si attenuatus frater tuus vendiderit possessiunculam suam, et voluerit propinquus ejus, potest redimere quod ille vendiderat;

26. Sin autem non habuerit proximum, et ipse pretium ad redimendum potuerit invenire :

27. Computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit : et quod reliquum est, reddet emptori, sic-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 23 *et suiv.* — (2) Bible vengée, note IV. — (3) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 21.

---

21. *Dabo benedictionem meam vobis anno sexto.* Hinc patet fertilitatem terræ sanctæ ex parte non fuisse naturalem, sed ex Dei munere.

24. *Sub redemptionis conditione vendetur.* Ut scilicet non solum anno quinquagesimo redeat ad dominum, sed etiam ante illum annum redimi possit

Digitized by Google

que recipiet possessionem suam;

28. Quod si non invenerit manus ejus ut reddat pretium, habebit emptor quod emerat, usque ad annum jubilæum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominum, et ad possessorem pristinum.

29. Qui vendiderit domum intra urbis muros, habebit licentiam redimendi, donec unus impleatur annus;

30. Si non redemerit, et anni circulus fuerit evolutus, emptor possidebit eam, et posteri ejus in perpetuum, et redimi non poterit, etiam in jubilæo.

31. Sin autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum jure vendetur; si ante redempta non fuerit, in jubilæo revertetur ad dominum.

32. Ædes levitarum, quæ in urbibus sunt, semper possunt redimi.

33. Si redemptæ non fuerint, in jubilæo revertentur ad dominos, quia domus urbium levitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel.

34. Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est.

plus à l'acheteur, il rentre ainsi dans son bien.

28. Que s'il ne peut point trouver de quoi rendre le prix de son bien, celui qui l'aura acheté en demeurera en possession jusqu'à l'année du jubilé; car cette année-là tout bien vendu retournera au propriétaire qui l'avait possédé d'abord.

29. Celui qui aura vendu une maison dans l'enceinte des murs d'une ville, aura le pouvoir de la racheter pendant un an.

30. Que s'il ne la rachette point *en ce temps-là*, et qu'il ait laissé passer l'année, celui qui l'a achetée la possédera, lui et ses enfants, pour toujours, sans qu'elle puisse être rachetée, même au jubilé.

31. Que si cette maison est dans un village qui n'a point de murailles, elle sera vendue selon la coutume des terres, et si elle n'a point été rachetée auparavant, elle retournera au propriétaire en l'année du jubilé.

32. Les maisons des lévites qui sont dans les villes peuvent toujours se racheter.

33. Si elles n'ont point été rachetées, elles retourneront aux propriétaires l'année du jubilé, parce que les maisons que les lévites ont dans les villes sont l'héritage qu'ils possèdent parmi les enfants d'Israël.

34. Mais leurs faubourgs ne seront point vendus, parce que c'est un bien qu'ils possèdent pour toujours.

---

30. *Etiam in jubilæo.* Ita statutum in domibus urbanis, ut frequentiores redderentur urbes; libentius enim quis domum emet, si stabilem sibi fore possessionem illius sciat : itaque hac lege ad emendas domos intra muri ambitum emptores invitabantur. Simul etiam a vendendo deterrebantur domorum domini, cum scirent se eas in perpetuum amissuros. Adde id factum quia per possessiones, sive domos urbanas non distinguebantur domus et familiæ, atque ita sine confusionis periculo venditio in perpetuum permitti poterat.

32. *Ædes levitarum.* Hæ a superiori lege excipiuntur; nam si prius non redimebantur, in jubilæo ad suos dominos redibant.

33. *Pro possessionibus sunt.* Quia levitæ alias possessiones non habent quam domos : quemadmodum ergo aliorum possessiones redeunt ad dominos, ita domus levitarum, quæ possessiones illorum sunt, ad eos redire debent.

34. *Possessio sempiterna.* Perpetua, et quæ vendi non potest, et illis necessaria ad alenda pecora eorum.

Digitized by Google

§ I. *Lois contre l'usure. Charité recommandée. Ordonnance en faveur des esclaves hébreux.*

35. Si votre frère est devenu fort pauvre, et qu'il ne puisse plus travailler des mains, et si vous l'avez reçu comme un étranger qui est venu d'ailleurs, et qui ait vécu avec vous,

36. Ne prenez point d'intérêt de lui, et ne tirez point de lui plus que vous ne lui avez donné. Craignez votre Dieu, *et ayez de la charité pour votre frère*, afin que votre frère puisse vivre chez vous.

37. Vous ne lui donnerez point votre argent à usure, et vous n'exigerez point de lui plus de grains que vous ne lui en aurez donné.

38. Je suis le Seigneur votre Dieu, qui vous ai fait sortir de l'Egypte pour vous donner la terre de Chanaan, et pour être votre Dieu.

39. Si la pauvreté réduit votre frère à se vendre à vous, vous ne l'opprimerez point en le traitant comme les esclaves;

40. Mais vous le traiterez comme un mercenaire et comme un fermier : il travaillera chez vous jusqu'à l'entrée du jubilé;

41. Et il sortira après avec ses enfants, et retournera à sa famille et à l'héritage de ses pères;

42. Car ils sont mes esclaves, c'est moi qui les ai tirés de l'Egypte. Ainsi qu'on ne les vende point comme les autres esclaves.

43. N'accablez *donc* point votre frère par votre puissance; mais craignez votre Dieu, *à qui il appartient.*

35. Si attenuatus fuerit frater tuus, et infirmus manu, et susceperis eum quasi advenam et peregrinum, et vixerit tecum (1),

36. Ne accipias usuras ab eo, nec amplius quam dedisti. Time Deum tuum, ut vivere possit frater tuus apud te.

37. Pecuniam tuam non dabi ei ad usuram, et frugum superabundantiam non exiges.

38. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Ægypti, ut darem vobis terram Chanaan, et essem vester Deus.

39. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes servitute famulorum,

40. Sed quasi mercenarius et colonus erit : usque ad annum jubilæum operabitur apud te,

41. Et postea egredietur cum liberis suis, et revertetur ad cognationem et ad possessionem patrum suorum;

42. Mei enim servi sunt, et ego eduxi eos de terra Ægypti; non veneant conditione servorum :

43. Ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 169.

---

35. *Attenuatus.* Ad paupertatem redactus. — *Infirmus manu.* Qui scilicet corporis labore victum sibi parare non possit.

37. *Frugum superabundantiam.* Non exiges pro usura plures fruges ab eo, quam ei dederis mutuo.

39. *Servitute famulorum.* Servorum, mancipiorum.

40. *Colonus.* Qui ad tempus tantum manet, et mercede accepta colit agros. — *Usque ad annum jubilæum.* Hoc intellige si septimo anno egredi noluerit, juxta legem Exodi 21. 6.

42. *Mei enim servi sunt.* Hebræi videlicet; idque non tantum creatione, sed et redemptione ex servitute ægyptiaca. — *Conditione servorum.* Mancipiorum.

Digitized by Google

44. Servus et ancilla sint vobis de nationibus quæ in circuitu vestro sunt.

45. Et de advenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos :

46. Et hæreditario jure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum; fratres autem vestros filios Israel ne opprimatis per potentiam.

47. Si invaluerit apud vos manus advenæ atque peregrini, et attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe ejus :

48. Post venditionem potest redimi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum,

49. Et patruus, et patruelis, et consanguineus, et affinis. Sin autem et ipse potuerit, redimet se,

50. Supputatis duntaxat annis a tempore venditionis suæ usque ad annum jubilæum, et pecunia, qua venditus fuerat, juxta annorum numerum et rationem mercenarii supputata.

51. Si plures fuerint anni qui remanent usque ad jubilæum, secundum hos reddet et pretium;

52. Si pauci, ponet rationem cum eo juxta annorum numerum, et reddet emptori quod reliquum est annorum,

53. Quibus ante servivit merce-

44. Ayez des esclaves et des servantes des nations qui sont autour de vous.

45. Vous aurez aussi pour esclaves les étrangers qui sont venus parmi vous, ou ceux qui sont nés d'eux dans votre pays.

46. Vous les laisserez à votre postérité par un droit héréditaire, et vous en serez les maîtres pour toujours; mais n'opprimez point par votre puissance les enfants d'Israël qui sont vos frères.

47. Si un étranger, qui est venu d'ailleurs, s'enrichit chez vous par son travail, et qu'un de vos frères étant devenu pauvre se vende à lui, ou à quelqu'un de sa famille,

48. Il pourra être racheté après qu'il aura été vendu. Celui de ses parents qui le voudra racheter le pourra faire,

49. Son oncle ou le fils de son oncle, et celui qui lui est uni par le sang ou par alliance. Que s'il peut lui-même se racheter, il le fera,

50. En supputant le nombre des années qui resteront depuis le temps qu'il aura été vendu, jusqu'à l'année du jubilé, et en rabattant à son maître, sur le prix qu'il avait donné en l'achetant, ce qui lui peut être dû à lui-même pour le temps qu'il l'a servi, en comptant ses journées comme celles d'un mercenaire.

51. S'il reste beaucoup d'années jusqu'au jubilé, il payera aussi plus d'argent;

52. S'il en reste peu, il comptera avec son maître selon le nombre des années qui resteront, et il lui rendra l'argent à proportion du nombre des années,

53. En rabattant sur le prix ce qui lui

---

44. ***Sint vobis de nationibus.*** Mancipia quæ habueritis sint ex gentilibus, non ex Hebræis.

45. ***Et de advenis.*** Proselytis, qui licet conversi sint ad judaismum, nihil tamen prohibet quominus servitutem serviant. — ***Famulos.*** Servos.

46. ***In æternum.*** Perpetuo, et toto vitæ tempore.

47. ***Si invaluerit apud vos manus advenæ.*** Si gentilis proselytus apud vos factus fuerit dives et potens.

50. ***Supputatis duntaxat annis.*** Si contingat servum hunc redimi, anni qui supersunt usque ad jubilæum computentur, et pro annorum numero pretium domino restituatur, v. g., vendidit se quis siclis 40 cum adhuc 40 anni superessent usque ad jubilæum : servivit annis viginti; pro reliquis annis viginti satis erit dare 20 siclos in ejus redemptionem.

Digitized by Google

sera dû à lui-même pour le temps qu'il l'aura servi. Que son maître ne le traite point avec dureté et violence devant vos yeux.

54. Que s'il ne peut être racheté en cette manière, il sortira libre l'année du jubilé avec ses enfants.

55. Car les enfants d'Israël sont mes esclaves, eux que j'ai fait sortir de l'Egypte.

dibus impu'atis : non affliget eum violenter in conspectu tuo.

54. Quod si per hæc redimi non potuerit, anno jubilæo egredietur cum liberis suis.

55. Mei enim sunt servi filii Israel, quos eduxi de terra Ægypti.

CHAPITRE XXVI.

§ I. *Le Seigneur exhorte son peuple à fuir l'idolâtrie. Il lui promet de grands biens s'il est fidèle à observer ses préceptes.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Je suis le Seigneur votre Dieu : Vous ne vous ferez point d'idole ni d'image taillée; vous ne dresserez point *en leur honneur* de colonnes ni de monuments, et vous n'érigerez point dans votre terre de pierre remarquable *par quelque superstition* pour l'adorer : car je suis le Seigneur votre Dieu, *auquel seul vous devez rendre cet honneur.*

2. Gardez mes jours de sabbat, et tremblez devant mon sanctuaire. Je suis le Seigneur.

3. Si vous marchez selon mes préceptes, si vous gardez et pratiquez mes commandements, je vous donnerai les pluies *propres* à chaque saison.

4. La terre produira les grains *dont vous aurez besoin*, et les arbres seront remplis de fruits.

5. La moisson *sera si abondante, qu'*avant que d'être battue *elle* sera pressée par la vendange; et la vendange *avant que d'être achevée* sera *elle-même* pressée par le temps des semailles : vous mangerez votre pain, et vous serez rassasiés, et vous habiterez dans votre terre sans aucune crainte.

1. Ego Dominus Deus vester : Non facietis vobis idolum et sculptile, nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, ut adoretis eum; ego enim sum Dominus Deus vester.

2. Custodite sabbata mea, et pavete ad sanctuarium meum; ego Dominus.

3. Si in præceptis meis ambulaveritis, et mandata mea custodieritis, et feceritis ea, dabo vobis pluvias temporibus suis,

4. Et terra gignet germen suum, et pomis arbores replebuntur.

5. Apprehendet messium tritura vindemiam, et vindemia occupabit sementem; et comedetis panem vestrum in saturitate, et absque pavore habitabitis in terra vestra.

CAP. XXVI. 1. *Nec titulos.* Hebr. *nec statuam,* vel columnas sustinentes idolorum statuas.—*Insignem lapidem.* In idoli speciem conformatum. Hebr. *depictum,* seu *figuratum.* Chald. *adorationis.* LXX et ex iis Tertull. vertunt *lapidem scopum,* lapidem scilicet eminentem, quem scopi instar assidue intueamini et observetis ad colendum in eo idolum.

2. *Pavete.* Reveremini.

5. *Apprehendet messium tritura vindemiam.* Antequam trituram absolveritis, instabit vindemia : tanta erit frugum copia, ut antequam uvas collegeritis, jam sationis tempus aderit.

Digitized by Google

6. Dabo pacem in finibus vestris : dormietis, et non erit qui exterreat. Auferam malas bestias: et gladius non transibit terminos vestros.

7. Persequemini inimicos vestros, et corruent coram vobis;

8. Persequuntur quinque de vestris centum alienos, et centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro.

9. Respiciam vos, et crescere faciam : multiplicabimini, et firmabo pactum meum vobiscum.

10. Comedetis vetustissima veterum, et vetera novis supervenientibus projicietis.

11. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, et non abjiciet vos anima mea.

12. Ambulabo inter vos, et ero Deus vester, vosque eritis populus meus.

6. J'établirai la paix dans l'étendue de votre pays, vous dormirez en repos, et il n'y aura personne qui vous inquiète. J'éloignerai de vous les bêtes qui vous pourraient nuire, et l'épée *des ennemis* ne passera point par vos terres.

7. Vous poursuivrez vos ennemis, et ils tomberont en foule devant vous.

8. Cinq d'entre vous en poursuivront cent, et cent d'entre vous en poursuivront dix mille : vos ennemis tomberont sous l'épée devant vos yeux.

9. Je vous regarderai favorablement, et je vous ferai croître; vous vous multiplierez *de plus en plus*, et j'affermirai mon alliance avec vous.

10. Vous mangerez les fruits de la terre que vous aviez en réserve depuis longtemps, et vous rejetterez *à la fin* les vieux, dans la grande abondance *où vous serez* des nouveaux.

11. J'établirai ma demeure au milieu de vous, et je ne vous rejetterai point.

12. Je marcherai parmi vous, je serai votre Dieu, et vous serez mon peuple.

§ II. *Biens dont le Seigneur a comblé son peuple. Maux dont il l'accablera s'il lui manque de fidélité.*

13. Ego Dominus Deus vester : qui eduxi vos de terra Ægyptiorum, ne serviretis eis, et qui confregi catenas cervicum vestrarum, ut incederetis erecti.

14. Quod si non audieritis me,

13. Je suis le Seigneur votre Dieu, qui vous ai tirés de la terre des Egyptiens, afin que vous ne fussiez point leurs esclaves, et qui ai brisé les chaînes qui vous faisaient baisser le cou, pour vous faire marcher la tête levée.

14. Que si vous ne m'écoutez point, et

---

6. *Gladius non transibit.* Non timebitis hostium incursus.

8. *Persequuntur quinque de vestris centum.* Ita Gedeon cum trecentis stravit innumeros Madianitas, Judic. 7. 22. Idem fecerunt Machabæi.

10. *Comedetis vetustissima veterum.* Abundabitis annona quam absumere totam non poteritis; sed illam diutissime servare, aut etiam abjicere cogemini, novis fructibus supervenientibus.

12. *Ambulabo inter vos.* Vobis adero.

13. *Confregi catenas.* Servitute ægyptiaca vos eripui, ut essetis liberi. * Additur, *ut incederetis erecti.* Græcus versus adagialis est :

Οὔποτε δουλεία κεφαλὴ εὐθεῖα πέφυκεν,
Αλλ' αἰεὶ σκολιὴ, κ' αὐχένα λοξὸν ἔχει.

Nunquam servile caput rectum est,
Sed semper obliquum, quale etiam collum ejus est.

Digitized by Google

que vous n'exécutiez point tous mes commandements;

15. Si vous dédaignez de suivre mes lois, et que vous méprisiez mes ordonnances; si vous ne faites point ce que je vous ai prescrit, et que vous rendiez mon alliance vaine *et inutile*,

16. Voici la manière dont j'en userai aussi avec vous : Je vous punirai bientôt par l'indigence, et par une ardeur qui vous dessèchera les yeux et vous consumera. Ce sera en vain que vous sèmerez vos grains, parce que vos ennemis les dévoreront.

17. J'arrêterai sur vous l'œil *de ma colère;* vous tomberez devant vos ennemis, et vous serez assujettis à ceux qui vous haïssent; vous fuirez, sans que personne vous poursuive.

18. Que si après cela même vous ne m'obéissiez point, je vous châtierai encore sept fois davantage, à cause de vos péchés;

19. Et je briserai la dureté de votre orgueil. Je ferai que le ciel sera pour vous comme de fer, et la terre *comme* d'airain.

20. Tous vos travaux seront rendus inutiles; *le ciel ne répandra point sur vous ses douces influences*, la terre ne produira point de grains, ni les arbres ne donneront point de fruits.

nec feceritis omnia mandata mea,

15. Si spreveritis leges meas, et judicia mea contempseritis, ut non faciatis ea quæ a me constituta sunt, et ad irritum perducatis pactum meum :

16. Ego quoque hæc faciam vobis : visitabo vos velociter in egestate, et ardore, qui conficiat oculos vestros, et consumat animas vestras. Frustra seretis sementem, quæ ab hostibus devorabitur.

17. Ponam faciem meam contra vos, et corruetis coram hostibus vestris, et subjiciemini his qui oderunt vos; fugietis, nemine persequente.

18. Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras septuplum propter peccata vestra,

19. Et conteram superbiam duritiæ vestræ. Daboque vobis cœlum desuper sicut ferrum, et terram æneam.

20. Consumetur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt.

§ III. *L'endurcissement des Juifs aux châtiments du Seigneur leur attirera des maux sept fois plus grands.*

21. Que si vous vous opposez encore à moi, et que vous ne vouliez point m'écouter, je multiplierai vos plaies sept fois davantage, à cause de vos péchés :

22. J'enverrai contre vous des bêtes sauvages qui vous consumeront, vous et vos troupeaux, qui vous réduiront à un petit

21. Si ambulaveritis ex adverso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras in septuplum propter peccata vestra :

22. Immittamque in vos bestias agri, quæ consumant vos, et pecora vestra, et ad paucitatem

---

15. *Ad irritum perducatis pactum meum.* Si non servaveritis leges meas ut spopondistis et pacti estis.

16. *Et ardore.* Vox hebræa קַדַּחַת *chaddachat*, significat icteram, sive morbum regium, qui oritur ex accensione, et maxime oculis insidet, ut ait Isychius. LXX vertunt, *scabiem et icteram.* — *Animas.* Vitas.

19. *Superbiam duritiæ vestræ.* Superbam vestram duritiem. — *Cœlum desuper sicut ferrum, et terram æneam.* Nec e cœlo pluvias mittam, nec terra fruges producet, ac si ænea esset.

21. *Si ambulaveritis ex adverso mihi.* Si mihi adversi et inobedientes jueritis

Digitized by Google

cuncta redigant, desertæque fiant viæ vestræ.

23. Quòd si nec sic volueritis recipere disciplinam, sed ambulaveritis ex adverso mihi :

24. Ego quoque contra vos adversus incedam, et percutiam vos septies propter peccata vestra;

25. Inducamque super vos gladium ultorem fœderis mei. Cùmque confugeritis in urbes, mittam pestilentiam in medio vestri, et trademini in manibus hostium,

26. Postquam confregero baculum panis vestri : ita ut decem mulieres in uno clibano coquant panes, et reddant eos ad pondus : et comedetis, et non saturabimini.

27. Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaveritis contra me :

28. Et ego incedam adversùs vos in furore contrario, et corripiam vos septem plagis propter peccata vestra,

29. Ita ut comedatis carnes filiorum vestrorum et filiarum vestrarum ;

30. Destruam excelsa vestra, et simulacra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, et abominabitur vos anima mea,

31. In tantum ut urbes vestras redigam in solitudinem, et deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam ultra odorem suavissimum.

nombre, et qui de vos chemins feront des déserts, *parce que vous n'oserez plus sortir de vos maisons.*

23. Que si après cela vous ne voulez point encore vous corriger, et que vous continuiez à marcher contre moi,

24. Je marcherai aussi moi-même contre vous, et je vous frapperai sept fois *davantage*, à cause de vos péchés;

25. Je ferai venir sur vous l'épée qui vous punira, pour avoir rompu mon alliance; et quand vous vous serez réfugiés dans les villes, j'enverrai la peste au milieu de vous; et vous serez livrés entre les mains de vos ennemis,

26. Après que j'aurai brisé votre soutien, qui est le pain, *et que je vous aurai privés de cette nourriture qui fait toute votre force*, en sorte que dix femmes cuiront du pain *pour leurs familles*, dans un *seul et* même four, qu'elles le distribueront au poids, et *en si petite quantité*, que vous en mangerez sans être rassasiés.

27. Que si même après cela vous ne m'écoutez pas encore, et que vous continuiez à marcher contre moi,

28. Je marcherai aussi contre vous, j'opposerai ma fureur à la vôtre, et je vous châtierai de sept plaies *nouvelles*, à cause de vos péchés,

29. Jusqu'à *vous réduire à* manger la chair de vos fils et de vos filles.

30. Je détruirai vos hauts lieux, et je briserai vos statues. Vous tomberez parmi les ruines de vos idoles; et mon âme vous aura en une telle abomination,

31. Que je changerai vos villes en solitudes; je ferai de vos sanctuaires des lieux déserts, et je ne recevrai plus de vous l'odeur très-agréable *des sacrifices;*

---

24. *Contra vos adversus incedam.* Quasi hostes vos invadens, puniens, et male mulctans. — *Percutiam vos septies.* Gravibus multiplicibusque plagis.

26. *Baculum panis.* Vocatur baculus, quia est fulcimentum vitæ; similis phrasis est Psal. 104. 16; Isa. 3. 1. — * *Ita ut decem mulieres.* Quarum singulis ante vix sufficiebat clibanus unus. — *Reddant eos ad pondus.* Ita ut quantum vultis comedere non possitis, nec quantum fames exigit.

30. *Excelsa vestra.* Templa idolorum quæ in excelsis locis gentilium ritu ædificarunt Judæi. — *Simulacra confringam.* Hebraica vox חמנים *hammanim*, simulacra solis significat. Hinc fortasse Jupiter Hammonius.

31. *Deserta faciam sanctuaria vestra.* Sive quæ idolis, sive quæ mihi dedicastis. — *Odorem suavissimum.* Holocaustorum et thymiamatis.

Digitized by Google

32. Je ravagerai votre pays, je le rendrai l'étonnement de vos ennemis mêmes, lorsqu'ils en seront devenus les maîtres, *et* qu'ils l'habiteront.

33. Je vous disperserai parmi les nations, je tirerai l'épée après vous; votre pays sera désert, et vos villes ruinées.

34. Alors la terre se plaira dans les jours de son repos, pendant le temps qu'elle demeurera déserte:

35. Quand vous serez dans une terre ennemie, elle se reposera, et elle trouvera son repos étant seule *et* abandonnée, parce qu'elle ne l'a point trouvé dans vos jours de sabbat lorsque vous l'habitiez, *et que vous lui avez refusé le repos que je vous avais commandé de lui donner.*

36. Quant à ceux d'entre vous qui resteront, je frapperai leurs cœurs d'épouvante, au milieu de leurs ennemis; le bruit d'une feuille qui vole les fera trembler: ils fuiront comme s'ils voyaient une épée, et ils tomberont, sans que personne les poursuive;

37. Ils tomberont chacun sur leurs frères, comme s'ils fuyaient du combat; nul d'entre vous ne pourra résister à vos ennemis.

38. Vous périrez au milieu des nations, et vous mourrez dans une terre ennemie.

32. Disperdamque terram vestram, et stupebunt super ea inimici vestri, cùm habitatores illius fuerint;

33. Vos autem dispergam in gentes, et evaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deserta, et civitates vestræ dirutæ.

34. Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus solitudinis suæ: quando fueritis.

35. In terra hostili, sabbatizabit, et requiescet in sabbatis solitudinis suæ, eo quod non requieverit in sabbatis vestris quando habitabatis in ea.

36. Et qui de vobis remanserint, dabo pavorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folii volantis, et ita fugient quasi gladium: cadent, nullo persequente,

37. Et corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes, nemo vestrùm inimicis audebit resistere;

38. Peribitis inter gentes, et hostilis vos terra consumet.

§ IV. *Dieu ne se lassera point de frapper son peuple, jusqu'à ce qu'ils confessent leurs iniquités et qu'ils prient pour leurs impiétés. Alors il se souviendra de l'alliance qu'il a faite avec leurs pères, et il leur fera voir qu'il est le Seigneur leur Dieu.*

39. Que s'il en demeure encore quelques-uns d'entre ceux-là, ils sècheront au milieu de leurs iniquités dans la terre de leurs ennemis, et ils seront accablés d'afflictions, à cause des péchés de leurs pères et des leurs propres;

40. Jusqu'à ce qu'ils confessent leurs iniquités et celles de leurs ancêtres, par lesquelles ils ont violé mes ordonnances, et ont marché contre moi.

39. Quòd si et de iis aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, et propter peccata patrum suorum et sua affligentur:

40. Donec confiteantur iniquitates suas, et majorum suorum, quibus prævaricati sunt in me, et ambulaverunt ex adverso mihi.

---

34. *Placebunt terræ sabbata sua.* Quæ vacabit, vobis ejectis.

35. *Non requieverit in sabbatis vestris.* Eo quod illi quietem septimi anni ob avaritiam abstuleritis.

39. *Tabescent in iniquitatibus suis.* Propter peccata sua tabe paulatim consumentur.

Digitized by Google

41. Ambulabo igitur et ego contra eos, et inducam illos in terram hostilem, donec erubescat incircumcisa mens eorum : tunc orabunt pro impietatibus suis.

42. Et recordabor fœderis mei, quod pepigi cum Jacob, Isaac, et Abraham. Terræ quoque memor ero :

43. Quæ cùm relicta fuerit ab eis, complacebit sibi in sabbatis suis, patiens solitudinem propter illos. Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis, eò quòd abjecerint judicia mea, et leges meas despexerint.

44. Et tamen etiam cùm essent in terra hostili, non penitus abjeci eos, neque sic despexi ut consumerentur, et irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum Dominus Deus eorum.

45. Et recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de terra Ægypti in conspectu gentium, ut essem Deus eorum; ego Dominus. Hæc sunt judicia atque præcepta et leges, quas dedit Dominus inter se et filios Israel in monte Sinai per manum Moysi.

41. Je marcherai donc aussi moi-même contre eux, et je les ferai aller dans un pays ennemi, jusqu'à ce que leur âme incirconcise rougisse de honte; ce sera alors qu'ils prieront pour leurs impiétés.

42. Et je me ressouviendrai de l'alliance que j'ai faite avec Jacob, Isaac et Abraham. Je me souviendrai aussi de la terre,

43. Qui ayant été laissée par eux, se plaira dans les jours de sabbat, *et dans le repos dont elle jouira*, souffrant *volontiers* d'être seule *et* abandonnée à cause d'eux *et de leurs impiétés :* ils me demanderont alors pardon pour leurs péchés parce qu'ils auront rejeté mes ordonnances, et méprisé mes lois; *et je le leur accorderai par un effet de ma bonté.*

44. Ainsi *ils verront par une heureuse expérience, que,* lors même qu'ils étaient dans une terre ennemie, *à cause de leurs péchés,* je ne les ai pas tout à fait rejetés, et *que* je ne les ai point méprisés jusqu'à les laisser périr entièrement, et à rendre vaine l'alliance que j'ai faite avec eux. Car je suis le Seigneur leur Dieu (1).

45. Et je me souviendrai de cette ancienne alliance que j'ai faite avec eux quand je les ai tirés de l'Egypte à la vue des nations, afin que je fusse leur Dieu. Je suis le Seigneur. Ce sont là les ordonnances, les préceptes et les lois que le Seigneur donna par Moïse sur la montagne de Sinaï *comme un pacte* entre lui et les enfants d'Israël.

(1) Il est digne de remarque que Dieu n'a jamais rejeté entièrement le peuple juif, pas même après son horrible déicide. Dieu recueillit alors les restes de ce peuple et en forma la première Eglise chrétienne ; et à la fin des temps, lorsque la plénitude des nations sera entrée dans l'Eglise, les Juifs, pénétrés de repentir et de confusion, viendront se joindre au nouveau peuple de Dieu.

---

41. *Incircumcisa mens eorum.* Hebr. *donec humilietur incircumcisum cor eorum,* cor scilicet improbum, durum, rebelle, immundum. — *Tunc orabunt.* Continentibus malis et plagis ad pœnitentiam excitati.

43. *Complacebit sibi in sabbatis suis.* Fruetur quiete sua.

44. *Non penitus abjeci eos.* Non penitus abjiciam, cum in captivitates hostium devenerint, præteritum pro futuro.

45. *Hæc sunt judicia.* Hæ sunt justæ minæ et pœnæ quas Deus legis violatoribus intentat et infligit. — *Per manum Moysi.* Per Moysen.

Digitized by Google

CHAPITRE XXVII.

§ I. *Vœux de différentes espèces. Lois prescrites pour les racheter.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : L'homme qui aura fait un vœu, et qui aura promis à Dieu de lui consacrer sa vie, payera, *pour se décharger de son vœu*, un *certain* prix, selon l'estimation *suivante*.

3. Si c'est un homme depuis la vingtième année jusqu'à la soixantième, il donnera cinquante sicles d'argent, selon le poids du sanctuaire :

4. Si c'est une femme, elle en donnera trente.

5. Depuis cinq ans jusqu'à vingt, l'homme donnera vingt sicles, et la femme dix :

6. Depuis un mois jusqu'à cinq ans on donnera cinq sicles pour un garçon, et trois pour une fille :

7. Depuis soixante ans et au-dessus, un homme donnera quinze sicles, et une femme dix.

8. Si c'est un pauvre, et qu'il ne puisse payer le prix de son vœu selon l'estimation *ordinaire*, il se présentera devant le prêtre qui en jugera; il donnera autant que le prêtre le verra capable de payer.

9. Si quelqu'un voue au Seigneur une bête, qui lui puisse être immolée, elle sera sainte, *comme étant consacrée au Seigneur :*

10. Et elle ne pourra être changée, c'est-à-dire qu'on n'en pourra donner ni

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere filiis Israel, et dices ad eos : Homo qui votum fecerit, et spoponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium.

3. Si fuerit masculus à vigesimo anno usque ad sexagesimum annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarii (1) :

4. Si mulier, triginta.

5. A quinto autem anno usque ad vigesimum, masculus dabit viginti siclos : femina decem.

6. Ab uno mense usque ad annum quintum, pro masculo dabuntur quinque sicli : pro femina, tres.

7. Sexagenarius et ultra masculus dabit quindecim siclos : femina decem.

8. Si pauper fuerit, et æstimationem reddere non valebit, stabit coram sacerdote : et quantùm ille æstimaverit, et viderit eum posse reddere, tantùm dabit.

9. Animal autem, quod immolari potest Domino, si quis voverit, sanctum erit,

10. Et mutari non poterit, id est, nec melius malo, nec pejus

(1) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 53.

CAP. XXVII. 2. *Spoponderit Deo animam suam.* Voverit seipsum mancipare cultui divino in tabernaculo, ut scilicet portet aquas vel ligna ad sanctuarium, ut verrat atrium, etc., ut subserviat levitis. — *Sub æstimatione.* Quæ hic taxatur et præscribitur, dabit pretium.

3. *Ad mensuram sanctuarii.* Vide dicta Exod. 30. 13.

5. *A quinto autem anno.* Si videlicet parentes eum devoverint; nam puer quinquennis, cum careat usu rationis, vovere non potest.

8. *Coram sacerdote.* Etiam minore, qui eo tempore ministrat; nam non exprimitur hic pontifici hoc reservari.

Digitized by Google

bono, quòd si mutaverit : et ipsum quod mutatum est, et illud pro quo mutatum est, consecratum erit Domino.

11. Animal immundum, quod immolari Domino non potest, si quis voverit, adducetur ante sacerdotem ;

12. Qui judicans utrùm bonum an malum sit, statuet pretium ;

13. Quod si dare voluerit is qui offert, addet supra æstimationem quintam partem.

14. Homo si voverit domum suam, et sanctificaverit Domino, considerabit eam sacerdos utrùm bona an mala sit, et juxta pretium, quod ab eo fuerit constitutum, venumdabitur,

15. Sin autem ille qui voverat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æstimationis supra, et habebit domum.

16. Quòd si agrum possessionis suæ voverit, et consecraverit Domino : juxta mensuram sementis æstimabitur pretium ; si triginta modiis hordei seritur terra, quinquaginta siclis venundetur argenti.

17. Si statim ab anno incipientis jubilæi voverit agrum, quantò valere potest, tantò æstimabitur.

18. Sin autem post aliquantum temporis, supputabit sacerdos pecuniam juxta annorum, qui reliqui sunt, numerum usque ad jubilæum, et detrahetur ex pretio.

19. Quòd si voluerit redimere

une meilleure pour une mauvaise, ni une pire pour une bonne. Que si celui qui l'a vouée la change, et la bête qui aura été changée, et celle qu'on aura substituée en sa place, sera consacrée au Seigneur.

11. Si quelqu'un voue au Seigneur une bête impure qui puisse lui être immolée, elle sera amenée devant le prêtre,

12. Qui jugera si elle est bonne ou mauvaise, et y mettra le prix ;

13. Que si celui qui offre la bête en veut payer le prix, il ajoutera encore un cinquième à l'estimation qui en sera faite, *pour le punir de sa légèreté, et il la rachètera ainsi.*

14. Si un homme voue sa maison et la consacre au Seigneur, le prêtre considérera si elle est bonne ou mauvaise, et elle sera vendue selon le prix qu'il y aura mis.

15. Si celui qui a fait le vœu la veut racheter, il ajoutera un cinquième à l'estimation qui en aura été faite, et il aura la maison *pour toujours.*

16. Que s'il a voué et consacré au Seigneur le champ qu'il possède, on y mettra le prix à proportion de la quantité de grains qu'on emploie pour semer : s'il faut trente muids d'orge pour semer le champ, il sera vendu cinquante sicles d'argent.

17. Si un homme fait vœu de donner son champ dès le commencement de l'année du jubilé, il sera estimé autant qu'il pourra valoir.

18. S'il le voue quelque temps après, le prêtre supputera l'argent selon le nombre des années qui restent jusqu'au jubilé, et il en ôtera autant du prix.

19. Que si celui qui avait voué son

---

12. *Judicans utrum bonum an malum.* An magni valoris, an exigui.

13. *Addet supra æstimationem.* Hoc additamentum constitutum est, ne faciles essent voventes ad redimendum quod semel Deo votum erat.

14. *Sanctificaverit.* Per votum consecraverit.

16. *Agrum possessionis suæ.* Quem ut suum et proprium possidet. — *Quinquaginta siclis.* Non semel tantum, sed annuis.

17. *Tanto æstimabitur.* Juxta legem datam, ut scilicet pro agro qui serebatur 30 modiis, darentur 50 sicli annui ; et sic proportione de reliquis computando annos qui restabant usque ad proximum jubilæum.

Digitized by Google

champ le veut racheter, il ajoutera un cinquième à l'estimation qui en aura été faite, et il le possédera de nouveau.

20. S'il ne veut pas le racheter, et qu'il ait été vendu à un autre, il ne sera plus au pouvoir de celui qui l'avait voué de le racheter; *et il n'en redeviendra point le maître au temps du jubilé,*

21. Parce que, lorsque le jour du jubilé sera venu, il sera *considéré comme un bien* consacré au Seigneur; et qu'un bien consacré *à Dieu* appartient aux prêtres, *et n'est plus de la nature des autres biens qui retournent à ceux qui les ont aliénés.*

22. *Cependant* si le champ qui a été consacré au Seigneur a été acheté, et n'est pas venu à celui qui le donne, de la succession de ses ancêtres,

23. Le prêtre en fixera le prix en supputant les années qui restent jusqu'au jubilé : et celui qui l'avait voué donnera ce prix au Seigneur, *sans y ajouter un cinquième par-dessus, parce qu'il ne doit pas le posséder pour toujours.*

24. Mais en l'année du jubilé, le champ retournera à l'ancien propriétaire qui l'avait vendu et qui l'avait possédé comme un bien qui lui était propre.

25. Toute estimation se fera au poids du sicle du sanctuaire. *Ce poids est très-juste, et doit servir de règle à tous les autres.* Le sicle a vingt oboles.

agrum ille qui voverat, addet quintam partem æstimatæ pecuniæ, et possidbeit eum.

20. Sin autem noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venundatus, ultra eum qui voverat redimere non poterit :

21. Quia cùm jubilæi venerit dies, sanctificatus erit Domino, et possessio consecrata ad jus pertinet sacerdotum.

22. Si ager emptus est, et non de possessione majorum sanctificatus fuerit Domino,

23. Supputabit sacerdos juxta annorum numerum usque ad jubilæum, pretium : et dabit ille qui voverat eum, Domino.

24. In jubilæo autem revertetur ad priorem dominum, qui venditerat eum, et habuerat in sorte possessionis suæ.

25. Omnis æstimatio siclo sanctuarii ponderabitur. Siclus viginti obolos habet.

§ II. *On ne pourra vouer les premiers-nés, parce qu'ils appartiennent au Seigneur. On paiera exactement les dîmes. On les pourra racheter en donnant le cinquième par-dessus.*

26. Personne ne pourra consacrer ni

26. Primogenita, quæ ad Domi-

---

20. *Sin autem.* Hujus versus et sequentis hæc est sententia; si quis agrum suum voverit, nec redemerit a sacerdotibus, cum annus jubilæi advenerit, non recipiet agrum suum; et si sacerdotes ante annum jubilæi vendiderint agrum illum, redibit anno jubilæi ad ipsos sacerdotes, non autem ad priorem dominum. Verum quia levitæ possessiones habere non possunt, cum in anno jubilæi agrum illum receperint, vendent aliqui ex ea tribu ex qua erat primus possessor, ne tribuum possessiones confundantur.

22. *Si ager emptus est.* Sententia est : Si quis emit agrum, et antequam a venditore redimatur, vovet illum Domino; adveniente jubilæo ad priorem dominum, qui vendiderat, redibit, quia qui vovit non potuit aliud per votum offerre, quam jus quod habebat possidendi, usque ad annum illum quo omnia ad proprios dominos revertuntur.

25. *Siclo sanctuarii.* Vide dicta Exod. 30. 13.

26. *Primogenita quæ ad Dominum pertinent, nemo sanctificare poterit.*

Digitized by Google

num pertinent, nemo sanctificare poterit et vovere : sive bos, sive ovis fuerit, Domini sunt.

27. Quòd si immundum est animal, redimet qui obtulit, juxta æstimationem tuam, et addet quintam partem pretii; si redimere noluerit, vendetur alteri quantocumque a te fuerit æstimatum.

28. Omne quod Domino consecratur, sive homo fuerit, sive animal, sive ager, non vendetur, nec redimi poterit. Quidquid semel fuerit consecratum, Sanctum sanctorum erit Domino.

29. Et omnis consecratio, quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur (1).

30. Omnes decimæ terræ, sive de frugibus, sive de pomis arborum, Domini sunt, et illi sanctificantur.

31. Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum.

32. Omnium decimarum bovis

vouer les premiers-nés, parce qu'ils appartiennent au Seigneur : soit que ce soit un veau ou une brebis, ils sont au Seigneur.

27. Que si la bête *qui a été vouée* est impure, celui qui l'avait offerte la rachètera suivant votre estimation, et il ajoutera encore le cinquième du prix; s'il ne veut pas la racheter, elle sera vendue à un autre au prix que vous l'aurez estimée.

28. Tout ce qui est consacré au Seigneur *par une espèce d'anathème*, soit que ce soit un homme, ou une bête, ou un champ, ne se vendra point et ne pourra être racheté. Tout ce qui aura été consacré une fois au Seigneur sera pour lui comme étant une chose très-sainte.

29. Tout ce qui aura été offert *de la sorte* par un homme, et *tout ce qui aura été* consacré *au Seigneur comme un anathème*, ne se rachètera point; mais il faudra nécessairement qu'il meure.

30. Toutes les dîmes de la terre, soit des grains, soit des fruits des arbres, appartiennent au Seigneur et lui sont consacrées.

31. Mais si quelqu'un veut racheter ses dîmes, il donnera un cinquième par-dessus le prix qu'elles seront estimées.

32. Tous les dixièmes des bœufs, des

(1) Bible vengée, note V. — Rép. crit., tome III, page 94. — Lettres de quelques Juifs, tome III, page 52 *et suiv.*

Hæc non poterant voto sanctificari, quia Domino immolanda erant ratione primogenituræ, ut patet Num. 18. 17.

27. *Quod si immundum est animal.* Sermo est de animali primogenito. — *Vendetur alteri.* Vendi poterit; nam si is qui obtulit noluisset redimere, nihil vetabat quominus animal illud sibi sacerdos retineret.

28. *Omne quod Domino consecratur.* Omnia quæ voventur Deo eo genere voti quod חרם *cherem* appellat hic textus hebr. et gr. dicitur ἀνάθεμα, *anathema*, vendi aut redimi non potest; nam hæc est peculiaris hujus voti natura, ut quod per illud vovetur, absolute, perfecte et irrevocabiliter Deo consecretur.

29. *Omnis consecratio.* Hebr. *omne cherem.* — *Morte morietur.* Si occidi possit, aut si occidere liceat, ut si sit animal mundum, aut si hostes sint morti a Deo addicti, cujus exemplum habemus Num. 21. 2, ubi Chananæi ab Hebræis voto *cherem* devoti, omnino et ad internecionem succisi sunt.

30. *De frugibus, sive de pomis.* De omnibus fructibus terræ. — *Domini sunt.* Hac lege Domino debentur. — *Et illi sanctificantur.* Sanctificari, dari et offerri debent.

* 31. *Addet quintam partem.* Dabit justum pretium decimarum, et præterea adhuc quintam ejus pretii partem. Hoc ita factum ut deterrerentur a redemptione eorum quæ Deo debebantur.

Digitized by Google

brebis et des chèvres *appartiendront au Seigneur :* et *pour les payer, les dixièmes* de tout ce qui passe sous la verge du pasteur seront *marqués par lui, et* offerts au Seigneur.

33. On ne choisira ni un bon ni un mauvais, et l'on ne changera point l'un pour l'autre. Si quelqu'un fait ce changement, ce qui aura été changé et ce qui aura été mis en sa place sera consacré au Seigneur, et ne pourra être racheté.

34. Ce sont là les ordonnances que le Seigneur a données à Moïse pour les enfants d'Israël sur la montagne de Sinaï, *et que Moïse leur a passées par écrit.*

et ovis et capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino.

33. Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. Si quis mutaverit, et quod mutatum est, et pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, et non redimetur.

34. Hæc sunt præcepta, quæ mandavit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

---

32. ***Quæ sub pastoris virga transeunt.*** Quæ a pastoribus reguntur, seu potius numerantur, cum decimæ dandæ sunt. — ***Quidquid decimum venerit.*** Quasi dicat : Dabit quod sorte obtigerit, dum sub virga numerat, sive bonum sit, sive malum.

Digitized by Google

AVERTISSEMENT.

Ce livre est le quatrième de ceux que Moïse a écrits par l'inspiration du Saint-Esprit. Il contient ce qui se passa durant environ quarante ans que les Israélites demeurèrent dans le désert. Il s'appelle LES NOMBRES, parce qu'il commence par le dénombrement de ce peuple, que Dieu fit faire pour la seconde fois.

Les faits qui y sont rapportés sont, comme tous les autres de l'Ancien Testament, des figures de ce qui regarde le Nouveau. Ainsi les chrétiens, qui cherchent dans ces nombres la vérité qui y est cachée, y trouveront en même temps de quoi s'instruire et de quoi s'édifier.

Ils verront dans la multiplication des enfants d'Israël l'accomplissement des promesses que Dieu avait faites à leurs pères; et ils trouveront dans cette merveille de la puissance du Seigneur de pressants motifs de mettre toute leur confiance en sa parole et en sa bonté.

Ils verront, dans l'ordre que Dieu établit pour les marches et pour les campements de l'armée d'Israël, une image de celui qui doit être dans l'Eglise.

Ils comprendront, par ce que Dieu ordonne pour l'épreuve des femmes soupçonnées d'adultère, l'horreur qu'il a de ce crime, et combien les hommes doivent le craindre et l'éviter.

Ils verront, dans la consécration des Nazaréens, une image de la vie retirée et mortifiée que doivent mener ceux qui se consacrent à Dieu.

Ils trouveront, dans les différentes stations par lesquelles Dieu conduit son peuple dans le désert, une figure des différentes épreuves par lesquelles il fait passer ses Saints sur la terre.

Ils apprendront, de la peine imposée à Marie, pour la faute qu'elle avait commise, et dont Moïse lui avait obtenu le pardon, l'obligation de se séparer quelquefois des choses saintes, pour pleurer pendant quelque temps ses crimes.

Ils découvriront la proportion qu'on doit mettre entre la pénitence et le péché, par les quarante ans de séjour dans le désert, imposés aux Israélites pour les quarante jours qu'ils avaient été à examiner la terre promise.

Ils comprendront avec quelle rigueur Dieu punira ceux qui ne sanctifient pas les jours qui lui sont consacrés, par l'ordre qu'il donne de lapider un homme qui ramassait du bois un jour du sabbat.

Digitized by Google

Ils verront quels châtiments sont préparés à ceux qui usurpent le ministère sacré, dans la punition terrible de Coré, Dathan et Abiron.

Ils sentiront la nécessité d'une vocation toute divine pour le sacerdoce, dans le miracle que Dieu fait pour prouver celle d'Aaron. Les vertus que doivent avoir ceux qui sont appelés à cet état saint, et les bonnes œuvres qu'ils doivent pratiquer, sont marquées par les fleurs et les fruits que produit la verge de ce souverain pontife.

Le détachement où doivent vivre ceux qui sont consacrés au service des autels, paraît aussi dans la défense que Dieu fait aux prêtres et aux lévites de posséder aucun héritage au milieu de son peuple, voulant être lui seul leur portion et leur héritage.

Ils trouveront dans le sacrifice de la vache rousse une image de celui de Jésus-Christ; dans la pierre frappée deux fois par Moïse une figure de ce divin Sauveur frappé par les Juifs et par les gentils; dans l'eau sortie du rocher, une image de la grâce qui purifie les âmes, et qui étanche la soif de leurs saints désirs; dans le serpent d'airain élevé en haut pour la guérison de ceux qui avaient été mordus par des serpents de feu, une figure de Jésus-Christ élevé en croix pour le salut de ceux que le démon a blessés par le péché.

L'ânesse de Balaam, qui reprend la folie de ce prophète, leur fera voir que Dieu choisit quelquefois ce qu'il y a de plus faible pour confondre ce qui paraît de plus fort.

Enfin Moïse et Aaron, qui meurent sans faire entrer les Israélites dans la terre promise, leur représenteront l'impuissance des sacrifices et des cérémonies de la loi ancienne pour faire entrer les hommes dans le royaume du Ciel, et leur feront voir que cet avantage était réservé à Jésus-Christ figuré par Josué, qui, après avoir fait passer les enfants de Dieu par les eaux du Baptême, figurées par celles du Jourdain, les met en possession de la Jérusalem du Ciel.

Voilà quelques-unes des vérités que découvriront dans ce livre ceux qui, entrant dans l'esprit de l'Apôtre, le regarderont comme un tableau où Dieu représente aux hommes, sous différentes figures, les mystères qu'ils doivent croire et les vertus qu'ils doivent pratiquer.

Digitized by Google

LES NOMBRES [1].

CHAPITRE PREMIER.

§ I. ***Dieu ordonne de faire le dénombrement de tous les enfants d'Israël, depuis vingt ans et au-dessus, capables de porter les armes. Noms des princes ou des chefs de l'armée d'Israël.***

L'AN DU MONDE 2514. — AVANT J.-C. 1490.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, primâ die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Ægypto, dicens :

2. Tollite summam universæ congregationis filiorum Israel per cognationes et domos suas, et nomina singulorum, quidquid sexûs est masculini,

3. A vigesimo anno et suprà, omnium virorum fortium ex Israel, et numerabitis eos per turmas suas, tu et Aaron (2).

4. Eruntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis,

1. La seconde année après la sortie des enfants d'Israël hors de l'Egypte, le premier jour du second mois, le Seigneur parla à Moïse, au désert de Sinaï, dans le tabernacle de l'alliance, et lui dit :

2. Faites un *nouveau* dénombrement de tout le corps des enfants d'Israël, par familles, par maisons et par têtes, c'est-à-dire de tous les mâles,

3. Depuis vingt ans et au-dessus, de tous les hommes forts d'Israël, *capables de porter les armes;* vous les compterez tous par leurs bandes, vous et Aaron.

4. Et ceux qui sont dans leurs familles, les princes de leurs tribus et *les chefs* de leurs maisons seront avec vous *pour vous aider à faire ce dénombrement.*

(1) Bible vengée, Nombres, note I. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 29.

CAP. I. *In deserto Sinai.* Omnia enim hæc a c. 1 usque ad cap. 10, n. 11, facta sunt in 12 mansione, quæ fuit in Sina. — *In tabernaculo.* In Sancto sanctorum et propitiatorio.

2. *Tollite summam.* Alius etiam census populi initus fuerat in deserto ante fabricam tabernaculi pro contributione ad eamdem excitandam, Exod. 38. 25. Nunc secundo numeratur populus ad castra melius et ordinatius instruenda, et ut exactius populi numerus constaret, aptiusque castra circa tabernaculum disponerentur. — *Filiorum Israel.* Nulli enim proselyti, aut Ægyptii, aut ex aliis gentibus oriundi numerati sunt, licet non exigua horum esset multitudo inter Hebræos, ut patet Exod. 12. 38. — *Quidquid sexus est masculini.* Nam feminæ et pueri ad bella inepti; hic autem ineunda erat summa virorum fortium, quorum usus in bello esse poterat.

2. *A vigesimo anno et supra.* Quia hæc ætas militiæ apta. — *Omnium virorum fortium.* Omnes plane numerati, et omnes fortes erant divino beneficio; nam ut est in Psalmo : *Non erat in tribubus eorum infirmus.*

4. *Principes tribuum.* Princeps tribus erat primogenitus, qui ab ipso capite tribus sive a patriarcha, verbi gratia, Juda, directe per lineam primogenitorum descendebat. Simili modo principes familiarum erant primogeniti familiæ illius.

Digitized by Google

5. Voici les noms de ces princes : de *la tribu de* Ruben, Elisur, fils de Sedeür.
6. De *la tribu de* Siméon, Salamiel, fils de Surisaddaï.
7. De *la tribu de* Juda, Nahasson, fils d'Aminadab.
8. De *la tribu d'*Issachar, Nathanaël, fils de Suar.
9. De *la tribu de* Zabulon, Eliab, fils d'Hélon.
10. Et entre les enfants de Joseph : d'Ephraïm, Elisama, fils d'Ammiud ; de Manassé, Gamaliel, fils de Phadassur.
11. De Benjamin, Abidan, fils de Gédéon.
12. De Dan, Ahiézer, fils d'Amisaddaï.
13. D'Aser, Phégiel, fils d'Ochran.
14. De Gad, Eliasaph, fils de Duel.
15. Ne Nephthali, Ahira, fils d'Enan.
16. C'étaient là les plus considérables de tout le peuple divisé par tribus et par familles, et les chefs de l'armée d'Israël.

5. Quorum ista sunt nomina : de Ruben, Elisur filius Sedeur;
6. De Simeon, Salamiel filius Surisaddai ;
7. De Juda, Nasson filius Aminadab ;
8. De Issachar, Nathanael filius Suar;
9. De Zabulon, Eliab filius Helon.
10. Filiorum autem Joseph, de Ephraim, Elisama filius Ammiud; de Manasse, Gamaliel filius Phadassur;
11. De Benjamin, Abidan filius Gedeonis ;
12. De Dan, Ahiezer filius Amisaddai.
13. De Aser, Phegiel filius Ochran ;
14. De Gad, Eliasaph filius Duel;
15. De Nephthali, Ahira filius Enan.
16. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus et cognationes suas, et capita exercitûs Israel :

§ II. *Moïse, Aaron et les douze princes d'Israël exécutent l'ordre de Dieu, et font le dénombrement des enfants d'Israël capables d'aller à la guerre.*

17. Moïse et Aaron les ayant pris avec toute la multitude du peuple,
18. Les assemblèrent au premier jour du second mois, et en firent le dénombrement par tiges, par maisons et par familles, en comptant chaque personne et prenant le nom de chacun, depuis vingt ans et au-dessus,
19. Selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse. Le dénombrement se fit dans le désert de Sinaï.
20. On fit le dénombrement *de la tribu* de Ruben, fils aîné d'Israël. Tous les

17. Quos tulerunt Moyses et Aaron cum omni vulgi multitudine :
18. Et congregaverunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes, et domos, ac familias, et capita, et nomina singulorum, à vigesimo anno et supra,
19. Sicut præceperat Dominus Moysi. Numeratique sunt in deserto Sinai.
20. De Ruben primogenito Israelis per generationes et familias

5. *De Ruben.* Tribus et patriarchæ ordine thori numerantur : primo filii uxoris Liæ, tum filii Rachelis, tandem filii ancillarum.
16. *Nobilissimi.* Vox hebræa *invitatos*, vel *vocatos* significat : sæpe tamen pro magnatibus, nominatis, illustribus, aut fama inclytis accipitur.
17. *Quos tulerunt.* Quorum nomina tulerunt, et in tabulas census retulerunt.
20. *Per generationes.* Generatio hic latius patet, quam familia aut domus ; et una generatio, sive, ut Latini loquuntur, *gens*, plures familias domosque

Digitized by Google

ac domos suas, et nomina capitum singulorum, omne quod sexûs est masculini à vigesimo anno et supra, procedentium ad bellum,

21. Quadraginta sex millia quingenti.

22. De filiis Simeon per generationes ac familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina et capita singulorum, omne quod sexûs est masculini à vigesimo anno et supra, procedentium ad bellum,

23. Quinquaginta novem millia trecenti.

24. De filiis Gad, per generationes et familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis et supra, omnes qui ad bella procederent,

25. Quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta.

26. De filiis Juda per generationes et familias, ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,

27. Recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti.

28. De filiis Issachar, per generationes et familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorum à vigesimo anno et supra, omnes qui ad bella procederunt,

29. Recensiti sunt quinquaginta quatuor millia quadringenti.

30. De filiis Zabulon per generationes et familias ac domos cognationum suarum, recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,

31. Quinquaginta septem millia quadringenti.

32. De filiis Joseph, filiorum

mâles, depuis vingt ans et au-dessus, qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et tous ayant été marqués par leurs noms,

21. Il s'en trouva quarante-six mille cinq cents.

22. On fit le dénombrement des enfants de Siméon. Tous les mâles, depuis vingt ans et au-dessus; qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

23. Il s'en trouva cinquante-neuf mille trois cents.

24. On fit le dénombrement des enfants de Gad. Tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

25. Il s'en trouva quarante-cinq mille six cent cinquante.

26. On fit le dénombrement des enfants de Juda. Tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

27. Il s'en trouva soixante-quatorze mille six cents.

28. On fit le dénombrement des enfants d'Issachar. Tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

29. Il s'en trouva cinquante-quatre mille quatre cents.

30. On fit le dénombrement des enfants de Zabulon. Tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, furent comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

31. Il s'en trouva cinquante-sept mille quatre cents.

32. On fit le dénombrement des enfants

---

amplectitur. * In hebræo est, *fecerunt eos generari*, id est, in publicas tabulas descripserunt eorum origines. LXX habent ἐπηξιωνοῦσαν, id est, in ἄξονας, *tabulas*, retulerunt.

Digitized by Google

de Joseph, *et premièrement des* enfants d'Ephraïm. Tous ceux *de cette tribu* qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

33. Il s'en trouva quarante mille cinq cents.

34. On fit ensuite le dénombrement des enfants de Manassé; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

35. Il s'en trouva trente-deux mille deux cents.

36. On fit le dénombrement des enfants de Benjamin; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

37. Il s'en trouva trente-cinq mille quatre cents.

38. On fit le dénombrement des enfants de Dan; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maison; et étant tous marqués par leur propre nom,

39. Et il s'en trouva soixante-deux mille sept cents.

40. On fit le dénombrement des enfants d'Aser; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

41. Il s'en trouva quarante-un mille cinq cents.

42. On fit le dénombrement des enfants de Nephthali; et tous ceux qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été comptés par tiges, par familles et par maisons; et étant tous marqués par leur propre nom,

43. Il s'en trouva cinquante-trois mille quatre cents.

44. C'est là le *second* dénombrement *des enfants d'Israël*, qui fut fait par Moïse, par Aaron et par les douze princes d'Israël, chacun étant marqué par sa maison et par sa famille.

Ephraim per generationes et familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,

33. Quadraginta millia quingenti.

34. Porro filiorum Manasse per generationes et familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,

35. Triginta duo millia ducenti.

36. De filiis Benjamin per generationes et familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere;

37. Triginta quinque millia quadringenti.

38. De filiis Dan per generationes et familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,

39. Sexaginta duo millia septingenti.

40. De filiis Aser per generationes et familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,

41. Quadraginta millia et mille quingenti.

42. De filiis Nephthali per generationes et familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere,

43. Quinquaginta tria millia quadringenti.

44. Hi sunt, quos numeraverunt Moyses et Aaron, et duodecim principes Israel, singulos per domos cognationum suarum.

Digitized by Google

45. Fueruntque omnis numerus filiorum Israel per domos et familias suas à vigesimo anno et supra, qui poterant ad bella procedere.

46. Sexcenta tria millia virorum quingenti quinquaginta.

45. Et le compte des enfants d'Israël qui avaient vingt ans et au-dessus, et qui pouvaient aller à la guerre, ayant été fait par maisons et par familles,

46. Il s'en trouva *en tout* six cent trois mille cinq cent cinquante, *comme dans le premier dénombrement qui s'était fait six mois auparavant.*

§ III. *Les lévites ne sont point compris dans ce dénombrement. Ils sont chargés du soin de tout ce qui regarde le tabernacle. Si quelqu'un ose en approcher il sera puni de mort.*

47. Levitæ autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis.

48. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

49. Tribum Levi noli numerare, neque pones summam eorum cum filiis Israel :

47. Pour les lévites, ils ne furent point comptés parmi eux, selon les familles de leur tribu.

48. Car le Seigneur parla à Moïse, et lui dit :

49. Ne faites point le dénombrement de la tribu de Lévi, et n'en marquez point le nombre avec celui des enfants d'Israël; *ne les obligez point d'aller avec eux au combat.*

50. Sed constitue eos super tabernaculum testimonii et cuncta vasa ejus, et quidquid ad cerimonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum et omnia utensilia ejus : et erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabuntur.

51. Cùm proficiscendum fuerit, deponent levitæ tabernaculum : cùm castrametandum, erigent; quisquis externorum accesserit, occidetur.

52. Metabuntur autem castra filii Israel unusquisque per tur-

50. Mais établissez-les pour avoir soin du tabernacle du témoignage, de tous ses vases et de tout ce qui regarde les cérémonies *du culte de Dieu.* Ils porteront eux-mêmes le tabernacle et tout ce qui sert à son usage; ils seront employés à ce *saint* ministère, et ils camperont autour du tabernacle *pour le garder.*

51. Lorsqu'il faudra partir, les lévites détendront le tabernacle; lorsqu'il faudra camper, ils le dresseront. Si quelque étranger, *de quelque tribu qu'il soit*, se joint à eux, *et entreprend de faire leurs fonctions*, il sera puni de mort.

52. Les enfants d'Israël camperont tous par diverses compagnies et divers batail-

---

47. *Levitæ... non sunt numerati.* Quia in castrorum metatione non collocabantur cum aliis tribubus, eo quod circa ipsum tabernaculum ejus ministeriis deputati versabantur, ut patet n. 50; ideoque a duodecim tribubus secreti fuerunt tanquam pars et tribus Domini ejus obsequiis dicata. * Erat autem tribus hæc a militia exempta, quanquam a militando non arcebantur Levitæ, si aut necessitas id postularet, aut ipsi sponte vellent, ut patet in Machabæis. Vide Josephum l. 3. Antiq. c. 11, et l. 4. c. 4.

50. *Et quidquid ad cerimonias pertinet.* Omnia vasa omnemque supellectilem tabernaculi. — *Per gyrum tabernaculi.* Et etiam atrii. Quo ordine circa tabernaculum consederint, habes infra c. 3.

51. *Cum castrametandum.* Cum castra locanda et figenda erunt. — *Externorum.* Qui non sint de tribu Levi.

52. *Per turmas et cuneos.* Hebr. *per vexilla sua.*

Digitized by Google

lons dont leurs troupes seront composées, *laissant un espace assez considérable entre leur camp et le tabernacle.*

53. Mais les lévites dresseront leurs tentes autour du tabernacle, *et ils empêcheront que nul autre n'en approche*, de peur que l'indignation *du Seigneur* ne tombe sur la multitude des enfants d'Israël, et ils veilleront pour la garde du tabernacle du témoignage.

54. Les enfants d'Israël exécutèrent donc toutes les choses que le Seigneur avait ordonnées à Moïse. *Ils formèrent trois camps enfermés l'un dans l'autre : celui du Seigneur, environné par celui des lévites; et celui des lévites, environné par celui de toutes les tribus d'Israël.*

mas, et cuneos atque exercitum suum.

53. Porro levitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, et excubabunt in custodiis tabernaculi testimonii.

54. Fecerunt ergo filii Israel juxta omnia quæ præceperat Dominus Moysi.

CHAPITRE II.

Le Seigneur marque quelle doit être la disposition du camp des enfants d'Israël autour du tabernacle, et quel côté doit occuper chaque tribu. Nom des princes de chaque famille.

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et leur dit :

2. Les enfants d'Israël camperont autour du tabernacle de l'alliance, par diverses bandes, chacun sous ses drapeaux et sous ses enseignes, et selon leurs familles et leurs maisons, *dans l'ordre qui suit :*

3. *La tribu de* Juda dressera ses tentes vers l'orient; *elle sera distribuée et divisée* par bandes : et Nahasson, fils d'Aminadab, sera le prince de cette tribu.

4. Le nombre des combattants de *Juda* est de soixante-quatorze mille six cents.

5. Ceux de la tribu d'Issachar camperont auprès de Juda. Leur prince est Nathanaël, fils de Suar :

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

2. Singuli per turmas, signa, atque vexilla, et domos cognationum suarum, castrametabuntur filii Israel per gyrum, tabernaculi fœderis.

3. Ad orientem Judas figet tentoria per turmas exercitûs sui : eritque princeps filiorum ejus Nahasson filius Aminadab;

4. Et omnis de stirpe ejus summa pugnantium, septuaginta quatuor millia sexcenti;

5. Juxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar;

---

53. *Excubabunt in custodiis.* Diligenter custodient excubantes.

CAP. II. 2. *Singuli per turmas, signa, atque vexilla.* Hebr. *singuli juxta vexillum suum in signis domus patrum suorum castrametabuntur.* Tradunt Hebræi Israelitas castrametatos fuisse circa tabernaculum, ut ab illo per unum milliare abessent ex omni latere, quod non est intelligendum de levitis, qui proximi erant tabernaculo et atrio, quippe illius excubitores. — *Vexilla.* Dicut Hebræi in vexillo Judæ fuisse leonem; Ruben, hominem; Ephraim, bovem; Dan, aquilam. De hoc nihil certo constat, et crediderim esse Hebræorum rabbinorum figmenta.

Digitized by Google

6. Et omnis numerus pugnatorum ejus, quinquaginta quatuor millia quadringenti.

7. In tribu Zabulon princeps fuit Eliab filius Helon.

8. Omnis de stirpe ejus exercitus pugnatorum, quinquaginta septem millia quadringenti.

9. Universi qui in castris Judæ annumerati sunt, fuerunt centum octoginta sex millia quadringenti, et per turmas suas primi egredientur.

10. In castris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur :

11. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta sex millia quingenti.

12. Juxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Surisaddai;

13. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quinquaginta novem millia trecenti.

14. In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel;

15. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta.

16. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta millia et mille quadringenti quinquaginta per turmas suas : in secundo loco proficiscentur.

17. Levabitur autem tabernaculum testimonii per officia levitarum et turmas eorum; quomodo erigetur, ita et deponetur. Singuli

6. Et le nombre de tous ses combattants est de cinquante-quatre mille quatre cents.

7. Eliab, fils d'Hélon, est le prince de la tribu de Zabulon :

8. Et tout le corps des combattants de sa tribu est de cinquante-sept mille quatre cents.

9. Tous ceux que l'on a comptés comme devant être du camp de Juda sont au nombre de cent quatre-vingt-six mille quatre cents; et ils marcheront les premiers, chacun dans sa bande.

10. Du côté du midi, Elisur, fils de Sedeûr, sera le prince dans le camp des enfants de Ruben :

11. Et tout le corps de ses combattants dont on a fait le dénombrement est de quarante-six mille cinq cents.

12. Ceux de la tribu de Siméon camperont auprès de Ruben; et leur prince est Salamiel, fils de Surisaddaï :

13. Tout le corps de ses combattants dont on a fait le dénombrement est de cinquante-neuf mille trois cents.

14. Eliasaph, fils de Duel, est le prince de la tribu de Gad :

15. Et tout le corps de ses combattants dont on a fait le dénombrement est de quarante-cinq mille six cent cinquante.

16. Tous ceux dont on a fait le dénombrement pour être du camp de Ruben sont au nombre de cent cinquante-un mille quatre cent cinquante, distingués *tous* par leurs bandes : ceux-ci marcheront au second rang.

17. *Dans tous les mouvements de l'armée d'Israël*, le tabernacle du témoignage sera porté par le ministère des lévites qui marcheront *après ces deux bataillons*

---

9. *Per turmas suas... egredientur.* Cum movenda erunt castra, hi primi relicta statione procedere debebant : nec mirum, siquidem ut plurimum orientem versus ibant, et hæc castrorum ac tabernaculi fœderis pars erant anterior.

17. *Levabitur autem tabernaculum testimonii per officia levitarum.* Tabernaculum dissolutum portabitur a levitis secundum distincta eorum ministeria quæ c. sequenti singulis Deus distribuit. — *Quomodo erigetur, ita et deponetur.* Hoc est; iidem qui officium erigendi habuerint, iidem habebunt et deponendi.

Digitized by Google

composés des six premières tribus, étant distingués selon leurs bandes. *Et à l'égard du tabernacle*, on le détendra et on le dressera toujours dans le même ordre; et les lévites marcheront chacun en sa place et en son rang, *selon l'ordre qu'ils gardent dans leur camp.*

18. *Après eux marcheront* les enfants d'Ephraïm, qui camperont du côté de l'occident; et Elisama fils d'Ammiud, en est le prince :

19. Tout le corps de ses combattants dont on a fait le dénombrement est de quarante mille cinq cents.

20. La tribu des enfants de Manassé sera auprès d'eux; Gamaliel, fils de Phadassur, en est le prince :

21. Et tout le corps de ses combattants dont on a fait le dénombrement est de trente-deux mille deux cents.

22. Abidan, fils de Gédéon, est le prince de la tribu des enfants de Benjamin :

23. Et tout le corps de ses combattants dont on a fait le dénombrement est de trente-cinq mille quatre cents.

24. Tous ceux dont on a fait le dénombrement pour être du camp d'Ephraïm sont au nombre de cent huit mille cent hommes, distingués *tous* par leurs bandes: ceux-ci marcheront au troisième rang.

25. Les enfants de Dan camperont du côté de l'aquilon; et Ahiézer, fils d'Amisaddai, en est le prince :

26. Tout le corps de ses combattants dont on a fait le dénombrement est de soixante-deux mille sept cents.

27. Ceux de la tribu d'Aser dresseront leurs tentes près de Dan; et leur prince est Phégiel, fils d'Ochran;

28. Tout le corps de ses combattants dont on a fait le dénombrement est de quarante-un mille cinq cents.

29. Ahira, fils d'Enan, est le prince de la tribu des enfants de Nephthali :

30. Tout le corps de ses combattants est de cinquante-trois mille quatre cents.

31. Le dénombrement de ceux qui seront dans le camp de Dan est de cent cinquante-sept mille six cents; et ils marcheront au dernier rang.

per loca et ordines suos proficiscentur.

18. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud;

19. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti.

20. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur;

21. Cunctusque exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti.

22. In tribu filiorum Benjamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis;

23. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui recensiti sunt, triginta quinque millia quadringenti.

24. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo millia centum per turmas suas : tertii proficiscentur.

25. Ad aquilonis partem castrametati sunt filii Dan : quorum princeps fuit Ahiezer filius Amisaddai;

26. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti.

27. Juxta eum fixere tentoria de tribu Aser : quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran;

28. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta millia et mille quingenti.

29. De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan;

30. Cunctus exercitus pugnatorum ejus, quinquaginta tria millia quadringenti.

31. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti : et novissimi proficiscentur.

Digitized by Google

32. Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum et turmas divisi exercitûs, sexcenta tria millia quingenti quinquaginta.

32. Toute l'armée des enfants d'Israël, partagée en diverses bandes, selon leurs maisons et leurs familles, était *donc* de six cent trois mille cinq cent cinquante *hommes, sans compter les femmes, ni les enfants au-dessous de vingt ans, ni les vieillards au-dessus de soixante, ni une multitude infinie d'étrangers qui s'étaient joints à eux.*

33. Levitæ autem non sunt numerati inter filios Israel : sic enim præceperat Dominus Moysi.

33. Mais les lévites n'ont point été comptés dans ce dénombrement des enfants d'Israël; car le Seigneur l'avait ainsi ordonné à Moïse.

34. Feceruntque filii Israel juxta omnia quæ mandaverat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, et profecti per familias ac domos patrum suorum.

34. Et les enfants d'Israël exécutèrent tout ce que le Seigneur leur avait commandé. *Quand il fallut camper*, ils se campèrent par diverses bandes; *et quand il fallut marcher*, ils marchèrent suivant l'ordre des familles et des maisons de leurs pères, *qui leur avait été marqué.*

CHAPITRE III.

§ II *Enfants d'Aaron consacrés pour les fonctions du sacerdoce. Les Lévites choisis de Dieu pour le service du tabernacle. Dieu les prend à la place des premiers-nés des enfants d'Israël.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Hæ sunt generationes Aaron et Moysi, in die quâ locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai.

1. Voici *quelle était* la postérité d'Aaron, et *quels étaient les neveux* de Moïse, au temps que le Seigneur parla à Moïse sur la montagne de Sinaï.

2. Et hæc nomina filiorum Aaron : primogenitus ejus Nadab, deinde Abiu, et Eleazar, et Ithamar.

2. Voici, dis-je, les noms des enfants d'Aaron : l'aîné était Nadab, et les autres étaient Abiu, Eléazar et Ithamar.

3. Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui uncti sunt, et quorum repletæ et consecratæ manus ut sacerdotio fungerentur.

3. Voilà *donc* les noms des enfants d'Aaron qui ont été prêtres, qui ont reçu l'onction, et dont les mains ont été remplies *des victimes*, et consacrées *ainsi* pour exercer les fonctions du sacerdoce.

CAP. III. 1. *Generationes Aaron et Moysi.* Filii Aaron et Mosis. Licet autem videantur tantum numerari filii Aaron; tamen utriusque generatio recensetur n. 27 et 28 hujus capitis, ubi sermo est de levitis Amramitis; hi enim sunt filii Aaron et Mosis, qui patrem Amram habuerunt. Et quidem initio capitis hujus peculiaris mentio fit filiorum Aaron, quia hi sacerdotium sunt adepti; posteri vero Mosis, qui in inferiori levitarum gradu hæserunt, cum reliquis levitis Caathitis numerati sunt.

3. *Repletæ et consecratæ manus.* Replere manus est illas ad sacerdotium consecrare; nam sacerdotum novorum manus tum donis et sacrificiis, tum unctione olei implebantur.

Digitized by Google

4. Or Nadab et Abiu ayant offert un feu étranger devant le Seigneur, au désert de Sinaï, moururent sans enfants; et *après leur mort*, Eléazar et Ithamar exercèrent les fonctions du sacerdoce du vivant de leur père Aaron.

5. Et le Seigneur, *voulant leur donner quelqu'un pour leur aider dans les fonctions de leur ministère*, parla à Moïse et lui dit :

6. Faites approcher la tribu de Lévi; faites que ceux de cette tribu se tiennent devant Aaron grand-prêtre, afin qu'ils le servent *dans ses fonctions*, qu'ils veillent *à la garde du tabernacle*,

7. Et *qu'ils* observent tout ce qui regardera le culte que le peuple me doit rendre devant le tabernacle du témoignage;

8. Qu'ils aient en garde les vases du tabernacle, et qu'ils rendent tous les services qui regardent le saint ministère.

9. Vous donnerez les lévites

10. A Aaron et à ses fils, comme un présent que leur font les enfants d'Israël, *afin qu'ils les assistent dans ce qui regarde le service du tabernacle.* Mais vous établirez Aaron et ses enfants pour les fonctions du sacerdoce. Tout étranger, qui, *n'étant point de la famille d'Aaron*, s'approchera du saint ministère, sera puni de mort.

11. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

12. J'ai pris les lévites d'entre les enfants d'Israël, en la place de tous les premiers-nés qui sortent les premiers du sein de leur mère d'entre les enfants d'Israël; c'est pourquoi les lévites seront à moi *d'une manière toute particulière.*

4. Mortui sunt enim Nadab et Abiu, cùm offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absque liberis : functique sunt sacerdotio Eleazar et Ithamar coram Aaron patre suo.

5. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

6. Applica tribum Levi, et fac stare in conspectu Aaron sacerdotis ut ministrent ei, et excubent,

7. Et observent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii,

8. Et custodiant vasa tabernaculi, servientes in ministerio ejus.

9. Dabisque dono levitas.

10. Aaron et filiis ejus, quibus traditi sunt à filiis Israel. Aaron autem et filios ejus constitues super cultum sacerdotii. Externus, qui ad ministrandum accesserit, morietur.

11. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

12. Ego tuli levitas à filiis Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Israel, eruntque levitæ mei.

---

6. *Applica.* Accedere fac. — *Excubent.* In hebr. est, *custodient custodiam ejus, et custodiam omnis synagogæ.* Particula *ejus* Aaronem refert, cujus custodiæ omnia erant in tabernaculo; quippe sacrorum princeps. Eædem etiam erant custodiæ totius synagogæ et totius populi, quia omnes erant partes reip. et quilibet pro sua virili parte sacra tueri etiam suorum laterum objectu debebat, si quis illa temerare ausus fuisset.

9. *Dabisque dono levitas.* Levitas offeres Aaroni et sacerdotibus, ut eis serviant, idque gratis et sine pretio.

10. *A filiis Israel.* Ut hac donatione Aaron facta, a Deo primogenitos suos redimerent, ut patet n. 45. — *Externus.* Non sacerdos. — *Morietur.* Judicum sententia occidetur; sic Chaldæus.

Digitized by Google

13. Meum est enim omne primogenitum : ex quo percussi primogenitos in terra Ægypti : sanctificavi mihi quidquid primum nascitur in Israel ab homine usque ad pecus, mei sunt : ego Dominus.

13. Car tous les premiers-nés *d'Israël* sont à moi. Depuis que j'ai frappé dans l'Egypte les premiers-nés *des Egyptiens*, j'ai consacré à moi tout ce qui naît le premier en Israël, depuis les hommes jusqu'aux bêtes, ils sont tous à moi. Je suis le Seigneur, *et personne n'oserait me les disputer.*

§ II. *Dieu fait faire le dénombrement des enfants de Lévi, et leur prescrit leurs différentes fonctions.*

14. Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens :

15. Numera filios Levi per domos patrum suorum et familias, omnem masculum ab uno mense et supra.

14. Le Seigneur parla de nouveau à Moïse au désert de Sinaï, et lui dit :

15. Faites le dénombrement des enfants de Lévi, selon toutes les maisons de leurs pères, et leurs familles *différentes;* et comptez tous les mâles, *non depuis vingt ans seulement, comme ceux des autres tribus, mais* depuis un mois et au-dessus, *parce qu'il ne s'agit pas de les appliquer à des fonctions pénibles; mais de remplir par eux le nombre des premiers-nés d'Israël dont ils doivent tenir la place.*

16. Numeravit Moyses, ut præceperat Dominus,

17. Et inventi sunt filii Levi per nomina sua, Gerson et Caath et Merari.

18. Filii Gerson : Lebni et Semei.

19. Filii Caath : Amram et Jesaar, Hebron et Oziel.

20. Filii Merari : Moholi et Musi.

16. Moïse en fit *donc* le dénombrement, comme le Seigneur l'avait ordonné,

17. Et il trouva parmi les enfants de Lévi ceux qui suivent, dont voici les noms : Gerson, Caath et Mérari.

18. Les fils de Gerson sont Lebni et Séméi.

19. Les fils de Caath sont Amram, Jésaar, Hébron et Oziel.

20. Les fils de Mérari sont Moholi et Musi

21. De Gerson fuêre familiæ duæ, Lebnitica, et Semeitica :

22. Quarum numeratus est populus sexûs masculini ab uno mense et supra, septem millia quingenti.

23. Hi post tabernaculum metabuntur ad occidentem,

21. De Gerson sont sorties deux familles, celle de Lebni et celle de Séméi;

22. Dont tous les mâles ayant été comptés depuis un mois et au-dessus, il s'en trouva sept mille cinq cents.

23. Ceux-ci doivent camper derrière le tabernacle, vers l'occident,

---

13. *Meum est enim omne primogenitum.* Non tantum jure creationis, sed peculiari liberatione et redemptione, cum eos ab angelo percutiente eripui, Exod. 12. 23. Rursus mea sunt primogenita, quia justo hoc meo præcepto ita fieri jubeo.—*Sanctificavi mihi.* Mihi sanctificari, offerri et consecrari volo.

15. *Ab uno mense et supra.* Ratio cur ab hac ætate sumpta sit levitarum dinumeratio est, quod etiam primogeniti post unum mensem redimerentur, ut habetur infra, c. 18. 16.

17. *Inventi sunt.* Non in vita, nam pridem obierant, sed in censu hoc et numero.

Digitized by Google

24. Ayant pour prince Eliasaph, fils de Laël.

25. Et ils veilleront dans le *parvis du* tabernacle de l'alliance,

26. Ayant en leur garde le tabernacle même, *c'est-à-dire* sa couverture; le voile qu'on tire devant la porte du tabernacle de l'alliance, et les rideaux du parvis, comme aussi le voile qui est tendu à l'entrée du parvis du tabernacle; tout ce qui appartient au ministère de l'autel, les cordages *qui servent à tenir les rideaux* du tabernacle, et tout ce qui est employé à son usage.

27. De Caath sont sorties les familles des Amranites, des Jésaarites, des Hébronites, et des Oziélites. Ce sont là les familles des Caathites dont on a fait le dénombrement selon leurs noms :

28. Tous les mâles, depuis un mois et au-dessus, sont au nombre de huit mille six cents. Ils veilleront à la garde du sanctuaire,

29. Et camperont vers le midi.

30. Leur prince sera Elisaphan, fils d'Oziel :

31. Ils garderont l'arche, la table, le chandelier, les autels et les vases du sanctuaire qui servent au saint ministère, le voile et toutes les choses de cette nature.

32. Eléazar, fils d'Aaron, grand-prêtre et prince des princes des lévites, sera au-dessus de *tous, mais plus particulièrement au-dessus de* ceux qui veilleront à la garde du sanctuaire.

33. Les familles sorties de Mérari sont

24. Sub principe Eliasaph filio Lael.

25. Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis,

26. Ipsum tabernaculum et operimentum ejus, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, et cortinas atrii : tentorium quoque quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, et quidquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi et omnia utensilia ejus.

27. Cognatio Caath habebit populos Amramitas et Jesaaritas et Hebronitas et Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarum recensitæ per nomina sua :

28. Omnes generis masculini ab uno mense et supra, octo millia sexcenti habebunt excubias sanctuarii,

29. Et castrametabuntur ad meridianam plagam.

30. Princepsque eorum erit Elisaphan filius Oziel :

31. Et custodient arcam, mensamque et candelabrum, altaria et vasa sanctuarii, in quibus ministratur, et velum, cunctamque hujuscemodi supellectilem.

32. Princeps autem principum levitarum Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ sanctuarii.

33. At vero de Merari erunt po-

---

25. *Habebunt excubias in tabernaculo.* Habebunt custodienda ea quæ sequuntur, hoc est, ipsum tabernaculum et operimentum, etc.

26. *Ipsum tabernaculum.* Non tabulas, columnas, aut bases; nam hæc ferebant Merarítæ, sed velum interius sive infimum, quod ex decem cortinis constabat cui alia vela injiciebantur. — *Operimentum ejus.* Sagum cilicinum, et sagum ex pellibus arietum rubricatis, et sagum ex pellibus ianthinis, de quibus Exod. 26. — *Quod trahitur ante fores.* Tabernaculi, et est quasi illius janua. — *In introitu atrii.* Illud velum quod erat veluti janua totius atrii. — *Quidquid ad ritum altaris pertinet.* Quidquid scilicet velorum huc facit; nam de his est sermo.

28. *Habebunt excubias.* Custodiam sanctuarii, quoad vasa quæ sequuntur.

31. *Et velum.* Quod oppanditur Sancto sanctorum; huic enim involvenda erat arca portanda a Caathitis. Alia vela omnia a Gersonitis portabantur.

Digitized by Google

puli Moholitæ et Musitæ recensiti per nomina sua :

34. Omnes generis masculini ab uno mense et supra, sex millia ducenti.

35. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel : in plaga septentrionali castrametabuntur.

36. Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi et vectes, et columnæ ac bases earum, et omnia quæ ad cultum hujuscemodi pertinent :

37. Columnæque atrii per circuitum cum basibus suis, et paxilli cum funibus.

38. Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id est, ad orientalem plagam, Moyses et Aaron cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarii in medio filiorum Israel; quisquis alienus accesserit, morietur.

39. Omnes levitæ, quos numeraverunt Moyses et Aaron juxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino à mense uno et supra, fuerunt viginti duo millia.

les Moholites et les Musites, dont on a fait le dénombrement selon leurs noms :

34. Tous les mâles, depuis un mois et au-dessus, sont *au nombre de* six mille deux cents.

35. Leur prince est Suriel, fils d'Abihaïel. Ils camperont vers le Septentrion.

36. Ils auront en garde les ais du tabernacle, les pièces de travers, les colonnes avec leurs bases, et tout ce qui appartient à ces choses ·

37. Les colonnes qui environnent le parvis avec leurs bases, et les pieux *qui servent à les tenir fermes*, avec leurs cordages.

38. Moïse et Aaron avec ses fils, qui ont la garde du sanctuaire au milieu des enfants d'Israël, camperont devant le tabernacle de l'alliance, c'est-à-dire du côté de l'Orient. Tout étranger qui s'approchera *du tabernacle pour y exercer les fonctions des prêtres ou des lévites* sera puni de mort.

39. Tous les mâles d'entre les lévites, depuis un mois et au-dessus, dont Moïse et Aaron firent le dénombrement selon leurs familles, comme le Seigneur le leur avait commandé, se trouvèrent *au nombre de vingt-deux mille trois cents. Mais comme ces trois cents étaient premiers-nés, et en cette qualité appartenaient au Seigneur, on ne compte que* vingt-deux mille *lévites capables de remplacer les premiers-nés des enfants d'Israël.*

§ III. *Le Seigneur fait compter tous les premiers-nés des enfants d'Israël. Il fait donner à Aaron deux sicles par tête des deux cent soixante-treize qui excèdent le nombre des lévites.*

40. Et ait Dominus ad Moysen : Numera primogenitos sexûs masculini de filiis Israel ab uno mense et suprà, et habebis summam eorum.

41. Tollesque levitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus : et pecora eo-

40. Le Seigneur dit encore à Moïse : Comptez tous les premiers-nés d'entre les mâles des enfants d'Israël, depuis un mois et au-dessus; et vous en tiendrez le compte.

41. Vous prendrez pour moi les lévites en la place *de tous les premiers-nés* des enfants d'Israël. Je suis le Seigneur; et

37. *Paxilli.* Qui figebantur ad funes intendendos, et firmandas columnas et vela atrii, ne vento nimium agitarentur.

41 *Tolles.... pecora eorum.* Separabis, ut mihi cum ipsis levitis quasi

Digitized by Google

les troupeaux des lévites me seront *donnés comme* pour *racheter* tous les premiers-nés des troupeaux des enfants d'Israël, *qui me furent alors consacrés.*

42. Moïse fit *donc* le dénombrement des premiers-nés des enfants d'Israël comme le Seigneur l'avait ordonné :

43. Et tous les mâles ayant été marqués par leurs noms, depuis un mois et au-dessus, il s'en trouva vingt-deux mille deux cent soixante-treize, *c'est-à-dire deux cent soixante-treize plus qu'il ne s'était trouvé d'enfants de Lévi pour les remplacer.*

44. Le Seigneur parla de nouveau à Moïse, et lui dit :

45. Prenez des lévites pour les premiers-nés des enfants d'Israël, et les troupeaux des lévites pour leurs troupeaux; et les lévites seront à moi. Je suis le Seigneur.

46. Et pour le prix des deux cent soixante-treize aînés des enfants d'Israël qui passent le nombre des lévites,

7. Vous prendrez cinq sicles par tête, au poids du sanctuaire. Le sicle a vingt oboles.

48. Et vous donnerez cet argent à Aaron et à ses fils, pour le prix de ceux qui sont au-dessus du nombre des *lévites.*

49. Moïse prit donc l'argent de ceux qui passaient ce nombre, et qu'ils avaient rachetés des lévites.

50. *Ce qu'il* prit pour les premiers-nés des enfants d'Israël, fit la somme de mille trois cent soixante-cinq sicles, au poids du sanctuaire;

51. Et il donna cet argent à Aaron et à ses fils, selon l'ordre que le Seigneur lui avait donné.

rum pro universis primogenitis pecorum filiorum Israel.

42. Recensuit Moyses, sicut præceperat Dominus, primogenitos filiorum Israel :

43. Et fuerunt masculi per nomina sua, à mense uno et suprà, viginti duo millia ducenti septuaginta tres.

44. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

45. Tolle levitas pro primogenitis filiorum Israel, et pecora levitarum pro pecoribus eorum, eruntque levitæ mei; ego sum Dominus.

46. In pretio autem ducentorum septuaginta trium, qui excedunt numerum levitarum de primogenitis filiorum Israel,

47. Accipies quinque siclos per singula capita ad mensuram sanctuarii. Siclus habet viginti obolos.

48. Dabisque pecuniam Aaron et filiis ejus, pretium eorum qui supra sunt.

49. Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerant amplius, et quos redemerant a levitis.

50. Pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexaginta quinque siclorum juxta pondus sanctuarii,

51. Et dedit eam Aaron et filiis ejus juxta verbum quod præceperat sibi Dominus.

---

dedicentur, sintque mea, sicut ipsi levitæ mei sunt : non est tamen facta ista pecorum separatio, ut Domino cederent per sacrificia.

46. *In pretio autem.* Omnes Levitæ fuerunt viginti duo millia; primogeniti Israel viginti duo millia ducenti septuaginta tres. Cum ergo levitæ dati essent Deo pro primogenitis, supererat ut pro illis 273 satisfieret, qui levitarum numerum excedebant. Jubet ergo Deus ut hi primogeniti redimantur, quinque siclis in singula capita persolutis. Horum pretium Aaroni dari jubetur n. 48.

48. *Dabisque... pretium.* Pecunia primogenitorum 273 se redimentium ascendit ad 1365 siclos.

* 49. *Qui fuerant amplius.* Qui sorte facta restabant.

Digitized by Google

CHAPITRE IV.

§ I. *Le Seigneur ordonne à Moïse et à Aaron de faire en particulier le dénombrement des enfants de Caath qui étaient de la tribu de Lévi. Il marque les fonctions auxquelles il les destine, et il établit au-dessus d'eux Eléazar, fils d'Aaron.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et à Aaron, et leur dit : *Quoique Caath ne soit que le second des fils de Lévi, néanmoins je veux distinguer sa famille, parce que vous en êtes sortis.*

2. Tolle summam filiorum Caath de medio levitarum per domos et familias suas,

2. Faites *donc* le dénombrement des fils de Caath séparément des autres lévites, par maisons et par familles.

3. A trigesimo anno et supra, usque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingrediuntur ut stent et ministrent in tabernaculo fœderis.

3. *Et parce qu'il s'agit de les appliquer à des fonctions pénibles qui demandent beaucoup de force, vous ferez ce dénombrement* depuis trente ans et au-dessus, jusqu'à cinquante ans; *marquant les noms* de tous ceux qui entrent dans le *parvis du* tabernacle de l'alliance, pour y assister et pour y servir.

4. Hic est cultus filiorum Caath: tabernaculum fœderis, et Sanctum sanctorum.

4. Voici quelles doivent être les fonctions des fils de Caath.

5. Ingredientur Aaron et filii ejus, quando movenda sunt castra, et deponent velum quod pendet ante fores, involventque eo arcam testimonii,

5. Lorsqu'il faudra décamper, Aaron et ses fils entreront dans le tabernacle de l'alliance, et dans le Saint des saints; *ce qui hors de ce cas ne leur serait pas permis.* Ils détendront le voile qui est tendu devant l'entrée *du sanctuaire*, et en couvriront l'arche du témoignage.

6. Et operient rursum velamine ianthinarum pellium, extendent-

6. Ils mettront encore par-dessus une couverture de peaux de couleur violette,

---

CAP. IV. 3. *A trigesimo anno et supra, usque ad quinquagesimum.* Hic enim numerantur tantum viri qui graviora onera, et partes tabernaculi ferre possent, cum movenda erant castra. * Minores tamen operas quasdam videntur præstitisse ab anno vigesimo, I. Paral. c. 23. 24, 27. Deinde paulo majores ab anno vigesimo quinto. Vide infra, c. 8. 24. — *Ut stent.* Statio hic vocatur ipsa ministratio levitarum in tabernaculo; sic n. 30 dicitur de Merariis : *Omnes qui ingrediuntur ad officium ministerii sui.* Utrobique in hebræo sunt eædem voces.

4. *Hic est cultus.* Hoc est ministerium, hæc functio Caathitarum.

5. *Aaron et filii ejus.* Etiam minores sacerdotes ingredi poterant Sanctum sanctorum ad illud deponendum, cum movenda erant castra. — *Deponent velum.* Quod dividit Sanctum sanctorum a Sancto.

6. *Velamine ianthinarum pellium.* Non illo quo tabernaculum tegebatur, sed alio proprio. Nam et mensa, et candelabrum, et cætera suum habebant

Digitized by Google

ils étendront sur cette couverture un drap de couleur d'hyacinthe, et ils feront passer *par dessous* les bâtons *qui ne doivent jamais sortir des anneaux de l'arche, et ils les mettront sur les épaules de ceux qui la doivent porter.*

7. Ils envelopperont aussi dans un drap d'hyacinthe la table des pains exposés devant Dieu, et ils mettront avec elle les encensoirs, les petits mortiers, les petits vases et les coupes pour les oblations de liqueur; et les pains seront toujours sur la table *avec laquelle ils seront* enveloppés.

8. Ils étendront par-dessus un drap d'écarlate, qu'ils couvriront encore d'une couverture de peaux violettes, et ils feront passer les bâtons *dans les anneaux de la table, afin qu'on la puisse porter.*

9. Ils prendront aussi un drap d'hyacinthe, dont ils couvriront le chandelier avec ses lampes, ses pincettes, ses mouchettes et tous les vases à l'huile; *c'est-à-dire* tout ce qui est nécessaire pour entretenir les lampes.

10. Ils couvriront toutes ces choses avec des peaux violettes, et feront passer les bâtons *dans les anneaux du brancard destiné à les porter.*

11. Ils envelopperont aussi l'autel d'or d'un drap d'hyacinthe; ils étendront par-dessus une couverture de peaux violettes; et ils feront passer les bâtons *dans les anneaux de l'autel, afin qu'on puisse le porter.*

que desuper pallium totum hyacinthinum, et inducent vectes.

7. Mensam quoque propositionis involvent hyacinthino pallio, et ponent cum ea thuribula et mortariola, cyathos et crateras ad liba fundenda : panes semper in ea erunt :

8. Extendentque desuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento ianthinarum pellium, et inducent vectes.

9. Sument et pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis et forcipibus suis, et emunctoriis, et cunctis vasis olei, quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt :

10. Et super omnia ponent operimentum ianthinarum pellium, et inducent vectes.

11. Nec non et altare aureum involvent hyacinthino vestimento, et extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducentque vectes.

---

etiam velamentum ex ianthinis pellibus. — *Pallium totum hyacinthinum.* Aliud velamen proprium, non ex pellibus, sed e filis hyacinthini coloris compositum, ut patet ex hebræo in quo est תכלת *theehelet*, quod hujusmodi fila significat; non תחש *tachas*, quod pelles eo colore tinctas significat. — *Inducent vectes.* Non in arcam, quia jam inducti erant, et nunquam extrahebantur, ut patet Exod. 35. 11. Inducere ergo est componere intra eadem velamina, quibus arca contegitur, præter eas tamen vectium partes, quæ humeros bajulantium premebant, et ab arca hinc inde longius excurrebant.

7. *Mortariola.* Erant scutellæ quibus simila in sacrificiis excipiebatur. — *Cyathos.* Ad vina et libamina; idem usus eorum vasorum quæ appellantur *crateres.* — *Panes semper in ea erunt.* Panes propositionis in mensa, etiam cum deportatur, et de loco ad locum transfertur.

10. *Inducent vectes.* Etiamsi candelabrum non haberet annulos, quibus immitterentur vectes, ut patet ex ejus constructione quæ describitur Exod. 25 et 37, vectes tamen adhibebantur, cum erat transferendum, et ad illos alligabatur candelabri sarcina, vel super eos imponebatur : quod indicant LXX, καὶ ἐπιθήσουσι αὐτὴν ἐπ' ἀναφορέων, *et imponent illud super vectes.*

11. *Altare aureum.* Thymiamatis, quod aureis laminis erat obductum.

Digitized by Google

12. Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario, involvent hyacinthino pallio, et extendent desuper operimentum ianthinarum pellium, inducentque vectes.

13. Sed et altare mundabunt cinere, et involvent illud purpureo vestimento,

14. Ponentque cum eo omnia vasa, quibus in ministerio ejus utuntur, id est, ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, uncinos et batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinarum pellium, et inducent vectes.

15. Cùmque involverint Aaron et filii ejus sanctuarium et omnia vasa ejus in commotione castrorum, tunc intrabunt filii Caath ut portent involuta : et non tangent vasa sanctuarii, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis :

16. Super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cujus curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, et compositionis incensum, et sacrificium, quod semper offertur, et oleum unctionis, et quidquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniumque vasorum, quæ in sanctuario sunt.

12. Ils envelopperont de même d'un drap d'hyacinthe tous les vases dont on se sert dans le sanctuaire; ils étendront par-dessus une couverture de peaux violettes, et ils feront passer les bâtons *dans les anneaux du brancard destiné à les porter.*

13. Ils ôteront aussi les cendres de l'autel, et ils l'envelopperont dans un drap de pourpre; *ayant soin que le feu sacré ne s'y éteigne point, mais s'y conserve toujours.*

14. Ils mettront avec l'autel tous les vases qui sont employés au ministère de l'autel, les brasiers, les pincettes, les fourchettes, les crochets et les pelles. Ils couvriront tous les vases de l'autel ensemble d'une couverture de peaux violettes; et ils feront passer des bâtons *dans les anneaux.*

15. Après qu'Aaron et ses fils auront enveloppé le sanctuaire, avec tous ses vases; quand le camp marchera, les fils de Caath s'avanceront pour porter toutes ces choses enveloppées; et ils ne toucheront point les vases du sanctuaire, de peur qu'ils ne meurent. C'est là ce que les fils de Caath doivent porter du tabernacle de l'alliance.

16. Eléazar, fils d'Aaron, grand-prêtre, sera au-dessus d'eux; et c'est lui qui aura soin de l'huile pour entretenir les lampes, de l'encens composé *de parfums*, du sacrifice perpétuel, de l'huile d'onction, de tout ce qui appartient au culte du tabernacle, et de tous les vases qui sont dans le sanctuaire.

---

13. *Sed et altare.* Holocaustorum. — *Mundabunt cinere.* Et victimis et lignis combustis.

14. *Fuscinulas ac tridentes, uncinos.* In hebræo est unica tantum vox מזלגות *mizlegot*, quæ fuscinulam significat, sive unum tantum dentem habeat ut uncini, sive plures.

15. *Non tangent vasa.* Nuda scilicet, et non operta.

16. *Super quos.* Caathitas. — *Erit Eleazar.* Utpote ex Caath oriundus : Gersonitis vero et Meraritis præerat Ithamar, junior Aaronis filius; sed ità ut omnibus Eleazar præesset, generalem quamdam in omnes providentiàm exercens. — *Ad cujus.* Eleazari. — *Incensum, et sacrificium.* Non quod solus Eleazar sacrificaret, aut adoleret incensum; sed quod ejus esset prospicere ne simila, oleum et incensum sacrificiorum materia deesset. — *Sacrificium quod semper offertur.* In hebræo est *mincha :* intellige ergo similam illam, quæ asservabatur ad offerendum cum jugi holocausto.

Digitized by Google

17. Le Seigneur parla donc à Moïse et à Aaron, et leur dit :

18. N'exposez pas le peuple de Caath à être exterminé du milieu des lévites, *en ne couvrant pas avec assez de soin les choses qu'ils doivent porter.*

19. Mais prenez garde qu'ils ne touchent point au Saint des saints, afin qu'ils vivent et qu'ils ne meurent pas. *Pour éviter ce malheur*, Aaron et ses fils entreront *dans le tabernacle*, ils y disposeront ce que chacun *des fils de Caath* doit faire; et ils partageront la charge que chacun devra porter.

20. Que les autres cependant n'aient aucune curiosité pour voir les choses qui sont dans le sanctuaire, avant qu'elles soient enveloppées; autrement ils seront punis de mort.

17. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

18. Nolite perdere populum Caath de medio levitarum :

19. Sed hoc facite eis, ut vivant, et non moriantur, si tetigerint Sancta sanctorum. Aaron et filii ejus intrabunt, ipsique disponent opera singulorum, et dividunt quid portare quis debeat.

20. Alii nullâ curiositate videant quæ sunt in sanctuario prius quam involvantur, alioquin morientur.

§ II. *Le Seigneur ordonna à Moïse de faire le dénombrement des enfants de Gerson de la tribu de Lévi. Il marque leurs fonctions, et les soumet à Ithamar fils d'Aaron.*

21. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

22. Faites aussi un dénombrement des fils de Gerson, par maisons, par familles et par tiges,

23. Depuis trente ans et au-dessus, jusqu'à cinquante ans. Comptez tous ceux qui entrent et qui servent dans le *parvis du* tabernacle de l'alliance.

24. Voici quelle sera la charge de la famille des Gersonites :

25. Ils porteront les rideaux du tabernacle; la *première* couverture *de ce même tabernacle, où est l'arche* de l'alliance; la seconde couverture, et la couverture de peaux violettes qui se met sur ces deux autres, avec le voile qui est tendu à l'entrée du tabernacle de l'alliance;

26. Les rideaux *qui ferment l'enceinte* du parvis, et le voile qui est à l'entrée devant le tabernacle. *Les fils de Gerson* porteront tout ce qui appartient à *l'enceinte de* l'autel, les cordages et les vases *dont on se sert dans les fonctions* du ministère.

27. Selon l'ordre qu'ils en recevront

21. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

22. Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias et cognationes suas,

23. A triginta annis et supra, usque ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur et ministrant in tabernaculo fœderis.

24. Hoc est officium familiæ Gersonitarum,

25. Ut portent cortinas tabernaculi et tectum fœderis, operimentum aliud, et super omnia velamen ianthinum, tentoriumque quod pendet in introitu tabernaculi fœderis,

26. Cortinas atrii, et velum in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos, et vasa ministerii,

27. Jubente Aaron et filiis ejus,

---

18. *Nolite perdere populum Caath.* Ne permittatis Caathitas perdi et occidi a me, quod fiet si tangant Sancta sanctorum, id est, vasa tabernaculi sanctissima.

Digitized by Google

portabunt filii Gerson : et scient singuli cui debeant oneri mancipari.

28. Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis, eruntque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis,

d'Aaron et de ses fils; et chacun saura quelle est la charge qu'il doit porter.

28. C'est là l'emploi de la famille des Gersonites à l'égard du tabernacle de l'alliance, et ils seront soumis à Ithamar, fils d'Aaron, grand-prêtre.

§ III. *Dieu ordonne à Moïse de faire le dénombrement des enfants de Mérari. Il marque leurs fonctions, et les soumet à Ithamar, fils d'Aaron.*

29. Filios quoque Merari per familias et domos patrum suorum recensebis,

30. A triginta annis et supra, usque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerii sui et cultum fœderis testimonii.

31. Hæc sunt onera eorum : Portabunt tabulas tabernaculi et vectes ejus, columnas ac bases earum,

32. Columnas quoque atrii per circuitum cum basibus et paxillis et funibus suis. Omnia vasa et supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt.

33. Hoc est officium familiæ Meraritarum et ministerium in tabernaculo fœderis : eruntque sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis.

29. Vous ferez aussi le dénombrement des fils de Mérari, par familles et par les maisons de leurs pères,

30. En comptant depuis trente ans et au-dessus, jusqu'à cinquante, tous ceux qui viennent faire les fonctions de leur ministère, et qui s'appliquent au culte de l'alliance du témoignage.

31. Voici la charge qui leur sera destinée : ils porteront les ais du tabernacle et les pièces de travers *pour les tenir fermes*, et les colonnes avec leurs bases,

32. Comme aussi les colonnes qui sont tout autour du parvis avec leurs bases, leurs pieds et leurs cordages. Ils prendront par compte tous les vases et tout ce qui sert au tabernacle; et le porteront ensuite.

33. C'est là l'emploi de la famille des Mérarites, et le service qu'ils rendront au tabernacle de l'alliance; et ils seront soumis à Ithamar, fils d'Aaron, grand prêtre.

§ IV. *Moïse et Aaron font le dénombrement que le Seigneur leur avait ordonné. Ils trouvent huit mille cinq cent quatre-vingts lévites pour le ministère du tabernacle.*

34. Recensuerunt igitur Moyses et Aaron et principes synagogæ filios Caath per cognationes et domos patrum suorum,

35. A triginta annis et supra, usque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis :

36. Et inventi sunt duo millia septingenti quinquaginta.

34. Moïse et Aaron firent donc avec les princes de la synagogue le dénombrement des fils de Caath, par familles et par les maisons de leurs pères,

35. En comptant, depuis trente ans et au-dessus jusqu'à cinquante, tous ceux qui sont employés au ministère du tabernacle de l'alliance :

36. Et il s'en trouva deux mille sept cent cinquante.

---

28. *Hic est cultus.* Ministerium. Hebr. עבדת *gnabodath.*

Digitized by Google

37. C'est là le nombre du peuple de Caath, qui entre dans le tabernacle de l'alliance. Moïse et Aaron en firent le dénombrement, selon que le Seigneur l'avait ordonné par Moïse.

38. On fit aussi le dénombrement des fils de Gerson, par familles et par les maisons de leurs pères :

39. Et tous ceux qui sont employés au ministère du tabernacle de l'alliance ayant été comptés, depuis trente ans et au-dessus jusqu'à cinquante,

40. Il s'en trouva deux mille six cent trente.

41. C'est là le peuple des Gersonites, dont Moïse et Aaron prirent le nombre, selon l'ordonnance du Seigneur.

42. On fit aussi le dénombrement des fils de Mérari, par familles et par les maisons de leurs pères :

43. Et tous ceux qui sont employés au culte et aux cérémonies du tabernacle de l'alliance ayant été comptés depuis trente ans et au-dessus jusqu'à cinquante :

44. Il s'en trouva trois mille deux cents.

45. C'est là le nombre des fils de Mérari, qui furent comptés par Moïse et Aaron, selon que le Seigneur l'avait commandé à Moïse.

46. Tous ceux d'entre les lévites dont on fit le dénombrement, que Moïse et Aaron et les princes d'Israël firent marquer chacun par leur nom, par familles et par les maisons de leurs pères,

47. Depuis trente ans et au-dessus jusqu'à cinquante, et qui étaient employés au ministère du tabernacle, et à porter les fardeaux,

48. Se trouvèrent en tout au nombre de huit mille cinq cent quatre-vingts.

49. Moïse en fit le dénombrement par l'ordre du Seigneur, marquant chacun d'eux selon son emploi et selon la charge qu'il devait porter, comme le Seigneur le lui avait ordonné.

37. Hic est numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis : hos numeravit Moyses et Aaron juxta sermonem Domini per manum Moysi.

38. Numerati sunt et filii Gerson per cognationes et domos patrum suorum,

39. A triginta annis et supra, usque ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur ut ministrent in tabernaculo fœderis :

40. Et inventi sunt duo millia sexcenti triginta.

41. Hic est populus Gersonitarum, quos numeraverunt Moyses et Aaron juxta verbum Domini.

42. Numerati sunt et filii Merari per cognationes et domos patrum suorum,

43. A triginta annis et suprà, usque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis :

44. Et inventi sunt tria millia ducenti,

45. Hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses et Aaron juxta imperium Domini per manum Moysi.

46. Omnes qui recensiti sunt de levitis, et quos recenseri fecit ad nomen Moyses, et Aaron, et principes Israel, per cognationes et domos patrum suorum,

47. A triginta annis et supra, usque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, et onera portanda,

48. Fuerunt simul octo millia quingenti octoginta.

49. Juxta verbum Domini recensuit eos Moyses, unumquemque juxta officium et onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

---

37. *Sermonem Domini per manum Moysi.* Sermonem et imperium Domini qui per Mosen, ut ita fieret, significavit.

49. *Unumquemque juxta officium et onera sua.* Unicuique imperando, et munus, in quo ministrare debebant, injungendo.

Digitized by Google

CHAPITRE V.

§ I. *Le Seigneur ordonne aux enfants d'Israël de chasser du camp tous les lépreux et tous ceux qui sont impurs. Il veut que celui qui aura fait tort à son prochain confesse son péché, répare le tort et rende un cinquième par-dessus. Les restitutions incertaines appartiendront aux prêtres, aussi bien que les prémices et les oblations des particuliers.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Præcipe filiis Israel, ut ejiciant de castris omnem leprosum, et qui semine fluit, pollutusque est super mortuo (1) :

3. Tam masculum quàm feminam ejicite de castris, ne contaminent ea cùm habitaverim vobiscum.

4. Feceruntque ita filii Israel, et ejecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi.

5. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

6. Loquere ad filios Israel : Vir, sive mulier, cùm fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, et per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint,

7. Confitebuntur peccatum su-

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. Ordonnez aux enfants d'Israël de chasser du camp les lépreux, et ceux qui sont incommodés de la gonorrhée, et ceux qui sont devenus impurs, pour *avoir touché* un mort, *ou pour avoir assisté à ses funérailles.*

3. Chassez-les du camp, soit que ce soit un homme ou une femme, de peur qu'ils ne souillent le lieu dans lequel je demeure au milieu de vous.

4. Les enfants d'Israël firent ce qui leur avait été commandé, et ils chassèrent ces personnes hors du camp, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

5. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

6. Dites ceci aux enfants d'Israël : Lorsqu'un homme ou une femme auront commis *en secret* quelqu'un des péchés qui arrivent d'ordinaire aux hommes, *comme sont les fraudes et les tromperies dans le commerce et autres semblables*, et qu'ils auront violé par négligence le commandement du Seigneur, et seront tombés en faute *contre leur frère :*

7. *Si étant touchés de repentir ils dési-*

(1) Bible vengée, note II.

CAP. V. 2. *Ut ejiciant de castris.* Duplex erat immunditia legalis : levior una, quæ tantum arcebat a templo, non autem ab hominum convictu, neque in alios derivabatur per contagionem; alia gravior, et quæ alios inficiebat : tales erant qui hic numerantur, quique propterea extra castra degere jubebantur.

3. *Cum habitaverim vobiscum.* Erecto tabernaculo. Ejectionis ergo ratio, ne inficiantur alii legali immunditia, et a sacris arceantur.

6. *Ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere.* Scilicet cum fecerint aliquam injuriam proximo, quale peccatum solent homines contrahere. — *Per negligentiam.* Scientes vetitum esse, sed illud servare negligentes, quanquam non contemnente.

Digitized by Google

rent d'en obtenir le pardon, ils confesseront leur péché *au prêtre*, et ils rendront à celui contre qui ils ont péché le juste prix du tort qu'ils lui auront fait, en y ajoutant encore le cinquième par-dessus, *pour le dédommager plus sûrement de la perte qu'il a soufferte, et pour se punir eux-mêmes de leur infidélité.*

8. Que s'il ne se trouve personne à qui cette restitution se puisse faire, ils la donneront au Seigneur, et elle appartiendra au prêtre, outre le bélier qui s'offre pour l'expiation, afin que l'hostie soit reçue favorablement du Seigneur.

9. Toutes les prémices qui s'offrent par les enfants d'Israël appartiennent aussi au prêtre :

10. Et tout ce qui est offert au sanctuaire par les particuliers, et mis entre les mains du prêtre, appartiendra au prêtre.

um, et reddent ipsum caput quintamque partem desuper, ei in quem peccaverint.

8. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, et erit sacerdotis, excepto ariete, qui offertur pro expiatione, ut sit placabilis hostia.

9. Omnes quoque primitiæ, quas offerunt filii Israel, ad sacerdotem pertinent :

10. Et quidquid in sanctuarium offertur à singulis, et traditur manibus srcerdotis, ipsius erit.

§. II. *Sacrifice de jalousie. Epreuve des femmes soupçonnées d'adultère. Eaux amères chargées de malédictions.*

11. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

12. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : Lorsqu'une femme sera tombée en faute, et que, méprisant son mari,

13. Elle se sera approchée d'un autre homme; en sorte que son mari *qui en a un juste soupçon* n'ait pu découvrir la chose, et que son adultère demeure caché, sans qu'elle en puisse être convaincue par des témoins, parce qu'elle n'a point été surprise dans ce crime;

14. Si le mari est transporté de jalousie contre sa femme, qui aura été souillée véritablement, ou qui en est accusée par un faux soupçon,

11. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

12. Loquere ad filios Israel, et dices ad eos : Vir, cujus uxor erraverit, maritumque contemnens,

13. Dormierit cum altero viro, et hoc maritus deprehendere non quiverit, sed latet adulterium, et testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro;

14. Si spiritus zelotypiæ concitaverit virum contra uxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsâ suspicione appetitur,

---

7. *Reddent ipsum caput.* Ipsam rem, quam acceperunt. Vide Lev. 6. 3 et 4.

8. *Sin autem non fuerit qui recipiat.* Si non sit consanguineus aut propinquus, qui in defuncti locum recipiat quod restituitur. — *Erit sacerdotis.* Sacerdos enim est vicarius et quasi hæres Dei. — *Excepto ariete.* Si res furto ablata sit aries, et nemo sit cui restituatur, Domino sacrificabitur.

9. *Ad sacerdotem.* Ad sacerdotes primitiæ enim inter omnes sacerdotes dividebantur. Secus erat de sacrificiis; hæc enim sacrificanti cedebant.

10. *Quidquid in sanctuarium.* Quidquid ab offerentibus dabatur sacerdoti, sacerdotis erat, nisi offerens expresse dixisset se dare ad usum tabernaculi, vel templi : tunc enim cedebat tabernaculo, vel templo.

13. *In stupro.* In adulterio.

14. *Si spiritus zelotypiæ.* Zelotypia.

Digitized by Google

15. Adducet eam ad sacerdotem, et offeret oblationem pro illa, decimam partem sati farinæ hordeaceæ : non fundet super eam oleum, nec imponet thus : quia sacrificium zelotypiæ est, et oblatio investigans adulterium.

16. Offeret igitur eam sacerdos, et statuet coram Domino;

17. Assumetque aquam sanctam in vase fictili, et pauxillùm terræ de pavimento tabernaculi mittet in eam.

18. Cumque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput ejus, et ponet super manus illius sacrificium recordationis, et oblationem zelotypiæ : ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit;

19. Adjurabitque eam, et dicet : Si non dormivit vir alienus tecum, et si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ

15. Il la mènera devant le prêtre, et présentera pour elle en offrande la dixième partie d'une mesure de farine d'orge; il ne répandra point l'huile pardessus et il n'y mettra point d'encens, parce que c'est un sacrifice de jalousie, et une oblation pour découvrir l'adultère.

16. Le prêtre l'offrira donc, et la présentera devant le Seigneur;

17. Et ayant pris de l'eau sainte dans un vaisseau de terre, il y mettra un peu de la terre du pavé du tabernacle.

18. Alors la femme se tenant debout devant le Seigneur, le prêtre lui découvrira la tête, et il lui mettra sur les mains le sacrifice destiné pour renouveler le souvenir *du crime dont elle est accusée*, et l'oblation de la jalousie; et il tiendra lui-même entre ses mains les eaux très-amères, *c'est-à-dire les eaux* sur lesquelles il a prononcé les malédictions avec exécration.

19. Il conjurera la femme, et lui dira : Si un homme étranger ne s'est point approché de vous, et que vous ne vous soye point souillée en quittant le lit de votre

---

15. ***Decimam partem sati.*** Satum inter aridorum mensuras numeratur, et continet modios tres. Hebraice dicitur *epha*. LXX habent, *ephi*. — ***Non fundet super eam.*** Oblationem scilicet zelotypiæ. — ***Oleum.*** Quia oleum typus est misericordiæ a qua zelotypus hic alienus est.* Et quia oleo et thure carere debebant oblationes omnes, ubi de peccatis agebatur. Levit. 5. 11. — ***Nec imponet thus.*** Quia thus symbolum est bonæ famæ, hic autem agitur de infamia adulteræ inurenda.

17. ***Assumetque aquam sanctam.*** Aquam deputatam ad usus sanctos in tabernaculo : eadem vocatur amarissima, n. 18 et 19. — ***Pauxillum terræ de pavimento.*** Ut significaretur, adulteram esse vilem pulveris instar, qui pedibus calcatur. Eccli. 9. 10, dicitur : *Mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via conculcabitur.* Sumebatur terra hæc ex atrio tabernaculi, quia in eo hæc ceremonia exercebatur.

18. ***Discooperiet caput ejus.*** Ut hac ceremonia intelligat mulier se coram Deo esse, cui nihil occultum aut opertum, et si crimen contraxerit, illud confiteatur. — *Super manus illius.* Mulieris de adulterio suspectæ. — ***Sacrificium recordationis.*** Quia est sacrificium commemorans peccatum, quod n. 15, dicitur *oblatio investigans adulterium :* vel dicitur sacrificium recordationis, quia hoc sacrificio oratur Deus, ut velit puniendo ostendere se recordari adulterii, vel felici partu (de quo postea) ejus innocentiam testari si falso venit in suspicionem apud virum suum. — *Ipse.* Sacerdos. — ***Aquas amarissimas.*** Quæ n. 17 dicta est aqua sancta, nunc appellatur amarissima, tum quia maledictionibus sacerdotis erat quasi onusta et gravida; tum quia epota ab adultera amaritudine magna eam afficiebat.

19. ***Non te nocebunt.*** Tibi non nocebunt. LXX habent, ***innoxia esto.***

Digitized by Google

mari, ces eaux très-amères que j'ai chargées de malédictions ne vous nuiront point.

20. Mais si vous vous êtes retirée de votre mari, et que vous vous soyez souillée en vous approchant d'un autre homme,

21. Ces malédictions tomberont sur vous. Que le Seigneur vous rende un objet de malédiction et un exemple pour tout son peuple; qu'il fasse pourrir votre cuisse, que votre ventre s'enfle, et qu'il crève enfin.

22. Que ces eaux de malédiction entrent dans votre ventre; et qu'étant devenue tout enflée, votre cuisse se pourrisse. Et la femme répondra: Amen, amen.

23. Alors le prêtre écrira ces malédictions sur un livre, et il les effacera ensuite avec ces eaux très-amères qu'il aura chargées de malédictions,

24. Et il les lui donnera à boire. Lorsqu'elle les aura prises,

25. Le prêtre lui retirera des mains le sacrifice de jalousie, il l'élèvera devant le Seigneur, et il le mettra sur l'autel, en sorte néanmoins

26. Qu'il ait séparé auparavant une poignée de ce qui est offert en sacrifice, afin de la faire brûler sur l'autel, et qu'alors il donne à boire à la femme les eaux très-amères.

27. Lorsqu'elle les aura bues, si elle a été souillée, et qu'elle ait méprisé son mari en se rendant coupable d'adultère, elle sera pénétrée de ces eaux de malédiction; son ventre s'enflera et sa cuisse pourrira: cette femme deviendra un objet de malédiction et un exemple pour tout le peuple, *de l'horreur que Dieu a de son crime, et du soin qu'il prend de le punir.*

amarissimæ, in quas maledicta congessi.

20. Sin autem declinasti a viro tuo, atque polluta es, et concubuisti cum altero viro,

21. His maledictionibus subjacebis : Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo suo : putrescere faciat femur tuum, et tumens uterus tuus disrumpatur;

22. Ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, et utero tumescente putrescat femur. Et respondebit mulier. Amen, amen.

23. Scribetque sacerdos in libello ista maledicta, et delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit,

24. Et dabit ei bibere. Quas cùm exhauserit,

25. Tollet sacerdos de manu ejus sacrificium zelotypiæ, et elevabit illud coram Domino, imponetque illud super altare : ita duntaxat ut priùs.

26. Pugillum sacrificii tollat de eo quod offertur, et incendat super altare : et sic potum det mulieri aquas amarissimas.

27. Quas cùm biberit, si polluta est, et contempto viro adulterii rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, et inflato ventre computrescet femur : eritque mulier in maledictionem, et in exemplum omni populo.

---

21. *Det te Dominus in maledictionem.* Sis adeo misera et infelix, ut publica et communis hominum imprecatio et maledictio sit hæc : *Contingat tibi quod illi adulteræ contigit.* — *Putrescere faciat femur tuum.* Per femur intellige, pudenda, et partes pudendis vicinas. Hebr. et LXX, *inflata, intumescentia*, quod in carnibus putrescentibus accidit.

22. *Amen.* Ita fiat.

23. *In libello.* Non opus fuit libello, cum sufficeret chartula; quare Philo χαρτίδιον dixit; sed Hebræi quidquid inscribitur ספר *sapher*, librum appellant.

25. *Tollet sacerdos de manu ejus sacrificium zelotypiæ.* Nam n. 18 dictum fuerat super manus mulieris positum fuisse.

27. *Pertransibunt eam.* Hebr. *ingredientur in eam*, vel vim suam exerent.

Digitized by Google

28. Quod si polluta non fuerit, erit innoxia, et faciet liberos.

29. Ista est lex zelotypiæ. Si declinaverit mulier à viro suo, et si polluta fuerit,

30. Maritusque zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu Domini, et fecerit ei sacerdos juxta omnia quæ scripta sunt :

31. Maritus absque culpa erit, et illa recipiet iniquitatem suam.

28. Que si elle n'a point été souillée, elle n'en ressentira aucun mal, et elle aura des enfants.

29. C'est là la loi *du sacrifice* de jalousie. Si la femme s'étant retirée de son mari, et s'étant souillée,

30. Le mari, poussé par un esprit de jalousie, l'amène devant le Seigneur; et si le prêtre lui fait tout ce qui a été écrit ici,

31. Le mari sera exempt de faute, *n'ayant fait que ce qui lui était permis par la loi;* et la femme recevra la peine de son crime.

CHAPITRE VI.

§ I. *Cérémonies du vœu et de la consécration des Nazaréens.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere ad filios Israel, et dices ad eos : Vir, sive mulier, cùm fecerint votum ut sanctificentur, et se voluerint Domino consecrare :

3. A vino, et omni quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino, et ex qualibet alia potione, et quidquid de uva exprimitur, non bibent : uvas recentes siccasque non comedent.

4. Cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur : quid-

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. Parlez aux enfants d'Israël, et dites-leur : Lorsqu'un homme ou une femme auront fait un vœu de se sanctifier, et qu'ils auront voulu se consacrer au Seigneur *d'une manière particulière,*

3. Ils s'abstiendront de vin, et de tout ce qui peut enivrer : ils ne boiront point de vinaigre, qui est fait de vin ou de tout autre breuvage, ni rien de ce qui se tire des raisins. Ils ne mangeront point de raisins nouvellement cueillis, ni de raisins secs.

4. Pendant tout le temps qu'ils seront consacrés au Seigneur, selon le vœu

---

28. *Innoxia.* Nullam patietur noxam aut detrimentum.—*Et faciet liberos.* In solamen afflictionis, et ut a viro in posterum ut fœcunda diligatur. Idque illi continget eo anno pro prole mascula suscepta.

31. *Recipiet iniquitatem.* Dabit pœnas.

CAP. VI. 2. *Fecerint votum ut sanctificentur.* Hebr. *cum separaverint, vel mirificaverint se ad vovendum.* Id est, cum voverint votum nazaræi, ut separent se a communi hominum consuetudine, et vivendi ratione (quod quid novum et mirum est), et consecrent se Domino.

3. *Omni quod inebriare potest.* Generali nomine *sicera* dicitur, hebr. שכר *seechar*, græce μέθυσμα, quasi dicat : *Inebriativum.*—*Et ex qualibet alia potione.* Quæ inebriandi vim habeat. —*Quidquid de uva exprimitur.* Hebr. *madefactionem uvarum non bibet :* quidquid scilicet de uvis madefactis, et aqua dilutis post primam vini expressionem, exprimitur. Græci vocant δευτερίαν οἶνον, vinum secundarium. Latini *loram* dicunt : vide Columell. lib. 12, c. 40.

Digitized by Google

qu'ils lui auront fait, ils ne mangeront rien de tout ce qui peut sortir de la vigne, depuis le raisin sec jusqu'à un pepin.

5. Pendant tout le temps de la séparation *du Nazaréen*, le rasoir ne passera point sur sa tête, jusqu'à ce que les jours de sa consécration au Seigneur soient accomplis. Il sera saint, laissant croître les cheveux de sa tête.

6. Tant que durera le temps de sa consécration, il ne s'approchera point d'un mort,

7. Et il ne se souillera point en assistant aux funérailles même de son père ou de sa mère, ou de son frère ou de sa sœur, parce que la consécration de son Dieu est sur sa tête, *et qu'en cet état il ne lui est pas permis de prendre part à rien de ce qui est impur.*

8. Pendant tout le temps de sa séparation il sera saint, *et consacré* au Seigneur.

9. Que si quelqu'un meurt subitement devant lui, la consécration de sa tête sera souillée; il se fera raser aussitôt ce même jour, *qui sera de nouveau celui* de sa purification, et il se rasera encore le septième.

10. Le huitième jour il offrira au prêtre, à l'entrée du tabernacle de l'alliance, deux tourterelles, ou deux petits de colombe;

11. Et le prêtre en immolera un pour le

quid ex vinea esse potest, ab uva passa usque ad acinum non comedent.

5. Omni tempore separationis suæ novacula non transibit per caput ejus, usque ad completum diem quo Domino consecratur. Sanctus erit, crescente cæsarie capitis ejus.

6. Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur,

7. Nec super patris quidem et matris et fratris sororisque funere contaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput ejus est.

8. Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino.

9. Sin autem mortuus fuerit subito quispiam coram eo, polluetur caput consecrationis ejus : quod radet illico in eadem die purgationis suæ, et rursum septima;

10. In octava autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonii;

11. Facietque sacerdos unum

---

4. *Usque ad acinum.* LXX, ἕως γιγάρτου; est autem γίγαρτον granum quod intra uvæ folliculum latet.

5. *Novacula non transibit.* Nec novacula radet caput, nec forcipe capillum tondebit tempore nazaræatus. — *Quo Domino consecratur.* Non coma sed nazaræus.

6. *Super mortuum non ingredietur.* In hoc nazaræus æquabatur summo sacerdoti, de quo Levit. 21. 11 : et utrique id conveniebat propter consecrationem, licet diversi generis in utroque, utramque tamen in suo genere summam.

7. *Quia consecratio Dei sui super caput ejus est.* Quia coma intonsa super caput ejus est, quæ ostendat illum esse Domino separatum, coronatum et consecratum; et in hac cæsarie videtur præcipua fuisse Nazaræorum ceremonia.

9. *Caput consecrationis ejus.* Pro consecratio capitis. — *Rade illico.* Cæsaries quasi polluta radebatur, ut nova succresceret; et dies præteriti nazaræatus irriti censebantur, cogebaturque de novo tempus voti inchoare; quod intellige de eo qui nazaræus ad tempus fiebat : nam perpetuus nunquam radebatur, quomodocumque pollueretur.

10. *In introitu fœderis testimonii.* In introitu tabernaculi.

11. *Facietque.* Sacrificabit. — *Unum.* Turturem. — *Peccavit super mor-*

Digitized by Google

pro peccato, et alterum in holocaustum, et deprecabitur pro eo, quia peccavit super mortuo : sanctificabitque caput ejus in die illo :

12. Et consecrabit Domino dies separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato : ita tamen ut dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio ejus.

13. Ita est lex consecrationis. Cùm dies, quos ex voto decreverat, complebuntur : adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis,

14. Et offeret oblationem ejus Domino, agnum anniculum immaculatum in holocaustum, et ovem anniculam immaculatam pro peccato, et arietem immaculatum, hostiam pacificam,

15. Canistrum quoque panum azymorum qui conspersi sint oleo, et lagana absque fermento uncta oleo, ac libamina singulorum :

16. Quæ offeret sacerdos coram Domino, et faciet tam pro peccato, quam in holocaustum.

17. Arietem vero immolabit hostiam pacificam Domino, offerens simul canistrum azymorum, et libamenta quæ ex more debentur.

18. Tunc radetur Nazaræus ante ostium tabernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ : tolletque capillos ejus, et ponet super

péché, et l'autre en holocauste; et il priera pour lui, parce qu'il a péché, *et s'est souillé* par *la vue de* ce mort : il sanctifiera de nouveau sa tête en ce jour-là :

12. Et il consacrera au Seigneur les jours de sa séparation, en offrant un agneau d'un an pour son péché, en sorte néanmoins que tout le temps de sa séparation d'auparavant deviendra inutile, parce que sa consécration a été souillée.

13. Voilà la loi pour la consécration *du Nazaréen*. Lorsque les jours pour lesquels il s'est obligé par son vœu seront accomplis, *le prêtre* l'amènera à l'entrée du tabernacle de l'alliance,

14. Et il présentera au Seigneur son oblation, *savoir :* un agneau *qui n'ait pas plus* d'un an, *et qui soit* sans tache, *c'est-à-dire sans défaut*, pour être offert en holocauste; une brebis d'un an et sans tache, pour le péché, et un bélier sans tache pour l'hostie pacifique.

15. Il offrira aussi une corbeille de pains sans levain pétris avec de l'huile, et des tourteaux sans levain, arrosés d'huile par-dessus, accompagnés de leurs offrandes de liqueur.

16. Le prêtre les offrira devant le Seigneur, et il sacrifiera l'hostie pour le péché, aussi bien que celle de l'holocauste.

17. Il immolera encore au Seigneur le bélier pour l'hostie pacifique, et il offrira en même temps la corbeille des pains sans levain, avec les offrandes de liqueur qui s'y doivent joindre selon la coutume.

18. Alors la chevelure du Nazaréen, consacrée à Dieu, sera rasée devant la porte du tabernacle de l'alliance : le prêtre prendra les cheveux et les brûlera

---

tuo. Contaminatus est, noxam legalem contraxit. — *Sanctificabitque caput ejus in die illo.* Ex eo tempore incipiet rursus numerare tempus nazareatus, quo se fore nazaræum voverat.

13. *Adducet.* — Sacerdos. — *Eum.* Nazaræum. — *Ad ostium tabernaculi.* Ut pro eo offerat præscripta sacrificia.

15. *Conspersi.* Subacti oleo cum farina pinseretur et subigeretur.—*Libamina singulorum.* Quæ præscribuntur c. 15, n. 4 hujus libri. Hæ nimirum erant oblationes accessoriæ, et secundariæ, sine quibus hostia pacifica non offerebatur. Vide supra, Exod. 29. 2, et Lev. 7. 12.

18. *Tolletque.* Sacerdos. — *Ponet super ignem.* Comburentur capilli nazaræi in honorem Dei, tanquam illi ante consecrati. — *Super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum.* Abulensis putat fuisse ignem altaris, ne

Digitized by Google

dans le feu qui aura été mis sous le sacrifice des pacifiques.

19. Et il mettra entre les mains du Nazaréen, après que sa tête aura été rasée, l'épaule cuite du bélier, un tourteau sans levain pris de la corbeille, et un gâteau aussi sans levain.

20. Et le Nazaréen les remettra entre les mains du prêtre qui les élèvera devant le Seigneur; et ayant été sanctifiés, ils appartiendront au prêtre, comme la poitrine qu'on a commandé de séparer *pour lui*, et la cuisse *qui lui est aussi destinée*. Le Nazaréen après cela pourra boire du vin.

21. C'est la loi du Nazaréen, lorsqu'il aura voué son oblation au Seigneur pour le temps de sa consécration, sans les autres sacrifices qu'il pourra faire de lui-même. Il exécutera, pour achever sa sanctification, ce qu'il avait arrêté dans son esprit, lorsqu'il fit son vœu.

ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum.

19. Et armum coctum arietis, tortamque absque fermento unam de canistro, et laganum azymum unum, et tradet in manus Nazaræi, postquam rasum fuerit caput ejus.

20. Susceptaque rursum ab eo, elevabit in conspectu Domini : et sanctificata sacerdotis erunt, sicut pectusculum, quod separari jussum est, et femur; post hæc potest bibere Nazaræus vinum.

21. Ista est lex Nazaræi, cùm voverit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, exceptis his quæ invenerit manus ejus; juxta quod mente devoverat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ.

§ II. *Formule de la bénédiction que les prêtres doivent donner au peuple.*

22. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

23. Dites à Aaron et à ses fils : C'est ainsi que vous bénirez les enfants d'Israël, et vous direz :

24. Que le Seigneur vous bénisse et vous conserve.

22. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

23. Loquere Aaron et filiis ejus : Sic benedicetis filiis Israel, et dicetis eis :

24. Benedicat tibi Dominus, et custodiat te.

---

profano igne hi capilli sanctificati exurerentur; Lyranus putat fuisse ignem culinæ, in qua pacificorum carnes in caldario coquebantur; quam sententiam sequitur Bonfrerius hic de hoc fuse disputans. Nec obstat ratio Abulensis, quia ille etiam ignis, quo carnes pacificorum coquebantur, aliquo modo sacer erat, licet posset dici profanus comparatione ignis altaris.

19. *Armum coctum.* Fervidum, sive elixatum : hoc enim significat vox hebræa בשׁל *bascal*, et græca apud LXX, ἑφθὸν. — *Tortamque absque fermento.* Tortas appellat, quas vocavit panes, n. 15 : hanc tortam noster interpres alibi vocat *crustulam*, vel *collyridem*.

20. *Sanctificata.* Quidquid elevaverit, et elevando Deo obtulerit et consecraverit. — *Sicut pectusculum.* Sicut pectusculum, ita et femur : sive, tam unum quam aliud. — *Et femur.* Hic femur armum significat, ut patet ex hebræo et LXX qui βραχίονα habent, id est, *brachium*.

21. *Exceptis his quæ invenerit manus ejus.* Ad quæ sponte se obstringere voluerit. — *Juxta quod mente devoverat.* Votum enim privata lex est quæ juxta voventis mentem interpretationem accipit. — *Ad perfectionem sanctificationis suæ.* Hebr. *juxta legem nazaræatus sui*, quæ videlicet spectat perfectionem ejus in sanctitate status illius temporis, veteris scilicet Testamenti.

24. *Benedicat tibi Dominus.* Det tibi copiam omnium bonorum.

Digitized by Google

25. Ostendat Dominus faciem suam tibi, et misereatur tui.
26. Convertat Dominus vultum suum ad te, et det tibi pacem.
27. Invocabuntque nomen meum super filios Israel, et ego benedicam eis.

25. Que le Seigneur vous découvre son visage, et ait pitié de vous.
26. Que le Seigneur tourne son visage vers vous, et vous donne la paix.
27. C'est ainsi qu'ils invoqueront mon nom sur les enfants d'Israël, et je les bénirai.

CHAPITRE VII.

§ I. *Moïse, ayant achevé le tabernacle, les princes des douze tribus offrent pour présent au Seigneur six chariots couverts et douze bœufs. Moïse les donne aux lévites pour le service du tabernacle.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Factum est autem in die qua complevit Moyses tabernaculum, et erexit illud : unxitque et sanctificavit cum omnibus vasis suis, altare similiter et omnia vasa ejus.
2. Obtulerunt principes Israel et capita familiarum, qui erant per singulas tribus, præfectique eorum qui numerati fuerant,
3. Munera coram Domino, sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Unum plaustrum obtulere duo duces, et unum bovem singuli, obtuleruntque ea in conspectu tabernaculi.
4. Ait autem Dominus ad Moysen :
5. Suscipe ab eis ut serviant in ministerio tabernaculi, et trades

1. Lorsque Moïse eut achevé le tabernacle, et qu'il l'eut dressé, oint et sanctifié, avec tous ses vases, ainsi que l'autel avec tous ses vases,
2. Les princes d'Israël et les chefs des familles dans chaque tribu, qui commandaient à tous ceux dont on avait fait le dénombrement,
3. Offrirent leurs présents devant le Seigneur, *savoir :* six chariots couverts, avec douze bœufs. Deux chefs offrirent un chariot, et chacun d'eux un bœuf, et ils les présentèrent devant le tabernacle.
4. Alors le Seigneur dit à Moïse :
5. Recevez *d'eux ces chariots*, pour les employer au service du tabernacle, et

---

25. ***Ostendat Dominus faciem suam tibi.*** Hilarem, propitiam, benignam. Hebr. habet, ***illuminet Dominus faciem suam super te.*** Id est, Dominus sit tibi lucis instar et lucernæ quæ dirigat omnes actus tuos.

26. ***Convertat Dominus vultum suum ad te.*** Consoletur, adjuvet, protegat te; hæc enim facit Dominus ad nos conversus; contraria his, aversus.

27. ***Invocabuntque nomen meum super filios Israel.*** Cum benedicent sacerdotes filiis Israel, adjungent benedictioni tuæ nomen meum tetragrammaton. — ***Et ego benedicam eis.*** Benefaciam cumulando eos bonis.

CAP. VII. 1. ***In die.*** Id est, in tempore; nam ex hoc capite certum est ut minimum duodecim dierum spatium comprehendi. — ***Complevit Moyses tabernaculum.*** Ministerio Beseleel et sociorum.

3. ***Plaustra tecta.*** Ne vasa, instrumentumque sacrum, quod illis erat convehendum, conspici posset a populo; neve læderentur ab imbre, aut grandine, etc. LXX habent, ἁμάξας λαμπηνίκας. Hesychius docet λαμπήνην illustrium virorum aut feminarum vehiculum fuisse desuper opertum.

Digitized by Google

vous les donnerez aux lévites, *afin qu'ils s'en servent.* selon les fonctions et le rang de leur ministère.

ea levitis juxta ordinem ministerii sui.

6. Moïse ayant donc reçu les chariots et les bœufs, les donna aux lévites.

6. Itaque cùm suscepisset Moyses plaustra et boves, tradidit eos levitis.

7. Il donna aux fils de Gerson deux chariots et quatre bœufs, selon le besoin qu'ils en avaient.

7. Duo plaustra et quatuor boves dedit filiis Gerson, juxta id quod habebant necessarium;

8. *Et parce que les fils de Mérari avaient des fardeaux plus grands à porter, et qu'ils étaient en plus petit nombre,* il donna aux fils de Mérari les quatre autres chariots et les huit bœufs, pour s'en servir à toutes les fonctions de leurs charges, sous les ordres d'Ithamar, fils d'Aaron, grand prêtre.

8. Quatuor alia plaustra et octo boves dedit filiis Merari, secundùm officia et cultum suum, sub manu Ithamar filii Aaron sacerdotis.

9. Pour ce qui est des fils de Caath, il ne leur donna point de chariots ni de bœufs, parce qu'ils servent en ce qui regarde le sanctuaire, et qu'ils portent eux-mêmes leurs charges sur leurs épaules.

9. Filiis autem Caath non dedit plaustra et boves: quia in sanctuario serviunt, et onera propriis portant humeris.

10. Les chefs firent donc *ainsi* leurs oblations devant l'autel, pour la dédicace de l'autel, au jour qu'il fut consacré par l'onction.

10. Igitur obtulerunt duces in dedicationem altaris, die quâ unctum est, oblationem suam ante altare.

§ II. *Les chefs des familles d'Israël offrent par l'ordre du Seigneur des dons et des victimes pendant les jours de la dédicace de l'autel. Manière dont Dieu parlait à Moïse dans le tabernacle.*

11. Et le Seigneur dit à Moïse: Que chacun des chefs offre chaque jour ses présents pour la dédicace de l'autel.

11. Dixitque Dominus ad Moysen : Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris.

12. Le premier jour, Nahasson, fils d'A-

12. Primo die obtulit oblatio-

---

8. *Quatuor alia plaustra.* Filiis Merari plures boves et plura plaustra data sunt, quia graviora habebant onera, scilicet columnarum omnium, præter alia onera tabularum, basium, etc.; adeo ut Abulensis putet omnia eorum onera non potuisse quatuor hisce plaustris imponi, sed quædam ab eis debuisse humeris portari. — *Cultum.* Ministerium; hoc enim vox hebraica significat. — *Sub manu.* Cura, potestate, præfectura. — *Ithamar.* Ithamar præerat Gersonitis et Meraritis, eorumque vasis et supellectili.

9. *Quia in sanctuario serviunt.* Ea autem quæ ad sanctuarium pertinent non plaustris vehenda, sed humeris gestanda erant, ob ipsorum sanctitatem et reverentiam.

11. *Singuli duces.* Principes tribuum. — *In dedicationem altaris.* Holocaustorum, quod præter unctionem cum aliis tabernaculi vasis communem, habebat aliam specialem dedicationem, per septem dies, quotidianam scilicet unctionem, et sacrificia, Exod. 29. 36 et 37, præscripta; unde et quotidie in tabernaculi totius, sed maxime altaris hujus dedicationem, offerebant principes vicissim et viritim sua munera.

Digitized by Google

nem suam Nahasson filius Aminadab de tribu Juda :

13. Fueruntque in ea, acetabulum argenteum pondo centum triginta siclorum, phiala argentea habens septuaginta siclos, juxta pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium :

14. Mortariolum ex decem siclis aureis plenum incenso;

15. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum :

16. Hircumque pro peccato :

17. Et in sacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc est oblatio Nahasson filii Aminadab.

18. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Issachar,

19. Acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, juxta pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium :

20. Mortariolum aureum habens decem siclos, plenum incenso :

21. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum :

22. Hircumque pro peccato :

23. Et in sacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Nathanael filii Suar.

minadab, de la tribu de Juda, offrit son oblation :

13. Et son présent fut un plat d'argent du poids de cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice ;

14. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens,

15. Un bœuf pris du troupeau, un bélier et un agneau d'un an, pour l'holocauste;

16. Un bouc pour le péché;

17. Et pour le sacrifice des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande de Nahasson, fils d'Aminadab.

18. Le second jour, Nathanaël, fils de Suar, chef de la tribu d'Issachar,

19. Offrit un plat d'argent de cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice;

20. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens;

21. Un bœuf du troupeau, un bélier et un agneau d'un an, pour l'holocauste;

22. Un bouc pour le péché;

23. Et pour le sacrifice des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande de Nathanaël, fils de Suar.

---

13. ***Acetabulum.*** Vide de acetabulis dicta Exod. 25. 29. Hæc tamen acetabula, cum argentea fuerint, non fuisse videntur in usus sanctuarii, cum omnia sanctuarii vasa aurea fuisse sciamus : idem dicendum de phialis. Fuerunt ergo in usum atrii et altaris holocausti. — ***Pondo.*** Pondere. — ***Phiala.*** Vide supra, Exod. 25. 20. — ***In sacrificium.*** Hæc similæ oblatio addenda erat partim holocaustis, si incocta erat; partim pacificis, si cocta.

14. ***Mortariolum.*** Vide supra, c. 4, n. 7. Hic in hebræo est כַּף *caph*, quam noster interpres alibi phialam vertit : sed quia alia vox quam phialam vertit, hic præcessit, vertit mortariolum, quasi dicas : Parvam phialam ad capiendum incensum.

18. ***Secundo die.*** Id est tempore; nam oblatio hæc duravit per duodecim dies.

Digitized by Google

24. Le troisième jour, Eliab, fils d'Hélon, prince des enfants de Zabulon,
25. Offrit un plat d'argent pesant cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice;

26. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens;

27. Un bœuf du troupeau, un bélier et un agneau d'un an, pour l'holocauste;

28. Un bouc pour le péché;
29. Et pour le sacrifice des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Eliab, fils d'Hélon.

30. Le quatrième jour, Elisur, fils de Sedeür, prince des enfants de Ruben,
31. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice;

32. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens;

33. Un bœuf du troupeau, un bélier, et un agneau d'un an, pour l'holocauste;

34. Un bouc pour le péché;
35. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Elisur, fils de Sedeür.

36. Le cinquième jour Salamiel, fils de Surisaddaï, prince des enfants de Siméon,
37. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice;

38. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens;
39. Un bœuf du troupeau, un bélier, et un agneau d'un an, pour l'holocauste;

24. Tertio die princeps filiorum Zabulon, Eliab filius Helon,
25. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium:
26. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:
27. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum:
28. Hircumque pro peccato:
29. Et in sacrificio pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc est oblatio Eliab filii Helon.
30. Die quarto princeps filiorum Ruben, Elisur filius Sedeur,
31. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium:
32. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:
33. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum:
34. Hircumque pro peccato:
35. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Elisur filii Sedeur.
36. Die quinto princeps filiorum Simeon, Salamiel filius Surisaddai,
37. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium:
38. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:
39. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum:

Digitized by Google

40. Hircumque pro peccato :
41. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque ; hæc fuit oblatio Salamiel filii Surisaddai.
42. Die sexto princeps filiorum Gad, Eliasaph filius Duel,
43. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium :
44. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :
45. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum :
46. Hircumque pro peccato :
47. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque ; hæc fuit oblatio Eliasaph filii Duel.
48. Die septimo princeps filiorum Ephraim, Elisama filius Ammiud,
49. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium :
50. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :
51. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum :
52. Hircumque pro peccato :
53. Et in hostias pacificorum, boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque ; hæc fuit oblatio Elisama filii Ammiud.
54. Die octavo princeps filiorum Manasse, Gamaliel filius Phadassur,
55. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam haben-

40. Un bouc pour le péché ;
41. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande de Salamiel, fils de Surisaddaï.

42. Le sixième jour, Eliasaph, fils de Duel, prince des enfants de Gad,
43. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice ;

44. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens ;

45. Un bœuf du troupeau, un bélier, et un agneau d'un an, pour l'holocauste ;

46. Un bouc pour le péché ;
47. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Eliasaph, fils de Duel.

48. Le septième jour, Elisama, fils d'Ammiud, prince des enfants d'Ephraïm,

49. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice ;

50. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens ;

51. Un bœuf du troupeau, un bélier, et un agneau d'un an pour l'holocauste ;

52. Un bouc pour le péché ;
53. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Elisama, fils d'Ammiud.

54. Le huitième jour, Gamaliel, fils de Phadassur, prince des enfants de Manassé,

55. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente sicles, et un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanc-

Digitized by Google

tuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice;

56. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens;

57. Un bœuf du troupeau, un bélier et un agneau d'un an, pour l'holocauste;

58. Un bouc pour le péché;

59. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande de Gamaliel, fils de Phadassur.

60. Le neuvième jour, Abidan, fils de Gédéon, prince des enfants de Benjamin,

61. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice;

62. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens;

63. Un bœuf du troupeau, un bélier et un agneau d'un an, pour l'holocauste;

64. Un bouc pour le péché;

65. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Abidan, fils de Gédéon.

66. Le dixième jour, Ahiézer, fils d'Ammisaddaï, prince des enfants de Dan,

67. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice;

68. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens;

69. Un bœuf du troupeau, un bélier, et un agneau d'un an, pour l'holocauste;

70. Un bouc pour le péché;

71. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et

tem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium:

56. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:

57. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum,

58. Hircumque pro peccato:

59. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Gamaliel filii Phadassur.

60. Die nono princeps filiorum Benjamin, Abidan filius Gedeonis,

61. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium;

62. Et mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:

63. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum:

64. Hircumque pro peccato:

65. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Abidan filii Gedeonis.

66. Die decimo princeps filiorum Dan, Ahiezer filius Ammisaddai,

67. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium:

68. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso:

69. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum:

70. Hircumque pro peccato:

71. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hir-

Digitized by Google

cos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Ahiezer filii Ammisaddai.

72. Die undecimo princeps filiorum Aser, Phegiel filius Ochran,

73. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ conspersâ oleo in sacrificium:

74. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :

75. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum :

76. Hircumque pro peccato :

77. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Phegiel filii Ochran.

78. Die duodecimo princeps filiorum Nephthali, Ahira filius Enan,

79. Obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta siclos, phialam argenteam habentem septuaginta siclos, ad pondus sanctuarii, utrumque plenum similâ oleo conspersâ in sacrificium:

80. Mortariolum aureum appendens decem siclos, plenum incenso :

81. Bovem de armento, et arietem, et agnum anniculum in holocaustum :

82. Hircumque pro peccato :

83. Et in hostias pacificorum boves duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque; hæc fuit oblatio Ahira filii Enan.

84. Hæc in dedicatione altaris oblata sunt à principibus Israel, in die quâ consecratum est; acetabula argentea duodecim : phialæ argenteæ duodecim : mortariola aurea duodecim :

85. Ita ut centum triginta siclos argenti haberet unum acetabulum, et septuaginta siclos haberet una phiala : id est, in commune

cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Ahiézer, fils d'Ammisaddai.

72. Le onzième jour, Phégiel, fils d'Ochran, prince des enfants d'Aser,

73. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente sicles, et un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice :

74. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens;

75. Un bœuf du troupeau, un bélier et un agneau d'un an, pour l'holocauste;

76. Un bouc pour le péché;

77. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande de Phégiel, fils d'Ochran.

78. Le douzième jour, Ahira, fils d'Enan, prince des enfants de Nephthali,

79. Offrit un plat d'argent qui pesait cent trente sicles, *et* un vase d'argent de soixante-dix sicles, au poids du sanctuaire, tous deux pleins de farine mêlée d'huile, pour le sacrifice;

80. Un petit vase d'or, du poids de dix sicles, plein d'encens;

81. Un bœuf du troupeau, un bélier, et un agneau d'un an, pour l'holocauste,

82. Un bouc pour le péché;

83. Et pour les hosties des pacifiques, deux bœufs, cinq béliers, cinq boucs et cinq agneaux d'un an. Ce fut là l'offrande d'Ahira, fils d'Enan.

84. Voilà donc tout ce qui fut offert par les princes d'Israël à la dédicace de l'autel, au jour qu'il fut consacré : douze plats d'argent, et douze vases d'argent, et douze petits vases d'or :

85. Chaque plat d'argent pesant cent trente sicles, et chaque vase, soixante-dix, en sorte que tous les vases d'argent pesaient ensemble deux mille quatre

Digitized by Google

cents sicles, au poids du sanctuaire.

86. Douze petits vases d'or pleins d'encens, dont chacun pesait dix sicles, au poids du sanctuaire, et qui faisaient tous ensemble six vingts sicles d'or :

87. Douze bœufs du troupeau pour l'holocauste, douze béliers, douze agneaux d'un an avec leurs oblations de liqueurs, et douze boucs pour le péché :

88. Et pour les hosties des pacifiques, vingt-quatre bœufs, soixante béliers, soixante boucs et soixante agneaux d'un an. Ce sont là les offrandes qui furent faites à la dédicace de l'autel, lorsqu'il fut oint *et sacré.*

89. Et quand Moïse entrait dans le tabernacle de l'alliance pour consulter l'oracle, il entendait la voix de celui qui lui parlait du propitiatoire, qui était au-dessus de l'arche du témoignage entre les deux chérubins, d'où il parlait à Moïse.

vasorum omnium ex argento sicli duo millia quadringenti, pondere sanctuarii;

86. Mortariola aurea duodecim plena incenso, denos siclos appendentia pondere sanctuarii : id est, simul auri sicli centum viginti :

87. Boves de armento in holocaustum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, et libamenta eorum : hirci duodecim pro peccato.

88. In hostias pacificorum, boves viginti quatuor, arietes sexaginta, hirci sexaginta, agni anniculi sexaginta. Hæc oblata sunt in dedicatione altaris, quando unctum est.

89. Cùmque ingrederetur Moyses tabernaculum fœderis, ut consuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad se de propitiatorio quod erat super arcam testimonii inter duos cherubim, unde et loquebatur ei.

CHAPITRE VIII.

§ 1. *Dieu prescrit la manière dont le chandelier d'or et les lampes doivent être placés dans le tabernacle. Description de ce chandelier.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Le Seigneur parla à Moïse, et lui dit :

2. Parlez à Aaron, et dites-lui : Lorsque vous aurez placé les sept lampes, *et que vous voudrez les allumer, ayez soin* que le chandelier *sur lequel elles seront posées,* soit dressé du côté du midi, *afin qu'il éclaire la partie du tabernacle qui lui est opposée.* Donnez donc ordre que les lampes étant posées du côté opposé au septentrion, regardent en face la table des pains exposés devant le Seigneur, parce qu'elles doivent toujours jeter leur lumière vers cette partie qui est vis-à-vis du chandelier.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere Aaron, et dices ad eum : Cùm posueris septem lucernas, candelabrum in australi parte erigatur. Hoc igitur præcipe ut lucernæ contra boream e regione respiciant ad mensam panum propositionis, contra eam partem, quam candelabrum respicit, lucere debebunt.

---

89. *Ut consuleret oraculum.* Dei sedentis in Sancto sanctorum super propitiatorium.

Cap. VIII. 2. *Respiciant ad mensam panum.* Hæc mensa erat in qua

Digitized by Google

3. Fecitque Aaron, et imposuit lucernas super candelabrum, ut præceperat Dominus Moysi.

4. Hæc autem erat factura candelabri, ex auro ductili, tam medius stipes, quàm cuncta quæ ex utroque calamorum latere nascebantur : juxta exemplum quod ostendit Dominus Moysi, ita operatus est candelabrum.

3. Aaron exécuta ce qui lui avait été dit, et il mit les lampes sur le chandelier, selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

4. Or ce chandelier était fait de cette sorte : il était tout d'or, battu au marteau, tant la tige du milieu que les branches qui en sortaient des deux côtés; et Moïse l'avait fait selon le modèle que le Seigneur lui avait montré.

§ II. *Cérémonies de la purification et consécration des lévites.*

5. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens :

6. Tolle levitas de medio filiorum Israel, et purificabis eos,

7. Juxta hunc ritum : Aspergantur aquâ lustrationis, et radant omnes pilos carnis suæ. Cùmque laverint vestimenta sua, et mundati fuerint,

8. Tollent bovem de armentis, et libamentum ejus similam oleo conspersam : bovem autem alterum de armento tu accipies pro peccato :

9. Et applicabis levitas coram tabernaculo fœderis, convocatâ omni multitudine filiorum Israel.

10. Cùmque levitæ fuerint coram Domino, ponent filii Israel manus suas super eos;

11. Et offeret Aaron levitas, munus in conspectu Domini a filiis Israel, ut serviant in ministerio ejus.

5. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

6. Prenez les lévites du milieu des enfants d'Israël, et purifiez-les.

7. Avec ces cérémonies : Vous répandrez sur eux de l'eau d'expiation, et ils raseront tout le poil de leur corps. Et après qu'ils auront lavé leurs vêtements, et qu'ils se seront purifiés,

8. Ils prendront un bœuf du troupeau avec l'offrande de farine mêlée d'huile, qui doit l'accompagner : vous prendrez aussi un autre bœuf du troupeau pour le péché;

9. Et vous ferez approcher les lévites devant le tabernacle de l'alliance, après que vous aurez fait assembler tous les enfants d'Israël.

10. Lorsque les lévites seront devant le Seigneur, les enfants d'Israël mettront les mains sur eux,

11. Et Aaron offrira les lévites comme un présent que les enfants d'Israël font au Seigneur, afin qu'ils lui rendent service dans les fonctions de son ministère.

---

quasi convivabatur Deus; nemo autem convivatur in tenebris, sed in lumine; in tabernaculo autem nulla erat fenestra : itaque lucernæ accenduntur.

4. *Hæc autem erat factura candelabri.* Paucis repetit de structura candelabri, quæ fusius habetur Exod. 25. 31; et c. 37. 17, et deinceps.

7. *Aqua lustrationis.* Quæ mixta est cineribus vitulæ rufæ, de quibus c. 19. — *Radant omnes pilos carnis suæ.* Cujus rei tropologiam vide apud S. Greg. l. 5. Moral. c. 23 : nam hæ ceremoniæ procul dubio mysterio non vacant.

8. *Libamentum ejus.* Hoc est, tali hostiæ addi consuetum; de quo vide infra, c. 15, n. 9.

10. *Ponent filii Israel manus suas super eos.* Ut hac manuum impositione significent et testentur se levitas contribules suos a se abdicare, et Domino quasi munus aut sacrificium offerre, ejusque dominium et ministerium transferre.

Digitized by Google

12. Les lévites mettront aussi leurs mains sur la tête des *deux* bœufs, dont vous sacrifierez l'un pour le péché; et vous offrirez l'autre au Seigneur en holocauste, afin d'obtenir par vos prières que Dieu leur soit favorable.

13. Vous présenterez ensuite les lévites devant Aaron et ses fils, et vous les consacrerez après les avoir offerts au Seigneur.

14. Vous les séparerez du milieu des enfants d'Israël, afin qu'ils soient à moi;

15. Et après cela ils entreront dans le *parvis* du tabernacle de l'alliance pour me servir. Voilà la manière dont vous les consacrerez en les offrant au Seigneur, parce qu'ils m'ont été donnés par les enfants d'Israël.

16. Je les ai reçus en la place de tous les premiers-nés d'Israël, qui sortent les premiers du sein de la mère.

17. Car tous les premiers-nés des enfants d'Israël, tant des hommes que des bêtes, sont à moi. Je me les suis consacrés au jour que je frappai dans l'Egypte tous les premiers-nés *des Egyptiens*.

18. Et j'ai pris *aujourd'hui* les lévites pour tous les premiers-nés des enfants d'Israël,

19. Et j'en ai fait un don à Aaron et à ses fils, *après les avoir tirés* du milieu du peuple, afin qu'ils me servent dans le tabernacle de l'alliance en la place *des enfants* d'Israël, et qu'ils prient pour eux,

12. Levitæ quoque ponent manus suas super capita boum, et quibus unum facies pro peccato, et alterum in holocaustum Domini, ut depreceris pro eis.

13. Statuesque levitas in conspectu Aaron et filiorum ejus, et consecrabis oblatos Domino,

14. Ac separabis de medio filiorum Israel, ut sint mei;

15. Et postea ingredientur tabernaculum fœderis, ut serviant mihi. Sicque purificabis et consecrabis eos in oblationem Domini: quoniam dono donati sunt mihi à filiis Israel.

16. Pro primogenitis quæ aperiunt omnem vulvam in Israel, accepi eos.

17. Mea sunt enim omnia primogenita filiorum Israel, tam ex hominibus quàm ex jumentis. Ex die quo percussi omne primogenitum in terra Ægypti, sanctificavi eos mihi :

18. Et tuli levitas pro cunctis primogenitis filiorum Israel :

19. Tradidique eos dono Aaron et filiis ejus de medio populi, ut serviant mihi pro Israel in tabernaculo fœderis, et orent pro eis, ne sit in populo plaga, si ausi fue-

---

12. *Levitæ quoque ponent manus suas super capita boum.* Bos erat levitarum sacrificium, sicut levitæ ipsi quoddam populi sacrificium fuerunt : itaque utrobique manuum impositio super capita. — *Unum facies pro peccato.* Non tu, sed Aaron; facies ergo non per temetipsum, sed per Aaronem pontificem; nam n. 11 dictum fuerat : *Offeret Aaron levitas.* Nec tamen improbabile ipsum Mosen sacrificasse, quod et textus noster, et versio LXX videntur indicare. Vide Bonfrerium hic.

* 14. *Ut sint mei.* Ut sint liberi ab oneribus, bellique muniis, custodes sanctuarii, janitores, cantores. Hæc enim fuerunt officia levitarum.

15. *Ingredientur tabernaculum fœderis.* Hebr. *ingredientur ad ministerium suum in tabernaculo fœderis,* videlicet ut illud portent; nec enim erat illud officium levitarum. — *Consecrabis eos in oblationem.* Hebr. *elevabis eos,* vel *agitabis eos,* ea ceremonia adhibita, quam Hebræi vocant *tenupha,* de qua Exod. 29. 24, dixi. Elevati ergo sunt levitæ eo ritu quo elevabantur victimæ. Probabile non multos levitas tunc consecratos, sed quot erant ad præsentem necessitatem ministerii tabernaculi necessarii.

19. *Ne sit in populo plaga.* Si laicus et profanus sacro officio se immiscuerit contra præceptum meum.

Digitized by Google

rint accedere ad sanctuarium.

20. Feceruntque Moyses et Aaron et omnis multitudo filiorum Israel super levitis quæ præceperat Dominus Moysi :

21. Purificatique sunt, et laverunt vestimenta sua. Elevavitque eos Aaron in conspectu Domini, et oravit pro eis,

22. Ut purificati ingrederentur ad officia sua in tabernaculum fœderis coram Aaron et filiis ejus. Sicut præceperat Dominus Moysi de levitis, ita factum est.

de peur que le peuple ne soit frappé de quelque plaie, s'il ose s'approcher du sanctuaire, *où je fais éclater ma gloire.*

20. Moïse et Aaron, et toute l'assemblée des enfants d'Israël, firent donc touchant les lévites ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse.

21. Ils furent purifiés, et ils lavèrent leurs vêtements; et Aaron les présenta en offrande devant le Seigneur, et pria pour eux,

22. Afin qu'ayant été purifiés, ils entrassent dans le tabernacle de l'alliance pour y faire leurs fonctions devant Aaron et ses fils. *Ainsi* tout ce que le Seigneur avait ordonné à Moïse touchant les lévites fut exécuté.

§ III. *Le Seigneur prescrit l'âge auquel les lévites entreront dans le tabernacle, et celui auquel ils cesseront de faire leurs fonctions.*

23. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

24. Hæc est lex levitarum : A viginti quinque annis et supra, ingredientur ut ministrent in tabernaculo fœderis.

25. Cumque quinquagesimum annum ætatis impleverint, servire cessabunt :

26. Eruntque ministri fratrum suorum in tabernaculo fœderis, ut custodiant quæ sibi fuerint commendata, opera autem ipsa non faciant. Sic dispones levitis in custodiis suis.

23. Le Seigneur parla de nouveau à Moïse, et lui dit :

24. Voici la loi pour les lévites : Depuis vingt-cinq ans et au-dessus, ils entreront dans le *parvis du* tabernacle de l'alliance pour *se former à l'exercice de leurs fonctions; et à trente ans, ils pourront* s'occuper à leur ministère;

25. Et lorsqu'ils auront cinquante ans accomplis, ils ne serviront plus.

26. Ils aideront seulement leurs frères, *en demeurant* dans le *parvis du* tabernacle de l'alliance, pour garder ce qui leur a été confié; mais ils ne feront plus leurs actions ordinaires *qui sont trop pénibles, et qui demandent plus de force qu'on n'en a ordinairement à cet âge.* C'est ainsi que vous réglerez les lévites touchant les fonctions de leurs charges.

---

21. *Elevavitque eos Aaron.* Ritu *tenupha,* de quo n. 15.

24. *Ingredientur.* Levitæ.

26. *Opera autem ipsa non faciant.* Quæ prius facere solebant, cum vires erant integræ. — *Sic dispones levitis.* Ut custodiant vasa tabernaculi ea ætate, et modo quem jam præscripsi. — *In custodiis suis.* Vocat *custodias* in plurali, quia variis familiis varia custodienda dabantur. Unde plures custodiæ.

Digitized by Google

CHAPITRE IX.

§ I. *Le peuple d'Israël célèbre la Pâque pour la seconde fois. Loi pour ceux qui ne la peuvent célébrer le jour marqué, parce qu'ils sont impurs ou qu'ils se trouvent en voyage. Punition de ceux qui manqueront de célébrer cette fête.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. La seconde année après la sortie du peuple hors de l'Egypte, et au premier mois, le Seigneur parla à Moïse dans le désert de Sinaï, et lui dit :

2. Que les enfants d'Israël fassent la Pâque au temps prescrit;

3. C'est-à-dire le quatorzième jour de ce mois, sur le soir, selon toutes les cérémonies et les ordonnances *qui leur ont été marquées.*

4. Moïse ordonna donc aux enfants d'Israël de faire la Pâque :

5. Et ils la firent au temps qui avait été prescrit, *c'est-à-dire* le quatorzième jour du mois au soir, *étant campés* près de la montagne de Sinaï. Les enfants d'Israël firent toutes choses selon que le Seigneur l'avait ordonné à Moïse.

6. Or il arriva que quelques-uns qui étaient devenus impurs pour avoir approché d'un corps mort, et qui ne pouvaient pour cette raison faire la Pâque en ce jour-là, vinrent trouver Aaron et Moïse,

7. Et leur dirent : Nous sommes devenus impurs, parce que nous avons approché d'un corps mort : pourquoi serons-nous privés pour cela d'offrir en son temps l'oblation au Seigneur, comme tout le reste des enfants d'Israël?

8. Moïse leur répondit : Attendez que

1. Locutus est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, anno secundo postquam egressi sunt de terra Ægypti, mense primo, dicens (1) :

2. Faciant filii Israel Phase in tempore suo,

3. Quartadecima die mensis hujus ad vesperam, juxta omnes ceremonias et justificationes ejus.

4. Præcepitque Moyses filiis Israel ut facerent Phase.

5. Qui fecerunt tempore suo, quartadecima die mensis ad vesperam, in monte Sinai. Juxta omnia quæ mandaverat Dominus Moysi, fecerunt filii Israel (2).

6. Ecce autem quidam immundi super anima hominis, qui non poterant facere Phase in die illo, accedentes ad Moysen et Aaron,

7. Dixerunt eis : Immundi sumus super anima hominis; quare fraudamur ut non valeamus oblationem offerre Domino in tempore suo inter filios Israel?

8. Quibus respondit Moyses :

(1) Bible vengée, note IX, alinéa : *Lorsque Moïse.* — (2) Bible vengée, ibid.

CAP. IX. 3. *Ad vesperam.* Hebr. *inter duas vesperas*, quod explicavi c. 12. Exod. n. 6. *Juxta omnes ceremonias et justificationes ejus.* Id est, juxta ritus et circumstantias omnes præscriptas Exod. 12. Mandata Dei dicuntur justificationes, quod sine illis recte, juste ac legitime quidpiam non fiat.

5. *Qui fecerunt tempore suo.* Hoc tamen Phase non manducarunt qui nati sunt post egressum ex Ægypto, quia incircumcisi, quidam nec poterant per ætatem, quia tenelli infantes erant.

7. *Super anima.* Quia scilicet cadaver hominis tetigimus; tales enim, Levit. 22. 4, arcebantur ab omni sacrificio. — *Fraudamur.* Prohibemur, arcemur.

Digitized by Google

State ut consulam quid præcipiat Dominus de vobis.

9. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

10. Loquere filiis Israel : Homo qui fuerit immundus super anima, sive in via procul in gente vestra, faciat Phase Domino.

11. In mense secundo, quartadecima die mensis ad vesperam : cum azymis et lactucis agrestibus comedent illud :

12. Non relinquent ex eo quippiam usque mane, et os ejus non confringent, omnem ritum Phase observabunt.

13. Si quis autem et mundus est, et in itinere non fuit, et tamen non fecit Phase, exterminabitur anima illa de populis suis, quia sacrificium Domino non obtulit tempore suo : peccatum suum ipse portabit.

14. Peregrinus quoque et advena si fuerint apud vos, facient Phase Domino juxta ceremonias et justificationes ejus. Præceptum idem erit apud vos tam advenæ quam indigenæ.

je consulte le Seigneur, pour savoir ce qu'il ordonnera de vous.

9. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit :

10. Dites aux enfants d'Israël : Si un homme de votre peuple est devenu impur pour avoir approché d'un corps mort, ou s'il est en voyage bien loin, qu'il fasse la Pâque du Seigneur *non au jour ordinaire,*

11. *Mais* au second mois. *Il la fera en la manière qui suit.* Le quatorzième jour du mois, sur le soir, il mangera la Pâque avec des pains sans levain et des laitues sauvages :

12. Il n'en laissera rien jusqu'au matin; il n'en rompra point les os, et il observera toutes les cérémonies de la Pâque.

13. Mais si quelqu'un étant pur et n'étant point en voyage, ne fait point néanmoins la Pâque, il sera exterminé du milieu de son peuple, parce qu'il n'a pas offert en son temps le sacrifice au Seigneur; il portera lui-même *la peine* de son péché.

14. S'il se trouve parmi vous des étrangers et des gens venus d'ailleurs *qui aient embrassé votre religion*, ils feront aussi la Pâque en l'honneur du Seigneur, selon toutes ses cérémonies et ses ordonnances. Le même précepte sera gardé parmi vous, tant par ceux de dehors que par ceux du pays.

§ II. *Description de la colonne de nuée et de la colonne de feu qui servirent à conduire les Israélites dans le désert pendant quarante ans.*

15. Igitur die qua erectum est tabernaculum, operuit illud nubes. A vespere autem super ten-

15. Le jour donc que le tabernacle fut dressé, *qui fut le premier jour du premier mois de la seconde année,* il fut couvert

---

10. *Homo qui fuerit immundus super anima, sive in via procul in gente vestra, faciat Phase.* Illud *in gente vestra* jungendum cum voce *homo,* hoc pacto : homo de gente vestra, Hebræus scilicet, qui immundus fuerit, aut peregre, cessante immunditia, vel ad suos reversus, faciet Phase mense secundo, si primo facere non potuit, dictis impedimentis exclusus : si secundo non poterat, Phase in tertium aut ulteriorem mensem transferre fas non erat. Idemque judicium de immundis ob tactum cadaveris, ac de aliis, sed alia causa.

13. *Peccatum.* Pœnam peccati.

14. *Peregrinus quoque et advena.* Si religione hebræus sit.

15. *Nubes.* Columna nubis. — *A vespere autem.* Columna per diem nubis speciem habebat, per noctem vero ignis.

Digitized by Google

d'une nuée. Mais depuis le soir jusqu'au matin on vit paraître comme un feu sur la tente *du Seigneur;*

16. Et ceci continua toujours. Une nuée couvrait le tabernacle pendant le jour, et pendant la nuit c'était comme une espèce de feu qui le couvrait.

17. Lorsque la nuée qui couvrait le tabernacle se retirait de dessus *et* s'avançait, les enfants d'Israël partaient; et lorsque la nuée s'arrêtait, ils campaient en ce même lieu.

18. *Ainsi* ils partaient au commandement du Seigneur, et à son commandement ils dressaient le tabernacle, *et s'arrêtaient; car* pendant tous les jours que la nuée s'arrêtait sur le tabernacle, ils demeuraient au même lieu.

19. Que si elle s'y arrêtait longtemps, les enfants d'Israël veillaient *aussi longtemps* dans l'attente *des ordres* du Seigneur, et ils ne partaient point

20. Pendant tous les jours que la nuée demeurait sur le tabernacle. *Ainsi* ils *s'arrêtaient et* dressaient leurs tentes au commandement du Seigneur, et à son commandement ils les détendaient *et ils partaient.*

21. Si la nuée, étant demeurée sur le tabernacle depuis le soir jusqu'au matin, le quittait au point du jour, ils partaient aussitôt; et si elle se retirait après un jour et une nuit, ils détendaient aussitôt leurs pavillons.

22. Que si elle demeurait sur le tabernacle pendant deux jours, ou un mois, ou encore plus longtemps, les enfants d'Israël demeuraient aussi au même lieu, et n'en partaient point : mais aussitôt que la nuée se retirait, ils décampaient.

23. Ils dressaient *donc* leurs tentes au commandement du Seigneur, et ils partaient à son commandement, demeurant

torium erat quasi species ignis usque mane (1);

16. Sic fiebat jugiter : per diem operiebat illud nubes, et per noctem quasi species ignis.

17. Cumque abata fuisset nubes, quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiscebantur filii Israel : et in loco ubi stetisset nubes, ibi castrametabantur.

18. Ad imperium Domini proficiscebantur, et ad imperium illius figebant tabernaculum. Cunctis diebus quibus stabat nubes super tabernaculum, manebant in eodem loco :

19. Et si evenisset ut multo tempore maneret super illud, erant filii Israel in excubiis Domini, et non proficiscebantur

20. Quot diebus fuisset nubes super tabernaculum. Ad imperium Domini erigebant tentoria, et ad imperium illius deponebant.

21. Si fuisset nubes a vespere usque mane, et statim diluculo tabernaculum reliquisset, proficiscebantur : et, si post diem et noctem recessisset, dissipabant tentoria.

22. Si vero biduo aut uno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum, manebant filii Israel in eodem loco, et non proficiscebantur : statim autem ut recessisset, movebant castra.

23. Per verbum Domini figebant tentoria, et per verbum illius proficiscebantur : erantque in

(1) Rép. crit., tome I, page 97.

18. *Ad imperium Domini.* Moventis per angelum columnam nubis.

19. *Multo tempore maneret.* Nubes scilicet. — *Super illud.* Tabernaculo. — *Erant filii Israel in excubiis Domini.* Sistebant quasi excubantes et advigilantes, et nubem an moveretur observantes; vel sensus est : erant in stationibus et mansionibus in eodem loco, quas Dei injussu relinquere non poterant.

21. *Dissipabant tentoria.* Deponebant, suaque omnia convasabant.

23. *Erantque in excubiis Domini.* Vide hoc c. n. 19.

Digitized by Google

excubiis Domini juxta imperium ejus per manum Moysi.

toujours *comme* en sentinelle, *pour observer les mouvements de la nuée,* selon l'ordre que le Seigneur leur en avait donné par Moïse.

CHAPITRE X.

§ I. *Dieu ordonne à Moïse de faire deux trompettes d'argent pour assembler le peuple, et pour l'avertir de camper ou de décamper.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus convocare possis multitudinem quando movenda sunt castra.

3. Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi fœderis.

4. Si semel clangueris, venient ad te principes, et capita multitudinis Israel.

5. Sin autem prolixior atque concisus clangor increpuerit, movebunt castra primi qui sunt ad orientalem plagam.

6. In secundo autem sonitu et pari ululatu tubæ, levabunt tentoria qui habitant ad meridiem; et juxta hunc modum reliqui facient, ululantibus tubis in profectionem.

7. Quando autem congregandus est populus, simplex tubarum clangor erit, et non concise ululabunt.

8. Filii autem Aaron sacerdotes

1. Le Seigneur parla encore à Moïse, et lui dit :

2. Faites-vous deux trompettes d'argent battues au marteau, afin que vous puissiez vous en servir pour assembler tout le peuple lorsqu'il faudra décamper.

3. Et quand vous aurez sonné de ces trompettes, tout le peuple s'assemblera près de vous à l'entrée du tabernacle de l'alliance.

4. Si vous ne sonnez qu'une fois *et d'une seule trompette,* les princes et les chefs du peuple d'Israël vous viendront trouver.

5. Mais si vous sonnez plus longtemps de la trompette, et d'un son plus serré et entrecoupé, *tous se prépareront à décamper.* Ceux qui sont du côté de l'orient décamperont les premiers.

6. Au second son de la trompette, et au bruit semblable au premier, ceux qui sont vers le midi détendront leurs pavillons, et les autres feront de même au bruit des trompettes qui sonneront le décampement.

7. Mais lorsqu'il faudra *seulement* assembler le peuple, les *deux* trompettes sonneront d'un son plus uni et plus simple, et non de ce son entrecoupé et serré.

8. Les *seuls* prêtres, enfants d'Aaron,

CAP. X. 2. *Duas tubas argenteas.* Ad convocandum populum : 1. ad movendum castra; 2. ad festa; 3. ad sacrificia; 4. ad bella; 5. ad concionem; 6. ad sacras epulas. Jubet nunc fieri duas, non tamen vetat fieri plures. Factæ sunt ex argento ob reverentiam cultus divini, et ut essent magis sonoræ. — *Ductiles.* Laminis scilicet malleorum contusione diductis.

4. *Si semel clangueris.* Hebr. habent, *si una tuba clanxeris,* sic etiam chaldæus et LXX; et sensus potest esse idem; nam qui una tuba canit, quodam sensu semel canit, qui duplici, quodammodo bis canit. etiamsi simul sonum edant.

5. *Concisus.* Intercisus, interruptus brevi aliqua morula.

Digitized by Google

sonneront des trompettes : et cette ordonnance sera toujours gardée dans toute votre postérité.

9. Si vous sortez de votre pays pour aller à la guerre contre vos ennemis qui vous attaquent, vous ferez un bruit éclatant avec ces trompettes, *comme pour invoquer le secours du Seigneur;* et le Seigneur votre Dieu se souviendra de vous, pour vous délivrer des mains de vos ennemis.

10. Lorsque vous ferez un festin *de religion,* que vous célébrerez les jours de fêtes et les premiers jours des mois, vous sonnerez de ces trompettes en offrant vos holocaustes et vos hosties pacifiques, afin que votre Dieu se ressouvienne de vous : *et je ferai ce que je dis, si vous êtes fidèles à m'obéir.*

clangent tubis : eritque hoc legitimum sempiternum in generationibus vestris.

9. Si exieritis ad bellum de terra vestra contra hostes qui dimicant adversum vos, clangetis ululantibus tubis, et erit recordatio vestri coram Domino Deo vestro, ut eruamini de manibus inimicorum vestrorum.

10. Si quando habebitis epulum, et dies festos, et calendas, canetis tubis super holocaustis, et pacificis victimis, ut sint vobis in recordationem Dei vestri; ego Dominus Deus vester (1).

§ II. *Ordre du décampement des enfants d'Israël, lorsqu'ils partirent du désert de Sinaï pour aller dans la solitude de Pharan.*

11. Le vingtième jour du second mois de la seconde année *après la sortie de l'Egypte, les Israélites ayant demeuré un an et vingt jours au pied du mont Sinaï,* la nuée se leva de dessus le tabernacle de l'alliance,

12. Et les enfants d'Israël partirent du désert de Sinaï, rangés selon leurs *diverses* bandes : et la nuée se reposa dans la solitude de Pharan.

13. Les premiers qui décampèrent par le commandement du Seigneur, qu'ils reçurent de Moïse,

14. Furent les enfants de Juda, distingués

11. Anno secundo, mense secundo, vigesima die mensis, elevata est nubes de tabernaculo fœderis (2) :

12. Profectique sunt filii Israel per turmas suas de deserto Sinai, et recubuit nubes in solitudine Pharan (3).

13. Moveruntque castra primi juxta imperium Domini in manu Moysi,

14. Filii Juda per turmas suas :

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 81. — (2) Rép. crit., tome III, page 98. — (3) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 309.

---

9. *Et erit recordatio.* Quasi dicat : Dominus recordabitur vestri in prælio, cum clangetis juxta hoc ejus præceptum, ut eruat vos ab hostibus et victores faciat.

10. *Epulum.* Solemne et sacrum ex hostiis pacificis, sive epulum quod fit prævio sacrificio, illudque claudit, quale erat in consecratione regum; pariter in calendis, id est, in neomenia, sive novilunio, primo scilicet die mensis lunaris : hic enim dies Judæis erat festus. — *In recordationem Dei.* Ut Deus vestri recordetur, ut dixi n. 9.

11. *Anno secundo.* Ab egressu ex Ægypto. — *Nubes.* Columna nubis.

12. *In solitudine Pharan.* In loco qui postea dictus est *sepulcra Concupiscentiæ,* in quo fuit decima tertia Hebræorum mansio.

13. *Juxta imperium Domini in manu Moysi.* Quod scilicet Deus dedit per Mosen ministrum suum.

Digitized by Google

quorum princeps erat Nahasson filius Aminadab.

15. In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar.

16. In tribu Zabulon erat princeps Eliab filius Helon.

17. Depositumque est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filii Gerson et Merari.

18. Profectique sunt et filii Ruben, per turmas et ordinem suum : quorum princeps erat Helisur filius Sedeur.

19. In tribu autem filiorum Simeon, princeps fuit Salamiel filius Surisaddai.

20. Porro in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Duel.

21. Profectique sunt et Caathitæ portantes sanctuarium. Tamdiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum.

22. Moverunt castra et filii Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud.

23. In tribu autem filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur;

24. Et in tribu Benjamin erat dux Abidan filius Gedeonis.

25. Novissimi castrorum omnium profecti sunt filii Dan per turmas suas, in quorum exercitu princeps fuit Ahiezer filius Ammisaddai.

26. In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochran.

27. Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan.

28. Hæc sunt castra, et profectiones filiorum Israel per turmas suas quando egrediebantur.

selon leurs bandes, dont Nahasson, fils d'Aminadab, était le prince.

15. Nathanaël, fils de Suar, était prince de la tribu des enfants d'Issachar.

16. Eliab, fils d'Hélon, était prince de la tribu de Zabulon.

17. Le tabernacle ayant été détendu, les enfants de Gerson et de Mérari le portèrent, et se mirent en chemin.

18. Les enfants de Ruben partirent ensuite chacun dans sa bande et dans son rang; et Helisur, fils de Sedeür, en était le prince.

19. Salamiel, fils de Surisaddaï, était prince de la tribu des enfants de Siméon.

20. Eliasaph, fils de Duel, était prince de la tribu de Gad.

21. Les Caathites, qui portaient le sanctuaire, partirent après; et l'on portait toujours le tabernacle, *sans le poser à terre,* jusqu'à ce que l'on fût arrivé au lieu où il devait être dressé.

22. Les enfants d'Ephraïm décampèrent aussi chacun dans sa bande, et Elisama, fils d'Ammiud, était prince de leur corps.

23. Gamaliel, fils de Phadassur, était prince de la tribu des enfants de Manassé;

24. Et Abidan, fils de Gédéon, était chef de la tribu de Benjamin.

25. Ceux qui partirent les derniers de tout le camp furent les enfants de Dan, *qui marchaient* chacun dans sa bande; et Ahiézer, fils d'Amisaddaï, était prince de leur corps.

26. Phégiel, fils d'Ochran, était prince de la tribu des enfants d'Aser;

27. Et Ahira, fils d'Enan, était prince de la tribu des enfants de Nephthali.

28. C'est là l'ordre du camp et la manière dont les enfants d'Israël devaient marcher selon leurs *diverses* bandes, lorsqu'ils décampaient.

---

21. *Portantes sanctuarium.* Vasa sancta sanctuarii, id est, Sancti et Sancti sanctorum.

Digitized by Google

§ III. *Moïse prie Hobab, fils de Raguel, son allié, de demeurer avec lui. Il lui promet de lui faire part des richesses que lui donnera le Seigneur. Prière que faisait Moïse lorsqu'on élevait l'arche pour la faire partir, ou qu'on la baissait pour la faire arrêter.*

29. Alors Moïse dit à Hobab, fils de *Jéthro, appelé aussi* Raguel Madianite, son allié, *qui était resté dans le camp d'Israël après que Jéthro s'en fut retourné :* Nous partons pour nous rendre au lieu que le Seigneur nous doit donner: venez avec nous, afin que nous vous comblions de biens, *comme nous le pourrons faire;* parce que le Seigneur en a promis *de très-grands* à Israël.

30. Hobab lui répondit : Je n'irai point avec vous, mais je retournerai en mon pays, où je suis né.

31. Ne nous abandonnez pas, répondit Moïse, parce que vous savez en quels lieux nous devons camper dans le désert, et vous serez notre conducteur.

32. Et quand vous serez venu avec nous, nous vous donnerons ce qu'il y aura de plus excellent dans toutes les richesses que le Seigneur nous doit donner.

33. Ils partirent donc de la montagne du Seigneur, et marchèrent pendant trois jours : l'arche de l'alliance du Seigneur allait devant eux, marquant le lieu où ils devaient camper pendant ces trois jours.

29. Dixitque Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ, cognato suo: Proficiscimur ad locum, quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscum, ut benefaciamus tibi: quia Dominus bona promisit Israeli (1).

30. Cui ille respondit : Non vadam tecum, sed revertar in terram meam, in qua natus sum.

31. Et ille : Noli, inquit, nos relinquere : tu enim nosti in quibus locis per desertum castra ponere debeamus, et eris ductor noster.

32. Cùmque nobiscum veneris, quidquid optimum fuerit ex opibus, quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi.

33. Profecti sunt ergo de monte Domini viam trium dierum, arcaque fœderis Domini præcedebat eos, per dies tres providens castrorum locum.

(1) Rép. crit., tome I, page 111.

---

29. *Hobab filio Raguel.* LXX et alii censent hunc esse Jethro cognatum Mosis. Verius tamen est quod alii auctores existimant esse illius filium.

30. *In terram meam.* Madian.

31. *Tu enim nosti.* Non eguit Moses ductore in deserto, qui sequebatur columnam nubis, quique in locis iis versatus fuerat annis quadraginta, cum pasceret greges Jethro soceri sui; sed optavit Hobab sororium suum hac arte Judæorum veræ religioni adjungere. Ita censent aliqui. Vel etiam dici potest, quod verum puto, optasse Mosen apud se habere Hobab, ut peculiaria quædam disceret ex eo, quæ vel decursu temporis mutata fuerant, vel quorum Moses oblitus erat tanta temporis et locorum longinquitate varietateque negotiorum. Nec ex motu columnæ aliud Hebræi discebant, quam quo iter esset dirigendum; reliqua ex speculatoribus et locorum peritis, qualis erat Hobab, cognoscenda erant.

33. *Profecti sunt ergo.* Tacet Hobab, itaque verisimile est eum acquievisse, et mansisse cum Mose. — *Providens castrorum locum.* Faciebat hoc columna nubis et consequenter arca, cui nubes incumbebat. In hebr. est, *ad explorandum, vel investigandum illis requiem,* locum scilicet, in quo commode quiescerent.

Digitized by Google

34. Nubes quoque Domini super eos erat per diem cum incederent (1).

35. Cùmque elevaretur arca, dicebat Moyses : Surge, Domine, et dissipentur inimici tui, et fugiant qui oderunt te, a facie tua.

36. Cùm autem deponeretur, aiebat : Revertere, Domine, ad multitudinem exercitûs Israel.

34. La nuée du Seigneur les couvrait aussi durant le jour, lorsqu'ils marchaient, *pour les garantir de l'ardeur du soleil.*

35. Et lorsqu'on élevait l'arche, Moïse disait : Levez-vous, Seigneur, que vos ennemis soient dissipés, et que ceux qui vous haïssent fuient devant votre face.

36. Lorsqu'on abaissait l'arche il disait : Seigneur, retournez à l'armée de votre peuple d'Israël.

CHAPITRE XI.

§ I. *Les Israélites fatigués murmurent contre le Seigneur. Il envoie un feu contre eux qui en dévore un grand nombre. Moïse prie, et ce feu s'éteint.*

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Interea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audisset Dominus, iratus est. Et accensus in eos ignis Dmini devoravit extremam castrorum partem.

2. Cùmque clamasset populus ad Moysen, oravit Moyses ad Dominum, et absorptus est ignis.

3. Vocavitque nomen loci illius, Incensio : eo quòd incensus fuisset contra eos ignis Domini (2).

1. Cependant le peuple se laissa emporter au murmure contre le Seigneur, comme se plaignant de la fatigue *qu'il endurait.* Le Seigneur l'ayant entendu entra en colère ; et une flamme *qui venait* du Seigneur s'étant allumée contre eux dévora *tous ceux qui étaient à* l'extrémité du camp, *et qui se trouvant plus éloignés de Moïse s'abandonnaient plus aisément au murmure.*

2. Alors le peuple ayant adressé ses cris à Moïse, Moïse pria le Seigneur ; et le feu s'éteignit *et rentra dans la terre d'où il était sorti.*

3. Et il appela ce lieu l'Incendie, parce que le feu du Seigneur s'y était allumé contre eux.

(1) Rép. crit., tom I, page 99. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 299.

---

35. *Cumque elevaretur arca.* Ut moverentur castra. — *Surge, Domine.* Quasi hactenus arcæ insidens quievisset.

Cap. XI. 1. *Quasi dolentium pro labore.* Fatigatione scilicet itineris, quia tres continuos dies cum parvulis, jumentis, et sarcinis ambulaverant. — *Ignis Domini.* A Domino profectus, vel ignis ingens, et vehemens, et terribilis ; sic enim vocantur *cedri Dei, montes Dei*, id est, cedri magnæ, montes excelsi. — *Extremam castrorum partem.* In qua verisimiliter erant Ægyptii, qui Israelitas ad hanc murmurationem incitaverant. Fortasse etiam aliqui qui lassitudinem simulabant, in extrema hac acie absumpti fuerunt.

2. *Absorptus est ignis.* Vel simpliciter extinctus est, vel, quod vox *absorptus* indicare videtur, terra unde prodierat absorptus est ; et vocem hebræam שקע Hebræorum aliqui docent significare, *in profundum deprimi, submergi.*

3. *Vocavitque nomen loci illius Incensio.* Locus hic ab igne vocatus est *Incensio ;* sed a pœna gulæ vocatus est *sepulcra Concupiscentiæ*, ut patet

Digitized by Google

4. *Ce châtiment ne les rendit pas sages pour longtemps;* car *peu de jours après* une troupe de petit peuple qui était venu *d'Egypte* avec eux désira *de la chair* avec une grande ardeur; et s'étant assis en pleurant, ils attirèrent à eux les enfants d'Israël, *qui, entrant dans leurs sentiments,* commencèrent à dire : Qui nous donnera de la chair à manger?

4. Vulgus quippe promiscuum; quod ascenderat cum eis, flagravit desiderio, sedens et flens, junctis sibi pariter filiis Israel, et ait : Quis dabit nobis ad vescendum carnes?

5. Nous nous souvenons des poissons que nous mangions en Egypte *presque* pour rien. Les concombres, les melons, les poireaux, les ognons et l'ail *de ce pays-là, qui y sont excellents,* nous reviennent dans l'esprit.

5. Recordamur piscium quos comedebamus in Ægypto gratis : in mentem nobis veniunt cucumeres, et pepones, porrique et cæpe, et allia (1).

6. Notre vie est languissante, nous ne voyons que manne sous nos yeux.

6. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man (2).

7. Or la manne était, *pour la figure et pour la grosseur,* comme la graine de la coriandre, *et elle était* de la couleur du bdellion *ou de la perle :*

7. Erat autem man quasi semen coriandri, coloris bdellii.

8. Le peuple l'allait chercher autour du camp, et l'ayant ramassée, il la broyait sous la meule, ou il la pilait dans un mortier; il la mettait cuire *ensuite* dans un pot, et en faisait des tourteaux qui avaient le goût comme d'un pain pétri avec de l'huile.

8. Circuibatque populus, et colligens illud, frangebat molâ, sive terebat in mortario, coquens in olla, et faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati.

(1) Bible vengée, note III. — Rép. crit., tome I, page 121. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 311.

---

n. 34; est enim hic unus et idem locus, uti et idem murmur : fieri potest ut totus locus dictus sit sepulcra Concupiscentiæ; pars vero ejusdem loci, quæ igne conflagravit, Incensio appellata sit.

4. *Vulgus quippe promiscuum.* Ægyptiorum qui Hebræorum castra sequebantur. — *Flagravit desiderio.* Carnium et cæparum Ægypti; quamvis enim Hebræi suos greges secum ducerent, tamen promiscuum illud vulgus carnes in potestate non habebat; et alii etiam ovibus parcebant, ut eas in terram promissam adducerent, interim manna victitantes, ne earum numerum imminuerent. Cæpas comedere Ægyptiorum aliquibus erat religio; nam, ut ait Juven. Sat. penult. :

Porrum et cæpe nefas violare, ac frangere morsu.

Sed non omnes hac superstitione tenebantur.

5. *Gratis.* Vili pretio et quasi nullo.

6. *Anima nostra arida est.* Appetitus noster languet, nauseat et quasi exarescit : Nam licet manna eos sapores exhiberet, optabant varietatem non tam in sapore quam in colore exteriorique forma ciborum, ut simul cum ventre, oculos etiam et manus explerent.

7. *Coloris bdellii.* Bdellium ex Plin. lib. 12. 9, unguis colorem refert, estque candidum et lucidum. De colore et sapore manna, vide dicta Exod. 16. 31.

Digitized by Google

9. Cùmque descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter et man.

9. Quand la rosée tombait dans le camp durant la nuit, la manne y tombait aussi en même temps.

§ II. *Moïse, affligé des murmures du peuple, représente au Seigneur qu'il ne peut le gouverner seul. Dieu lui donne soixante-dix sénateurs pour lui aider. Il promet de rassasier ce peuple de viandes comme il l'a désiré.*

10. Audivit ergo Moyses flentem populum per familias, singulos per ostia tentorii sui. Iratusque est furor Domini valdè : sed et Moysi intoleranda res visa est;

10. Moïse entendit donc le peuple qui pleurait chacun dans sa famille, et qui se tenait à l'entrée de sa tente. Alors le Seigneur entra en une grande fureur, et ce murmure parut aussi insupportable à Moïse :

11. Et ait ad Dominum : Cur afflixisti servum tuum? quarè non invenio gratiam coram te? et cur imposuisti pondus universi populi hujus super me ?

11. Et il dit au Seigneur : Pourquoi avez-vous affligé votre serviteur? pourquoi est-ce que je ne trouve point grâce devant vous, et pourquoi m'avez-vous chargé du poids de tout ce peuple?

12. Numquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi : Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, et defer in terram, pro qua jurasti patribus eorum?

12. Est-ce moi qui ai conçu toute cette grande multitude, ou qui l'ai engendrée, pour que vous me disiez : Portez-les dans votre sein, comme une nourrice a accoutumé de porter son petit enfant, et menez-les en la terre que j'ai promise à leurs pères avec serment?

13. Unde mihi carnes ut dem tantæ multitudini ? flent contra me, dicentes : Da nobis carnes ut comedamus.

13. Où trouverai-je de la chair pour en donner à un si grand peuple? Ils pleurent *et crient* contre moi, en disant : Donnez-nous de la viande, afin que nous en mangions.

14. Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi.

14. Je ne puis porter seul tout ce peuple, parce que c'est une charge trop pesante pour moi : *je vous supplie de m'en décharger.*

15. Sin aliter tibi videtur, obsecro ut interficias me, et inveniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis.

15. Que si votre volonté s'oppose en cela à mon désir, je vous conjure de me faire *plutôt* mourir, et que je trouve grâce devant vos yeux, pour n'être point accablé de tant de maux.

16. Et dixit Dominus ad Moysen : Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel, quos tu

16. Sur quoi le Seigneur répondit à Moïse : Assemblez-moi soixante-dix hommes des anciens d'Israël, que vous

---

10. *Moysi intoleranda res visa est.* Quod scilicet omnis populus ulularet, et carnes posceret.

12. *Porta eos in sinu tuo.* Magna enim charitate suos fovere principes debent.

15. *Interficias me.* Peto ut mori liceat. Levis aut nulla pusillanimitatis culpa : itaque non reprehendit illum Dominus, sed consolatur.

16. *Congrega mihi septuaginta viros.* Constituerat prius, Jethro suggerente, Exod. 18. 21, decanos et tribunos, qui lites deciderent; sed adhuc erat provocatio ad Mosen, qui etiam quæ ad Dei cultum spectabant procurabat, et majores etiam causæ ad ipsum deferebantur. Constituit ergo Deus hos

Digitized by Google

saurez être les plus expérimentés et les plus propres à gouverner; et menez-les à l'entrée du tabernacle de l'alliance, où vous les ferez demeurer avec vous.

17. Je descendrai là pour vous parler: je prendrai de l'esprit qui est en vous, et je leur en donnerai, afin qu'ils soutiennent avec vous le fardeau de ce peuple, et que vous ne soyez point trop chargé *en le portant seul.*

18. Vous direz aussi au peuple : Purifiez-vous; vous mangerez demain de la chair *que vous donnera le Seigneur;* car je vous ai entendu dire : Qui nous donnera de la viande à manger? Nous étions bien en Egypte. Le Seigneur vous donnera donc de la chair, afin que vous en mangiez,

19. Non un seul jour, ni deux jours, ni cinq, ni dix, ni vingt,

20. Mais pendant un mois entier, jusqu'à ce qu'elle vous sorte par les narines, et qu'elle vous fasse soulever le cœur, parce que vous avez rejeté le Seigneur qui est au milieu de vous, et que vous avez pleuré devant lui, en disant : Pourquoi sommes-nous sortis de l'Egypte?

21. Moïse lui dit : Ce peuple est de six cent mille hommes de pied, *sans compter*

nosti quòd senes populi sint ac magistri : et duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesque ibi stare tecum.

17. Ut descendam et loquar tibi: et auferam de spiritu tuo, tradamque eis, ut sustentent tecum onus populi, et non tu solus graveris (1).

18. Populo quoque dices : Sanctificamini : cras comedetis carnes; ego enim audivi vos dicere : Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Ægypto. Ut det vobis Dominus carnes, et comedatis :

19. Non uno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem,

20. Sed usque ad mensem dierum, donec eat per nares vestras, et vertatur in nauseam, eo quòd repuleritis Dominum, qui in medio vestri est, et fleveritis coram eo, dicentes : Quare egressi sumus ex Ægypto (2)?

21. Et ait Moyses : Sexcenta millia peditum hujus populi sunt; et

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 9 *et suiv.* — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 312 et suiv.

---

septuaginta, qui hæc tria æque ut Moses præstarent; ideoque eos æque ac Mosen spiritu prophetico insignivit, ut familiariter Deum consulerent in dubiis, et ab eo edocerentur. — *Quos tu nosti quod senes... sint.* Non tam ætate quam prudentia et moribus.

17. *Ut descendam.* Inclinando columnam nubis, in qua ago, quasi dux vester. — *Auferam.* Accipiam. * Sic ab una candela lumen accipitur ad aliam accendendam, nihilque luminis deperit in priore. Chaldæus, *augebo de spiritu qui est super te, et ponam super eos.* — *De spiritu.* Prophetico, ut colligitur ex n. 25, quo et populum regere scias, et dubia explicare, et occulta cognoscere, et futura prævidere, et Dei laudes eodem spiritu dictante exequi.

18. *Sanctificamini.* Parate vos; nam sanctificari in sacris Litteris nonnunquam simpliciter significat comparare se. Ita explicant Lyran. et Abulens. Chald. etiam vertit, *præparate vos.*

20. *Usque ad mensem dierum.* Mensem integrum, seu omnibus diebus mensis. * Sic δύο ἔτη ἡμερῶν, sunt anni pleni et exacti, I. Machab. 1. 30. — *Exeat per nares.* Statim explicat, cum ait, et vertatur in nauseam.

21. *Sexcenta millia.* Peditum scilicet armatorum Hebræorum : nam feminarum, puerorum, servorum, et Ægyptiorum numerus facile excrescebat ad trigesies centena millia.

Digitized by Google

tu dicis : Dabo eis esum carnium mense integro.

22. Numquid ovium et boum multitudo cædetur, ut possit sufficere ad cibum? vel omnes pisces maris in unum congregabuntur, ut eos satient?

23. Cui respondit Dominus : Numquid manus Domini invalida est? Jam nunc videbis utrùm mens sermo opere compleatur.

24. Venit igitur Moyses, et narravit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa abernaculum.

25. Descenditque Dominus per nubem, et locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, et dans septuaginta viris. Cùmque requievisset in eis spiritus, prophetaverunt, nec ultra cessaverunt (1).

26. Remanserant autem in castris duo viri, quorum unus vocabatur Eldad, et alter Medad, super quos requievit spiritus; nam et ipsi descripti fuerant, et non exierant ad tabernaculum.

27. Cùmque prophetarent in castris, cucurrit puer, et nuntiavit Moysi, dicens : Eldad et Medad prophetant in castris.

28. Statim Josue filius Nun, minister Moysi, et electus e pluribus,

les femmes et les enfants; et vous dites : Je leur donnerai de la viande à manger pendant tout un mois.

22. Faut-il égorger tout ce qu'il y a de moutons et de bœufs pour pouvoir fournir à leur nourriture? ou ramassera-t-on tous les poissons de la mer pour les rassasier?

23. Le Seigneur lui répondit : La main du Seigneur est-elle impuissante? Vous allez voir présentement si l'effet suivra sa parole.

24. Moïse étant donc venu vers le peuple lui rapporta les paroles du Seigneur; et ayant rassemblé soixante-dix hommes *choisis* parmi les anciens d'Israël, il les plaça près du tabernacle.

25. Alors le Seigneur étant descendu dans la nuée, parla à Moïse, prit de l'esprit qui était en lui, et le donna à ces soixante-dix hommes. L'esprit s'étant donc reposé sur eux, ils commencèrent à prophétiser, et continuèrent toujours depuis.

26. Or deux de ces hommes, dont l'un se nommait Eldad et l'autre Médad, étant demeurés dans le camp *par humilité et par modestie,* l'esprit se reposa sur eux; car ils avaient aussi été marqués avec les autres, mais ils n'étaient point sortis pour aller au tabernacle, *se croyant indignes de cet honneur.*

27. Et lorsqu'ils prophétisaient dans le camp, un jeune homme courut à Moïse, et lui dit : Eldad et Médad prophétisent dans le camp.

28. Aussitôt Josué, fils de Nun, qui excellait entre tous les ministres de Moïse

(1) Rép. crit., tom I, page 99.

---

23. *Manus.* Potestas.

25. *Prophetaverunt.* Divino instinctu in divinas laudes eruperunt. Sic Saul dicitur prophetasse, cum quasi enthusiasmo actus Dei laudes cecinit, 1. Reg. 10. 10. — *Nec ultra cessaverunt.* Nec eos amplius spiritus ille propheticus, quem ad populi regimen acceperant, destituit.

26. *Remanserant.* Ex humilitate, dum se honore indignos arbitrantur. Ita Hieron. epistola 127.

27. *Eldad et Medad prophetant in castris.* Alii 68 prophetabant præsente Mose in tabernaculo, et Mosi quasi conjuncti et subjecti; duo vero illi, absente et inscio Mose : itaque veritus Josue ne hoc Mosis auctoritatem imminueret, per Mosen prohibere conatur. * Simile vide Lucæ c. 9. 49.

28. *Electus e pluribus.* Intimus, maxime familiaris. In hebræo, *ex electis*

Digitized by Google

par son zèle pour la gloire de Dieu et pour l'honneur de son maître, lui dit : Moïse, mon Seigneur, empêchez-les.

29. Mais Moïse lui répondit : Pourquoi avez-vous des sentiments de jalousie en ma considération? Plût à Dieu que tout le peuple prophétisât, et que le Seigneur répandît son esprit sur eux *tous*?

30. Après cela Moïse revint au camp avec les anciens d'Israël.

ait : Domine mi Moyses, prohibe eos.

29. At ille : Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat ut omnis populus prophetet, et det eis Dominus spiritum suum?

30. Reversusque est Moyses, et majores natu Israel in castra.

§ III. *Dieu envoie à son peuple une multitude prodigieuse de cailles, afin qu'il se rassasie de viande comme il l'a désiré; mais en même temps il punit très-sévèrement ce désir déréglé.*

31. En même temps un vent excité par le Seigneur emportant des cailles *des pays* de la mer, les amena, et les fit tomber dans le camp, et autour du camp, en un espace aussi grand qu'est le chemin que l'on peut faire en un jour; et elles volaient en l'air, n'étant élevées au-dessus de la terre que de deux coudées.

32. Le peuple se levant donc amassa durant tout ce jour et la nuit suivante et le lendemain une si grande quantité de cailles, que ceux qui en avaient le moins en avaient dix mesures, et ils les firent sécher tout autour du camp.

33. Ils avaient encore la chair entre les dents, et ils n'avaient pas achevé de man-

31. Ventus autem egrediens a Domino, arreptans trans mare coturnices detulit, et demisit in castra itinere quantùm uno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantque in aere duobus cubitis altitudine super terram (1).

32. Surgens ergo populus toto die illo, et nocte, ac die altero, congregavit coturnicum, qui parum, decem coros : et siccaverunt eas per gyrum castrorum.

33. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat hu-

(1) Rép. crit., tome I, page 85. — Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 307 *et suiv.*

---

ejus, juvenibus, ac ministris, ac inter eos lectissimus et charissimus.

30. *Reversusque... in castra.* Ex tabernaculo ad circumjacentia castra.

31. *Egrediens a Domino.* Præter naturæ ordinem a Deo missus.—*Trans mare.* Rubrum.— *Coturnices.* Dantur secundo coturnices, nam primo datæ fuerant, Exod. 16. 13. LXX habent, *ortygometra :* illud parelcon μήτρα adjungitur quibusdam animalibus, quæ in suo genere grandiora sunt : sic echinometra est echinus grandior et spinosior, de quo Plin. l. 9, c. 21 .Itaque ortygometra est grandior coturnix, quæ dux coturnicum dicitur.—*Demisit in castra.* Decidere fecit in castra circumcirca per tantum spatii, quantum uno die confici solet.

32. *Qui parum, decem coros.* Corus continebat triginta modios. Demus in quolibet modio fuisse tantum 20 coturnices, perinde ac modius continet viginti libras frumenti; hinc sequitur quod quilibet colligens decem coros, seu decies triginta modios collegerit sex millia coturnicum, et consequenter quod unus hominum millio collegerit sex millionum, ac proinde totus populus, quitres capitum milliones explebat, collegerit 18 millia millionum coturnicum. — *Siccaverunt eas.* Ne putrescerent, sed in sequentes dies servari possent.

33. *Adhuc carnes erant in dentibus eorum.* Expleto tamen mense, quo

Digitized by Google

juscemodi cibus : et ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plagâ magnâ nimis (1).

34. Vocatusque est ille locus, sepulcra Concupiscentiæ : ibi enim sepelierunt populum qui desideraverat. Egressi autem de sepulcris Concupiscentiæ, venerunt in Haseroth, et manserunt ibi.

ger cette viande, que la fureur du Seigneur s'alluma contre le peuple, et le frappa d'une très-grande plaie.

34. C'est pourquoi ce lieu fut appelé les sépulcres de Concupiscence, parce qu'ils y ensevelirent le peuple qui avait *été frappé de mort par le Seigneur pour avoir* désiré *de la chair*. Etant partis des sépulcres de Concupiscence, ils vinrent à Haseroth où ils demeurèrent.

CHAPITRE XII.

§ I. ***Aaron et Marie sa sœur murmurent contre Moïse, à cause de Séphora sa femme. Dieu fait l'éloge de Moïse, frappe Marie de lèpre pour la punir de son murmure.***

LA MÊME ANNÉE 2514.

1. Locuta quæ est Maria et Aaron contra Moysen propter uxorem ejus Æthiopissam (2),

2. Et dixerunt : Num per solum Moysen locutus est Dominus ? nonne et nobis similiter est locutus ? Quod cùm audisset Dominus,

3. (Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra) (3).

4. Statim locutus est ad eum, et ad Aaron et Mariam : Egredimini vos tantùm tres ad tabernaculum fœderis. Cùmque fuissent egressi,

1. Alors Marie et Aaron parlèrent contre Moïse à cause de sa femme qui était Ethiopienne, *et qui se glorifiait des faveurs que Dieu faisait à son mari.*

2. Et ils dirent : Le Seigneur n'a-t-il parlé que par le seul Moïse? ne nous a-t-il pas aussi parlé comme à lui? Ce que le Seigneur ayant entendu, *il se mit en colère*,

3. (Parce que Moïse était de tous les hommes le plus doux qui fût sur la terre, *et qui donnait moins lieu de murmurer contre lui.*)

4. Il parla aussitôt à Moïse, à Aaron et à Marie, et leur dit : Allez vous trois seulement au tabernacle de l'alliance. Et lorsqu'ils y furent allés,

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tom. III, page 317.— (2) Bible vengée, note IV.— Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 127, et tome I, page 85.— (3) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 80 *et suiv.*

---

carnibus coturnicum saturati sunt, ut promiserat Dominus, n. 20. — *Plaga magna.* Ignis, qui deinde precibus Mosis repressus et absorptus est, ut dictum est n. 3.

34. *In Haseroth.* Hæc est 14 mansio.

CAP. XII. 1. *Propter uxorem ejus Æthiopissam.* Sephoram Madianitidem, quæ fortasse, quod uxor esset Mosis, præferebat se Mariæ; quod hæc animo æquo ferre non poterat. In hoc tamen murmure præcipue peccasse videtur Maria, quæ Aaron contra Mosen concitavit, quæ etiam lepra percussa est.

2. *Per solum.* Quasi dicat : Num solus Moses propheta?

3. *Erat enim Moyses vir mitissimus.* Mitissimus Moses injuriam non ulciscitur; ideo illius patrocinium suscipit Deus. Scripsit hanc de se laudem Moses, quia calamus Spiritus sancti ab hoc scribendum impellentis ita scripserat.

Digitized by Google

5. Le Seigneur descendit dans la colonne de nuée, et se tenant à l'entrée du tabernacle, il appela Aaron et Marie *qui s'en tenaient éloignés.* Ils s'avancèrent,

6. *Et* il leur dit : Ecoutez mes paroles : S'il se trouve parmi vous un prophète du Seigneur, je lui apparaîtrai en vision, ou je lui parlerai en songe.

7. Mais il n'en est pas ainsi de Moïse qui est mon serviteur très-fidèle dans toute ma maison.

8. Car je lui parle bouche à bouche, et il voit le Seigneur clairement, et non sous des énigmes et sous des figures. Pourquoi donc n'avez-vous pas craint de parler contre mon serviteur Moïse *que vous voyez qui m'est si cher?*

9. Il entra ensuite en colère contre eux, et s'en alla.

10. La nuée se retira en même temps *de l'entrée* du tabernacle; et Marie parut aussitôt toute blanche de lèpre comme de la neige. Aaron ayant jeté les yeux sur elle, et la voyant toute couverte de lèpre,

5. Descendit Dominus in columna nubis, et stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron et Mariam. Qui cùm iissent (1),

6. Dixit ad eos : Audite sermones meos : Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum.

7. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est :

8. Ore enim ad os loquor ei : et palam, et non per ænigmata et figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere servo meo Moysi?

9. Iratusque contra eos, abiit :

10. Nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum : et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Cùmque respexisset eam Aaron, et vidisset perfusam leprâ,

§ II. *Aaron prie Moïse d'intercéder pour Marie. Moïse le fait. Dieu l'exauce; mais il ordonne que Marie demeure hors du camp pendant sept jours.*

11. Dit à Moïse : Seigneur, je vous conjure de ne pas nous imputer ce péché que nous avons commis follement;

12. Et que celle-ci ne devienne pas comme morte, et comme un fruit avorté qu'on jette hors du sein de sa mère. Vous voyez que la lèpre lui a déjà mangé la moitié du corps.

13. Alors Moïse cria au Seigneur, et lui dit : Mon Dieu, guérissez-la, je vous prie.

14. Le Seigneur lui répondit : Si son père

11. Ait ad Moysen : Obsecro, domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum quod stultè commisimus,

12. Ne fiat hæc quasi mortua, et ut abortivum quod projicitur de vulva matris suæ; ecce jam medium carnis ejus devoratum est à lepra.

13. Clamavitque Moyses ad Dominum, dicens : Deus, obsecro, sana eam.

14. Cui respondit Dominus : Si

(1) Rép. crit., tome I, page 99.

---

6. *In visione.* In imaginaria, vel intellectuali repræsentatione et raptu.

7. *In omni domo mea.* In toto cœtu Israel.

8. *Ore enim ad os.* Eo modo, qui habetur Exod. 34. 6. Vide dicta Exod. c. 33. 11.

18. *Nubes quoque recessit.* Non procedendo et præeundo, sed ascendendo supra tabernaculum.

11. *Imponas nobis.* Imputes.

12. *Quasi mortua.* Lepra carnes illius exedente, vel mortua morte civili ob separationem leprosorum a cœtu aliorum.

Digitized by Google

pater ejus spuisset in faciem illius, nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, et postea revocabitur.

4. *Cecidit pronus in faciem.* Humiliter orans Dominum, ut seditionem hanc Core discuteret.

5. *Qui ad se pertineant.* Ad hæc verba alludit Apostolus, II. Tim. 2. 19, cum ait : *Cognovit Dominus qui sunt ejus. — Et sanctos applicabit sibi.* Exteriori signo ostendet quem velit sibi in sacerdotem sanctificari, sacroque hoc ministerio fungi. — *Et quos elegerit, appropinquabunt ei.* Sacerdotio fungentur ii quos Deus ipse ad hoc delegerit, non alii.

7. *Ponite desuper thymiama coram Domino.* Coram Sancto sanctorum, in altari thymiamatis. — *Ipse erit sanctus.* Segregatus et electus a Deo ad sacerdotium. — *Multum erigimini, filii Levi.* Hebr. *multum vobis,* scilicet sumitis et arrogatis. Valde superbitis.

Digitized by Google

10. Est-ce pour cela qu'il vous a fait approcher de lui, vous et tous vos frères les enfants de Lévi, afin que vous usurpiez même le sacerdoce *qu'il n'a pas voulu vous donner.*

11. Et que toute votre troupe se soulève contre le Seigneur? Car qui est Aaron pour être l'objet de vos murmures? *C'est le Seigneur même que vous attaquez, lui qui l'a élevé à cette dignité.*

10. Idcirco ad se fecit accedere te et omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam sacerdotium vindicetis,

11. Et omnis globus tuus stet contra Dominum? quid est enim Aaron ut murmuretis contra eum?

§ II. *Moïse appelle Dathan et Abiron qui refusent de venir. Ils lui reprochent de les avoir trompés en les faisant sortir d'Egypte. Moïse se plaint au Seigneur de cette injustice. Le Seigneur veut perdre tout le peuple. Moïse prie pour lui. Dieu lui ordonne de les séparer des séditieux : ce qu'il exécute.*

12. Moïse *voulait aussi parler aux autres conjurés :* il envoya donc appeler Dathan et Abiron, fils d'Eliab, qui *n'étaient point venus avec Coré, quoiqu'ils fussent de son parti. Mais ils* répondirent : Nous n'irons point. *Puis ils ajoutèrent en s'adressant à Moïse :*

13. Ne vous doit-il pas suffire que vous nous ayez fait sortir d'une terre où coulaient des ruisseaux de lait et de miel, pour nous faire périr dans ce désert, sans vouloir encore nous dominer *avec empire, et nous obliger de nous soumettre à tout ce que vous dites, comme si nous avions bien lieu de nous fier en vos promesses?*

14. Ne nous avez-vous pas véritablement tenu parole, en nous faisant entrer dans une terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel, et en nous donnant des champs et des vignes pour les posséder, *comme vous nous l'aviez assuré?* Voudriez-vous encore nous arracher les yeux *pour nous empêcher de voir que vous nous trompez? et n'est-ce point pour cela que vous voulez que nous vous allions trouver?* Nous n'irons point.

12. Misit ergo Moyses ut vocaret Dathan et Abiron filios Eliab. Qui responderunt : Non venimus

13. Numquid parum est tibi quod eduxisti nos de terra, quæ lacte et melle manabat, ut occideres in deserto, nisi et dominatus fueris nostri?

14. Revera induxisti nos in terram, quæ fluit rivis lactis et mellis, et dedisti nobis possessiones agrorum et vinearum; an et oculos nostros vis eruere? non venimus.

---

11. *Omnis globus tuus.* Congregatio tua, gregales tui. — *Quid est enim Aaron?* Quid fecit Aaron? nec enim ipse se ingessit sacerdotio, sed a Deo vocatus fuit.

12. *Misit ergo Moyses.* Nuntium ad absentes Dathan et Abiron, et etiam ad Hon; nam Core solus erat præsens Mosi. — *Non venimus.* Nolumus venire.

14. *Revera induxisti nos.* Est sarcasmus, quasi dicat : Hæccine in deserto est terra illa fertilissima, in quam te nos inducturum jactabas?—*Oculos nostros vis eruere?* Ut non videamus tuas imposturas. * Vel etiam sensus est : an paras in corpora nostra sævire, si tibi non pareamus, oculos nobis eruendo?

Digitized by Google

15. Iratusque Moyses valde, ait ad Dominum : Ne respicias sacrificia eorum : tu scis quod ne asellum quidem unquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum.

16. Dixitque ad Core : Tu, et omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, et Aaron die crastino separatim.

17. Tollite singuli thuribula vestra, et ponite super ea incensum, offerentes Domino ducenta quinquaginta thuribula : Aaron quoque teneat thuribulum suum.

18. Quod cum fecissent, stantibus Moyse et Aaron,

19. Et coacervassent adversum eos omnem multitudinem ad ostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini.

20. Locutusque Dominus ad Moysen et Aaron, ait :

21. Separamini de medio congregationis hujus, ut eos repente disperdam.

22. Qui ceciderunt proni in faciem, atque dixerunt : Fortissime Deus spirituum universæ carnis, num, uno peccante, contra omnes ira tua desæviet ?

15. Moïse entrant donc dans une grande colère, *à cause de l'injure que l'on faisait à Dieu*, dit au Seigneur : Ne regardez point leurs sacrifices, *et faites voir que ma vocation vient de vous. Mon désintéressement les en devrait convaincre ; car* vous savez que je n'ai jamais rien reçu d'eux, non pas même un ânon, et que je n'ai jamais fait tort à aucun d'eux.

16. Et il dit *encore une fois* à Coré : Présentez-vous demain, vous et toute votre troupe d'un côté, devant le Seigneur, et Aaron s'y présentera de l'autre.

17. Prenez chacun vos encensoirs, et mettez-y de l'encens, offrant au Seigneur deux cent cinquante encensoirs, et qu'Aaron tienne aussi son encensoir.

18. Ce que *Coré et sa troupe* ayant fait *le lendemain*, en présence de Moïse et d'Aaron,

19. Et ayant assemblé tout le peuple à l'opposite d'eux à l'entrée du tabernacle, la gloire du Seigneur apparut à tous.

20. Le Seigneur parla à Moïse et à Aaron, et leur dit :

21. Séparez-vous du milieu de cette assemblée, afin que je les perde tout d'un coup.

22. Moïse et Aaron se jetèrent le visage contre terre, et ils dirent : O Tout-Puissant, ô Dieu des esprits *qui animes* toute chair, votre colère éclatera-t-elle contre tous pour le péché d'un seul homme ?

---

15. *Sacrificia.* Thurificationes ; non enim victimas, sed tantum thymiama obtulerunt.

17. *Ducenta quinquaginta thuribula.* Non sumpta de sanctuario, sed quæ seditiosi sibi fecerant.

18. *Quod cum fecissent.* Illi 250 ; Dathan et Abiron, Core et Hon venire noluerunt ex contumacia, vel sibi a Deo timentes malum aliquod.

19. *Gloria Domini.* Major solito lux et fulgor in columna nubis, divinam indicans præsentiam.

21. *Separamini de medio congregationis hujus.* Et sacerdotium ambientium, et populi qui illis aderat, illisque favebat. * Bonorum subditorum est segregare se a seditiosis ; hinc Moses pro populo preces fundit, ut sequitur.

22. *Deus spirituum universæ carnis.* Qui omnem animam humanam, quæ carnem animat, condidisti, vel, qui intima carnis scrutaris, mentem, propensiones, vota cognoscis. — *Num, uno peccante, contra omnes ira tua desæviet ?* Pauci peccarunt, ad illos pœna pertinet. Populus non rebellis fuit aut contumax, ut illi ; sed levius peccavit, novitate rerum ductus et curiositate : dignus ergo est cui parcas.

Digitized by Google

23. Le Seigneur dit à Moïse : *Non, je n'envelopperai point les innocents dans la ruine des coupables.*

24. *C'est pourquoi* commandez à tout le peuple qu'il se sépare des tentes de Coré, de Dathan et d'Abiron.

25. Moïse se leva donc et s'en alla aux tentes de Dathan et d'Abiron, étant suivi des Anciens d'Israël.

26. Et il dit au peuple : Retirez-vous des tentes des hommes impies, et prenez garde de toucher à aucune chose qui leur appartienne, de peur que vous ne soyez enveloppés dans leurs péchés.

27. Lorsqu'ils se furent retirés de tous les environs de leurs tentes, Dathan et Abiron sortant dehors se tenaient à l'entrée de leurs pavillons, avec leurs femmes et leurs enfants, et toute leur troupe.

28. Alors Moïse dit *au peuple :* Vous connaîtrez à ceci que c'est le Seigneur qui m'a envoyé pour faire tout ce que vous voyez, et que ce n'est point moi qui l'ai inventé de ma tête.

29. Si *ces gens-ci* meurent d'une mort ordinaire aux hommes, et qu'ils soient frappés d'une plaie dont les autres ont accoutumé d'être aussi frappés, ce n'est point le Seigneur qui m'a envoyé;

30. Mais si le Seigneur fait par un prodige nouveau que la terre s'entrouvrant les engloutisse avec tout ce qui est à eux, et qu'ils descendent tout vivants en enfer, vous saurez alors qu'ils ont blasphémé contre le Seigneur.

23. Et ait Dominus ad Moysen:

24. Præcipe universo populo ut separetur a tabernaculis Core, et Dathan et Abiron.

25. Surrexitque Moyses, et abiit ad Dathan et Abiron : et sequentibus eum senioribus Israel,

26. Dixit ad turbam : Recedite a tabernaculis hominum impiorum, et nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.

27. Cumque recessissent a tentoriis eorum per circuitum, Dathan et Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum, cum uxoribus et liberis, omnique frequentia.

28. Et ait Moyses : In hoc scietis, quod Dominus miserit me ut facerem universa quæ cernitis, et non ex proprio ea corde protulerim :

29. Si consueta hominum morte interierint, et visitaverit eos plaga, qua et cæteri visitari solent, non misit me Dominus (1) :

30. Sin autem novam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os suum deglutiat eos et omnia quæ ad illos pertinent, descenderintque viventes in infernum, scietis quod blasphemaverint Dominum.

(1) Bible vengée, note IX.

---

24. *Core, et Dathan, et Abiron.* Intellige et Hon, quia hi quatuor erant capita seditionis.

26. *In peccatis.* Ne pœnæ peccatorum participes sitis.

27. *Omnique frequentia.* Famulorum, ancillarum, parvulorum.

28. *Ut facerem universa.* Quæ scilicet in vestri ex Ægypto eductione, totoque meo ducatu, ac præsertim circa Aaronis et filiorum ejus in sacerdotes electionem feci.

29. *Plaga, qua et cæteri visitari solent.* Quæ extraordinaria non est, et non infrequenter mittitur a Deo; cujusmodi est fames, pestis, bellum.

30. *Aperiens terra os suum.* Facta voragine. — *Blasphemaverint Dominum.* Opus enim Dei, scilicet sacerdotium Aaronis, calumniati sunt, illudque non Deo, sed Mosi, ejusque favori iniquo et injusto tribuerunt : hoc autem est blasphemare. Blasphemia enim est cum opus Dei tribuitur dæmoni, vel homini, ut patet Matth. 12. 31. * Erat etiam ingens in Deum injuria et contumelia.

Digitized by Google

§ III. *Le peuple s'étant séparé des séditieux, la terre s'ouvre sous leurs pieds et ils descendent tous vivants dans les enfers. Un feu dévore les deux cent cinquante qui offraient de l'encens au Seigneur. Le Seigneur ordonne de retirer du feu leurs encensoirs et de les attacher à l'autel : ce qui est exécuté.*

31. Confestim igitur ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum :

32. Et aperiens os suum, devoravit illos cum tabernaculis suis et universa substantia eorum;

33. Descenderuntque vivi in infernum operti humo, et perierunt de medio multitudinis.

34. At vero omnis Israel, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens : Ne forte et nos terra deglutiat.

35. Sed et ignis egressus a Domino, interfecit ducentos quinquaginta viros, qui offerebant incensum.

36. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

37. Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti ut tollat thuribula quæ jacent in incendio, et ignem huc illucque dispergat : quoniam sanctificata sunt

38. In mortibus peccatorum :

31. Aussitôt donc qu'il eut cessé de parler, la terre se rompit sous leurs pieds;

32. Et s'entrouvrant, elle les dévora avec leurs tentes, et tout ce qui était à eux.

33. Ils descendirent tout vivants dans l'enfer, étant couverts de terre, et ils périrent du milieu du peuple.

34. Tout Israel qui était là autour s'enfuit au cri des mourants, en disant : Craignons que la terre ne nous engloutisse aussi *avec eux*.

35. En même temps le Seigneur fit sortir un feu qui tua les deux cent cinquante hommes qui offraient de l'encens.

36. Et le Seigneur parla à Moïse et lui dit :

37. Ordonnez au prêtre Eléazar, fils d'Aaron, de prendre les encensoirs qui sont demeurés au milieu de l'embrasement, et d'en jeter le feu de côté et d'autre, parce qu'ils ont été sanctifiés

38. Dans la mort des pécheurs : et après

---

32. *Et universa substantia eorum.* Uxores, filii, reliquique familiares peccati participes fuerant rebellibus consentientes, et illorum conatus probantes; ideoque Dominus eadem pœna eos involvit. Parvuli, qui per ætatem peccare non poterant, etiam ipsi absorpti sunt, ut in iis parentes punirentur a Deo, qui vitæ et mortis est Dominus. Si diutius vixissent, fortasse parentes fuissent imitati : et alioqui qui corporibus non pepercit, animis videtur pepercisse; nam per remedium legis naturæ ab originali expiatos fuisse credibile est; circumcisio enim in deserto non fuit usurpata.

33. *In infernum.* Proprie dictum, quo illos viventes adhuc pervenisse probabile est, licet oppositum sit probabilius. Itaque illud, *descenderunt vivi*, de actu inchoato accipiendum est, non de perfecto.— *Operti humo.* Terra, quæ discesserat, hiatum suum concludente.

35. *Egressus a Domino.* Ex altari holocaustorum, ex quo ignem petebant ad adolendum thymiama.— *Qui offerebant incensum.* Qui se comparabant ad offerendum.

37. *Sanctificata sunt.* Per contactum ignis sacri et thymiamatis. Vel sanctificata sunt, dum Deus in impios vindictam exercuit; hoc enim videtur significare quod additur, *in mortibus peccatorum.* Vel tandem sanctificata sunt, quia jussa offerri tabernaculo, et in eo asservari ad perpetuam rei memoriam.

38. *In mortibus peccatorum.* Per mortem, ut dixi, vel tempore quo peccatores extincti sunt.

Digitized by Google

qu'il les aura réduits en lames, qu'il les attache à l'autel, parce qu'on y a offert de l'encens au Seigneur et qu'ils ont été sanctifiés, afin qu'ils soient comme un signe et un monument *de la juste colère du Seigneur*, exposés sans cesse aux yeux des enfants d'Israël.

39. Le prêtre Eléazar prit donc les encensoirs d'airain dans lesquels ceux qui furent dévorés par l'embrasement avaient offert *de l'encens;* et les ayant fait réduire en lames, il les attacha à l'autel, *par-dessus celles dont il était déjà couvert.*

40. Pour servir à l'avenir d'un signe et d'un avertissement aux enfants d'Israël, afin que nul étranger ni aucun qui ne soit pas de la race d'Aaron, n'entreprenne de s'approcher du Seigneur pour lui offrir de l'encens, de peur qu'il ne souffre la même peine qu'à soufferte Coré et toute sa troupe, selon que le Seigneur l'avait prédit à Moïse.

producatque ea in laminas, et affigat altari, eo quod oblatum sit in eis incensum Domino, et sanctificata sint, ut cernant ea pro signo et monimento filii Israel.

39. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea, in quibus obtulerant hi quos incendium devoravit, et produxit ea in laminas, affigens altari:

40. Ut haberent postea filii Israel, quibus commonerentur, ne quis accedat alienigena, et qui non est de semine Aaron, ad offerendum incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, et omnis congregatio ejus, loquente Domino ad Moysen.

§ IV. *Nouveau murmure du peuple puni par un embrasement qui en consume quatorze mille sept cents. Aaron arrête ce fléau par sa prière.*

41. Le lendemain toute la multitude des enfants d'Israël, *au lieu de profiter d'un si grand exemple et d'être soumise à Dieu,* murmura contre Moïse et Aaron, en disant : Vous avez tué, vous autres, le peuple du Seigneur.

42. Et, comme la sédition se formait, et que le tumulte augmentait,

43. Moïse et Aaron s'enfuirent au tabernacle de l'alliance. Lorsqu'ils y furent entrés, la nuée les couvrit, et la gloire du Seigneur parut *devant tous.*

44. Et le Seigneur dit à Moïse :

45. Retirez-vous du milieu de cette multitude, je m'en vais les exterminer tous présentement. Alors *Moïse et Aaron* s'étant prosternés contre terre *pour apaiser la colère du Seigneur qui commençait à éclater,*

46. Moïse dit à Aaron : Prenez votre encensoir, mettez-y du feu de l'autel et l'encens dessus, et allez vite vers le peuple,

41. Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen et Aaron, dicens : Vos interfecistis populum Domini.

42. Cumque oriretur seditio, et tumultus increscerat (1),

43. Moyses et Aaron fugerunt ad tabernaculum fœderis. Quod, postquam ingressi sunt, operuit nubes, et apparuit gloria Domini (2).

44. Dixitque Dominus ad Moysen :

45. Recedite de medio hujus multitudinis, etiam nunc delebo eos. Cumque jacerent in terra,

46. Dixit Moyses ad Aaron : Tolle thuribulum, et hausto igne de altari, mitte incensum desuper,

(1) Rép. crit., tome I, page 100. — (2) Rép. crit., tome I, page 100.

---

39. *Affigens altari.* Holocaustorum.

45. *Cumque jacerent in terra.* Moses et Aaron supplicantes pro populo.

Digitized by Google

pergens cito ad populum ut roges pro eis : jam enim egressa est ira a Domino, et plaga desævit.

47. Quod cum fecisset Aaron : et cucurrisset ad mediam multitudinem, quam jam vastabat incendium, obtulit thymiama :

48. Et stans inter mortuos ac viventes, pro populo deprecatus est, et plaga cessavit.

49. Fuerunt autem qui percussi sunt, quatuordecim millia hominum, et septinginti, absque his qui perierant in seditione Core.

50. Reversusque est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postquam quievit interitus.

afin de prier pour lui : car la colère est déjà sortie *du trône* de Dieu, et la plaie commence à éclater *contre le peuple.*

47. Aaron fit ce que Moïse lui commandait; il courut au milieu du peuple que le feu embrasait déjà, il offrit l'encens,

48. Et, se tenant debout entre les morts et les vivants, il pria pour le peuple, et la plaie cessa.

49. Le nombre de ceux qui furent frappés de cette plaie fut de quatorze mille sept cents hommes, sans ceux qui étaient péris dans la sédition de Coré.

50. Et Aaron revint trouver Moïse à l'entrée du tabernacle de l'alliance, après que la mort se fut arrêtée.

CHAPITRE XVII.

La sacerdoce est confirmé à Aaron par le miracle de sa verge qui fleurit dans le tabernacle, et qui produit des amandes.

1. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Loquere ad filios Israel, et accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, a cunctis principibus tribuum, virgas duodecim, et uniuscujusque nomen superscribes virgæ suæ;

3. Nomen autem Aaron erit in tribu Levi, et una virga cunctas seorsum familias continebit :

4. Ponesque eas in tabernaculo fœderis coram testimonio, ubi loquar ad te;

5. Quem ex his elegero, germinabit virga ejus : et cohibebo a me querimonias filiorum Israel,

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse et lui dit : *Afin qu'on ne conteste plus le sacerdoce à Aaron, et qu'on soit assuré que c'est moi qui l'ai revêtu de cette dignité,*

2. Parlez aux enfants d'Israël, et prenez d'eux une verge pour la race de *chaque tribu,* douze verges pour tous les princes des tribus; et vous écrirez le nom de chaque prince sur sa verge.

3. Mais le nom d'Aaron sera sur *la verge* de la tribu de Lévi; et toutes les tribus seront écrites chacune séparément sur sa verge.

4. Vous mettrez ces verges dans le tabernacle de l'alliance, devant *l'arche du* témoignage, où je vous parlerai.

5. La verge de celui d'entre eux que j'aurai élu fleurira, et j'arrêterai ainsi les plaintes des enfants d'Israël, et les mur-

---

47. *Obtulit thymiama.* Licebat tantum offerre in tabernaculo in altari thymiamatis; sed extra illud obtulit, Mose ita ex divina inspiratione illi mandante.

CAP. XVII. 2. *Per cognationes.* Tribus. — *Uniuscujusque.* Principis in quaque tribu.

3. *In tribu Levi. In virga Levi,* ut est in hebræo.

4. *Coram testimonio.* Coram arca.

5. *Cohibebo a me.* Quiescere faciam.

Digitized by Google

mures qu'ils excitent contre vous : *car ils verront clairement alors que ce n'est pas vous qui vous êtes emparés du sacerdoce, mais que c'est moi qui vous en ai revêtus.*

6. Moïse parla donc aux enfants d'Israël; et tous les princes de chaque tribu ayant donné chacun leur verge, il s'en trouva douze sans la verge d'Aaron.

7. Moïse les ayant mises devant le Seigneur, dans le tabernacle du témoignage,

8. Trouva le jour suivant lorqu'il revint que la verge d'Aaron, qui était pour la famille de Lévi, avait fleuri, et qu'ayant poussé des boutons il en était sorti des fleurs, d'où, après que les feuilles s'étaient ouvertes, il s'était formé des amandes.

9. Moïse ayant donc pris toutes les verges de devant le Seigneur les porta à tous les enfants d'Israël; et chaque tribu vit et reçut sa verge.

10. Et le Seigneur dit à Moïse : Reportez la verge d'Aaron dans le tabernacle du témoignage, afin qu'elle y soit gardée pour mémoire de la rébellion des enfants d'Israël, et qu'ils cessent de former des plaintes contre moi, de peur qu'ils ne soient punis de mort.

11. Moïse fit ce que le Seigneur lui avait commandé.

12. Mais les enfants d'Israël, *effrayés de tout ce qui leur était arrivé*, dirent à Moïse : Vous voyez que nous sommes tous consumés, et que nous périssons tous.

13. Quiconque s'approche du tabernacle du Seigneur est frappé de mort. Serons-

quibus contra vos murmurant.

6. Locutusque est Moyses ad filios Israel : et dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus : fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron (1).

7. Quas cùm posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonii :

8. Sequenti die regressus invenit germinasse virgam Aaron in domo Levi : et turgentibus gemmis eruperant flores, qui, foliis dilatatis, in amygdalas deformati sunt.

9. Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israel : videruntque et receperunt singuli virgas suas.

10. Dixitque Dominus ad Moysen : Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonii, ut servetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, et quiescant querelæ eorum a me, ne moriantur.

11. Fecitque Moyses sicut præceperat Dominus :

12. Dixerunt autem filii Israel ad Moysen : Ecce consumpti sumus, omnes perivimus;

13. Quicumque accedit ad tabernaculum Domini, moritur;

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 335.

---

6. *Fueruntque virgæ duodecim absque virga Aaron.* Tribus, si numeres Levi, erant tredecim; nam tribus Joseph erat duplex, sive bipartita, Ephraim scilicet, et Manasse. Pro tribu Levi posita est virga Aaron, quæ fuit decima tertia.

8. *Virgam Aaron.* Qui erat primogenitus in domo, id est, tribu Levi. — *Et turgentibus gemmis.* Hebræa habent : *et ecce virga protulit germen, et floruit florem, et reddidit amygdalas.* Triplex fuit miraculum, quod scilicet arida virga gemmas protulerit, quod hæ conversæ statim sint in flores, et hi in fructus.

12. *Ecce consumpti sumus.* Multi absumpti sunt superioribus cladibus.

13. *Quicumque.* Non initiatus, et Deo non vocante. — *Num usque ad internecionem.* Novi istius signi occasione timuerant ne rursus in eos Dominus

Digitized by Google

num usque ad internecionem cuncti delendi sumus?

nous donc tous exterminés, sans qu'il en demeure un seul? *et ne nous apprendrez-vous point ce que nous devons faire pour éviter ce malheur?*

CHAPITRE XVIII.

§ I. *Dieu instruit Aaron des obligations de son ministère. Il règle les fonctions des prêtres et des lévites.*

1. Dixitque Dominus ad Aaron : Tu, et filii tui, et domus patris tui tecum, portabitis iniquitatem sanctuarii : et tu et filii tui simul sustinebitis peccata sacerdotii vestri;

1. Le Seigneur, *pour répondre à cette question que le peuple venait de faire à Moïse,* dit à Aaron : Vous serez responsables des fautes *que les enfants d'Israël* commettront contre le sanctuaire, *vous en serez responsables,* vous et vos fils, et la maison de votre père avec vous, et vous répondrez *aussi* des péchés de votre sacerdoce, vous et vos fils avec vous. *Veillez donc à vous acquitter dignement de vos fonctions; et comme vous ne pouvez suffire à tout,*

2. Sed et fratres tuos de tribu Levi, et sceptrum patris tui sume tecum, præstoque sint, et ministrent tibi : tu autem et filii tui ministrabitis in tabernaculo testimonii.

2. Prenez aussi avec vous vos frères de la tribu de Lévi, et toute la famille de votre père, et qu'ils vous assistent et vous servent *dans les fonctions que vous devez exercer hors du tabernacle :* mais vous et vos fils, vous exercerez *seuls* votre ministère dans le tabernacle du témoignage.

3. Excubabuntque levitæ ad præcepta tua, et ad cuncta opera tabernaculi : ita duntaxat, ut ad vasa sanctuarii et ad altare non accedant, ne et illi moriantur, et vos pereatis simul;

3. Les lévites seront toujours prêts à exécuter vos ordres pour tout ce qu'il y aura à faire dans le tabernacle, sans qu'ils s'approchent néanmoins ni des vases du sanctuaire ni de l'autel, de peur qu'ils ne meurent, et que vous ne périssiez aussi avec eux, *si vous le souffriez.*

4. Sint autem tecum, et excubent in custodiis tabernaculi, et

4. Qu'ils soient avec vous, et qu'ils veillent à la garde du tabernacle et à l'ac-

---

alia aliqua plaga desæviret. Optant ergo malum, si quod impendeat, precibus Mosis averti.

CAP. XVIII. 1. *Portabitis iniquitatem sanctuarii.* Dabitis pœnas, si quid peccabitur in ceremoniis, aut si quis externus vestra remissione, et negligentia sese sacris immiscuerit; nam vos confirmavi in sacerdotio, et miraculis vestram auctoritatem apud populum sancivi. Vestrum ergo est sacerdotii jura fortiter tueri.

2. *Sceptrum.* Tribum. Vide supra, c. 13. 12.

3. *Excubabuntque Levitæ.* Prompti alacresque, ut famuli qui heri jussa expectant, parati effecta dare. *Ad cuncta opera tabernaculi.* Ut custodiant, portent, cum moventur castra, etc. — *Ne et illi moriantur, et vos.* Illi, propter temerarium tactum sacrorum; vos, quia non prohibuistis.

Digitized by Google

complissement de toutes ces cérémonies. Nul étranger *qui n'est pas de la tribu de Lévi* ne se mêlera avec vous.

5. Veillez à la garde du sanctuaire, et *servez* au ministère de l'autel, de peur que *mon* indignation n'éclate contre les enfants d'Israël.

6. Je vous ai donné les lévites qui sont vos frères, en les séparant du milieu des enfants d'Israël, et j'en ai fait un don au Seigneur, afin qu'ils le servent dans le ministère de son tabernacle.

7. Mais pour vous, conservez votre sacerdoce, vous et vos fils; et que tout ce qui appartient au culte de l'autel, et qui est au dedans du voile, se fasse par le ministère des prêtres. Si quelque étranger *qui n'est point de la race sacerdotale*, s'en approche, il sera puni de mort.

in omnibus ceremoniis ejus. Alienigena non miscebitur vobis.

5. Excubate in custodia sanctuarii, et in ministerio altaris : ne oriatur indignatio super filios Israel.

6. Ego dedi vobis fratres vestros levitas de medio filiorum Israel, et tradidi donum Domino, ut serviant in ministeriis tabernaculi ejus.

7. Tu autem et filii tui custodite sacerdotium vestrum : et omnia quæ ad cultum altaris pertinent, et intra velum sunt, per sacerdotes administrabuntur; si quis externus accesserit, occidetur.

§ II. *Dieu assigne les prémices pour la subsistance des prêtres et de leurs familles. Il leur défend d'avoir d'autre part dans la terre des enfants d'Israël.*

8. Le Seigneur parla encore à Aaron *en ces termes :* Je vous ai donné la garde *et l'usage* des prémices qui me sont offertes. Je vous ai donné, à vous et à vos fils, pour les fonctions sacerdotales, tout ce qui m'est consacré par les enfants d'Israël; et cette loi sera observée à perpétuité.

9. Voici donc ce que vous prendrez des choses qui auront été sanctifiées et offertes au Seigneur, *et de quelle manière vous en devez user*. Toute oblation, tout sacrifice, et tout ce qui m'est offert pour le péché et pour l'offense, et qui devient *par là* une chose très-sainte, sera pour vous et pour vos fils.

10. Vous le mangerez dans le lieu saint;

8. Locutusque est Dominus ad Aaron : Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filiis Israel, tradidi tibi et filiis tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna.

9. Hæc ergo accipies de his, quæ sanctificantur et oblata sunt Domino. Omnis oblatio, et sacrificium, et quidquid pro peccato atque delicto redditur mihi, et cedit in Sancta sanctorum, tuum erit, et filiorum tuorum.

10. In sanctuario comedes il-

---

4. *Ceremoniis.* Ministrationibus religiosis. — *Alienigena.* Qui de alia tribu est.

5. *Indignatio super filios Israel.* Puniente Domino populum propter peccata sacerdotum, corpus pro capitibus.

7. *Intra velum.* Intra Sanctum, et intra Sanctum sanctorum.

* 8. *Custodiam.* Cum pleno jure utendi et consumendi. — *Primitiarum.* Oblationum. — *Quæ sanctificantur.* Quæ mihi segregantur et offeruntur. — *Legitima sempiterna.* Lex perpetua, dum Hebræorum hæc durabit respublica.

9. *Omnis oblatio.* Victimæ quælibet; et sacrificia ex legis præscripto oblata. — *In Sancta sanctorum.* Quod mihi offertur, et ideo est sanctissimum.

10. *In Sanctuario.* In atrio tabernaculi, juxta altare holocaustorum. — *Mares tantum edent ex eo.* Scilicet sacrificio pro peccato et delicto. Nam

Digitized by Google

lud : mares tantùm edent ex eo, quia consecratum est tibi.

11. Primitias autem, quas voverint et obtulerint filii Israel, tibi dedi, et filiis tuis, ac filiabus tuis, jure perpetuo; qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

12. Omnem medullam olei, et vini, ac frumenti, quidquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi.

13. Universa frugum initia, quas gignit humus, et Domino deportantur, cedent in usus tuos : qui mundus est in domo tua, vescetur eis.

14. Omne quod ex voto rediderint filii Israel, tuum erit.

15. Quidquid primùm erumpit e vulva cunctæ carnis, quam offerunt Domino, sive ex hominibus,

et il n'y aura que les mâles qui en mangeront, parce qu'il vous est destiné comme une chose consacrée.

11. Mais pour ce qui regarde les prémices que les enfants d'Israël m'offriront, ou après en avoir fait vœu, ou de leur propre mouvement, je vous les ai données et à vos fils et à vos filles, par un droit perpétuel : celui qui est pur dans votre maison en mangera, *jusqu'à l'esclave que vous avez acheté, et qui fait partie de votre famille.*

12. Je vous ai donné tout ce qu'il y a de plus excellent dans l'huile, dans le vin et dans le blé, tout ce qu'on offre de prémices au Seigneur.

13. Toutes les prémices des biens que la terre produit et qui sont présentées au Seigneur seront réservées pour votre usage : celui qui est pur en votre maison en mangera.

14. Tout ce que les enfants d'Israël me donneront pour s'acquitter de leurs vœux sera à vous.

15. Tout ce qui naît le premier de toute chair, soit des hommes ou des bêtes, et qui est offert au Seigneur, vous appartien-

---

ex hostia pacifica etiam feminæ comedebant, ut patet Levit. 10. 14; Deut, 12. 18, et c. 16. 11. — *Quia consecratum est tibi.* Tibi segregata erit, et ad te pertinebit.

11. *Primitias.* Oblationes.

12. *Medullam olei.* Quod pinguissimum et optimum est in frumento, vino, oleo. — *Primitiarum Domino.* Primitiæ distinguuntur a decimis : primitiæ enim sunt primi fructus; decimæ sunt decima pars fructuum : primitiæ immediate offeruntur Deo in gratiarum actionem pro frugibus terræ; decimæ proxime sacerdotibus dantur in stipendium ministerii eorum, ut illi sustententur. Porro quadruplices primitias pendebant Hebræi : 1. spicarum, die secunda azymorum, Lev. 23, 10 et 11; — 2. panum in Pentecoste, Lev. 23, 17; — 3. panum, quos hebdomadatim pinsebant, Num. 15, 21; — 4. in mense septimo in festo Tabernaculorum collectis omnibus frugibus tam ex messe quam ex uvis eorum omnium primitias dabant, et hæ quarti hujus generis intelliguntur in Scriptura, cum fit mentio primitiarum. Primitiarum vero quantitas quæ dabatur erat pars fructuum media inter 40 et 60, intra quam latitudinem quisque dabat quod volebat. Qui minimum dabat sexagesimam partem, qui plurimum, quadragesimam.

13. *Frugum initia.* Primitias. — *Qui mundus est... vescetur.* Si videlicet aliquid ex hisce primitiis fuerit Deo immolatum et sacrificatum : nam alias si soli sacerdoti fuissent oblatæ, poterant a quibusvis etiam immundis absumi.

14. *Omne quod ex voto rediderint.* Si scilicet voverint illud non ad immolationem, sed tantum ad oblationem.

15. *Quidquid primum erumpit.* Primogenita animalium. — *Immundum*

Digitized by Google

dra: en sorte néanmoins que vous recevrez le prix pour le premier-né de l'homme, et que vous ferez racheter tous les animaux qui sont impurs,

16. Lesquels *on rachètera huit jours après leur naissance, au lieu que les premiers-nés de l'homme* se rachèteront, un mois après, cinq sicles d'argent, au poids du sanctuaire. Le sicle a vingt oboles.

17. Mais vous ne ferez point racheter les premiers-nés du bœuf, de la brebis et de la chèvre parce qu'ils sont sanctifiés *et consacrés* au Seigneur. Vous en répandrez seulement le sang sur l'autel, et vous en ferez brûler la graisse, comme une oblation d'une odeur très-agréable au Seigneur.

18. Mais leur chair sera réservée pour votre usage : elle sera à vous, de même que la poitrine qui est consacrée, et l'épaule droite *qui vous est destinée.*

19. Je vous ai donné, à vous, à vos fils et à vos filles, par un droit perpétuel, toutes les prémices du sanctuaire, que les enfants d'Israël offrent au Seigneur : c'est un pacte de sel, *un pacte inviolable qui doit durer* à perpétuité devant le Seigneur pour vous et pour vos enfants.

20. Le Seigneur dit encore à Aaron: Vous ne posséderez rien dans la terre des enfants d'Israël, *comme votre héritage particulier*, et vous ne la partagerez point avec eux. C'est moi qui suis votre part et votre héritage au milieu des enfants d'Israël.

sive de pecoribus fuerit, tui juris erit : ita duntaxat, ut pro hominis primogenito pretium accipias, et omne animal quod immundum est, redimi facias,

16. Cujus redemptio erit post unum mensem siclis argenti quinque, pondere sanctuarii. Siclus viginti obolos habet.

17. Primogenitum autem bovis et ovis et capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino; sanguinem tantùm eorum fundes super altare et adipes adolebis in suavissimum odorem Domino.

18. Carnes verò in usum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, et armus dexter, tua erunt.

19. Omnes primitias sanctuarii, quas offerunt filii Israel Domino, tibi dedi, et filiis ac filiabus tuis, jure perpetuo. Pactum salis est sempiternum coram Domino, tibi ac filiis tuis.

20. Dixitque Dominus ad Aaron : In terra eorum nihil possidebitis, nec habebitis partem inter eos : ego pars et hæreditas tua in medio filiorum Israel.

---

est. Non secundum speciem, ut equus, aut mulus; sed per accidens, ut ovis clauda, aut cæca.

16. *Cujus redemptio.* Hominis scilicet, non reliquorum animantium. — *Post unum mensem.* Poterat ergo infans primogenitus redimi ante matris purificationem, quæ 40 die fiebat : communiter tamen matres expectabant suam purificationem, quod B. Virgo fecit, consuetudinem secuta.

17. *Sanctificata sunt.* Apta ad sacrificium, ac proinde immolanda.

18. *Sicut pectusculum consecratum.* Sicut pectusculum et armus dexter ex hostia pacifica ita tuus est, ut quivis mundus ex tua familia ex iis edere possit, ita erunt tuæ hæ carnes primogenitorum mihi immolatorum, ut a quovis mundo tuæ familiæ comedi possint.

19. *Pactum salis.* Pactum sempiternum et incorruptum; sumpta metaphora ab incorruptibilitate quam sal rebus communicat, quibus aspergitur.

20. *In terra eorum.* Hebræorum fratrum vestrorum. — *Partem.* Hæreditatis, scilicet agros, vineas, prata, etc. — *Ego pars et hæreditas tua.* Id est, ut explicatur Josue 13, 14, sacrificia, victimæ, et oblationes, quæ mihi offerruntur, sunt tua hæreditas; hæc tibi abunde sufficiet.

Digitized by Google

§ III. *Dieu donne aux lévites toutes les dîmes d'Israël. Il leur défend de posséder aucune autre chose. Il leur ordonne d'en offrir les prémices au Seigneur et de lui offrir toujours ce qu'ils auront de meilleur.*

21. Filiis autem Levi dedi omnes decimas Israelis in possessionem, pro ministerio quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis :

22. Ut non accedant ultra filii Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferum,

23. Solis filiis Levi mihi in tabernaculo servientibus, et portantibus peccata populi; legitimum sempiternum erit in generationibus vestris. Nihil aliud possidebunt,

24. Decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum et necessaria separavi.

25. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

26. Præcipe levitis, atque denuntia : cùm acceperitis a filiis Israel decimas, quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est, decimam partem decimæ,

27. Ut reputetur vobis in oblationem primitivorum, tam de areis quàm de torcularibus :

21. Pour ce qui regarde les enfants de Lévi, je leur ai donné en propre toutes les dîmes d'Israël, pour les services qu'ils me rendent dans leur ministère au tabernacle de l'alliance, *auquel je les ai consacrés*,

22. Afin que les enfants d'Israël, *me présentant leurs dons par leurs mains*, n'approchent plus à l'avenir du tabernacle, et qu'ils ne commettent point un péché qui leur cause la mort;

23. Mais que les seuls fils de Lévi me rendent service dans le tabernacle, et qu'ils portent les péchés du peuple *pour les expier*. Cette loi sera observée à perpétuité dans toute votre postérité. Les lévites ne posséderont rien autre chose ;

24. Et ils se contenteront des oblations des dîmes que j'ai séparées pour leur usage, et pour tout ce qui leur est nécessaire.

25. Le Seigneur parla aussi à Moïse, et lui dit :

26. Ordonnez et déclarez *ceci* aux lévites: Lorsque vous aurez reçu des enfants d'Israël les dîmes que je vous ai données, offrez-en les prémices au Seigneur, c'est-à-dire la dixième partie de la dîme *que vous aurez reçue du peuple*.

27. Afin que cela vous tienne lieu de l'oblation des prémices *que vous seriez obligés de faire*, tant des grains de la terre que du vin, *si vous aviez des terres et des vignes en propre*.

---

21. *Filiis autem Levi.* Levitis tantum, non sacerdotibus decimæ solvebantur : levitæ vero rursus ex iis dabant decimas sacerdotibus. Vide Nehem. c. 10, 37 et 38.

22. *Nec committant peccatum mortiferum.* Quod sit illis causa mortis tam præsentis quam æternæ.

23. *Portantibus peccata populi.* Est idem loci hujus sensus, quem supra, n. 1, in simili habuimus; ut si quid ab aliquo de populo committatur temere sese in levitarum munia ingerente, vel vasa sacra tangente, vel in atrium sanctum ingrediente; id non toti populo, sed levitis a Deo ad pœnam imputetur, quibus ex officio incumbit ad hæc advigilare, et cæteros arcere.

26. *Primitias earum.* Decimas earum, hæ cedebant sacerdotibus, ut dixi n. 21.

27. *Ut reputetur vobis.* Hoc pacto solvetis etiam vos decimas eo modo quo poteritis, critque perinde ac si de areis, etc., offerretis, si eas haberetis.

Digitized by Google

28. Et offrez au Seigneur les prémices de toutes les choses que vous aurez reçues, et donnez-les au grand-prêtre Aaron.

29. Tout ce que vous offrirez des dîmes et que vous mettrez à part pour être offert en don au Seigneur, sera toujours le meilleur et le plus excellent.

30. Vous leur direz encore : Si vous offrez ce qu'il y aura dans les dîmes de plus précieux et de meilleur, il sera considéré comme les prémices que vous auriez données de *vos* grains et de *votre* vin.

31. Et vous mangerez de ces dîmes, vous et vos familles, dans tous les lieux où vous habiterez, parce que c'est le prix du service que vous rendrez au tabernacle du témoignage.

32. Vous prendrez donc garde de ne pas tomber dans le péché, en réservant pour vous ce qu'il y aura de meilleur et de plus gras, de peur que, *par cette injure que vous feriez à Dieu*, vous ne souilliez les oblations des enfants d'Israël, et que vous ne soyez punis de mort.

28. Et universis quorum accipitis primitias, offerte Domino, et date Aaron sacerdoti.

29. Omnia quæ offeretis ex decimis, et in donaria Domini separabitis, optima et electa erunt.

30. Dicesque ad eos : Si præclara et meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area et torculari dederitis primitias :

31. Et comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quàm familiæ vestræ : quia pretium est pro ministerio, quo servitis in tabernaculo testimonii.

32. Et non peccabitis super hoc, egregia vobis et pinguia reservantes, ne polluatis oblationes filiorum Israel, et moriamini.

CHAPITRE XIX.

§ I. *Sacrifice de la vache rousse. Manière de préparer l'eau d'expiation avec les cendres de cette vache* (1).

1. Le Seigneur parla encore à Moïse et à Aaron, et leur dit :

2. Voici la cérémonie de la victime qui a été ordonnée par le Seigneur *pour l'expiation des péchés :* Commandez aux enfants d'Israël de vous amener une vache

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens :

2. Ista est religio victimæ quam constituit Dominus. Præcipe filiis Israel, ut adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nul-

(1) Bible vengée, note X.

---

28. *Quorum accipitis primitias.* Decimas. — *Date Aaron sacerdoti.* Ut ille ea inter sacerdotes distribuat.

31. *Comedetis eas in omnibus locis vestris.* Ubicumque locorum habitabitis. Hoc dicitur, quia quædam, quæ sacerdotibus proveniebant, in atrio sancto erant ab illis absumenda, ut dictum est hoc capite, n. 10. — *Pretium est pro ministerio.* Stipendium sustentationis.

32. *Ne polluatis oblationes filiorum Israel.* Quod faceretis, si dantibus illis optima, vos daretis deterrima. — *Et moriamini.* Iram meam provocantes.

CAP. XIX. 2. *Ista est religio.* Lex ceremonialis. — *Victimæ.* Expiatricis ex cujus cineribus fiat aqua lustrationis. — *Rufam.* Cur vacca hæc rufa potius esse debuerit quam alterius coloris, ne Salomoni quidem patuisse dicunt Hebræi. — *Ætatis integræ.* Perfectæ. — *Nulla sit macula.* Non coloris, sed deformitatis; non sit clauda, non cæca, non scabiosa, etc. Vide Le-

Digitized by Google

la sit macula, nec portaverint jugum :

3. Tradetisque eam Eleazaro sacerdoti; qui eductam extra castra, immolabit in conspectu omnium :

4. Et tingens digitum in sanguine ejus, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus,

5. Comburetque eam cunctis videntibus, tam pelle et carnibus ejus quàm sanguine et fimo flammæ traditis.

6. Lignum quoque cedrinum, et hyssopum coccumque bis tinctum sacerdos mittet in flammam, quæ vaccam vorat.

7. Et tunc demum, lotis vestibus et corpore suo, ingredietur in castra, commaculatusque erit usque ad vesperum.

8. Sed et ille qui combusserit eam, lavabit vestimenta sua et corpus, et immundus erit usque ad vesperum.

9. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, et effundet eos extra castra in loco purissimo, ut sint multitudini filiorum Israel in custodiam, et in aquam aspersionis : quia pro peccato vacca combusta est.

rousse qui soit dans la force de son âge, et sans tache, *c'est-à-dire sans défaut*, et qui n'ait point porté le joug :

3. Et vous la donnerez au prêtre Eléazar qui l'ayant menée hors du camp, l'immolera devant tout le peuple :

4. Et trempant son doigt dans le sang de cette vache, il en fera sept fois les aspersions, *en se tournant* vers la porte du tabernacle,

5. Et il la brûlera à la vue de tous, en consumant par la flamme, tant la peau et la chair, que le sang et les excréments de l'hostie.

6. Le prêtre jettera aussi dans le feu qui brûle la vache, du bois de cèdre, de l'hysope, et de l'écarlate teinte deux fois.

7. Et enfin, après avoir lavé ses vêtements et son corps, il reviendra au camp, et il sera impur *et séparé des choses saintes* jusqu'au soir.

8. Celui qui aura brûlé la vache lavera aussi ses vêtements et son corps, et il sera impur jusqu'au soir.

9. Un homme qui sera pur recueillera les cendres de la vache, et les mettra hors du camp en un lieu très-pur, afin qu'elles soient gardées avec soin par tous les enfants d'Israël, et qu'elles leur servent à faire une eau d'aspersion, parce que la vache a été brûlée pour le péché.

---

vit. 22. 22. — *Nec portaverit jugum.* Neque enim decet serviisse homini victimam hanc quæ serviet Deo ad hominum expiationem.

3. *Tradetisque eam Eleazaro.* Quia hæc victima non erat solemnis et festiva, ut illam Aaron immolaret; sed lugubris, et lustralis : eam immolare jubetur Eleazarus sacerdos. — *Extra castra immolabit.* Quia erat immolanda pro peccatis totius populi; quare ipsa (ut quæ totius populi in se susciperet peccata) valde immunda censebatur, et sacerdos qui illam immolabat, et is qui eam cremabat, pariter immundi erant usque ad vesperam.

4. *Contra fores tabernaculi.* Obversus ad eas, quamvis e longinquo; quippe qui erat extra castra.

5. *Comburetque eam.* Non per se, sed per alium, ut patet n. 8.

6. *Lignum quoque cedrinum et hyssopum.* Vide dicta Levitici c. 14. 6.

7. *Commaculatusque.* Immundus legaliter.

9. *In custodiam.* Diligenter custodiantur cineres a filiis Israel.—*In aquam aspersionis.* Qua aspersi a legali immunditia expientur. * Aqua cineri mixta ostendit homini ex quibus rebus constet, et optima ad purgationem præparatio sui ipsius cognitio est. — *Pro peccato vacca combusta est.* Ut sit victima expiatrix peccati.

Digitized by Google

10. Et lorsque celui qui aura porté les cendres de la vache aura lavé ses vêtements, il sera impur jusqu'au soir. Cette ordonnance sera sainte et inviolable par un droit perpétuel *qui sera observé* par les enfants d'Israël et par les étrangers qui habitent parmi eux.

10. Cùmque laverit, qui vaccæ portaverat cineres, vestimenta sua, immundus erit usque ad vesperum. Habebunt hoc filii Israel et advenæ, qui habitant inter eos, sanctum jure perpetuo.

§ II. *Manière de se servir de l'eau d'expiation pour se purifier des souillures légales, et particulièrement de celles qu'on a contractées par l'attouchement, ou par l'approche du corps d'un homme mort.*

11. Celui qui, pour avoir touché le corps mort d'un homme, en demeurera impur pendant sept jours,

12. Recevra l'aspersion de cette eau le troisième et le septième jour, et il sera ainsi purifié. Que s'il ne reçoit point cette aspersion le troisième jour, il ne pourra être purifié le septième, *et il demeurera impur durant sept autres jours.*

13. Quiconque ayant touché le corps mort d'un homme n'aura point reçu l'aspersion de cette eau ainsi mêlée, souillera le tabernacle du Seigneur, *s'il est assez hardi pour s'en approcher*, et il périra du milieu d'Israël, il sera impur, parce qu'il n'a point été purifié par l'eau d'expiation, et son impureté demeurera sur lui *et le fera périr.*

14. Voici la loi pour un homme qui meurt dans sa tente : Tous ceux qui seront entrés dans sa tente, et tous les vases qui s'y trouveront seront impurs pendant sept jours.

15. Le vaisseau qui n'aura point de couvercle, ou qui ne sera point lié par-dessus, sera impur, *aussi bien que tout ce qu'il contient.*

11. Qui tetigerit cadaver hominis, et propter hoc septem diebus fuerit immundus :

12. Aspergetur ex hac aqua die tertio et septimo, et sic mundabitur. Si die tertio aspersus non fuerit, septimo non poterit emundari.

13. Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinum, et asper sus hâc commistione non fuerit, polluet tabernaculum Domini, et peribit ex Israel : quia aquâ expiationis non est aspersus, immundus erit, et manebit spurcitia ejus super eum.

14. Ista est lex hominis qui moritur in tabernaculo : Omnes qui ingrediuntur tentorium illius, et universa vasa quæ ibi sunt, polluta erunt septem diebus.

15. Vas, quod non habuerit operculum, nec ligaturam desuper, immundum erit.

---

10. *Sanctum jure perpetuo.* Firmum et inviolabile.

11. *Qui tetigerit cadaver hominis.* Aliqui putant aquam hanc lustralem institutam fuisse tantum ad expiandam immunditiam contractam ex contactu mortui : alii censent fuisse communem omnium legalium immunditiarum expiationem.

* 12. *Si die tertio.* Si non fuerit aspersus tertio die, poterit aspergi quarto, vel quinto, et septimo ab illo die emundari.

13. *Morticinum.* Cadaver. — *Hac commistione.* Hac aqua quæ commista est cineribus vitulæ. — *Polluet tabernaculum.* Violabit locum sanctum.

14. *In tabernaculo.* Domi, ut vertunt LXX. — *Et universa vasa quæ ibi sunt.* Tota supellex domestica.

15. *Vas quod non habuerit operculum.* Non est hæc lex generalis, sed tantum sermo est de funeribus. Vasa ergo quæ sunt in tabernaculo de-

Digitized by Google

16. Si quis in agro tetigerit cadaver occisi hominis, aut per se mortui, sive os illius, vel sepulcrum, immundus erit septem diebus.

17. Tollentque de cineribus combustionis atque peccati, et mittent aquas vivas super eos in vas;

18. In quibus cùm homo mundus tinxerit hyssopum, asperget ex eo omne tentorium, et cunctam suppellectilem, et homines hujuscemodi contagione pollutos :

19. Atque hoc modo mundus lustrabit immundum tertio et septimo die; expiatusque die septimo, lavabit et se et vestimenta sua, et immundus erit usque ad vesperum.

20. Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, peribit anima illius de medio ecclesiæ : quia sanctuarium Domini polluit, et non est aquâ lustrationis aspersus;

21. Erit hoc præceptum legitimum sempiternum. Ipse quoque qui aspergit aquas, lavabit vestimenta sua. Omnis, qui tetigerit aquas expiationis, immundus erit usque ad vesperum.

22. Quidquid tetigerit immundus, immundum faciet : et anima, quæ horum quippiam tetigerit, immunda erit usque ad vesperum.

16. Si quelqu'un touche dans un champ le corps d'un homme qui aura été tué, ou qui sera mort de lui-même, ou s'il en touche un os, ou le sépulcre, il sera impur pendant sept jours.

17. Ils prendront des cendres de la vache brûlée pour le péché, et ils mettront de l'eau vive par-dessus ces cendres, dans un vaisseau,

18. Et un homme pur y ayant trempé de l'hysope, il en fera les aspersions sur toute la tente, sur tous les meubles, et sur toutes les personnes qui auront été souillées par cette sorte d'impureté;

19. Et ainsi le pur purifiera l'impur le troisième et le septième jour; et celui qui aura été purifié de la sorte le septième jour se lavera lui-même et ses vêtements, et il sera pur jusqu'au soir.

20. Si quelqu'un n'est point purifié en cette manière, il périra du milieu de l'assemblée, parce qu'il a souillé le sanctuaire du Seigneur, et que l'eau d'expiation n'a point été répandue sur lui.

53. *Juxta numerum vocabulorum.* Id est, familiarum, quæ vocabulis distinguuntur. * Vel significatur nomina familiarum in schedis, et terrarum nomina pariter in schedis fuisse descripta, et sorte rem peractam, duabus schedis simul extractis.

Digitized by Google

partie à ceux qui sont en plus grand nombre, et une moindre à ceux qui seront en plus petit nombre : et l'héritage sera donné à chacun selon le dénombrement qui vient d'être fait :

55. Mais en sorte que la terre soit partagée *en douze lots qui seront distribués* au sort entre les tribus et les familles.

56. Et tout ce qui sera échu par le sort sera le partage ou du plus grand nombre, ou du plus petit nombre.

dabis, et paucioribus minorem : singulis, sicut nunc recensiti sunt, tradetur possessio :

55. Ita duntaxat ut sors terram tribubus dividat et familiis.

56. Quidquid sorte contigerit, hoc vel plures accipiat, vel pauciores.

§ III. *Dénombrement des enfants de Lévi distingués par familles. Nul de ceux qui avaient été compris dans les premiers dénombrements ne se trouve dans celui-ci, excepté Caleb et Josué.*

57. Voici aussi le nombre des fils de Lévi, distingués par familles : Gerson, chef de la famille des Gersonites; Caath, chef de la famille des Caathites; Mérari, chef de la famille des Mérarites.

58. Voici les *principales* familles de Lévi, *descendant de ses trois fils;* la famille de Lobni, *descendant de Gerson;* la famille d'Hébroni, *descendant de Caath;* la famille de Moholi, *et* la famille de Musi, *descendant l'un et l'autre de Mérari;* la famille de Coré, *descendant encore de Caath par Isaar;* mais Caath, *outre Isaar et Hébroni,* engendra *encore* Amram,

59. Qui eut pour femme Jochabed, *petite-fille* de Lévi, qui lui naquit en Egypte. Jochabed eut d'Amran, son mari, *deux* fils, Aaron et Moïse, et Marie leur sœur.

60. Aaron eut pour fils Nadab et Abiu, Eléazar et Ithamar.

61. Nadab et Abiu ayant offert un feu étranger devant le Seigneur furent punis de mort.

57. Hic quoque est numerus filiorum Levi per familias suas : Gerson a quo familia Gersonitarum : Caath, a quo familia Caathitarum : Merari, a quo familia Meraritarum :

58. Hæ sunt familiæ Levi : Familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi, familia Musi, familia Core. At vero Caath genuit Amram,

59. Qui habuit uxorem Jochabed filiam Levi, quæ nata est ei in Ægypto; hæc genuit Amram viro suo filios, Aaron et Moysen, et Mariam sororem eorum.

60. De Aaron orti sunt Nadab et Abiu, et Eleazar et Ithamar :

61. Quorum Nadab et Abiu mortui sunt, cum obtulissent ignem alienum coram Domino.

---

54. *Singulis.* Tum hominibus, tum tribubus, tum familiis, tum potius capitibus familiarum, ut ipsi ulterius in singulos suæ familiæ sortem acceptam dividant.

* 55. *Ita duntaxat.* Portiones regionis quæ cuique tribui dabuntur, sorte illis obveniant. Post hanc autem sortitionem addatur vel detrahatur de illa portione pro numero bellatorum cujusque tribus.

57. *Numerus filiorum Levi.* Quinque tantum præcipuæ familiæ Levi numerantur, cum omnes fuerint octo, ut patet Exod. 6. 17, 18, 19, et 1. Paral. 23. 6. Hic enim familiæ Levi ex professo non numerantur ut cæteræ, eo quod non essent accepturæ sortem cum aliis tribubus, ut dicitur n. 62.

Digitized by Google

62. Fuerunt que omnes qui numerati sunt, viginti tria millia generis masculini, ab uno mense et supra, quia non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est.

63. Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt a Moyse et Eleazaro sacerdote, in campestribus Moab supra Jordanem contra Jericho;

64. Inter quos, nullus fuit eorum qui ante numerati sunt a Moyse et Aaron in deserto Sinai.

65. Prædixerat enim Dominus, quod omnes morerentur in solitudine. Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb filius Jephone, et Josue filius Nun.

62. Et tous ceux qui furent comptés *de la famille de Lévi* se trouvèrent au nombre de vingt-trois mille hommes, depuis un mois et au-dessus. *On les compta ainsi,* parce qu'on n'en fit point le dénombrement entre les enfants d'Israël, et qu'on ne leur donna point d'héritage avec les autres.

63. C'est là le nombre des enfants d'Israël qui furent comptés par Moïse et par Eléazar, grand prêtre, dans la plaine de Moab, le long du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho;

64. Entre lesquels il ne s'en trouva aucun de ceux qui avaient été comptés auparavant par Moïse et par Aaron dans le désert de Sinaï.

65. Car le Seigneur avait prédit qu'ils mourraient tous dans le désert. C'est pourquoi il n'en demeura pas un seul, hors Caleb, fils de Jéphoné, et Josué, fils de Nun.

CHAPITRE XXVII.

§ I. *Les filles de Salphaad demandent l'héritage qu'aurait eu leur père. Le Seigneur leur accorde leur demande, et ordonne que dans Israël, les filles, au défaut des garçons, hériteront du bien de leur père.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Accesserunt autem filiæ Salphaad, filii Hepher, filii Galaad, filii Machir, filii Manasse, qui fuit filius Joseph : quarum sunt nomina, Maala, et Noa, et Hegla, et Melcha, et Thersa,

2. Steteruntque coram Moyse et Eleazaro sacerdote, et cunctis principibus populi, ad ostium tabernaculi fœderis, atque dixerunt :

1. Or les filles de Salphaad, fils d'Hépher, fils de Galaad, fils de Machir, fils de Manassé qui fut fils de Joseph, dont les noms sont Maala, Noa, Hegla, Melcha et Thersa,

2. Se présentèrent à Moïse, à Eléazar, grand prêtre, et à tous les princes du peuple, à l'entrée du tabernacle de l'alliance et elles dirent :

---

62. *Omnes.* Levitæ. — *Ab uno mense.* Ex eo quod jusserat Dominus, c. 3. 41 et 43, commutari primogenitos Hebræorum in levitas unius mensis, et supra, idque ad paucitatem levitarum multitudini primogenitorum adæquandam, et simul ad dignitatem levitarum declarandam; hac de causa jubet hic eos rursum numerari ab uno mense et supra tanquam suos, utpote qui olim eadem ætate servierant redemptioni primogenitorum.

65. *Nullusque remansit ex eis, nisi Caleb.* Excipe levitas; nam ex eis supererat Moses, Eleazar, Ithamar, et fortasse multi alii qui numerati fuerant in Sina.

CAP. XXVII. 2. *Ad ostium tabernaculi.* Quia juxta ostium tabernaculi erat

Digitized by Google

3. Notre père est mort dans le désert : il n'avait point eu de part à la sédition qui fut excitée par Coré contre le Seigneur; mais il est mort dans son péché, *comme les autres qui avaient murmuré*, et il n'a point eu d'enfants mâles. Pourquoi donc son nom périra-t-il de sa famille, parce qu'il n'a point eu de fils? Donnez-nous un héritage entre les parents de notre père, *afin que celui qui nous épousera fasse revivre le nom de notre père dans les enfants que nous aurons.*

4. Moïse rapporta leur affaire au jugement du Seigneur,

5. Qui lui dit :

6. Les filles de Salphaad demandent une chose juste. Donnez-leur des terres à posséder entre les parents de leur père, et qu'elles lui succèdent comme ses héritières, *en recevant la part qui lui serait échue s'il vivait encore.*

7. Et, *afin que cela soit réglé pour toujours*, voici ce que vous direz aux enfants d'Israël :

8. Lorsqu'un homme sera mort sans avoir de fils, son bien passera à sa fille qui en héritera.

9. S'il n'a point de fille, il aura ses frères pour héritiers;

10. Que s'il n'a pas de frères, vous donnerez sa succession aux frères de son père;

11. Et s'il n'a point non plus d'oncles paternels, sa succession sera donnée à ses plus proches. Cette loi sera gardée inviolablement à perpétuité par les enfants d'Israël, selon que le Seigneur l'a ordonné à Moïse.

3. Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione, quæ concitata est contra Dominum sub Core, sed in peccato suo mortuus est : hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia sua, quia non habuit filium? Date nobis possessionem inter cognatos patris nostri.

4. Retulitque Moyses causam earum ad judicium Domini.

5. Qui dixit ad eum :

6. Justam rem postulant filiæ Salphaad : da eis possessionem inter cognatos patris sui, et ei in hæreditatem succedant.

7. Ad filios autem Israel loqueris hæc :

8. Homo cum mortuus fuerit absque filio, ad filiam ejus transibit hæreditas;

9. Si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos;

10. Quod si et fratres non fuerint, dabitis hæreditatem fratribus patris ejus;

11. Sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi sunt; eritque hoc filiis Israel sanctum lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi.

---

tentorium Mosis, atque ad illud, vel certe ad vicinum atrium tabernaculi conveniebant seniores populi convocati a Mose ad concilium.

3. *Pater noster..... in peccato suo mortuus.* Scilicet ob peccatum murmuris tempore exploratorum, quod peccatum fuit commune totius populi. Omnes enim a vigesimo anno et supra ob hoc peccatum mortui sunt in deserto. — *Cur tollitur nomen illius?* Cur extinguitur familia, et nomen ejus? — *Date nobis possessionem.* Nam ex filiis nostris aliquis nomen illius tuebitur, et de familia Salphaad vocabitur, atque ita per lineam femininam nomen illius propagabitur.

4. *Retulitque Moyses causam earum ad judicium Domini.* Consuluit Dominum super hac re.

6. *Da eis possessionem.* Jube eis dari, cum populus ingressus fuerit Chanaan.

11. *Iis qui ei proximi sunt.* Masculi scilicet.

Digitized by Google

§ II. *Le Seigneur ordonne à Moïse de monter sur le mont Abarim, et de considérer de là la terre de Chanaan. Il l'avertit qu'après cela il mourra aussi bien qu'Aaron, parce qu'ils l'ont tous deux offensé. Moïse prie Dieu de donner un chef à son peuple.*

12. Dixit quoque Dominus ad Moysen : Ascende in montem istum Abarim, et contemplare inde terram, quam daturus sum filiis Israel :

13. Cumque videris eam, ibis et tu ad populum tuum, sicut ivit frater tuus Aaron ;

14. Quia offendistis me in deserto Sin, in contradictione multitudinis, nec sanctificare me voluistis coram ea super aquas ; hæ sunt aquæ Contradictionis in Cades deserti Sin.

15. Cui respondit Moyses :

16. Provideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem, qui sit super multitudinem hanc :

17. Et possit exire et intrare ante eos, et educere eos vel introducere, ne sit populus Domini sicut oves absque pastore.

12. Le Seigneur dit aussi à Moïse : Montez sur cette montagne d'Abarim, et considérez de là le pays que je dois donner aux enfants d'Israël;

13. Et après que vous l'aurez regardé, vous irez aussi à votre peuple, comme Aaron votre frère y est allé ;

14. Parce que vous m'avez offensé tous deux dans le désert de Sin, au *temps* de la contradiction du peuple, et que vous n'avez point voulu rendre gloire à ma puissance *et* à ma sainteté devant Israël, au sujet des eaux, de ces eaux de la Contradiction, *que je fis sortir quand vous étiez* à Cadès au désert de Sin, *et que vous frappâtes deux fois le rocher, au lieu de lui parler simplement, comme je vous l'avais ordonné.*

15. Moïse lui répondit : *Je me soumets à ce que vous ordonnez ;*

16. *Mais* que le Seigneur, le Dieu des esprits de tous les hommes, *qui connaît leurs dispositions les plus intérieures,* choisisse lui-même un homme qui veille *en ma place* sur tout ce peuple ;

17. Qui puisse marcher devant eux et les conduire ; qui les mène et les ramène, de peur que le peuple du Seigneur ne soit comme des brebis sans pasteur.

---

12. *In montem istum.* Ut ex eo videas terram promissam; tum ut in eo moriaris. — *Abarim.* Mons hic Abarim saltem secundum diversas partes et juga, diversa habebat nomina ; nam vocatur Phasga, Phogor, excelsa Baal, Nebo : in Nebo enim dicitur mortuus esse Moses, Deut. c. ult. n. 1. Voluit enim Deus Mosen mori in monte, non in castris, ne Hebræi ad idololatriam proni ejus corpus quasi numen colerent. — *Contemplare inde terram.* Ut saltem aliqua voluptate fruaris in visione terræ, quam tantopere ingredi optasti, et petiisti. Vide Deut. 3. 24 et 25.

13. *Ibis et tu ad populum.* Morieris in Moab, et ibis ad limbum patrum.

16. *Dominus Deus spirituum.* Qui spiritus et corda hominum novit, et scit ad quæ quis aptus sit, quis tantæ gubernationis molem subire et sustinere possit.

17. *Possit exire et intrare ante eos.* Esse dux et ductor eorum in omni opere tam bellico quam civili. Est metaphora sumpta a pastoribus educentibus gregem. Hi enim ante eum exeunt et intrant, atque ita eum pascunt et regunt.

Digitized by Google

§ III. *Le Seigneur ordonne à Moïse de prendre Josué, et de le présenter à tout le peuple comme le chef qu'il lui a destiné. Moïse obéit et impose les mains à Josué.*

18. Le Seigneur lui dit : Prenez Josué, fils de Nun, cette homme en qui l'esprit *de sagesse* réside, et imposez-lui les mains,

19. En le présentant devant le grand prêtre Eléazar, et devant tout le peuple,

20. Donnez-lui des préceptes à la vue de tous, et une partie de votre gloire *et de votre autorité*, afin que toute l'assemblée des enfants d'Israël l'écoute *et lui obéisse, comme à celui que j'ai choisi pour les conduire et les gouverner selon mes ordres.*

21. C'est pour cela que lorsqu'il faudra entreprendre quelque chose, le grand prêtre Eléazar consultera le Seigneur. Et selon la réponse d'Eléazar, Josué fera toute chose, et avec lui tous les enfants d'Israël, et le reste du peuple.

22. Moïse fit donc ce que le Seigneur lui avait ordonné. Et ayant pris Josué, il le présenta devant le grand prêtre Eléazar, et devant toute l'assemblée du peuple;

23. Et après lui avoir imposé les mains sur la tête, il lui déclara ce que le Seigneur avait commandé.

18. Dixitque Dominus ad eum : Tolle Josue filium Nun, virum in quo est spiritus, et pone manum tuam super eum,

19. Qui stabit coram Eleazaro sacerdote et omni multitudine,

20. Et dabis ei præcepta cunctis videntibus, et partem gloriæ tuæ, ut audiat eum omnis synagoga filiorum Israel.

21. Pro hoc, si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum ejus egredietur et ingredietur ipse, et omnes filii Israel cum eo, et cætera multitudo.

22. Fecit Moyses ut præceperat Dominus. Cumque tulisset Josue, statuit eum coram Eleazaro sacerdote et omni frequentia populi.

23. Et impositis capiti ejus manibus, cuncta replicavit quæ mandaverat Dominus.

CHAPITRE XXVIII.

§ I. *Le Seigneur prescrit de nouveau les victimes qu'on doit lui offrir chaque jour, et les cérémonies qu'il y faut observer.*

1. Le Seigneur dit ensuite à Moïse : *Afin que les Israélites n'oublient pas de m'offrir les sacrifices que je leur ai prescrits,*

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen :

---

18. *In quo est spiritus.* Dei, id est, prudentia, pietas, fortitudo et cæteræ virtutes principi necessariæ. — *Pone manum tuam super eum.* Ut hac cæremonia instituatur successor tuus et dux populi, et a me spiritu et gratia ad munus illud opportuna impleatur.

20. *Dabis ei præcepta.* De modo regendi populum, maxime ut eum in vera unius Dei religione ac lege conservet et promoveat. — *Et partem gloriæ tuæ.* Da Josue partem gloriæ, id est, honoris et auctoritatis tuæ apud populum, ut eum quasi futurum principem reverenter compelles, eumque ut talem toti populo proponas et commendes, ut populus eum pro te acceptet ut ducem, eum revereatur et audiat. Alii partem gloriæ interpretantur insignia magistratus. — *Ut audiat eum omnis synagoga.* Illi obediat.

21. *Pro hoc.* Pro Josue. — *Ad verbum ejus.* Eleazari scilicet Josue aget quidquid agendum erit. — *Ipse.* Josue.

23. *Replicavit.* Retulit, enarravit. Hebr. est, *præcepit.*

Digitized by Google

2. Præcipe filiis Israel, et dices ad eos : Oblationem meam et panes, et incensum odoris suavissimi offerte per tempora sua.

2. Ordonnez ceci *de nouveau* aux enfants d'Israël, et dites-leur *de ma part :* Offrez-moi au temps que je vous ai marqué les oblations qui me doivent être offertes, les pains et les hosties d'une odeur très-agréable qui se brûlent devant moi. *Vous n'avez pu jusqu'à présent satisfaire exactement à ces devoirs, à cause des mouvements continuels où vous avez été dans le désert; mais vous allez bientôt entrer dans la terre que le Seigneur vous a promise; et alors vous pourrez aisément exécuter sur cela ses ordres.*

3. Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis : agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum :

3. Voici *donc* les sacrifices que vous devez offrir *au Seigneur :* vous offrirez tous les jours deux agneaux de l'année, *qui soient* sans tache, *c'est-à-dire sans défaut,* comme un holocauste perpétuel;

4. Unum offeretis mane, et alterum ad vesperum :

4. L'un le matin, *avant tout autre sacrifice,* et l'autre le soir, *après tous les sacrifices : vous les offrirez*

5. Decimam partem ephi similæ, quæ conspersa sit oleo purissimo, et habeat quartam partem hin;

5. Avec un dixième d'éphi de farine qui soit mêlée avec une mesure d'huile très-pure, de la quatrième partie du hin.

6. Holocaustum juge est quod obtulistis in monte Sinai in odorem suavissimum incensi Domini;

6. C'est l'holocauste perpétuel que vous avez offert sur la montagne de Sinaï, comme un sacrifice d'une odeur très-agréable au Seigneur, qui était consumé par le feu. *Vous l'offrirez de même à perpétuité.*

7. Et libabitis vini quartam partem hin per agnos singulos in sanctuario Domini.

7. Et vous offrirez pour offrende de liqueur une mesure de vin de la quatrième partie du hin, pour chaque agneau, dans le sanctuaire du Seigneur.

8. Alterumque agnum similiter

8. Vous offrirez de même au soir l'autre

Cap. XXVIII. 2. *Oblationem meam, et panes, et incensum.* Hebr. *Oblationem meam, panem meum* (quæ scilicet panis meus et cibus meus sunt), *per ignitiones meas* (quibus hæ victimæ per ignem Deo cremantur), *in odorem suavitatis offerte.* Est ergo generale præceptum de non negligendis sacrificiis.

3. *Agnos.* De hoc sacrificio quotidiano vide Exod. 29; de libamentis, seu accessoriis sacrificiis, c. 15. Num. — *Anniculos.* Qui annum non excesserint. — *Immaculatos.* Non macula coloris, sed deformitatis, ne scilicet sint cæci, claudi, scabiosi.

5. *Decimam partem ephi.* Quæ gomor dicitur. — *Quartam partem hin.* Sunt tres scyphi tredecim, * aut paulo plus unciarum aquæ, vel vini, sive sextarii tres hebræi, unciæ * scilicet 40 vini, vel aquæ, id est, libræ tres et quatuor unciæ.

6. *Quod obtulistis in monte Sinai.* Hebræi per annos 38 in deserto non sacrificarunt. In Sinai autem oblatum est juge sacrificium, ut patet Lev. 9. 7. — *Incensi.* Sacrificii igniti, et cremati Deo.

7. *In sanctuario Domini.* In atrio ad altare holocaustorum.

Digitized by Google

agneau avec toutes les mêmes cérémonies du sacrifice du matin, et ses offrandes de liqueur, comme une oblation d'une odeur très-agréable au Seigneur.

9. Le jour du sabbat, *outre le sacrifice perpétuel qui s'offre le matin et le soir*, vous offrirez *encore* deux agneaux de l'année, *qui soient* sans tache, avec deux dixièmes de farine mêlée avec de l'huile, *comme il se pratique* pour le sacrifice; et *vous ferez* les offrandes de liqueurs,

10. Qui se répandent selon qu'il est prescrit chaque jour de la semaine, pour servir à l'holocauste perpétuel.

offeretis ad vesperam, juxta omnem ritum sacrificii matutini, et libamentorum ejus, oblationem suavissimi odoris Domino.

9. Die autem sabbati offeretis duos agnos anniculos immaculatos, et duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio, et liba,

10. Quæ rite funduntur per singula sabbata in holocaustum sempiternum.

§ II. *Offrandes et sacrifices du premier jour de chaque mois.*

11. Au premier jour du mois, vous offrirez au Seigneur en holocauste deux veaux du troupeau, un bélier, sept agneaux d'un an, *qui soient* sans tache;

12. Et trois dixièmes de farine mêlée avec l'huile pour le sacrifice de chaque veau; et deux dixièmes de farine mêlée avec l'huile, pour chaque bélier.

13. Vous offrirez aussi la dixième partie d'un *éphi, qui est le* dixième *d'un coré* de farine mêlée avec l'huile, pour le sacrifice de chaque agneau. C'est un holocauste d'une odeur très-agréable et d'une oblation consumée par le feu, à la gloire du Seigneur.

14. Voici les offrandes de vin qu'on doit répandre pour chaque victime : une moitié du hin pour chaque veau, une troisième partie pour le bélier, et une quatrième pour l'agneau. Ce sera là l'holocauste qui s'offrira tous les mois qui se succèdent l'un à l'autre dans tout le cours de l'année.

11. In calendis autem offeretis holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos septem immaculatos,

12. Et tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vitulos; et duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes :

13. Et decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos; holocaustum suavissimi odoris atque incensi est Domino.

14. Libamenta autem vini, quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt : media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum; hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedunt.

---

9. *Offeretis duos agnos.* Mane ergo sabbati tres agni immolabantur, unus pro jugi sacrificio, duo pro sabbato. — *In sacrificio.* Ad sacrificium accessorium farreum. — *Liba.* Libamina similæ, olei et vini.

10. *Quæ rite funduntur.* Rite, id est, juxta præscriptum legis. — *Per singula sabbata.* In singulis diebus hebdomadæ; sabbatum enim in Scriptura accipitur aliquando pro hebdomada, et prima sabbati est prima dies hebdomadæ, sive prima post sabbatum.

11. *In Calendis.* Prima die mensis, quæ et neomeniæ, sive novilunium dicitur.

13. *Decimam decimæ.* Id est, una decima : unum gomor dicitur decima decimæ; id est, decima pars ephi, quod ephi est decima pars cori.

Digitized by Google

15. Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocaustum sempiternum cum libamentis suis.

15. On offrira aussi au Seigneur un bouc pour les péchés, outre l'holocauste perpétuel qui s'offre avec ses oblations de farine et de liqueur.

§ III. *Fête de Pâques. Cérémonies qu'il faut y observer. Sacrifices qu'on doit y offrir.*

16. Mense autem primo, quartadecima die mensis, Phase Domini erit,

16. Le quatorzième jour du premier mois sera la Pâque du Seigneur,

17. Et quintadecima die solemnitas : septem diebus vescentur azymis.

17. Et la fête solennelle sera le quinzième. On mangera pendant sept jours des pains sans levain.

18. Quarum dies prima venerabilis et sancta erit : omne opus servile non facietis in ea.

18. Le premier jour sera particulièrement vénérable et saint : vous ne ferez point en ce jour-là d'œuvre servile.

19. Offeretisque incensum holocaustum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem :

19. Vous offrirez au Seigneur en sacrifice d'holocauste deux veaux du troupeau, un bélier, et sept agneaux d'un an, qui soient sans tache.

20. Sacrificia singulorum ex simila quæ conspersa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, et duas decimas per arietem,

20. Les offrandes de farine pour chacun seront de farine mêlée avec l'huile : trois dixièmes *d'un éphi* pour chaque veau, deux dixièmes pour le bélier,

21. Et decimam decimæ per agnos singulos : id est, per septem agnos;

21. Et une dixième partie d'un *éphi*, *qui est le* dixième *d'un coré*, pour chaque agneau, c'est-à-dire pour *chacun des* sept agneaux;

22. Et hircum pro peccato unum, ut expietur pro vobis,

22. Avec un bouc pour le péché, afin que vous en obteniez l'expiation;

23. Præter holocaustum matutinum quod semper offeretis.

23. Sans compter l'holocauste du matin que vous offrirez toujours.

24. Ita facietis per singulos dies

24. Vous ferez chaque jour ces oblations

---

15. *Pro peccatis.* Populi generatim. — *In holocaustum.* Id est, præter juge holocaustum; nam in hebr. est, *hircum pro peccato offeretis, ultra holocaustum juge cum libamentis suis.* Ita vertunt chald., LXX et Vatablus. — *Cum libamentis suis.* Libamentis holocausti; nam *mincha*, id est, simila, vinum et oleum non libabantur in victima pro peccato, ut colligitur Num. 15. 3; nec thus adolebatur cum eis, ut patet Lev. 5. 11.

16. *Phase Domini erit.* Paschæ festum.

17. *Et quinta decima die solemnitas.* Comestionis agni. Vide dicta Exod. 12. 6.

19. *Incensum.* Victimam quæ igne cremetur, fiatque holocaustum. Ex hoc patet in festo Paschæ oblatos fuisse in holocaustum duos vitulos, arietem unum, agnos septem cum suis libamentis, atque hircum unum pro peccato.

21. *Decimam decimæ.* Vide dicta n. 13.

22. *Ut expietur.* Ut fiat expiatio.

23. *Holocaustum matutinum.* Intellige et vespertinum : sed illud non exprimitur, quia de eo non erat causa dubitandi, ut de matutino; hoc enim videri poterat omitti posse, cum eodem mane tam multa alia sacrificia immolarentur.

Digitized by Google

pendant sept jours, pour entretenir le feu *de l'autel*, et l'odeur très-agréable au Seigneur, qui s'élèvera de l'holocauste et des oblations qui accompagneront chaque victime.

25. Le septième jour vous sera aussi très-célèbre et saint : vous ne ferez point en ce jour-là d'œuvre servile.

septem dierum in fomitem ignis, et in odorem suavissimum Domino, qui surget in holocausto, et de libationibus singulorum.

25. Dies quoque septimus celeberrimus et sanctus erit vobis : omne opus servile non facietis in eo ;

§ IV. *Fête de la Pentecôte. Nouveaux fruits. Prémices et sacrifices qu'on doit y offrir.*

26. Le jour des prémices, où, après l'accomplissement des *sept* semaines *depuis Pâques*, vous offrirez au Seigneur les *pains faits de* nouveaux grains, vous sera aussi vénérable et saint : vous ne ferez aucune œuvre servile en ce jour-là.

27. Et vous offrirez au Seigneur en holocauste d'une odeur très-agréable deux veaux du troupeau, un bélier, et sept agneaux d'un an, qui soient sans tache *et sans défaut;*

28. Avec les oblations qui doivent les accompagner dans le sacrifice, savoir : trois dixièmes de farine mêlée avec l'huile pour chaque veau, deux pour les béliers;

29. Et la dixième partie d'un *éphi, qui est le* dixième *d'un coré*, pour les agneaux, c'est-à-dire pour *chacun des* sept agneaux.

30. Vous offrirez aussi le bouc qui est immolé pour l'expiation *du péché*, outre l'holocauste perpétuel, accompagné de ses oblations.

31. Toutes ces victimes que vous offrirez avec leurs oblations seront sans tache *et sans défaut.*

26. Dies etiam primitivorum, quando offeretis novas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis et sancta erit : omne opus servile non facietis in ea.

27. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulos de armento duos, arietem unum, et agnos anniculos immaculatos septem :

28. Atque in sacrificiis eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, per arietes duas,

29. Per agnos decimam decimæ, qui simul sunt agni septem;

hircum quoque

30. Qui mactatur pro expiatione : præter holocaustum sempiternum et liba ejus.

31. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

CHAPITRE XXIX.

§ I. *Sacrifices prescrits pour la fête des trompettes.*

1. Le premier jour du septième mois vous sera aussi vénérable et saint; vous ne ferez aucune œuvre servile en ce jour-

1. Mensis etiam septimi prima dies venerabilis et sancta erit vobis, omne opus servile non

---

24. *In fomitem* ignis. Ad nutriendum ignem.

26. *Dies etiam primitivorum.* In qua offerebantur primæ fruges maturæ, id est, panes ex primis frugibus, id est, festum Pentecostes.

27. *Offeretisque holocaustum.* Eædem victimæ jubentur hic offerri in festo Pentecostes, quæ jussæ sunt offerri in Paschate, n. 19.

* 30. *Præter holocaustum.* Oblationum enim in idem tempus concurrentium nulla ob id omittitur.

Digitized by Google

facietis in ea, quia dies clangoris est et tubarum.

2. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulum de armento unum, arietem unum, et agnos anniculos immaculatos septem :

3. Et in sacrificiis eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem,

4. Unam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem :

5. Et hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi,

6. Præter holocaustum calendarum cum sacrificiis suis et holocaustum sempiternum cum libationibus solitis; eisdem cæremoniis offeretis in odorem suavissimum incensum Domino.

là, parce que c'est le jour du son éclatant et *du bruit* des trompettes *avec lesquelles on annonce que ce jour est le premier de l'année civile.*

2. Vous offrirez *ce jour-là* au Seigneur en holocauste d'une odeur très-agréable un veau du troupeau, un bélier et sept agneaux d'un an, qui soient sans tache,

3. Avec les oblations qui doivent les accompagner dans le sacrifice, savoir : trois dixièmes de farine mêlée avec l'huile pour chaque veau, deux dixièmes pour le bélier,

4. Un dixième pour chaque agneau, c'est-à-dire pour *chacun des* sept agneaux;

5. Et le bouc pour le péché, qui est offert pour l'expiation *des péchés du peuple,*

6. Sans compter l'holocauste des premiers jours du mois, avec ses oblations, et l'holocauste perpétuel, avec les offrandes de farine et de liqueur accoutumée, que vous offrirez toujours avec les mêmes cérémonies, comme une odeur très-agréable qui se brûle devant le Seigneur.

§ II. *Cérémonies, oblations et sacrifices pour la fête de l'Expiation.*

7. Decima quoque dies mensis hujus septimi erit vobis sancta atque venerabilis, et affligetis animas vestras : omne opus servile non facietis in ea.

8. Offeretisque holocaustum Domino in odorem suavissimum, vitulum de armento unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem :

9. Et in sacrificiis eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem,

10. Decimam decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni septem :

11. Et hircum pro peccato,

7. Le dixième jour de ce septième mois vous sera aussi saint et vénérable : vous affligerez vos âmes en ce jour-là, et vous n'y ferez aucune œuvre servile.

8. Vous offrirez au Seigneur en holocauste d'une odeur très-agréable un veau du troupeau, un bélier et sept agneaux d'un an, qui soient sans tache,

9. Avec les oblations qui doivent les accompagner dans le sacrifice, savoir : trois dixièmes de farine mêlée avec l'huile pour chaque veau, deux dixièmes pour le bélier,

10. La dixième partie d'un dixième pour chaque agneau, c'est-à-dire pour *chacun des* sept agneaux;

11. Avec le bouc pour le péché, outre les

Cap. XXIX. **1.** ***Dies clangoris est et tubarum.*** Festum Tubarum celebrabatur die primo mensis septimi. Vide Lev. 23. 24.

3. ***Per singulos vitulos.*** Vitulum, ut est in hebræo; unus enim tantum offerebatur, singulis scilicet annis singuli vituli; et hoc voluit noster interpres.

6. ***Præter holocaustum calendarum.*** Festum enim Tubarum incidebat in calendas septimi mensis, ut dicitur n. 1.

7. ***Decima quoque dies.*** Festum expiationis, de quo Levit. 23. 27.

Digitized by Google

chosesqu'on a acoutumé d'offrir pour l'expiation de la faute, et sans compter l'holocauste perpétuel, avec ses oblations de farine et ses offrandes de liqueur.

absque his quæ offerri pro delicto solent in expiationem, et holocaustum sempiternum, cum sacrificio et libaminibus eorum.

§ III. *Fête des tabernacles. Oblations et sacrifices qu'on doit offrir le jour de cette fête et pendant son octave.*

12. Au quinzième jour du septième mois, qui vous sera saint et vénérable, vous ne ferez aucune œuvre servile, mais vous célébrerez en l'honneur du Seigneur une fête solennelle pendant sept jours.

13. Vous offrirez au Seigneur, en holocauste d'une odeur très-agréable, treize veaux du troupeau, deux béliers et quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache *et sans défaut;*

14. Avec les oblations qui doivent les accompagner, savoir trois dixièmes de farine mêlée avec l'huile pour chaque veau, c'est-à-dire pour chacun des treize veaux; deux dixièmes pour un bélier, c'est-à dire pour chacun des deux béliers;

15. La dixième partie d'un dixième pour chaque agneau, c'est-à-dire pour chacun des quatorze agneaux,

16. Et le bouc qui s'offre pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.

17. Le second jour, vous offrirez douze veaux du troupeau, deux béliers, quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.

18. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des béliers et des agneaux,

19. Avec le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur *qui doivent l'accompagner.*

12. Quinta decima vero die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus servile non facietis in ea, sed celebrabitis solemnitatem Domino septem diebus;

13. Offeretisque holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim;

14. Et in libamentis eorum, similæ oleo conspersæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim : et duas decimas arieti uno, id est, simul arietibus duobus;

15. Et decimam decimæ agnis singulis qui sunt simul agni quatuordecim,

16. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, et sacrificio, et libamine ejus.

17. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim.

18. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis,

19. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque et libamine ejus.

---

11. *Offerri... in expiationem.* Ut præscribitur Levit. 16. — *Holocaustum sempiternum.* Juge sacrificium. — *Cum sacrificio.* Mincha, seu libaminibus, quæ erant sacrificia accessoria.

12. *Quintadecima vero die mensis septimi.* Festum tabernaculorum, de quo vide Levit. 23. 34. — * *Septem diebus.* Non quod totis hisce septem diebus vacandum esset ab opere servili (nam de solo primo die id præceptum fuit), sed quod totidem diebus manendum esset in tabernaculis, et quod peculiaria singulis diebus sacrificia publico nomine offerenda essent, quæ hic sigillatim recensentur.

15. *Decimam decimæ.* Vide cap. præcedenti, n. 13.

Digitized by Google

20. Die tertio offeretis vitulos undecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim :
21. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis,

22. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque et libamine ejus.
23. Die quarto offeretis vitulos decem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim :
24. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis,

25. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.
26. Die quinto offeretis vitulos novem, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim :
27. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis :

28. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.
29. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim.
30. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis,

31. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.
32. Die septimo offeretis vitulos septem, et arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim :
33. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis,

34. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.
35. Die octavo, qui est cele-

20. Le troisième jour, vous offrirez onze veaux, deux béliers, quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.
21. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des béliers et des agneaux,
22. Avec le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.
23. Le quatrième jour vous offrirez dix veaux, deux béliers et quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.

24. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des béliers et des agneaux,
25. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.
26. Le cinquième jour vous offrirez neuf veaux, deux béliers et quatorze agneaux d'un an qui soient sans tache.
27. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des béliers et des agneaux,
28. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.
29. Le sixième jour, vous offrirez huit veaux, deux béliers, et quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.
30. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des béliers et des agneaux,
31. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.
32. Le septième jour, vous offrirez sept veaux, deux béliers et quatorze agneaux d'un an, qui soient sans tache.

33. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des béliers et des agneaux,
34. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.
35. Le huitième jour, qui sera le plus

Digitized by Google

célèbre, vous ne ferez aucune œuvre servile,

36. Et vous offrirez au Seigneur, en holocauste d'une odeur très-agréable, un veau, un bélier et sept agneaux d'un an, qui soient sans tache.

37. Vous y joindrez aussi, selon qu'il vous est prescrit, les oblations de farine et de liqueur pour chacun des veaux, des béliers et des agneaux,

38. Et le bouc pour le péché, sans compter l'holocauste perpétuel, et ses oblations de farine et de liqueur.

39. Voilà ce que vous offrirez au Seigneur dans vos fêtes solennelles, sans compter les holocaustes, les oblations de farine et de liqueur et les hosties pacifiques que vous offrirez à Dieu, soit pour vous acquitter de vos vœux, ou volontairement : *lesquelles oblations ne vous dispenseront jamais de celles que le Seigneur vous a prescrites.*

berrimus, omne opus servile non facietis,

36. Offerentes holocaustum in odorem suavissimum Domino, vitulum unum, arietem unum, agnos anniculos immaculatos septem.

37. Sacrificiaque et libamina singulorum per vitulos et arietes et agnos rite celebrabitis,

38. Et hircum pro peccato, absque holocausto sempiterno, sacrificioque ejus et libamine.

39. Hæc offeretis Domino in solemnitatibus vestris : præter vota et oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, et in hostiis pacificis.

CHAPITRE XXX.

Lois touchant les vœux et les promesses faites avec serment. Un père pourra dégager sa fille, un mari sa femme des vœux qu'elles auront faits, pourvu qu'ils s'y opposent dès qu'ils les auront appris.

1. Moïse rapporta aux enfants d'Israël tout ce que le Seigneur lui avait commandé,

2. Et il dit aux princes des tribus des enfants d'Israël : Voici ce que le Seigneur a ordonné *touchant les vœux et les promesses faites avec serment :*

3. Si un homme a fait un vœu au Seigneur, ou s'est lié par un serment, il ne manquera point à sa parole, mais il accomplira tout ce qu'il aura promis.

4. *Il en sera de même* lorsqu'une femme aura fait un vœu, et se sera liée par un

1. Narravitque Moyses filiis Israel omnia quæ ei Dominus imperarat :

2. Et locutus est ad principes tribuum filiorum Israel : Iste est sermo quem præcepit Dominus :

3. Si quis virorum votum Domino voverit, aut se constrinxerit juramento : non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit implebit.

4. Mulier si quippiam voverit, et se constrinxerit juramento, quæ

---

39. *Præter vota.* Quasi dicat : Victimas jam dictas in festis offerri præcipio, præter ea quæ ex voto, vel sponte offeretis in holocaustum, in sacrificium, id est, in mincha, in libamen et hostias pacificas.

Cap. XXX. 3. *Aut se constrinxerit juramento.* Juramento obstringens se Domino, ac proinde etiam votum Domino faciens : qui enim jurat se aliquid, v. g., oblationem facturum, simul Deo promittit : promissio autem facta Deo est votum. — *Non faciet irritum.* Non violabit juramentum, aut votum.

Digitized by Google

est in domo patris sui, et in ætate adhuc puellari : si cognoverit pater votum quod pollicita est, et juramentum quo obligavit animam suam, et tacuerit, voti rea erit :

5. Quidquid pollicita est et juravit, opere complebit;

6. Sin autem, statim ut audierit, contradixerit pater : et vota et juramenta ejus irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater.

7. Si maritum habuerit, et voverit aliquid, et semel de ore ejus verbum egrediens animam ejus obligaverit juramento :

8. Quo die audierit vir, et non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcumque promiserat.

9. Sin autem audiens statim contradixerit, et irritas fecerit pollicitationes ejus, verbaque quibus obstrinxerat animam suam : propitius erit ei Dominus.

10. Vidua et repudiata quidquid voverint, reddent.

11. Uxor in domo viri cum se voto constrinxerit et juramento,

12. Si audierit vir, et tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcumque promiserat;

serment. *Mais* si c'est une jeune fille qui soit encore dans la maison de son père, et que le père ayant connu le vœu qu'elle a fait, et le serment par lequel elle s'est engagée elle-même, n'en ait rien dit, elle sera obligée à son vœu;

5. Et elle accomplira effectivement tout ce qu'elle aura promis et juré.

6. Mais si le père s'est opposé à son vœu aussitôt qu'il lui a été connu, ses vœux et ses serments seront nuls, et elle ne sera point obligée à ce qu'elle aura promis, parce que le père s'y est opposé.

7. Si c'est une femme mariée, *demeurant encore dans la maison de son père*, qui ait fait un vœu, et si la parole étant une fois sortie de sa bouche l'a obligée par serment,

8. Et que son mari ne l'ait point désavouée le jour même qu'il l'a su, elle sera obligée à son vœu, et elle accomplira tout ce qu'elle aura promis.

9. Que si son mari l'ayant su la désavoue aussitôt et rend vaines ses promesses et les paroles par lesquelles elle s'est engagée elle-même, *elle ne sera plus tenue à son vœu;* et le Seigneur lui pardonnera, *si elle ne l'accomplit pas.*

10. La femme veuve et la femme répudiée accompliront tous les vœux qu'elles auront faits, *parce qu'elles ne sont plus sous la puissance d'autrui.*

11. Si une femme, étant dans la maison de son mari, s'est liée par un vœu et par un serment,

12. Et que le mari l'ayant su n'en dise mot et ne désavoue point la promesse qu'elle aura faite, elle accomplira tout ce qu'elle avait promis.

---

4. *In ætate adhuc puellari.* Sub puella intellige etiam puerum in ætate puerili; utriusque enim par est ratio. — *Si cognoverit pater.* Sub patre etiam tutores intellige; hi enim, patre mortuo, quasi in jus et regimen paternum succedunt. — *Et tacuerit.* Quia sic confirmare videtur. * Taciturnitas consensum imitatur, inquit Cicero lib. 1. de Inventione.

6. *Statim ut audierit.* Intelligendum moraliter, verbi gratia, eodem die : nam sequenti die contradicere non poterat, ut habetur n. 15.

7. *Si maritum habuerit.* Sermo est de ea quæ nupta habitat extra domum patris in domo mariti : ad sponsam etiam extendunt hanc legem Hebræi, et aliqui recentiores.

9. *Propitius erit ei Dominus.* Qui non indignabitur uxori, si non servet votum a marito irritatum.

11. *Et juramento. Et* pro *aut* hic capitur : in hebr. enim est *aut*.

Digitized by Google

13. Mais si le mari la désavoue aussitôt, elle ne sera point tenue de sa promesse, parce que son mari l'a désavouée : et le Seigneur lui pardonnera, *si elle n'exécute pas ce qu'elle a promis.*

14. *Si donc* elle a fait vœu, et si elle s'est obligée par serment d'affliger son âme, ou par le jeûne ou par d'autres sortes d'abstinences, il dépendra de la volonté de son mari qu'elle le fasse ou qu'elle ne le fasse pas.

15. Que si son mari l'ayant su n'en a rien dit, et a différé au lendemain à en dire son sentiment, elle accomplira tous les vœux et toutes les promesses qu'elle avait faites, parce que le mari n'en a rien dit aussitôt qu'il l'a appris.

16. Que si aussitôt qu'il a su le vœu de sa femme il l'a désavouée, il sera lui seul chargé de toute sa faute, *et la femme doit demeurer dispensée de son serment.*

17. Ce sont là les lois que le Seigneur a données à Moïse pour être gardées entre le mari et la femme, entre le père et la fille qui est encore toute jeune, ou *la femme mariée* qui demeure *encore* dans la maison de son père.

13. Sin autem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea : quia maritus contradixit, et Dominus ei propitius erit.

14. Si voverit, et juramento se constrinxerit, ut per jejunium, vel cæterarum rerum abstinentiam, affligat animam suam, in arbitrio viri erit ut faciat, sive non faciat.

15. Quod si audiens vir tacuerit, et in alteram diem distulerit sententiam, quidquid voverat atque promiserat, reddet : quia statim ut audivit, tacuit.

16. Sin autem contradixerit postquam rescivit, portabit ipse iniquitatem ejus.

17. Istæ sunt leges, quas constituit Dominus Moysi, inter virum et uxorem, inter patrem et filiam, quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.

CHAPITRE XXXI.

§ I. *Dieu ordonne à Moïse de punir les Madianites avant sa mort. Il fait marcher douze mille hommes contre eux. Ils passent tous les mâles au fil de l'épée, tuent leurs rois, brûlent leurs villes, emmènent les femmes captives.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Le Seigneur parla ensuite à Moïse, et lui dit :

2. Vengez premièrement les enfants d'Is-

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens :

2. Ulciscere prius filios Israel de

---

14. *Per jejunium.* De quibuslibet votis hic agitur, non autem de votis abstinentiæ tantum, ut patet ex n. 5, 8, 10, 12, ubi generatim agitur de quacumque re promissa. Petitur exemplum ab abstinentia et jejunio, quia frequentia sunt vota in hac materia.

16. *Sin autem contradixerit.* Intellige post diem in qua rescivit, ut habent expresse LXX. — *Portabit ipse iniquitatem.* Uxor a peccato excusabitur, quia impedita a viro non potest præstare quod promisit; sed maritus peccabit contra legem hunc consensum revocans.

17. *Quæ manet in parentis domo.* Quæ necdum est emancipata, aut viro tradita.

CAP. XXXI. 2. *Ulciscere prius filios Israel de Madianitis.* Quia ipsi

Digitized by Google

Madianitis : et sic colligeris ad populum tuum (1).

3. Statimque Moyses : Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint ultionem Domini expetere de Madianitis;

4. Mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel qui mittantur ad bellum.

5. Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est, duodecim millia expeditorum ad pugnam :

6. Quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasa quoque sancta, et tubas ad clangendum tradidit ei.

7. Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent, omnes mares occiderunt,

8. Et reges eorum, Evi, et Recem, et Sur, et Hur, et Rebe, quinque principes gentis : Balaam quoque filium Beor interfecerunt gladio (2).

9. Ceperuntque mulieres eorum, et parvulos, omniaque pecora, et cunctam supellectilem : quidquid habere potuerant depopulati sunt:

10. Tam urbes quam viculos et castella flamma consumpsit.

11. Et tulerunt prædam, et universa quæ ceperant tam ex hominibus quam ex jumentis,

12. Et adduxerunt ad Moysen, et Eleazarum sacerdotem, et ad omnem multitudinem filiorum Israel; reliqua autem utensilia portaverunt ad castra in campes-

raël des Madianites, et après cela vous serez réuni à votre peuple.

3. Aussitôt Moïse dit au peuple : Faites prendre les armes à quelques-uns d'entre vous et les préparez au combat, afin qu'ils puissent exécuter la vengeance que le Seigneur veut tirer des Madianites.

4. Choisissez mille hommes de chaque tribu d'Israël, pour les envoyer à la guerre.

5. Ils donnèrent donc mille soldats de chaque tribu, c'est-à-dire douze mille hommes prêts à combattre,

6. Et qui furent envoyés par Moïse avec Phinées, fils du grand prêtre Eléazar, auquel il donna encore les vases saints et les trompettes pour en sonner.

7. Ils combattirent donc contre les Madianites; et les ayant vaincus, ils passèrent tous les mâles au fil de l'épée,

8. Et tuèrent leurs rois Evi, Récem, Sur, Hur et Rébé, cinq princes de la nation, avec Balaam, fils de Béor, *qui s'était arrêté chez eux pour voir l'effet de ses pernicieux conseils.*

9. Et ils prirent leurs femmes, leurs petits enfants, tous leurs troupeaux, et tous leurs meubles. Ils pillèrent tout ce qu'ils avaient.

10. Ils brûlèrent toutes leurs villes, tous leurs villages et tous leurs châteaux.

11. Et ayant emmené leur butin et tout ce qu'ils avaient pris, tant des hommes que des bêtes,

12. Ils les présentèrent à Moïse, à Eléazar, grand prêtre, et à toute la multitude des enfants d'Israël; et ils portèrent au camp dans la plaine de Moab, le long du Jourdain, vis-à-vis de Jéricho, tout le reste

(1) Bible vengée, note XVI. — (2) Bible vengée, note XVI.

---

provocaverunt Israelitas, prostituendo eis filias suas, ad fornicationem et idololatriam Beelphegor. Vide supra, c. 25, n. 6, 17.

3. *Ultionem Domini.* Dicitur ultio Domini, quia Domino adjuvante facta, et quia ea vindicata est injuria facta populo Domini, et ipsi Domino.

6. *Cum Phinees.* Cujus zeli ceperant experimentum, cum scortantes occidit, supra, c. 25. 7. — *Vasa quoque sancta.* Arcam cum tabulis legis, cherubim, et propitiatorio : hæc enim secum ferebant Judæi euntes ad bellum. — *Et tubas.* De quibus c. 10, n. 2.

7. *Omnes mares occiderunt.* Qui erant in Madian, vel qui fuga elapsi non sunt.

8. *Sur.* Pater Madianitidis quam occidit Phinees, c. 25. 15.

Digitized by Google

de ce qu'ils avaient pris qui pouvait servir à quelque usage.

13. Moïse, Eléazar, grand prêtre, et tous les princes de la synagogue sortirent donc au-devant d'eux hors du camp.

tribus Moab juxta Jordanem contra Jericho.

§ IV. *Défaite de Séhon amorrhéen, roi d'Hésébon. Prise de ces villes. Carnage de son peuple. Pillage de ses richesses.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

24. Surgite, et transite torrentem Arnon : ecce tradidi in manu tua Sehon regem Hesebon Amorrhæum, et terram ejus incipite possidere, et committite adversus eum prælium.

25. Hodie incipiam mittere terrorem atque formidinem tuam in populos, qui habitant sub omni cœlo : ut audito nomine tuo

24. Levez-vous *donc, vous dit alors le Seigneur,* et passez le torrent d'Arnon, car je vous ai livré Séhon amorrhéen, roi d'Hésébon : commencez à entrer en possession de son pays, et combattez contre lui.

25. Je commencerai aujourd'hui à jeter la terreur et l'effroi de vos armes dans tous les peuples qui habitent sous le ciel, afin qu'au seul bruit de votre nom ils tremblent,

---

19. *Filiis Loth.* Ammonitis et Moabitis.

20. *In ipsa.* Ammonitide. — *Zomzommim.* Hi sunt qui Gen. 14. 5, vocantur *Zuzim.* Significat autem vox Zomzommim : 1. flagitiosos et sceleratos; 2. inusitatæ magnitudinis; 3. famosos et celebres.

21. *Et fecit.* Dominus. — *Illos.* Ammonitas. — *Habitare pro eis.* Pro Zomzommim.

23. *Cappadoces expulerunt.* In hebræo hi Cappadoces appellantur Caphthorim; nec sunt illi qui per Asiam Minorem ad Pontum Euxinum extenduntur, sed alii qui Palæstinam incoluerunt.

25. *Sub omni cœlo.* Ad quos fama rerum a me pro te gestarum perveniet.

Digitized by Google

et qu'ils soient pénétrés de frayeur et de douleur, comme les femmes qui sont dans le travail de l'enfantement. *Mais avant de déclarer la guerre à Séhon, offrez-lui la paix, et priez-le de vous laisser passer sur ses terres.*

26. J'envoyai donc du désert de Cademoth des ambassadeurs vers Séhon, roi d'Hésébon, pour lui porter des paroles de paix, en lui disant :

27. Nous ne demandons qu'à passer par vos terres; nous marcherons par le grand chemin, nous ne nous détournerons ni à droite ni à gauche.

28. Vendez-nous tout ce qui nous sera nécessaire pour manger; donnez-nous aussi de l'eau pour de l'argent, afin que nous puissions boire : permettez-nous seulement de passer par votre pays,

29. Comme ont bien voulu nous le permettre les enfants d'Esaü qui habitent en Seïr, et les Moabites qui demeurent à Ar, jusqu'à ce que nous soyons arrivés au bord du Jourdain, et que nous passions dans la terre que le Seigneur notre Dieu nous doit donner.

30. Mais Séhon, roi d'Hésébon, ne voulut point accorder le passage, parce que le Seigneur votre Dieu lui avait affermi l'esprit et endurci le cœur, afin qu'il fût livré entre vos mains, comme vous voyez maintenant *qu'il l'a été.*

31. Alors le Seigneur me dit : J'ai déjà commencé à vous livrer Séhon avec son pays, *en vous y faisant entrer;* commencez *aussi* à vous mettre en possession de cette terre.

32. *Nous nous avançâmes donc,* et Séhon marcha au devant de nous avec tout son peuple, pour nous donner bataille à Jasa.

33. Mais le Seigneur notre Dieu nous le

paveant, et in morem parturientium contremiscant, et dolore teneantur.

26. Misi ergo nuntios de solitudine Cademoth ad Sehon regem Hesebon verbis pacificis, dicens :

27. Transibimus per terram tuam, publica gradiemur via : non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram.

28. Alimenta pretio vende nobis, ut vescamur : aquam pecunia tribue, et sic bibemus. Tantum est ut nobis concedas transitum,

29. Sicut fecerunt filii Esau, qui habitant in Seir, et Moabitæ, qui morantur in Ar : donec veniamus ad Jordanem, et transeamus ad terram, quam Dominus Deus noster daturus est nobis.

30. Noluitque Sehon rex Hesebon dare nobis transitum : quia induraverat Dominus Deus tuus spiritum ejus, et obfirmaverat cor illius, ut traderetur in manus tuas, sicut nunc vides.

31. Dixitque Dominus ad me : Ecce cœpi tibi tradere Sehon, et terram ejus, incipe possidere eam.

32. Egressusque est Sehon obviam nobis cum omni populo suo ad prælium in Jasa.

33. Et tradidit eum Dominus

---

26. *Misi ergo nuntios.* Vide Num. 21. 21. — *De solitudine Cademoth.* Quam ad orientale latus regionis Moabiticæ constituit Adrichomius.

28. *Tantum est.* Tantum requirimus.

29. *Sicut fecerunt filii Esau.* Per extrema ditionis suæ, ut dixi n. 4. — *Et Moabitæ qui morantur in Ar.* Ergo Moabitæ transitum aliquem in limitibus Ar dederunt Hebræis; sed paulo post sibi timentes, mutato consilio, negaverunt.

30. *Induraverat.* Non molliendo et inflectendo, cum posset.

32. *Egressusque est.* Historiam habes Num. 21. 23 et deinceps.

Digitized by Google

Deus noster nobis : percussimusque eum cum filiis suis et omni populo suo.

34. Cunctasque urbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus et parvulis; non reliquimus in eis quidquam.

35. Absque jumentis, quæ in partem venere prædantium : et spoliis urbium, quas cepimus.

36. Ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, oppido quod in valle situm est, usque Galaad. Non fuit vicus et civitas, quæ nostras effugeret manus : omnes tradidit Dominus Deus noster nobis,

37. Absque terra filiorum Ammon, ad quam non accessimus : et cunctis quæ adjacent torrenti Jeboc, et urbibus montanis, universisque locis, a quibus nos prohibuit Dominus Deus noster.

livra, et nous le défîmes avec ses enfants et tout son peuple.

34. Nous prîmes en même temps toutes ses villes : nous en tuâmes tous les habitants, hommes, femmes et petits enfants; et nous n'y laissâmes rien du tout *en vie*,

35. Excepté les bestiaux, qui furent abandonnés au pillage, et les dépouilles des villes que nous prîmes.

36. Depuis Aroër, qui est sur le bord du torrent d'Arnon, ville située dans la vallée, jusqu'à Galaad. Il n'y eut ni village ni ville qui pût échapper de nos mains : mais le Seigneur notre Dieu nous les livra toutes,

37. Hors le pays des enfants d'Ammon, dont nous n'avons point approché, et tout ce qui est aux environs du torrent de Jéboc, et les villes situées sur les montagnes, avec tous les lieux où le Seigneur notre Dieu nous a défendu d'aller.

CHAPITRE III.

§ I. *Les Israélites vont vers Basan. Og, roi du pays, marche contre eux avec tout son peuple. Il est défait. Son peuple est passé au fil de l'épée, et tout son pays est livré aux enfants d'Israël.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Itaque conversi ascendimus per iter Basan : egressusque est Og rex Basan in occursum nobis cum populo suo ad bellandum in Edrai.

2. Dixitque Dominus ad me : Ne timeas eum : quia in manu tua traditus est cum omni populo ac terra sua : faciesque ei sicut fecisti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitavit in Hesebon.

3. Tradidit ergo Dominus Deus noster in manibus nostris etiam

1. Ayant donc pris un autre chemin, nous allâmes vers Basan; et Og, roi de Basan, marcha au devant de nous avec *tout* son peuple pour *nous* donner bataille à Edrai.

2. Alors le Seigneur me dit : Ne craignez point *ce prince qui vient vous attaquer*, parce qu'il vous a été livré avec tout son peuple et son pays; et vous le traiterez comme vous avez traité Séhon, roi des Amorrhéens, qui habitait à Hésébon.

3. Le Seigneur notre Dieu nous livra donc aussi Og, roi de Basan, et tout son

---

34. *Interfectis habitatoribus.* Juxta præceptum Domini, ut patet infra, c. 20. 16.

37. *Torrenti Jeboc.* Ubi Jacob luctatus est cum angelo, Gen. 32. 22, pertinetque ad Ammonitas.

CAP. III. 1. *Egressusque.* Hoc prælium habes descriptum Num. 21. 33 et deinceps, ubi eadem prope omnis quæ hic reperies.

Digitized by Google

peuple; nous les tuâmes tous, sans en épargner aucun.

4. Et nous ravageâmes toutes leurs villes en un même temps. Il n'y eut point de ville qui pût nous échapper; nous en prîmes soixante, tout le pays d'Argob, qui était le royaume d'Og en Basan, *très- beaute très-fertile.*

5. Toutes les villes *de ce royaume* étaient fortifiées de murailles très-hautes, avec des portes et des barres, outre un très-grand nombre de bourgs qui n'avaient point de murailles.

6. Nous exterminâmes ces peuples, comme nous avions fait à Séhon, roi d'Hésébon, en ruinant toutes leurs villes, en tuant les hommes, les femmes et les petits enfants;

7. Et nous prîmes leurs troupeaux, avec les dépouilles de leurs villes.

8. Nous nous rendîmes donc maîtres en ce temps-là du pays des deux rois des Amorrhéens, qui étaient au decà du Jourdain, depuis le torrent d'Arnon, *qui est au midi,* jusqu'à la montagne d'Hermon, *qui est au nord :*

9. *C'est cette montagne* que les Sidoniens appellent Sarion, et les Amorrhéens Sanir;

10. *Et nous prîmes* toutes les villes qui sont situées dans la plaine, et tout le pays de Galaad et de Basan, jusqu'à Selcha et Edraï qui sont des villes du royaume d'Og, *qui est le dernier des géants qui ont régné* en Basan.

11. Car Og, roi de Basan, était resté seul de la race des géants *de ce pays.* On montre encore son lit de fer dans Rabbath, qui est

Og regem Basan, et universum populum ejus : percussimusque eos usque ad internecionem,

4. Vastantes cunctas civitates illius uno tempore; non fuit oppidum, quod nos effugeret: sexaginta urbes, omnem regionem Argob regni Og in Basan.

5. Cunctæ urbes erant munitæ muris altissimis, portisque et vectibus, absque oppidis innumeris, quæ non habebant muros.

6. Et delevimus eos, sicut feceramus Sehon regi Hesebon, disperdentes omnem civitatem, virosque ac mulieres et parvulos :

7. Jumenta autem et spolia urbium diripuimus.

8. Tulimusque illo in tempore terram de manu duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Jordanem; a torrente Arnon usque ad montem Hermon,

9. Quem Sidonii Sarion vocant, et Amorrhæi Sanir :

10. Omnes civitates, quæ sitæ sunt in planitie, et universam terram Galaad et Basan usque ad Selcha et Edrai civitates regni Og in Basan.

11. Solus quippe Og rex Basan restiterat de stirpe gigantum. Monstratur lectus ejus ferreus, qu

---

4. ***Argob.*** Est eadem regio cum Basan, ex D. Hier. de Locis hebraicis, et Adrichomio.

5. ***Munitæ muris.*** Idem de his urbibus habetur III. Reg. 4. 13. Hæ tamen urbes ita grandes, munitæ et obseratæ, subinde vocantur vici et villæ, ut supra, Num. 32. 41, et infra hoc c. n. 14, et Josue 13. 30.

8. ***Usque ad montem Hermon.*** Hermon mons pars est extrema montis Galaad trans Jordanem. Totus enim mons Galaad dicitur; at in variis locis varia habet nomina.

9. ***Sidonii Sarion.*** Mons ergo Hermon vocatur Sarion et Sanir; vocatur et Sion, vel Sehon, ut patet c. 4. 48.

11. ***Solus... restiterat de stirpe gigantum.*** Intellige in regione illa : nam alibi adhuc exstitisse gigantes patet Num. 13. 34; Josue 15. 14; I. Paral.

Digitized by Google

est in Rabbath filiorum Ammon, novem cubitos habens longitudinis, et quatuor latitudinis ad mensuram cubiti virilis manus (1).

une ville des enfants d'Ammon, *que Og avait conquise.* Ce lit a neuf coudées de long et quatre de large, selon la mesure d'une coudée ordinaire.

§ II. *Moïse donne les pays dépendant des rois d'Hésébon et de Basan aux tribus de Ruben et de Gad, et à la moitié de la tribu de Manassé.*

12. Terramque possedimus tempore illo ab Aroer, quæ est super ripam torrentis Arnon, usque ad mediam partem montis Galaad : et civitates illius dedi Ruben et Gad.

13. Reliquam autem partem Galaad, et omnem Basan regni Og, tradidi mediæ tribui Manasse, omnem regionem Argob : cunctaque Basan vocatur terra gigantum.

14. Jair filius Manasse possedit omnem regionem Argob usque ad terminos Gessuri et Machati. Vocavitque ex nomine suo Basan, Havothjair, id est, villas Jair, usque in præsentem diem.

15. Machir quoque dedi Galaad.

16. Et tribubus Ruben et Gad dedi de terra Galaad usque ad torrentem Arnon medium torrentis, et confinium usque ad torrentem Jeboc, qui est terminus filiorum Ammon :

12. Nous entrâmes donc alors en possession de ce pays-là, depuis Aroër, qui est sur le bord du torrent d'Arnon, jusqu'au milieu de la montagne de Galaad; et j'en donnai les villes aux tribus de Ruben et de Gad, *qui me les avaient demandées.*

13. Je donnai l'autre moitié de Galaad et tout le pays de Basan, qui était le royaume d'Og, et le pays d'Argob, à la moitié de la tribu de Manassé. Tout le pays de Basan est appelé la terre des Géants, *parce qu'ils l'ont autrefois occupée.*

14. Jaïr, *arrière-petit*-fils de Manassé, *par son aïeule qui était fille de Machir,* est entré en possession de tout le pays d'Argob, jusqu'aux confins de Gessuri et de Machati, *villes situées au-dessous des montagnes d'Hermon;* et il a appelé de son nom les bourgs de Basan, Havothjaïr, comme ils se nomment encore aujourd'hui.

15. Je donnai aussi *une partie de* Galaad à *la famille de* Machir, *fils de Manassé.*

16. Mais je donnai aux tribus de Ruben et Gad la *plus grande* partie de ce même pays de Galaad, *savoir : à la tribu de Ruben, ce* qui s'étend *depuis le torrent de Jazer* jusqu'au torrent d'Arnon, jusqu'au milieu de ce torrent *qui sépare la tribu de Ruben d'avec les Moabites;* et *quant à la tribu de Gad,* ses confins *sont depuis le torrent de Jazer, en remontant vers le nord,* jusqu'au torrent de Jéboc, qui est la frontière des enfants d'Ammon.

(1) Bible vengée, Deutéronome, note II.

---

20. 6. — *In Rabbath.* Hæc postea dicta est Philadelphia, teste S. Hier. de Locis hebraicis. — *Cubiti virilis manus.* Hebr. *secundum cubitum viri.*

14. *Jair filius Manasse.* Nepos : Hebræi enim omnes posteros vocant filios. — *Usque in præsentem diem.* Hæc Abulensis putat addita ab Esdra, et non esse Mosis verba, quod longum aliquod tempus antecedens denotare videantur : sed non est necesse; satis enim est si tempus aliquod intercesserit, quo toto eadem aliqua res continuata fuerit, ut dici possit *usque in præsentem diem monstratur.*

15. *Machir.* Posteris Machir. — *Dedi Galaad.* Id est, partem Galaad; nam Rubenitæ etiam et Gaditæ ejus partem habebant.

Digitized by Google

17. *Je leur donnai* avec *cela* la plaine du désert, *appelée autrefois la plaine de Moab, parce qu'elle appartenait aux Moabites avant que les Amorrhéens l'eussent conquise :* et *je leur donnai encore tout le pays qui est le long du* Jourdain, et *qui s'étend* depuis *le lac de* Cénereth *ou de Génésareth,* jusqu'à la mer du Désert, appelée la mer Salée, *ou la mer Morte,* jusqu'au pied de la montagne de Phasga, qui est vers l'orient.

17. Et planitiem solitudinis, atque Jordanem, et terminos Cenereth usque ad mare Deserti, quod est Salsissimum, ad radices montis Phasga contra orientem.

§ III. *Moïse ordonne aux trois tribus qui avaient leur partage au deçà du Jourdain de marcher en armes à la tête des enfants d'Israël, pour les mettre en possession de la terre promise. Il assure Josué de la protection du Seigneur.*

18. Je donnai en ce même temps cet ordre *aux trois tribus qui venaient de recevoir leur partage au deçà du Jourdain,* et je leur dis : Le Seigneur votre Dieu vous donne ce pays pour *le posséder comme* votre héritage, *lorsque vos frères seront en possession de celui qu'il leur a destiné.* Marchez donc en armes devant les enfants d'Israël, qui sont vos frères, vous tous qui êtes des hommes robustes et courageux,

18. Præcepique vobis in tempore illo, dicens : Dominus Deus vester dat vobis terram hanc in hæreditatem, expediti præcedite fratres vestros filios Israel omnes viri robusti :

19. En laissant chez vous vos femmes, vos petits enfants et vos troupeaux. Car je sais que vous avez un grand nombre de bestiaux, et qu'ils doivent demeurer dans les villes que je vous ai données,

19. Absque uxoribus, et parvulis, atque jumentis. Novi enim quod plura habeatis pecora, et in urbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis,

20. Jusqu'à ce que le Seigneur mette vos frères dans le repos où il vous a mis, et qu'ils possèdent aussi eux-mêmes la terre qu'il leur doit donner au delà du Jourdain ; alors chacun de vous reviendra pour jouir des terres que je vous ai données.

20. Donec requiem tribuat Dominus fratribus vestris, sicut vobis tribuit : et possideant ipsi etiam terram, quam daturus est eis trans Jordanem : tunc revertetur unusquisque in possessionem suam, quam dedi vobis.

21. Je donnai aussi alors cet avis à Josué : Vos yeux ont vu de quelle manière le Seigneur votre Dieu a traité ces deux rois ; il traitera de même tous les royaumes dans lesquels vous devez entrer, *malgré tous les efforts qu'ils feront pour vous en empêcher.*

21. Josue quoque in tempore illo præcepi, dicens : Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus vester duobus his regibus : sic faciet omnibus regnis, ad quæ transiturus es.

22. Ne les craignez *donc* point ; car le

22. Ne timeas eos : Dominus

---

17. *Terminos Cenereth.* Vide dicta supra, Num. 34. 11. — *Usque ad mare Deserti.* Mare Mortuum, sive lacum Asphaltitem, Num. 34. 3 et 12.

18. *Præcedite fratres vestros.* Armati in Chanaan.

20. *Donec requiem.* Donec, debellatis Chananæis, terræ divisio facta sit ; quod bellum atque divisio annos quatuordecim tenuit, ex Abulensi.

Digitized by Google

enim Deus vester pugnabit pro vobis.

Seigneur votre Dieu combattra pour vous, *puisque c'est vous qu'il a choisi pour introduire son peuple dans la terre qu'il lui a promise, comme il me l'a déclaré avant la défaite des Madianites.*

§ IV. *Moïse prie Dieu de le faire entrer dans la terre promise. Dieu lui refuse cette grâce. Il le fait monter sur une montagne, afin qu'il voie de loin cette terre où il n'entrera point.*

23. Precatusque sum Dominum in tempore illo, dicens (1) :

24. Domine Deus, tu cœpisti ostendere servo tuo magnitudinem tuam, manumque fortissimam; neque enim est alius Deus, vel in cœlo, vel in terra, qui possit facere opera tua, et comparari fortitudini tuæ.

25. Transibo igitur, et videbo terram hanc optimam trans Jordanem, et montem istum egregium, et Libanum.

26. Iratusque est Dominus mihi propter vos, nec exaudivit me, sed dixit mihi : Sufficit tibi : nequaquam ultra loquaris de hac re ad me (2).

27. Ascende cacumen Phasgæ, et oculos tuos circumfer ad occidentem, et ad aquilonem, austrumque et orientem, et aspice; nec enim transibis Jordanem istum.

23. *Car* en ce même temps je fis cette prière au Seigneur, et je lui dis :

24. Seigneur *mon* Dieu, vous avez commencé à signaler votre grandeur et vôtre main toute-puissante devant votre serviteur *qui reconnaît que vous seul êtes Dieu;* car il n'y a point d'autre Dieu, soit dans le ciel, soit dans la terre, qui puisse faire les œuvres que vous faites, ni dont la force puisse être comparée à la vôtre.

25. Permettez donc que je passe au delà du Jourdain, et que je voie cette terre si fertile, cette excellente montagne *où vous voulez établir votre demeure au milieu d'Israël,* et le Liban *où vous faites régner un printemps continuel, et où vous faites naître des fruits si excellents.*

26. Mais le Seigneur étant en colère contre moi, *parce que j'avais hésité dans ma foi,* à cause de *l'incrédulité où je vous voyais sans cesse tomber,* ne m'exauça point, et il me dit : C'est assez; ne me parlez plus de cela; *car je ne vous accorderai point ce que vous me demandez.*

27. Mais montez sur le haut de la montagne de Phasga, et portez vos yeux de tous côtés, et regardez vers l'occident, vers le septentrion, vers le midi et vers l'orient; *considérez de loin cette terre où vous n'entrerez point;* car vous ne passerez point ce fleuve du Jourdain, *mais vous mourrez de ce côté-ci.*

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 113. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 113.

---

25. *Transibo igitur.* Quasi dicat : Quæso, transeam et videam terram, pro qua quadraginta annis laboravi. — *Montem istum egregium.* Montem Moria, in quo Abraham obtulit Isaac, in quo ædificanda est Sion et templum. Alii putant sermonem esse de montibus Bethel, qui et altiores quam mons Moria, et Jordani viciniores, nec multum a Jericho remoti sunt.

* 26. *Propter vos.* Vestrum peccatum murmuris, unde mihi orta occasio incredulitatis, cum virga petram percuterem ad eliciendas aquas. Vide dicta Num. 20. 12.

Digitized by Google

28. Donnez *donc* mes ordres à Josué, *continua le Seigneur;* affermissez-le et fortifiez-le, parce que c'est lui qui marchera devant ce peuple, et qui lui partagera la terre que vous verrez.

29. Nous demeurâmes *donc* en cette vallée, vis-à-vis du temple de Phogor, *idole des Moabites, à laquelle plusieurs d'entre vous s'étaient consacrés.*

28. Præcipe Josue, et corrobora eum atque conforta; quia ipse præcedet populum istum, et dividet eis terram quam visurus es.

29. Mansimusque in valle contra fanum Phogor.

CHAPITRE IV.

§ I. *Moïse exhorte Israël à observer les lois et les ordonnances du Seigneur. Avantage de ce peuple sur toutes les autres nations.*

1. Maintenant, ô Israël, écoutez les lois et les ordonnances que je vous enseigne *de la part du Seigneur,* afin que vous trouviez la vie en les observant, et qu'étant entrés dans la terre que le Seigneur, le Dieu de vos pères, vous doit donner, vous la possédiez *pour toujours.*

2. Vous n'ajouterez ni n'ôterez rien aux paroles que je vous dis : gardez les commandements du Seigneur votre Dieu, que je vous annonce de sa part, *sans vous en détourner, et sans vous faire un culte à votre volonté.*

3. Vos yeux ont vu tout ce que le Seigneur a fait contre Béelphégor, et de quelle sorte il a exterminé tous les adorateurs de cette idole du milieu de vous.

4. Mais vous qui vous êtes attachés au Seigneur votre Dieu, vous avez été tous conservés en vie jusqu'aujourd'hui : *ayez soin de répondre à ses grâces.*

5. Vous savez que je vous ai enseigné les lois et les ordonnances, selon que le Seigneur mon Dieu me l'a commandé : vous les pratiquerez donc dans la terre que vous devez posséder.

6. Vous les observerez et vous les accomplirez effectivement; car c'est en cela que

1. Et nunc, Israel, audi præcepta et judicia, quæ ego doceo te : ut faciens ea, vivas et ingrediens possideas terram, quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis.

2. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo : custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis.

3. Oculi vestri viderunt omnia quæ fecit Dominus contra Beelphegor, quomodo contriverit omnes cultores ejus de medio vestri.

4. Vos autem qui adhæretis Domino Deo vestro, vivitis universi usque in præsentem diem (1).

5. Scitis quod docuerim vos præcepta atque justitias, sicut mandavit mihi Dominus Deus meus : sic facietis ea in terra, quam possessuri estis :

6. Et observabitis et implebitis opere. Hæc est enim vestra sapien-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 194 *et suiv.*

---

29. *Contra fanum Phogor.* Hebr. *contra domum,* id est templum Phogor.

Cap. IV. 1. *Ut faciens ea vivas.* Vita præsenti diuturna et prospera.

2. *Non addetis... nec auferetis.* Ne addatis aliquid ei repugnans, nec auferatis eam vitiando et mutilando.

3. *Quæ fecit Dominus contra Beelphegor.* Occisis scilicet viginti quatuor millibus hominum, ut habetur Num. 25. 9.

6. *Vestra sapientia et intellectus coram populis.* Quasi dicat : Hæc lex

Digitized by Google

tia et intellectus coram populis, ut audientes universa præcepta hæc, dicant : En populus sapiens et intelligens, gens magna.

7. Nec est alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris.

8. Quæ est enim alia gens sic inclyta, ut habeat cerémonias, justaque judicia, et universam legem, quam ego proponam hodie ante oculos vestros?

9. Custodi igitur temetipsum, et animam tuam sollicite. Ne obliviscaris verborum, quæ viderunt oculi tui, et ne excidant de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos,

10. A die in quo stetisti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus est mihi, dicens : Congrega ad me populum, ut audiant sermones meos, et discant timere me omni tempore quo vivunt in terra, doceantque filios suos.

11. Et accessistis ad radices montis, qui ardebat usque ad cœlum : erantque in eo tenebræ, et nubes, et caligo.

12. Locutusque est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum ejus audistis, et formam penitus non vidistis.

13. Et ostendit vobis pactum

vous ferez paraître votre sagesse et votre intelligence devant les peuples, afin qu'entendant parler de toutes ces lois, *et vous les voyant observer,* ils disent : Voilà un peuple vraiment sage et intelligent : voilà une nation grande *et illustre.*

7. Il n'y a point en effet d'autre nation, quelque puissante qu'elle soit, qui ait des dieux aussi proche d'elle, comme notre Dieu est *proche de nous, et* présent à toutes nos prières.

8. Car où est un autre penple si célèbre, qui ait *comme celui-ci,* des cérémonies, des ordonnances pleines de justice, et toute une loi *semblable à celle* que j'exposerai aujourd'hui devant vos yeux?

9. Conservez-vous donc vous-mêmes, *en pratiquant cette loi sainte;* et gardez votre âme avec un grand soin. N'oubliez point les *grandes* choses que vos yeux ont vues, et qu'elles ne s'effacent point de votre cœur tous les jours de votre vie. Enseignez-les à vos enfants et à vos petits-enfants ;

10. *Instruisez-les de toutes les choses qui se sont passées* depuis le jour que vous vous présentâtes devant le Seigneur votre Dieu à Horeb, lorsque le Seigneur me parla et me dit : Faites assembler tout le peuple devant moi, afin qu'il entende mes paroles, et qu'il apprenne à me craindre tout le temps qu'il vivra sur la terre, et qu'il donne les mêmes instructions à ses enfants.

11. Vous approchâtes alors du pied de cette montagne dont la flamme montait jusqu'au ciel, et qui était environnée de ténèbres, de nuages et d'obscurités.

12. Le Seigneur vous parla du milieu de cette flamme. Vous entendîtes la voix qui proférait ses paroles; mais vous ne vîtes aucune forme, *pour vous apprendre que Dieu est un pur esprit, et qu'il ne peut être représenté par aucune figure sensible.*

13. Il vous fit connaître son alliance,

---

est cujus observatione apud cæteras nationes nomen habebitis, quod in rebus agendis sitis sapientes et intelligentes.

7. ***Appropinquantes sibi.*** Faventes, et intentos ad benefaciendum.

9. ***Custodi igitur temetipsum et animam tuam sollicite.*** Ne aliquid facias, vel animo decernas facere, quod huic legi sit contrarium. — ***Verborum.*** Rerum et portentorum.

11. ***Montis qui ardebat usque ad cœlum.*** Montis Sina, Hebr. ***usque ad cor cœli,*** usque ad medium cœlum.

13. ***Pactum suum.*** Legem, quæ est conditio pacti inter Deum et vos initi.

Digitized by Google

qu'il vous ordonna d'observer, et les dix commandements qu'il écrivit sur les deux tables de pierre.

14. Il m'ordonna en ce même temps de vous apprendre les cérémonies et les ordonnances que vous devez observer dans la terre que vous devez posséder.

suum, quod præcepit ut faceretis, et decem verba, quæ scripsit in duabus tabulis lapideis.

14. Mihique mandavit in illo tempore ut docerem vos ceremonias et judicia, quæ facere deberetis in terra, quam possessuri estis.

§ II. *Exhortation à la fidèle observation des commandements de Dieu et à la fuite de l'idolâtrie.*

15. Appliquez-vous donc avec grand soin à la garde de vos âmes, *afin qu'elles ne s'abanndonnent pas à adorer des dieux matériels qui ne sont point comme votre Dieu; car* vous n'avez vu aucune figure *ni* ressemblance au jour que le Seigneur vous parla à Horeb du milieu du feu :

15. Custodite igitur sollicite animas vestras. Non vidistis aliquam similitudinem, in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis :

16. *Souvenez-vous en bien,* de peur qu'étant séduits *par l'exemple des autres peuples,* vous ne fassiez, *comme eux,* quelque image de sculpture, quelque figure ou d'homme ou de femme,

16. Ne forte decepti faciatis vobis sculptam similitudinem, aut imaginem masculi vel feminæ,

17. Ou de quelqu'une des bêtes qui sont sur la terre, ou des oiseaux qui volent sous le ciel,

17. Similitudinem omnium jumentorum quæ sunt super terram, vel avium sub cœlo volantium,

18. Ou des animaux qui rampent et se remuent sur la terre, ou des poissons qui sont sous la terre dans les eaux;

18. Atque reptilium quæ moventur in terra, sive piscium qui sub terra morantur in aquis :

19. Ou qu'élevant vos yeux, et y voyant le soleil, la lune et tous les astres, vous ne tombiez dans l'illusion et dans l'erreur, *en les prenant pour des dieux,* et que vous ne rendiez *ainsi* un culte d'adoration à des créatures que le Seigneur votre Dieu a faites pour le service de toutes les nations qui sont sous le ciel, *au lieu de le rendre à ce souverain Libérateur qui vous traite avec une bonté dont il n'use pas même à mon égard.*

19. Ne forte elevatis oculis ad cœlum, videas solem et lunam, et omnia astra cœli, et errore deceptus adores ea et colas quæ creavit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub cœlo sunt.

20. Car pour vous, le Seigneur vous a tirés et fait sortir de l'Egypte, comme d'une

20. Vos autem tulit Dominus, et eduxit de fornace ferrea Ægyp-

---

15. *Custodite igitur sollicite animas vestras.* Hebræa cum Vatablo ita significantius vertunt, *cavete ergo accurate quam vobis est chara anima vestra;* ne scilicet legem Dei violetis, sed eam custodiatis; qui enim eam custodit, custodit animam suam. — *Non vidistis aliquam similitudinem... in Horeb.* In monte audistis Deum loquentem, sed nullam ejus figuram vidistis; quare nec debetis conari sculptili aliquo, aut alia simili ratione imaginem ejus imitari.

16. *Masculi vel feminæ.* Masculi, ut Belis, sive Baalis; feminæ ut Astarthis.

19. *In ministerium.* Cujusmodi sunt sol, luna, etc.

20. *De fornace ferrea Ægypti.* De servitute durissima quæ vos quasi for-

Digitized by Google

ti, ut haberet populum hæreditarium, sicut est in præsenti die.

21. Iratusque est Dominus contra me propter sermones vestros, et juravit ut non transirem Jordanem, nec ingrederer terram optimam, quam daturus est vobis.

22. Ecce morior in hac humo, non transibo Jordanem : vos transibitis, et possidebitis terram egregiam.

23. Cave ne quando obliviscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum : et facias tibi sculptam similitudinem eorum, quæ fieri Dominus prohibuit :

24. Quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator.

fournaise *ardente* où l'on fond le fer, pour avoir en vous un peuple dont il fit son héritage, comme on le voit aujourd'hui.

21. Mais le Seigneur étant en colère contre moi, à cause de *la faute que m'ont fait faire* vos murmures, a juré que je ne passerais pas le Jourdain, et que je n'entrerais point dans cet excellent pays qu'il vous doit donner.

22. Je vais donc mourir en ce lieu-ci, et je ne passerai point le Jourdain ; mais pour vous, vous le passerez, et vous posséderez ce beau pays.

23. Prenez *donc* garde de n'oublier jamais l'alliance que le Seigneur votre Dieu a faite avec vous, et de ne vous faire en sculpture l'image d'aucune des choses dont le Seigneur a défendu d'en faire ;

24. Parce que le Seigneur votre Dieu est un feu dévorant, et un Dieu jaloux, *qui punirait très-sévèrement cette infidélité.*

§ III. *Menaces terribles contre ceux qui violeraient les commandements de Dieu, et qui s'abandonneraient au culte des idoles.*

25. Si genueritis filios ac nepotes, et morati fueritis in terra, deceptique feceritis vobis aliquam similitudinem, patrantes malum coram Domino Deo vestro, ut eum ad iracundiam provocetis :

26. Testes invoco hodie cœlum et terram, cito perituros vos esse de terra, quam transito Jordane possessuri estis; non habitabitis in ea longo tempore, sed delebit vos Dominus,

27. Atque disperget in omnes gentes, et remanebitis pauci in nationibus, ad quas vos ducturus est Dominus.

28. Ibique serviatis diis, qui homines ferrea adussit et conclusit, ut nullum pateret effugium. Similis metaphora est Isaiæ 48. 10 : *Elegi te in camino paupertatis.* Est etiam allusio ad fornaces lateritias quibus addicti fuerant Hebræi in Ægypto. Vide Exod. 5. 7.

25. Si, après avoir eu des enfants et des petits-enfants et avoir demeuré dans ce pays, vous vous laissez séduire jusqu'à vous former quelque figure *pour l'adorer,* en commettant *ainsi* devant le Seigneur votre Dieu un crime qui attire sur vous sa colère,

26. J'atteste aujourd'hui le ciel et la terre que vous serez bientôt exterminés de ce pays que vous devez posséder après avoir passé le Jourdain. Vous n'y demeurerez pas longtemps : mais le Seigneur vous détruira :

27. Il vous dispersera dans tous les peuples, et vous ne resterez qu'en petit nombre parmi les nations où le Seigneur vous aura conduits.

28. Vous adorerez là des dieux qui ont

24. ***Deus tuus ignis consumens est.*** Deus injuriæ sibi illatæ vindex est, eamque acerrime punit ignis instar omnia vastantis.

26. ***Testes invoco hodie cœlum et terram.*** Species est juramenti per creaturas, in quibus specialiter relucet Deus. Sic Isaias c. 1. n. 2, cœlum terramque compellat, cum ait : *Audite, cœli, et auribus percipe, terra.*

27. ***Pauci.*** Hebr. *viri numeri,* id est, pauci numero.

Digitized by Google

été faits par la main des hommes, du bois et de la pierre : *des dieux,* qui ne voient point, qui n'entendent point, qui ne mangent point et qui ne sentent point.

29. Que si, *au contraire,* dans ces lieux-là même vous cherchez le Seigneur votre Dieu, vous le trouverez, pourvu toutefois que vous le cherchiez de tout votre cœur et dans toute l'amertume et l'affliction de votre âme.

30. *Et il fera qu'*après que vous vous serez trouvé accablé de tous ces maux qui vous avaient été prédits, vous reviendrez enfin au Seigneur votre Dieu, et vous écouterez sa voix.

31. Parce que le Seigneur votre Dieu est un Dieu plein de miséricorde; il ne vous abandonnera point *pour toujours,* et ne vous exterminera point entièrement, et n'oubliera pas l'alliance qu'il a jurée, et qu'il a faite avec vos pères, *par une faveur très-distinguée.*

minum manu fabricati sunt, ligno et lapidi qui non vident, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur.

29. Cumque quæsieris ibi Dominum Deum tuum, invenies eum : si tamen toto corde quæsieris, et tota tribulatione animæ tuæ.

30. Postquam te invenerint omnia quæ prædicta sunt, novissimo tempore reverteris ad Dominum Deum tuum, et audies vocem ejus.

31. Quia Deus misericors, Dominus Deus tuus est : non dimittet te, nec omnino delebit, neque obliviscetur pacti, in quo juravit patribus tuis.

§ IV. *Faveur dont Dieu a comblé le peuple d'Israël.*

32. *En effet* interrogez les siècles les plus reculés qui ont été avant vous, et *considérez* d'une extrémité du ciel jusqu'à l'autre, depuis le jour auquel le Seigneur créa l'homme sur la terre, s'il s'est jamais rien fait de semblable, si jamais on a ouï dire

33. Qu'un peuple ait entendu la voix de Dieu qui lui parlait du milieu des flammes comme vous l'avez entendue sans avoir perdu la vie;

32. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die quo creavit Deus hominem super terram, a summo cœlo usque ad summum ejus, si facta est aliquando hujuscemodi res, aut unquam cognitum est,

33. Ut audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti et vixisti :

---

28. ***Ligno et lapidi.*** Idolis ex ligno, vel lapide; dicuntur autem Israelitæ hisce idolis servituri, quia vel inviti ad id compellendi erant, quemadmodum reipsa contigit Dan. 3, et futurum rursum prædicitur Jerem. 5. 19.

29. ***Et tota tribulatione.*** In vera contritione et conversione; Deus enim peccatori peccatorum pœnitenti reconciliatur.

30. ***Te invenerint.*** Comprehenderint, est hebraismus. — ***Reverteris ad Dominum.*** Hæc omnia prophetice dicta sunt, et reipsa ita contigit in ipsa captivitate Babylonica, a qua Judæos pœnitentia ductos in suam terram Deus reduxit; et sive ad litteram, sive allegorice implebitur in fine mundi, cum Judæorum reliquiæ salvæ fient.

31. ***In quo juravit.*** Quod juravit.

32. ***Interroga de diebus antiquis.*** De factis quæ contigerunt in diebus antiquis. — ***A summo cœlo usque ad summun ejus.*** Hebr. ***ab extremo cœli usque ad extremum ejus;*** ab oriente usque ad occidentem, quasi dicat : Cognosce ea quæ toto orbe nunquam apud homines alicubi contigerunt. Similis phrasis est Matth. 24. 31.

33. ***Audisti et vixisti.*** Miraculi instar fuit quod tu vocem Dei tam terri-

Digitized by Google

34. Si fecit Deus ut ingrederetur, et tolleret sibi gentem de medio nationum, per tentationes, signa, atque portenta, per pugnam, et robustam manum, extentumque brachium, et horribiles visiones, juxta omnia quæ fecit pro vobis Dominus Deus vester in Ægypto, videntibus oculis tuis :

34. Qu'un Dieu soit venu prendre pour lui un peuple au milieu des nations, en faisant éclater sa puissance par des tentations *et par des épreuves*, par des miracles et par des prodiges, par des combats où il s'est signalé avec une main forte et un bras étendu, et par des visions horribles, selon tout ce que le Seigneur votre Dieu a fait pour vous dans l'Egypte, comme vous l'avez vu de vos yeux;

35. Ut scires quoniam Dominus ipse est Deus, et non est alius præter eum.

35. Afin que vous sussiez que le Seigneur est le véritable Dieu, et qu'il n'y en a point d'autre que lui.

36. De cœlo te fecit audire vocem suam, ut doceret te, et in terra ostendit tibi ignem suum maximum, et audisti verba illius de medio ignis,

36. Il vous a fait entendre sa voix du haut du ciel, pour vous instruire, et il vous a fait voir son feu sur la terre, un feu effroyable; et vous avez entendu ses paroles *qui sortaient* du milieu de ce feu,

37. Quia dilexit patres tuos, et elegit semen eorum post eos. Eduxitque te præcedens in virtute sua magna ex Ægypto,

37. Parce qu'il a aimé vos pères, et qu'après eux il a choisi pour lui leur postérité. Il vous a tiré de l'Egypte en marchant devant vous avec sa grande puissance,

38. Ut deleret nationes maximas et fortiores te in introitu tuo : et introduceret te, daretque tibi terram earum in possessionem, sicut cernis in præsenti die.

38. Pour exterminer à votre entrée de très-grandes nations qui étaient plus fortes que vous, pour vous faire entrer dans leur pays, et vous faire posséder leur terre, comme vous le voyez vous-mêmes aujourd'hui *dans les avantages que vous venez de remporter*.

39. Scito ergo hodie, et cogitato in corde tuo quod Dominus ipse sit Deus in cœlo sursum, et in terra deorsum, et non sit alius.

39. Reconnaissez donc en ce jour, et que cette pensée soit toujours gravée dans votre cœur, que le Seigneur est *l'unique* Dieu depuis le haut du ciel jusqu'au plus profond de la terre, et qu'il n'y en a point d'autre *que lui*.

40. Custodi præcepta ejus atque mandata, quæ ego præcipio tibi : ut bene sit tibi, et filiis tuis post te, et permaneas multo tempore super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi.

40. Gardez ses préceptes et ses commandements que je vous prescris aujourd'hui, afin que vous soyez heureux, vous et vos enfants après vous, et que vous demeuriez longtemps dans la terre que le Seigneur votre Dieu vous doit donner.

---

bilem ex Sina audires, et viveres : de quo rursum cap. 5, num. 24.

34. *Ut ingrederetur, et tolleret.* Ut procederet ad tollendum. — *Per tentationes.* Signa et prodigia. — *Horribiles visiones.* In tenebrarum triduo, de quibus Sap. 17 et 18.

36. *Et in terra ostendit tibi ignem suum maximum.* Quia ignis ex Sina prodire videbatur : mox vero supra eum ex cœlo, id est, ex aere formari, et descendere videbatur.

37. *Procedens in virtute.* Per angelum in columna nubis.

38. *Sicut cernis in præsenti die.* Jam enim, deletis Sehon et Og regibus cum suis exercitibus et populis, id impleri cœperat.

Digitized by Google

§ V. *Trois villes situées au delà du Jourdain destinées par Moïse pour servir de refuge aux homicides involontaires.*

41. Alors Moïse destina trois villes au deçà du Jourdain, vers l'orient, *selon que le Seigneur le lui avait ordonné,*

42. Afin que celui qui aurait tué son prochain contre sa volonté, sans qu'il eût été son ennemi un ou deux jours auparavant, pût se retirer en quelqu'une de ces villes, *et y être à couvert de la vengeance des parents de celui qu'il aurait tué.*

43. Ces villes furent Bosor, dans le désert, situé dans la plaine appartenant à la tribu de Ruben; Ramoth en Galaad, qui est de la tribu de Gad; et Golan en Basan, qui est de la tribu de Manassé.

44. Voici *maintenant* la loi que Moïse proposa aux enfants d'Israël;

45. Et voici les préceptes, les cérémonies et les ordonnances qu'il prescrivit aux enfants d'Israël, après qu'ils furent sortis de l'Egypte,

46. Etant au deçà du Jourdain dans la vallée qui est vis-à-vis du temple de Phogor, au pays de Séhon, roi des Amorrhéens, qui habita à Hésébon, et qui fut défait par Moïse. Car les enfants d'Israël qui étaient sortis de l'Egypte,

47. Possédèrent ses terres et les terres d'Og, roi de Basan, qui étaient les deux rois des Amorrhéens qui régnaient au deçà du Jourdain vers le levant,

48. Depuis Aroer, qui est situé sur le bord du torrent d'Arnon, jusqu'au mont Sion qui s'appelle aussi Hermon,

49. *C'est-à-dire* toute la plaine *qui est* au deçà du Jourdain vers l'orient, *depuis le mont Hermon* jusqu'à la mer du désert, *ou la mer Morte,* et jusqu'au pied du mont Phasga.

41. Tunc separavit Moyses tres civitates trans Jordanem ad orientalem plagam,

42. Ut confugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suum, nec sibi fuerit inimicus ante unum et alterum diem, et ad harum aliquam urbium possit evadere :

43. Bosor in solitudine, quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben : et Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad : et Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse.

44. Ista est lex, quam proposuit Moyses coram filiis Israel,

45. Et hæc testimonia et ceremoniæ atque judicia, quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Ægypto,

46. Trans Jordanem in valle contra fanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi, qui habitavit in Hesebon, quem percussit Moyses. Filii quoque Israel egressi ex Ægypto

47. Possederunt terram ejus, et terram Og regis Basan, duorum regum Amorrhæorum, qui erant trans Jordanem ad solis ortum :

48. Ab Aroer, quæ sita est super ripam torrentis Arnon, usque ad montem Sion, qui est et Hermon,

49. Omnem planitiem trans Jordanem ad orientalem plagam, usque ad mare Solitudinis, et usque ad radices montis Phasga.

---

41. *Separavit Moyses tres civitates.* Vide Num. c. 35.

48. *Usque ad montem Sion, qui est et Hermon.* Alius est hic Sion mons, a Sion monte Hierosolymæ et templi; hic enim Sion erat ab alia Jordanis parte, et hebraice scribitur per *schin;* Sion vero templi scribitur per *tsade.*

49. *Usque ad mare Solitudinis.* Mare Mortuum, sive lacus Asphaltites.

Digitized by Google

CHAPITRE V.

§ I. *Moïse assemble le peuple, et lui répète de nouveau les préceptes du décalogue.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Vocavitque Moyses omnem Israelem, et dixit ad eum : Audi, Israel, cerimonias atque judicia, quæ ego loquor in auribus vestris hodie : discite ea, et opere complete.

1. Moïse ayant donc fait venir tout le peuple d'Israël, lui dit : Ecoutez, Israël, les cérémonies et les ordonnances que je vous déclare aujourd'hui : apprenez-les et les pratiquez.

2. Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb.

2. Le Seigneur notre Dieu a fait alliance avec nous sur *le mont* Horeb.

3. Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum qui impræsentiarum sumus, et vivimus.

3. Il n'a point fait alliance avec nos pères, *qui sont morts dans le désert, et qui n'en ont point vu l'accomplissement,* mais avec nous qui sommes et qui vivons aujourd'hui, *et qui nous trouvons sur le point d'en recueillir le fruit.*

4. Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis.

4. Il nous a parlé face à face sur la montagne, *non en nous faisant paraître aucune forme sensible, mais en nous faisant entendre sa voix qui sortait* du milieu du feu.

5. Ego sequester et medius fui inter Dominum et vos in tempore illo, ut annuntiarem vobis verba ejus; timuistis enim ignem, et non ascendistis in montem, et ait :

5. Je fus alors l'entremetteur et le médiateur entre le Seigneur et vous, pour vous annoncer ses paroles, *que vous n'ôsâtes entendre ;* car vous appréhendâtes ce *grand* feu *d'où le Seigneur vous parlait,* et vous ne montâtes point la montagne *où il faisait éclater sa gloire,* et *d'où* il vous dit :

6. Ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti de domo servitutis.

6. Je suis le Seigneur votre Dieu qui vous ai tiré de l'Egypte, de ce séjour de servitude *où vous gémissiez.*

CAP. V. 1. *Omnem Israelem.* Universum populum : adfuerunt enim omnes, ut indicatur c. 29. 10. Nec difficile fuit Deo vim Mosis voci addere, ut ab omnibus posset exaudiri.

3. *Non cum patribus nostris iniit pactum, sed nobiscum.* Non veteribus illis patriarchis Abraham, Isaac et Jacob legem dedit, sed nobis. Supererant enim adhuc ex iis qui vivebant tempore datæ legis in monte Sina; et ut nulli superessent, adhuc dici poterat : Iniit pactum nobiscum, id est cum populo nostro; populus enim durat, quamvis singuli cives moriantur.

4. *Facie ad faciem.* Non quasi formam aut speciem ejus videritis; hoc enim negavit, c. 4. 12, sed facie ad faciem, id est, coram et sine internuntio, * et ita ut vocem audirent, loquentem autem non viderent.

5. *Ego sequester et medius fui.* Ergo Moses mediator fuit inter Deum et populum, ut ait Apostolus ad Galat. 3. 19.

6. *De domo servitutis.* Hebr. *de domo servorum,* de ergastulo, de Ægypto, ubi durissimam serviebas servitutem.

Digitized by Google

7. Vous n'aurez point en ma présence de dieux étrangers.

8. Vous ne vous ferez point d'image de sculpture, ni de figures de tout ce qui est ou en haut dans le ciel, ou en bas sur la terre, ou qui vit sous la terre dans les eaux.

9. Vous ne les adorerez et ne les servirez point; car je suis le Seigneur votre Dieu, un Dieu jaloux qui punit l'iniquité des pères sur les enfants jusqu'à la troisième et quatrième génération de ceux qui me haïssent,

10. Et qui fais miséricorde jusqu'à mille et mille générations à ceux qui m'aiment, et qui gardent mes préceptes.

11. Vous ne prendrez point le nom du Seigneur votre Dieu en vain; car celui qui aura attesté *la sainteté* de son nom sur une chose vaine ne sera point impuni.

12. Observez le jour du sabbat, et ayez soin de le sanctifier, selon que le Seigneur votre Dieu vous l'a ordonné.

13. Vous travaillerez pendant six jours, et vous y ferez tous vos ouvrages.

14. Mais le septième jour est celui du sabbat, c'est-à-dire le jour du repos du Seigneur votre Dieu. Vous ne ferez aucune

7. Non habebis deos alienos in conspectu meo.

8. Non facies tibi sculptile, nec similitudinem omnium, quæ in cœlo sunt desuper, et quæ in terra deorsum, et quæ versantur in aquis sub terra.

9. Non adorabis ea, et non coles. Ego enim sum Dominus Deus tuus : Deus æmulator, reddens iniquitatem patrum super filios in tertiam et quartam generationem his qui oderunt me (1),

10. Et faciens misericordiam in multa millia diligentibus me, et custodientibus præcepta mea (2).

11. Non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra : quia non erit impunitus qui super re vana nomen ejus assumpserit.

12. Observa diem sabbati, ut sanctifices eum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus.

13. Sex diebus operaberis, et facies omnia opera tua.

14. Septimus dies sabbati est, id est, requies Domini Dei tui. Non facies in eo quidquam operis

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 111 *et suiv.*— (2) Ibid.

---

7. ***Non habebis deos alienos in conspectu meo.*** LXX et chald. ***præter me;*** unus enim est Deus, cætera falsa sunt numina errore hominum inducta.

8. ***Non facies tibi sculptile.*** Superiori versiculo vetuit falsorum deorum cultum, nunc vetat eorum simulacra. Itaque imagines, quod volunt hæretici, non prohibentur, sed idola tantum falsorum numinum.

9. ***Non adorabis ea.*** Inclinando te, genu flectendo, etc.—***Non coles.*** Oblationibus, festis et sacrificiis.— ***Deus æmulator.*** Sive, ut vertunt LXX, ***zelotes,*** qui fornicationes hasce et adulteria cum idolis ulciscor.—***Reddens iniquitatem.*** Pœnam iniquitatis. — ***Patrum super filios.*** Qui vitia parentum imitantur. Vel etiam sermo est de filiis innocentibus, quos Deus propter parentum scelera temporali et corporali pœna punit ad exemplum cæterorum. — ***In tertiam et quartam generationem.*** Quantum scilicet scelerum a parentibus commissorum memoria perseverat; vel numerus definitus ponitur pro indefinito, et sensus est, in multas generationes.

10. ***In multa millia.*** In plurimas generationes.

11. ***Nomen Domini Dei tui frustra.*** Vel pejerando, vel quocumque alio modo sancto Dei nomine abutendo irreverenter. — ***Non erit impunitus.*** Liptote; graviter punietur. Sic eadem figura dicitur I. Reg. 12. 21 : ***Nolite declinare post vana, quæ non proderunt,*** id est, maxime oberunt.

12. ***Ut sanctifices eum.*** Vacando ab opere servili, ut otium tibi sit divinis rebus operam dandi.

Digitized by Google

tu, et filius tuus, et filia, servus et ancilla, et bos, et asinus, et omne jumentum tuum, et peregrinus qui est intra portas tuas : ut requiescat servus tuus, et ancilla tua, sicut et tu.

15. Memento quod et ipse servieris in Ægypto, et eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti, et brachio extento. Idcirco præcepit tibi ut observares diem sabbati.

16. Honora patrem tuum et matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus, ut longo vivas tempore, et bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi (1).

17. Non occides.

18. Neque mœchaberis.

19. Furtumque non facies.

20. Nec loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.

21. Non concupisces uxorem proximi tui : non domum, non agrum, non servum, non ancil-

œuvre *servile* en ce jour-là, ni vous, ni votre fils, ni votre fille, ni votre serviteur, ni votre servante, ni votre bœuf, ni votre âne, ni aucune de vos bêtes, ni l'étranger qui est au milieu de vous; afin que votre serviteur et votre servante se reposent comme vous.

15. Souvenez-vous que vous avez vous-mêmes été esclaves dans l'Egypte, et que le Seigneur votre Dieu vous en a tirés par sa main toute-puissante, et en déployant toute la force de son bras. C'est pourquoi il vous a ordonné d'observer le jour du sabbat, *non-seulement en mémoire du repos dans lequel il est entré après avoir fait ses ouvrages, mais aussi en reconnaissance de celui qu'il vous a procuré après une si longue et si dure captivité.*

16. Honorez votre père et votre mère, selon que le Seigneur votre Dieu vous l'a ordonné, afin que vous viviez longtemps, et que vous soyez heureux dans la terre que le Seigneur votre Dieu vous doit donner.

17. Vous ne tuerez point.

18. Vous ne commettrez point de fornication.

19. Vous ne déroberez point.

20. Vous ne porterez point de faux témoignage contre votre prochain.

21. Vous ne désirerez point la femme de votre prochain, ni sa maison, ni son champ, ni son serviteur, ni sa servante,

(1) **Lettres de quelques Juifs, tome III, page 155.**

---

14. ***Quidquam operis.*** Servilis. — ***Et peregrinus.*** Etiam incircumcisus, cum tecum est, publicum festum non violet.

16. ***Honora patrem.*** Amando, reverentiam exhibendo, obediendo, juvando et subveniendo. — ***Ut longo vivas tempore.*** Quasi dicat : Si honores parentes, longævus vives in terra Chanaan, lacte et melle manante.

17. ***Non occides.*** Vetat injustam hominis occisionem, item verbera, rixas et iram.

18. ***Neque mœchaberis.*** Vetat omnem concubitum extra matrimonium, omnemque membrorum illorum abusum quæ generationi destinata sunt. Ex parte enim notiori et famosiori, id est, mœchia, sive adulterio, totum libidinis genus, omnesque ejus species intelligi voluit. Ita S. August. q. 71.

19. ***Furtumque non facies.*** Vetatur omnis injusta rei alienæ usurpatio.

20. ***Falsum testimonium.*** Sub principaliori crimine falsi testimonii cætera quæque minora ei affinia intellige, v. g., detractionem, contumeliam, irrisionem, etc.

21. ***Non concupisces uxorem, etc.*** Peculiari præcepto vetatur concupiscentia uxoris et rei alienæ, quia duobus præceptis de non mœchando nec

Digitized by Google

ni son bœuf, ni son âne, ni aucune chose qui lui appartienne.

22. Le Seigneur prononça ces paroles avec une voix forte devant vous tous sur la montagne, du milieu du feu, de la nuée et de l'obscurité, sans y ajouter rien davantage, et il les écrivit sur deux tables de pierre qu'il me donna.

lam, non bovem, non asinum, et universa quæ illius sunt.

22. Hæc verba locutus est Dominus ad omnem multitudinem vestram in monte de medio ignis et nubis, et caliginis, voce magna, nihil addens amplius : et scripsit ea in duabus tabulis lapideis, quas tradidit mihi.

§ II. *Frayeur dont furent saisis les Israélites lorsque Dieu leur fit entendre sa voix de dessus le mont Sinaï.*

23. Mais après que vous eûtes entendu sa voix *qui retentissait* du milieu des ténèbres, et que vous eûtes vu la montagne tout en feu, vous m'envoyâtes tous les princes de vos tribus et vos anciens, et vous me dîtes, *par leur bouche :*

24. Le Seigneur notre Dieu nous a fait voir sa majesté et sa grandeur; nous avons entendu sa voix du milieu du feu; et nous avons éprouvé aujourd'hui que Dieu a parlé à un homme, sans que l'homme soit mort. *Mais nous sommes contents de cette épreuve.*

25. Pourquoi donc mourrons-nous, et serons-nous dévorés par ce grand feu, *comme il arrivera si nous demeurons ici plus longtemps?* Car si nous entendons davantage la voix du Seigneur notre Dieu, nous mourrons *très-certainement.*

26. *En effet* qu'est tout homme revêtu de chair pour pouvoir entendre la voix du Dieu vivant, *et* parlant du milieu du feu, comme nous l'avons entendue, sans qu'il en perde la vie?

27. Approchez-vous donc plutôt vous-même *de lui,* et écoutez tout ce que le Seigneur notre Dieu vous dira; vous nous le rapporterez ensuite, et quand nous l'auront appris, nous le ferons.

28. Ce que le Seigneur ayant ouï, il me dit : J'ai entendu les paroles que ce peuple vous a dites; il a bien parlé dans tout ce qu'il a dit. *Puis il ajouta, comme pour marquer le désir qu'il avait de vous voir persévérer dans cette disposition qui devait être la source de votre bonheur :*

23. Vos autem postquam audistis vocem de medio tenebrarum, et montem ardere vidistis, accessistis ad me omnes principes tribuum, et majores natu, atque dixistis :

24. Ecce ostendit nobis Dominus Deus noster majestatem et magnitudinem suam; vocem ejus audivimus de medio ignis, et probavimus hodie, quod loquente Deo cum homine, vixerit homo.

25. Cur ego moriemur, et devorabit nos ignis hic maximus? Si enim audierimus ultra vocem Domini Dei nostri, moriemur.

26. Quid est omnis caro, ut audiat vocem Dei viventis, qui de medio ignis loquitur, sicut nos audivimus, et possit vivere?

27. Tu magis accede : et audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi : loquerisque ad nos, et nos audientes faciemus ea.

28. Quod cum audisset Dominus, ait ad me : Audivi vocem verborum populi hujus quæ locuti sunt tibi : bene omnia sunt locuti.

---

furando in eum errorem quis labi potuisset, ut crederet actus tantum externos prohiberi.

26. *Ut audiat vocem Dei... et possit vivere.* Sic Daniel, c. 10. 16, ait ad angelum : ***Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt compages meæ; et nihil in me remansit virium.***

Digitized by Google

29. Quis det talem eos habere mentem, ut timeant me, et custodiant universa mandata mea in omni tempore, ut bene sit eis et filiis eorum in sempiternum?

30. Vade, et dic eis : Revertimini in tentoria vestra.

31. Tu vero hic sta mecum, et loquar tibi omnia mandata mea, et ceremonias atque judicia : quæ docebis eos, ut faciant ea in terra, quam dabo illis in possessionem.

32. Custodite igitur et facite quæ præcepit Dominus Deus vobis : non declinabitis neque ad dexteram, neque ad sinistram :

33. Sed per viam, quam præcepit Dominus Deus vester, ambulabitis, ut vivatis, et bene sit vobis, et protelentur dies in terra possessionis vestræ.

29. Qui leur donnera un tel esprit *et* un tel cœur, qu'ils me craignent *toujours*, et qu'ils gardent en tout temps tous mes préceptes, afin qu'ils soient heureux pour jamais, eux et leurs enfants?

30. Allez, *ajouta-t-il encore en m'adressant la parole*, et dites-leur : Retournez en vos tentes.

31. Et pour vous, demeurez ici avec moi, et je vous dirai tous mes commandements, mes cérémonies et mes ordonnances; et vous les leur enseignerez, afin qu'ils les observent dans la terre que je leur donnerai en héritage.

32. Observez donc, *leur direz-vous*, et exécutez ce que le Seigneur *votre* Dieu vous a commandé. Vous ne vous détournerez ni à droite ni à gauche :

33. Mais vous marcherez par la voie que le Seigneur votre Dieu vous a prescrite, afin que vous viviez, que vous soyez heureux, et que *vos* jours se multiplient dans le pays que vous allez posséder.

CHAPITRE VI.

§ I. *Moïse exhorte les Israélites à aimer Dieu de tout leur cœur, et à avoir toujours ses préceptes devant les yeux.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Hæc sunt præcepta, et ceremoniæ, atque judicia, quæ mandavit Dominus Deus vester ut docerem vos, et faciatis ea in terra, ad quam transgredimini possidendam :

2. Ut timeas Dominum Deum tuum, et custodias omnia mandata et præcepta ejus, quæ ego præcipio tibi, et filiis, ac nepotibus tuis, cunctis diebus vitæ tuæ, ut prolongentur dies tui.

3. Audi, Israel, et observa ut facias quæ præcepit tibi Dominus, et bene sit tibi, et multipliceris

1. Or voici les préceptes, les cérémonies et les ordonnances que le Seigneur votre Dieu m'a commandé de vous enseigner, afin que vous les observiez dans le pays dont vous allez vous mettre en possession; *et voici aussi les menaces qu'il m'a commandé de vous faire*,

2. Afin que vous craigniez le Seigneur votre Dieu, et que tous les jours de votre vie vous gardiez tous ses commandements et ses préceptes que je vous donne à vous, à vos enfants et aux enfants de vos enfants, et que vous viviez longtemps *sur la terre*.

3. Ecoutez *donc*, Israël, et ayez grand soin de faire ce que le Seigneur vous a commandé, afin que vous soyez heureux, et

---

31. *Hic sta mecum.* In monte.

32. *Neque ad dexteram, neque ad sinistram.* Est proverbialis locutio, qua significatur nullo modo divinam legem transgrediendam esse.

CAP. VI. 3. *Amplius.* Valde, ut habent hebr. chald. et LXX.

Digitized by Google

que vous vous multipliiez de plus en plus, selon la promesse que le Seigneur le Dieu de vos pères vous a faite de vous donner une terre où couleraient des ruiseaux de lait et de miel.

4. Ecoutez, *dis-je*, Israël, *ce que je vais vous dire*. Le Seigneur notre Dieu est le seul et unique Seigneur.

5. *C'est pourquoi* vous aimerez le Seigneur votre Dieu de tout votre cœur, de toute votre âme et de toutes vos forces.

6. Ces commandements que je vous donne aujourd'hui seront gravés dans votre cœur.

7. Vous en instruirez vos enfants : vous les méditerez assis dans votre maison, et marchant dans le chemin, la nuit dans les intervalles du sommeil, le matin à votre réveil.

8. Vous les lierez comme une marque dans votre main; vous les porterez *sur le front* entre vos yeux;

9. Vous les écrirez sur le seuil et sur les poteaux de la porte de votre maison.

amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi terram lacte et melle manantem.

4. Audi, Israel, Dominus Deus noster, Dominus unus est.

5. Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota anima tua, et ex tota fortitudine tua (1).

6. Eruntque verba hæc, quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo :

7. Et narrabis ea filiis tuis, et meditaberis in eis sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens atque consurgens (2).

8. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntque et movebuntur inter oculos tuos,

9. Scribesque ea in limine et ostiis domus tuæ.

§ II. *Il leur recommande de ne pas oublier le Seigneur ni les grâces qu'ils en avaient reçues, mais d'en faire passer le souvenir de race en race, en les racontant à leurs enfants.*

10. Et lorsque le Seigneur votre Dieu vous aura fait entrer dans la terre qu'il a promise avec serment à vos pères Abra-

10. Cumque introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, pro qua juravit patribus tuis, Abra-

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 112. — Vous rapporterez tout ce qu'il y a en vous à celui à qui vous appartenez tout entier. — (2) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 151.

---

4. *Deus noster, Dominus unus est.* Hoc est, primum principium; unde conclusio deducitur de eo solo adorando, colendo, timendo, diligendo.

5. *Ex toto corde tuo.* Quod dicitur ex toto corde, anima, fortitudine, etc., videtur idem significare, sed pluribus vocibus explicatur ad rem magis inculcandam.

7. *Et narrabis.* Hebr. *et acues,* id est, ut Vatablus et alii, iterabis, revolves, repetes hæc mea præcepta filiis tuis. Vel *acues* significat clare, distincte, aperte propones. — *Meditaberis.* Hebr. *loqueris,* sicut famulus cum hero loquitur familiariter, ut ejus mentem cognoscat, quam opere exequatur. — *Dormiens.* Quando scilicet cubitum concedis, aut dum cubas. — *Atque consurgens.* Juxta piorum usum, qui cum evigilarunt, primitias actionum per orationem aut meditationem Deo offerunt.

8. *Ligabis ea quasi signum in manu tua.* Judæi olim hæc omnia ad litteram, ut sonant, acceperunt, ut patet Matth. 23. 5. Verum melius accipiuntur metaphorice, ut hac formula loquendi doceamur divinam legem præ oculis semper habere, nec illius unquam oblivisci. — *Movebuntur.* In græco est, ἀσάλευτα, *immobilia :* unde suspicari licet vulgatum interpretem scripsisse, *non movebuntur.*

Digitized by Google

ham, Isaac, et Jacob : et dederit tibi civitates magnas et optimas, quas non ædificasti,

11. Domos plenas cunctarum opum, quas non extruxisti, cisternas, quas non fodisti, vineta et oliveta, quæ non plantasti,

12. Et comederis, et saturatus fueris :

13. Cave diligenter, ne obliviscaris Domini, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo servitutis. Dominum Deum tuum timebis, et illi soli servies, ac per nomen illius jurabis.

14. Non ibitis post deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu vestro sunt :

15. Quoniam Deus æmulator, Dominus Deus tuus in medio tui : nequando irascatur furor Domini Dei tui contra te, et auferat te de superficie terræ.

16. Non tentabis Dominum Deum tuum, sicut tentasti in loco Tentationis.

17. Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia et cerémonias, quas præcepit tibi :

18. Et fac quod placitum est et bonum in conspectu Domini, ut bene sit tibi : et ingressus possideas terram optimam, de qua juravit Dominus patribus tuis.

19. Ut deleret omnes inimicos tuos coram te, sicut locutus est.

20. Cumque interrogaverit te filius tuus cras, dicens : Quid sibi volunt testimonia hæc, et cere-

ham, Isaac et Jacob, et qu'il vous aura donné de grandes et de très-bonnes villes que vous n'aurez point fait bâtir,

11. Des maisons pleines de toutes sortes de biens, que vous n'aurez point fait faire, des citernes que vous n'aurez point creusées, des vignes et des plants d'oliviers que vous n'aurez point plantés,

12. Et que vous vous serez nourris et rassasiés de toutes ces choses :

13. Prenez bien garde de ne pas oublier le Seigneur qui vous a tirés du pays d'Egypte, de ce séjour de servitude, *et qui vous aura mis en possession de tous ces biens; mais* vous craindrez le Seigneur votre Dieu; vous ne servirez que lui seul: *et quand vous serez obligés de jurer,* vous *ne* jurerez *que* par son nom, *et vous ne le jurerez qu'avec jugement, avec justice et avec vérité.*

14. Vous ne suivrez point les dieux étrangers, *les dieux* d'aucune des nations qui sont autour de vous.

15. Parce que le Seigneur votre Dieu, qui est au milieu de vous, est un Dieu jaloux : *n'adorez donc que lui seul,* de peur que la fureur du Seigneur votre Dieu ne s'allume contre vous, et qu'il ne vous extermine de dessus la terre.

16. Vous ne tenterez point le Seigneur votre Dieu, comme vous l'avez tenté au lieu de la Tentation, *où vous doutâtes de sa puissance et de sa bonté.*

17. Gardez les préceptes du Seigneur votre Dieu, les ordonnances et les cérémonies qu'il vous a prescrites.

18. Faites ce qui est bon et agréable aux yeux du Seigneur, afin que vous soyez heureux, et que vous possédiez cet excellent pays où vous allez entrer, que le Seigneur a juré de donner à vos pères,

19. En leur promettant d'exterminer devant vous tous vos ennemis.

20. Et lorsque vos enfants vous interrogeront à l'avenir, et vous diront : Que signifient ces commandements, ces cérémo-

---

13. *Per nomen illius jurabis.* Si jurandum sit.

16. *Non tentabis Dominum.* Non exacerbabis peccando, murmurando, etc. — *In loco Tentationis.* Exod. 17. 7.

17. *Testimonia.* Leges quæ testantur quid velit Deus a nobis fieri.

20. *Cras.* Tempore futuro.

Digitized by Google

nies et ces ordonnances que le Seigneur notre Dieu nous a prescrites?

21. Vous leur direz: Nous étions esclaves de Pharaon dans l'Egypte, et le Seigneur nous a tirés de l'Egypte avec une main forte.

22. Il a fait sous nos yeux dans l'Egypte de grands miracles et des prodiges terribles contre Pharaon et contre toute sa maison;

23. Et il nous a tirés de ce pays-là pour nous faire entrer dans cette terre, qu'il avait promis avec serment à nos pères de nous donner :

24. Et le Seigneur nous a commandé ensuite d'observer toutes ces lois, et de craindre le Seigneur notre Dieu, afin que nous soyons heureux tous les jours de notre vie, comme nous le sommes aujourd'hui.

25. Car le Seigneur notre Dieu nous fera miséricorde, *et nous comblera de biens dans la suite de tous les siècles*, si nous observons et si nous pratiquons devant lui tous ces préceptes, selon qu'il nous l'a commandé.

moniæ, atque judicia, quæ præcepit Dominus Deus noster nobis (1)?

21. Dices ei: Servi eramus Pharaonis in Ægypto, et eduxit nos Dominus de Ægypto in manu forti:

22. Fecitque signa atque prodigia magna et pessima in Ægypto contra Pharaonem, et omnem domum illius, in conspectu nostro.

23. Et eduxit nos inde, ut introductis daret terram, super qua juravit patribus nostris.

24. Præcepitque nobis Dominus, ut faciamus omnia legitima hæc, et timeamus Dominum Deum nostrum, ut bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie.

25. Eritque nostri misericors, si custodierimus et fecerimus omnia præcepta ejus coram Domino Deo nostro, sicut mandavit nobis.

CHAPITRE VII.

§ I. *Dieu commande aux Israélites d'exterminer entièrement les nations infidèles qu'il devait livrer entre leurs mains. Il leur défend de contracter aucune alliance avec ces nations. Il leur déclare que c'est par un pur effet de son amour qu'il les a choisis pour son peuple.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Lorsque le Seigneur votre Dieu vous aura fait entrer en cette terre que vous allez posséder, et qu'il aura exterminé devant vous plusieurs nations *qui l'occupent maintenant, et dont les principales sont* les Héthéens, les Gergéséens, les Amorrhéens, les Chananéens, les Phéréséens, les Hévéens et les Jébuséens, qui sont sept

1. Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, quam possessurus ingrederis, et deleverit gentes multas coram te, Hethæum, et Gergezæum, et Amorrhæum, Chananæum, et Pherezæum, et Hevæum, et Jebusæum, septem gentes multo majoris nu-

---

22. *Pessima.* Gravissima Ægyptiis, nocentissima.

24. *Legitima.* Lege decreta.

25. *Eritque nostri misericors.* Hebr. *et justitia erit nobis;* sed justitia hic et alibi capitur pro misericordia.

CAP. VII. 1. *Septem gentes.* Genes. 15. 19 et sequentibus numerantur de-

Digitized by Google

meri quam tu es, et robustiores te :

2. Tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties eas usque ad internecionem. Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum,

3. Neque sociabis cum eis conjugia. Filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo :

4. Quia seducet filium tuum, ne sequatur me, et ut magis serviat diis alienis; irasceturque furor Domini, et delebit te cito (1).

5. Quin potius hæc facietis eis : Aras eorum subvertite, et confringite statuas, lucosque succidite, et sculptilia comburite.

6. Quia populus sanctus es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, ut sis ei populus peculiaris de cunctis populis, qui sunt super terram.

7. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis junctus est Dominus, et elegit vos, cum omnibus sitis populis pauciores :

8. Sed quia dilexit vos Dominus, et custodivit juramentum,

peuples beaucoup plus nombreux et plus puissants que vous n'êtes :

2. Lors, *dis-je*, que le Seigneur votre Dieu vous les aura livrés, vous les ferez tous passer au fil de l'épée, sans qu'il en demeure un seul. Vous ne ferez point d'alliance avec eux, et vous n'aurez aucune compassion d'eux, *parce que c'est moi qui vous ordonne de me venger de leur impiété.*

3. Vous ne contracterez point de mariage avec ces peuples. Vous ne donnerez point vos filles à leurs fils, ni vos fils n'épouseront point leurs filles *idolâtres;*

4. Parce que, *si vous en usez autrement,* elles séduiront vos fils, et leur persuaderont de m'abandonner et d'adorer des dieux étrangers plutôt que moi. Ainsi la fureur du Seigneur s'allumera *contre vous,* et vous exterminera dans peu de temps.

5. Voici au contraire la manière dont vous agirez avec eux : Renversez leurs autels, brisez leurs statues, abattez leurs bois *profanes,* et brûlez tous leurs ouvrages de sculpture *qu'ils ont faits pour les adorer.*

6. Parce que vous êtes un peuple saint *et* consacré au Seigneur votre Dieu, *parmi lequel il ne doit point y avoir de dieu étranger. En effet,* le Seigneur votre Dieu vous a choisis, afin que vous fussiez le peuple qui lui fût propre et particulier d'entre tous les peuples qui sont sur la terre.

7. Ce n'est pas parce que vous surpassez en nombre toutes les nations que le Seigneur s'est uni à vous, et vous a choisis pour lui, puisqu'au contraire vous êtes en plus petit nombre que tous les autres peuples :

8. Mais c'est parce que le Seigneur vous a aimés, et qu'il a gardé le serment qu'il

(1) **Lettres de quelques Juifs, tome III, page 172.**

---

cem gentes Chananæorum, quas expulerunt Hebræi : tres ergo reliquæ vel ante perierant, vel aliis septem permixtæ fuerunt.

2. *Non inibis cum eis fœdus.* Ut tecum in eadem terra habitent; quod male servatum ab Hebræis, ut patet Josue 13. 13, et Judic. 1. 21.

3. *Neque sociabis cum eis conjugia.* Quandiu manent idololatræ.

6. *Populus sanctus es Domino.* Sanctus, id est, separatus, ab aliis gentibus, verique Dei religioni addictus.—*Populus peculiaris.* Hebr. est, *populus,* סְגֻלָּה *segulla,* quæ vox cimelium significat, sive rem charissimam et pretiosissimam.

7. *Junctus est Dominus.* Vobis adhæsit, vos peculiari amore complexus est, ut vox hebræa sonat.

Digitized by Google

avait fait à vos pères, en vous faisant sortir *de l'Egypte* par sa main toute-puissante, en vous rachetant de ce séjour de servitude, et en vous tirant des mains de Pharaon roi d'Egypte, *comme il le leur avait promis.*

9. Vous saurez donc que le Seigneur votre Dieu est lui-même le Dieu fort et fidèle, qui garde son alliance et sa miséricorde jusqu'à mille générations envers ceux qui l'aiment et qui gardent ses préceptes;

10. Et qui au contraire punit promptement ceux qui le haïssent, en sorte qu'il ne diffère pas de les perdre entièrement et de leur rendre sur-le-champ ce qu'ils méritent.

quod juravit patribus vestris : eduxitque vos in manu forti, et redemit de domo servitutis, de manu Pharaonis regis Ægypti.

9. Et scies, quia Dominus Deus tuus, ipse est Deus fortis et fidelis, custodiens pactum et misericordiam diligentibus se, et his qui custodiunt præcepta ejus, in mille generationes :

10. Et reddens odientibus se statim, ita ut disperdat eos, et ultra non differat, protinus eis restituens quod merentur.

§ II. *Exhortation à garder fidèlement les préceptes et les ordonnances du Seigneur. Promesses de sa protection divine. Ordre de fuir l'idolâtrie et tout ce qui en approche.*

11. Gardez donc les préceptes, les cérémonies et les ordonnances que je vous commande aujourd'hui d'observer, *afin que vous viviez et que vous soyez heureux.*

12. *Car* si, après avoir entendu ces ordonnances, vous les gardez et les pratiquez, le Seigneur votre Dieu gardera aussi à votre égard l'alliance et la miséricorde qu'il a promises à vos pères avec serment.

13. Il vous aimera et vous multipliera; il bénira le fruit de votre ventre, et le fruit de votre terre, votre blé, vos vignes, votre huile, vos bœufs et vos troupeaux de brebis dans la terre qu'il a promis avec serment à vos pères de vous donner.

14. Vous serez bénis entre tous les peuples; il n'y aura point parmi vous de stérile de l'un ni de l'autre sexe, ni dans les hommes ni dans vos troupeaux.

15. Le Seigneur éloignera de vous toutes les langueurs, et il ne vous frappera point

11. Custodi ergo præcepta et ceremonias, atque judicia quæ ego mando tibi hodie ut facias.

12. Si postquam audieris hæc judicia, custodieris ea et feceris, custodiet et Dominus Deus tuus pactum tibi, et misericordiam quam juravit patribus tuis :

13. Et diliget te ac multiplicabit, benedicetque fructui ventris tui, et fructui terræ tuæ, frumento tuo, atque vindemiæ, oleo, et armentis, gregibus ovium tuarum super terram, pro qua juravit patribus tuis ut daret eam tibi.

14. Benedictus eris inter omnes populos. Non erit apud te sterilis utriusque sexus, tam in hominibus quam in gregibus tuis.

15. Auferet Dominus a te omnem languorem, et infirmitates

---

9. *Deus fortis.* In redimendo et salvando.—*Et fidelis.* In servandis promissis.

10. *Reddens odientibus se statim.* Pœnam non differens, ut patuit in pœna colentium vitulum aureum, Exod. 32. 27, et concupiscentium carnes, Num. 11. 1, et in pœna Core, Dathan et Abiron, Num. 16. 31, et in pœna murmuris Mariæ, Num. 12. 10.

13. *Benedicetque fructui ventris tui.* Posteritatem tuam multiplicabit.

14. *Non erit apud te sterilis utriusque sexus.* Non est hoc præceptum, sed est benedictio qua conjugatis proles promittitur.

15. *Languorem, et infirmitates Ægypti pessimas.* Cujus modi erant vesicæ

Digitized by Google

Ægypti pessimas, quas novisti, non inferat tibi, sed cunctis hostibus tuis.

16. Devorabis omnes populos, quos Dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec servies diis eorum, ne sint in ruinam tui.

17. Si dixeris in corde tuo : Plures sunt gentes istæ quam ego, quomodo potero delere eas?

18. Noli metuere, sed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni, et cunctis Ægyptiis,

19. Plagas maximas, quas viderunt oculi tui, et signa atque portenta, manumque robustam, et extentum brachium, ut educeret te Dominus Deus tuus; sic faciet cunctis populis, quos metuis.

20. Insuper et crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat qui te fugerint, et latere potuerint.

21. Non timebis eos, quia Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus magnus et terribilis :

22. Ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter : ne forte multiplicentur contra te bestiæ terræ.

23. Dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo : et interficiet illos donec penitus deleantur.

24. Tradetque reges eorum in manus tuas, et disperdes nomina

des plaies très-malignes dont vous savez qu'il a frappé l'Egypte; mais il en frappera au contraire tous vos ennemis.

16. Vous exterminerez tous les peuples que le Seigneur votre Dieu vous doit livrer. Vous ne vous laisserez point toucher de compassion pour les épargner, et vous n'adorerez point leurs dieux, de peur qu'ils ne deviennent le sujet de votre ruine.

17. Si vous dites en vous-mêmes : Ces nations sont plus nombreuses que nous, comment pourrons-nous les exterminer?

18. Ne craignez point, mais souvenez-vous de la manière dont le Seigneur votre Dieu a traité Pharaon et tous les Egyptiens,

19. De ces grandes plaies dont vos yeux ont été témoins, de ces miracles et de ces prodiges, de cette main forte et de ce bras étendu que le Seigneur votre Dieu a fait paraître pour vous tirer *de l'Egypte*. C'est ainsi qu'il traitera tous les peuples que vous pouvez craindre.

20. Le Seigneur votre Dieu enverra même contre eux des frelons, jusqu'à ce qu'il ait détruit et perdu entièrement tous ceux qui auront pu vous échapper et se cacher.

21. Vous ne les craindrez *donc* point, parce que le Seigneur votre Dieu est au milieu de vous, ce Dieu grand et terrible, *qui fait tout ce qu'il veut*.

22. Ce sera lui-même qui perdra devant vous ces nations peu à peu et par parties. Vous ne pourrez les exterminer toutes ensemble, de peur que les bêtes de la terre ne se multiplient *et* ne s'élèvent contre vous, *vous trouvant trop faibles pour leur résister*.

23. Mais le Seigneur votre Dieu vous abandonnera ces peuples, il les fera mourir *peu à peu*, jusqu'à ce qu'ils soient détruits entièrement.

24. Il vous livrera leurs rois entre les mains, et vous exterminerez leur nom de

---

illæ turgentes Exod. 9. 9, et aliæ plagæ quibus Deus afflixit Ægyptum.

16. *Devorabis omnes populos.* Gladio eos consumendo, et opes eorum diripiendo.

20. *Crabrones.* Vide dicta Exod. 23. 28.

21. *In medio tui est.* Tecum est, te adjuvat. Similis phrasis est Exod. 29. 45.

22. *Non poteris eas delere pariter.* Vide dicta Exod. 23. 29.

24. *Disperdes nomina eorum.* Ita ut ne memoria quidem eorum supersit.

Digitized by Google

dessous le ciel. Nul ne pourra vous résister, jusqu'à ce que vous les ayez réduits en poudre.

25. Vous jetterez dans le feu les images taillées de leurs dieux; vous ne désirerez ni l'argent ni l'or dont elles sont faites; et vous n'en prendrez rien du tout pour vous, de peur que ce ne vous soit un sujet de ruine, parce qu'elles sont l'abomination du Seigneur votre Dieu.

26. Il n'entrera rien dans votre maison qui vienne de l'idole, de peur que vous ne deveniez anathème, *et que vous soyez condamnés à périr,* comme l'idole même. Vous la détesterez *donc* comme de l'ordure, vous l'aurez en abomination, comme les choses les plus sales, et qui font le plus d'horreur, parce que c'est un anathème *et un objet de haine et de la colère du Seigneur.*

eorum sub cœlo : nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos.

25. Sculptilia eorum igne combures : non concupisces argentum et aurum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quidquam, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui.

26. Nec inferes quippiam ex idolo in domum tuam, ne fias anathema, sicut et illud est. Quasi spurcitiam detestaberis, et velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anathema est.

CHAPITRE VIII.

§ I. *Moïse exhorte les Israélites à observer les commandements du Seigneur, et à se souvenir de ses bienfaits.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Prenez bien garde d'observer avec grand soin tous les préceptes que je vous prescris aujourd'hui, afin que vous puissiez vivre, que vous vous multipliiez *de plus en plus,* et que vous possédiez le pays où vous allez entrer, que le Seigneur a promis à vos pères avec serment, *et dont il va vous mettre en possession.*

2. Vous vous souviendrez de tout le chemin par où le Seigneur votre Dieu vous a conduits dans le désert pendant quarante ans, *et de tous les maux que vous avez soufferts pendant ce temps,* pour vous punir et pour vous éprouver, afin que ce qui était caché dans votre cœur fût découvert, *et* que l'on connût si vous seriez fidèles ou infidèles à observer ses commandements.

1. Omne mandatum, quod ego præcipio tibi hodie, cave diligenter ut facias : ut possitis vivere, et multiplicemini, ingressique possideatis terram, pro qua juravit Dominus patribus vestris.

2. Et recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, ut affligeret te, atque tentaret, et nota fierent quæ in tuo animo versabantur, utrum custodires mandata illius, an non.

---

25. *De quibus facta sunt.* Hebr. *quod est super ea.* Quo sunt induta et operta.

26. *Ne fias anathema.* Id est, res excidio addicta, quæ succidenda et ad nihilum redigenda est, sicut est ipsum idolum.

CAP. VIII. 1. *Cave.* Id est, vide, cura : est catachresis.

2. *Ut affligeret te.* Duris rebus exerceret.

Digitized by Google

3. **Afflixit te penuria, et dedit tibi cibum manna, quod ignorabas tu et patres tui : ut ostenderet tibi quod non in solo pane vivat homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore Dei.**

3. Il vous affligés de la faim, et il vous a donné pour nourriture la manne qui était inconnue à vous et à vos pères, pour vous faire voir que l'homme ne vit pas seulement de pain, mais de toute parole qui sort de la bouche de Dieu, *et de tout ce qu'il veut bien lui donner pour sa nourriture.*

4. Vestimentum tuum, quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, et pes tuus non est subtritus, en quadragesimus annus est (1).

4. Voici la quarantième année *que vous êtes en chemin*, et cependant les habits dont vous étiez couverts ne se sont point rompus par la longueur de ce temps, ni les souliers que vous aviez aux pieds ne se sont point usés.

5. Ut recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus erudivit te,

5. Pensez donc en vous-mêmes, *à la vue de ces merveilles*, que le Seigneur votre Dieu s'est appliqué à vous instruire *et à vous régler*, comme un homme s'applique à instruire *et à corriger* son fils;

6. Ut custodias mandata Domini Dei tui, et ambules in viis ejus, et timeas eum.

6. Afin que vous observiez les commandements du Seigneur votre Dieu, que vous marchiez dans ses voies et que vous soyez pénétrés de sa crainte, *et qu'ainsi vous vous rendiez dignes des biens dont il veut vous combler.*

7. Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram rivorum aquarumque et fontium : in cujus campis et montibus erumpunt fluviorum abyssi :

7. Car le Seigneur votre Dieu est près de vous faire entrer dans une bonne terre, dans une terre pleine de ruisseaux, d'étangs et de fontaines, où les sources des fleuves répandent leurs eaux en abondance dans les plaines et le long des montagnes, *sans qu'on soit obligé de les y conduire par des canaux;*

8. Terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus, et malogranata, et oliveta nascuntur : terram olei ac mellis.

8. Dans une terre qui produit du froment, de l'orge et des vignes, où naissent les figuiers, les grenadiers, les oliviers; dans une terre d'huile et de miel,

9. Ubi absque ulla penuria comedes panem tuum, et rerum om-

9. Où vous mangerez votre pain sans que vous en manquiez jamais, où vous se-

(1) Bible vengée, Deutéronome, note III.

---

3. *Afflixit te penuria.* Nam in deserto Hebræi non invenerunt carnes nec segetes; imo frequenter nec olera : itaque murmurarunt, et Deus misit illis manna, ut patet Exod. 16. 3. — *Sed in omni verbo.* Quacumque re, quocumque cibo. — *Quod egreditur de ore Dei.* Quod Deus voluerit aut jusserit.

4. *Nequaquam vetustate defecit.* Divina virtute miraculum hoc operante, et mortuorum vestimenta erant usui superstitibus. * Non tantum non attrita uisse, sed et cum statura crevisse vestimenta tradunt Hebræi. — *Pes tuus non est subtritus.* Hebr. *non intumuit.* Nec pedes intumuerunt, neque læsi, aut fattriti sunt.

5. *Sicut erudit filium suum homo.* Paterno scilicet more te castigando ad emendationem morum, non ad exitium, ut inimici puniri solent

Digitized by Google

rez dans une abondance de toutes choses; *une terre* dont les pierres sont *propres à faire* du fer, *où il y a* des montagnes desquelles on tire les métaux d'airain : *le Seigneur, dis-je, vous mettra en possession de cette terre.*

10. Afin qu'après avoir mangé, et vous être rassasiés *des fruits de ce pays*, vous bénissiez le Seigneur votre Dieu qui vous a donné une terre si excellente.

nium abundantia perfrueris : cujus lapides ferrum sunt, et de montibus ejus æris metalla fodiuntur :

10. Ut cum comederis, et satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima, quam dedit tibi.

§ II. *Moïse recommande aux Israélites de se souvenir, lorsqu'ils seront dans la terre promise, que c'est le Seigneur qui les a délivrés de la servitude de l'Egypte, et qui les a mis en possession de cette terre qu'ils n'ont pas acquise par la force de leurs bras.*

11. Prenez bien garde de n'oublier jamais le Seigneur votre Dieu, et de ne point négliger ses préceptes, ses lois et ses cérémonies que je vous prescris aujourd'hui :

12. De peur qu'après que vous aurez mangé et que vous vous serez rassasiés, que vous aurez bâti de belles maisons et que vous vous y serez établis,

13. Que vous aurez eu des troupeaux de bœufs et des troupeaux de brebis, et une abondance d'or et d'argent et de toutes choses,

14. Votre cœur ne s'élève et que vous ne vous souveniez plus du Seigneur votre Dieu, qui vous a tirés du pays d'Egypte, de ce séjour de servitude ;

15. Qui a été votre conducteur dans un désert vaste et affreux, où il y avait des serpents qui brûlaient par leur souffle, des scorpions et des dipsades *dont la morsure cause une soif mortelle*, et où il n'y avait aucune eau *pour la désaltérer ;* qui a fait sortir des ruisseaux de la pierre la plus dure, *pour apaiser cette soif dont vous étiez pressés ;*

16. Qui vous a nourris dans cette soli-

11. Observa, et cave nequando obliviscaris Domini Dei tui, et negligas mandata ejus atque judicia et ceremonias, quas ego præcipio tibi hodie :

12. Ne postquam comederis et satiatus fueris, domos pulchras ædificaveris, et habitaveris in eis,

13. Habuerisque armenta boum, et ovium greges, argenti et auri cunctarumque rerum copiam,

14. Elevetur cor tuum, et non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo servitutis :

15. Et ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, et scorpio ac dipsas, et nullæ omnino aquæ : qui eduxit rivos de petra durissima,

16. Et cibavit te manna in soli-

---

9. *Cujus lapides ferrum sunt.* E cujus terræ visceribus ac fodinis ferrum eruitur lapidis duritie.

10. *Benedicas Domino.* Gratias agendo, et precationem aliquam præmittendo, antequam ad mensam accedas; nam, ut ait D. Paulus I. ad Timoth. 4. 5, cibus *sanctificatur... per verbum Dei orationem.*

*15. *Serpens flatu adurens.* Videtur significari basiliscus, quod afflatu suo venenum adspiret et adurat. — *Dipsas.* Vide Num. 21. 6. Dipsas est nomen serpentis cujus morsus magnam sitim excitat in eo qui ictus est : Δίψα Græcis sitim significat.

Digitized by Google

tudine, quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit ac probavit, ad extremum misertus est tui,

17. Ne diceres in corde tuo : Fortitudo mea, et robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt.

18. Sed recorderis Domini Dei tui, quod ipse vires tibi præbuerit, ut impleret pactum suum, super quo juravit patribus tuis, sicut præsens indicat dies.

tude de la manne inconnue à vos pères; et qui, après vous avoir punis et vous avoir éprouvés *par beaucoup de fatigues et de travaux*, a eu enfin pitié de vous, *en vous faisant entrer dans cette terre qu'il vous avait promise, et qu'il ne vous a donnée qu'après vous avoir fait longtemps sentir votre faiblesse et votre impuissance,*

17. Afin que vous ne disiez point dans votre cœur : C'est par ma propre puissance et par la force de mon bras que j'ai acquis toutes ces choses;

18. Mais que vous vous souveniez que c'est le Seigneur votre Dieu qui vous a donné lui-même toute votre force, pour accomplir ainsi l'alliance qu'il a jurée avec vos pères, comme il paraît par ce que vous voyez aujourd'hui.

§ III. *Menaces contre les Israélites s'ils oublient le Seigneur pour suivre les dieux étrangers.*

19. Sin autem oblitus Domini Dei tui, secutus fueris deos alienos, coluerisque illos et adoraveris : ecce nunc prædico tibi quod omnino dispereas.

20. Sicut gentes, quas delevit Dominus in introitu tuo, ita et vos peribitis, si inobedientes fueritis voci Domini Dei vestri.

19. Que si *après cela*, oubliant le Seigneur votre Dieu, vous suivez des dieux étrangers, que vous les serviez et les adoriez, je vous prédis dès maintenant que vous serez tout à fait détruits.

20. *Oui, je vous le déclare positivement*, vous périrez misérablement, comme les nations que le Seigneur a détruites à votre entrée, si vous êtes désobéissants à la voix du Seigneur votre Dieu.

CHAPITRE IX.

§ I. *Moïse assure les Israélites qu'ils vont passer le Jourdain, que Dieu leur assujettira les nations puissantes qui occupent la terre qu'il leur a promise; mais en même temps il leur déclare que ce n'est pas à cause de leurs mérites que Dieu leur accorde cette grâce. Et pour montrer qu'ils en sont très-indignes, il rapporte leurs murmures et leurs infidélités passées.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Audi, Israel : Tu transgredieris hodie Jordanem, ut pos-

1. Ecoutez, Israël : *Je vous proteste* aujourd'hui *avec vérité que* vous passerez

---

16. *Quod nescierunt patres tui.* Quod patres tui non viderant, nec eo ad cibum unquam usi fuerant. — *Misertus est tui.* Dando tibi terram bonis omnibus affluentem.

20. *Gentes quas delevit.* Hebr. *quas delet, perdit.* Utrumque verum; partim enim deleverat, partim delebat.

CAP. IX. 1. *Hodie.* Non multo post : est idiotismus hebræus. — *Ad cœlum usque muratas.* Hyperbole : altissimis muris septas.

Digitized by Google

bientôt le Jourdain pour vous rendre maîtres de ces nations qui sont plus nombreuses et plus puissantes que vous; de ces grandes villes dont les murailles s'élèvent jusqu'au ciel;

2. De ce peuple d'une taille haute et surprenante; de ces enfants d'Enac que vous avez vus vous-mêmes *en la personne d'Og, roi de Basan*, et dont vous avez entendu parler *aux espions*, et à qui, *selon eux*, nul homme ne peut résister.

3. Vous saurez donc aujourd'hui que le Seigneur votre Dieu passera lui-même devant vous comme un feu dévorant et consumant qui les réduira en poudre, les perdra, les exterminera en peu de temps devant votre face, selon qu'il vous l'a promis.

4. Après que le Seigneur votre Dieu les aura détruits devant vos yeux, ne dites pas dans votre cœur : C'est à cause de ma justice que le Seigneur m'a fait entrer dans cette terre, et qu'il m'en a mis en possession; puisque ces nations ont été détruites à cause de leurs impiétés, *et non à cause de vos mérites*.

5. Car ce n'est ni votre justice ni la droiture de votre cœur, qui sera cause que vous entrerez dans leur pays pour le posséder; mais elles seront détruites à votre entrée, parce qu'elles ont agi d'une manière impie, et que le Seigneur voulait accomplir ce qu'il a promis avec serment à vos pères Abraham, Isaac et Jacob.

6. Sachez donc que ce ne sera point pour votre justice que le Seigneur votre Dieu vous fera posséder cette terre si excellente, puisque vous êtes *au contraire* un peuple d'une tête dure et inflexible.

7. Souvenez-vous, *en effet*, et n'oubliez jamais de quelle manière vous avez excité contre vous la colère du Seigneur votre Dieu dans le désert. Depuis le jour que vous êtes sortis de l'Egypte jusqu'à ce lieu où nous sommes, vous avez toujours murmuré contre le Seigneur.

sideas nationes maximas et fortiores te, civitates ingentes et ad cœlum usque muratas,

2. Populum magnum atque sublimem, filios Enacim, quos ipse vidisti, et audisti, quibus nullus potest ex adverso resistere.

3. Scies ergo hodie quod Dominus tuus ipse transibit ante te, ignis devorans atque consumens, qui conterat eos et deleat atque disperdat ante faciem tuam velociter, sicut locutus est tibi.

4. Ne dicas in corde tuo, cum deleverit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo : Propter justitiam meam introduxit me Dominus ut terram hanc possiderem, cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes.

5. Neque enim propter justitias tuas, et æquitatem cordis tui, ingredieris ut possideas terras earum : sed quia illæ egerunt impie, introeunte te deletæ sunt : et ut compleret verbum suum Dominus, quod sub juramento pollicitus est patribus tuis, Abraham, Isaac, et Jacob.

6. Scito ergo quod non propter justitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in possessionem, cum durissimæ cervicis sis populus.

7. Memento, et ne obliviscaris, quomodo ad iracundiam provocaveris Dominum Deum tuum in solitudine. Ex eo die, quo egressus es ex Ægypto usque ad locum istum, semper adversum Dominum contendisti.

---

2. *Filios Enacim.* Vide supra, c. 1. n. 28.

3. *Transibit ante te.* Devorans et delens, ut sequitur, hostes tuos, tam efficaciter et velociter, quam ignis ligna aut stipulam absumit.

5. *Æquitatem.* Hebr. *rectitudinem.* — *Cordis tui.* Mentis et voluntatis tuæ.

6. *Durissimæ cervicis.* Maxime cervicosus, rebellis et inobediens.

Digitized by Google

8. Nam et in Horeb provocasti eum, et iratus delere te voluit,

9. Quando ascendi in montem, ut acciperem tabulas lapideas, tabulas pacti quod pepigit vobiscum Dominus : et perseveravi in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, et aquam non bibens.

10. Deditque mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, et continentes omnia verba quæ vobis locutus est in monte de medio ignis, quando concio populi congregata est.

11. Cumque transissent quadraginta dies, et totidem noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis,

12. Dixitque mihi : Surge, et descende hinc cito, quia populus tuus, quem eduxisti de Ægypto, deseruerunt velociter viam quam demonstrasti eis, feceruntque sibi conflatile.

13. Rursumque ait Dominus ad me : Cerno quod populus iste duræ cervicis sit :

14. Dimitte me ut conteram eum, et deleam nomen ejus de sub cœlo, et constituam te super gentem, quæ hac major et fortior sit.

15. Cumque de monte ardente descenderem, et duas tabulas fœderis utraque tenerem manu,

16. Vidissemque vos peccasse Domino Deo vestro, et fecisse vobis vitulum conflatilem, ac deseruisse velociter viam ejus, quam vobis ostenderat :

17. Projeci tabulas de manibus meis, confregique eas in conspectu vestro.

8. Car vous l'avez irrité dès le temps que nous étions à Horeb; et s'étant mis en colère contre vous, il voulut vous perdre *dès lors*.

9. Ce fut quand je montai sur la montagne pour y recevoir les tables de pierre, les tables *sur lesquelles étaient écrites les paroles de* l'alliance que le Seigneur fit avec vous : et je demeurai toujours sur cette montagne pendant quarante jours et quarante nuits, sans boire ni manger.

10. Le Seigneur me donna alors deux tables de pierre écrites du doigt de Dieu, qui contenaient toutes les paroles qu'il vous avait dites du haut de la montagne, du milieu du feu, lorsque tout le peuple était assemblé.

11. Après que les quarante jours et les quarante nuits furent passés, le Seigneur me donna les deux tables de pierre, les tables *où étaient écrites les paroles* de l'alliance *qu'il avait faite avec vous*,

12. Et il me dit : Levez-vous, descendez vite de cette montagne, parce que votre peuple que vous avez tiré de l'Egypte a aussitôt abandonné la voie que vous lui aviez montrée, ils se sont fait une idole jetée en fonte.

13. Le Seigneur me dit encore : Je vois que ce peuple a la tête dure.

14. Laissez-moi faire, et je les réduirai en poudre; j'effacerai son nom de dessous le ciel, et je vous établirai sur un autre peuple qui sera plus grand et plus puissant que celui-ci.

15. Je descendis donc de cette montagne qui était toute ardente, tenant dans mes deux mains les deux tables de l'alliance;

16. Et voyant que vous aviez péché contre le Seigneur votre Dieu, et que vous vous étiez fait un veau de fonte *pour l'adorer, au lieu du Seigneur*, et que vous aviez abandonné sitôt sa voie qu'il vous avait montrée,

17. Je jetai de mes mains les tables, et je les brisai à vos yeux, *pour vous faire comprendre combien vous vous étiez rendus indignes de recevoir une si sainte loi.*

---

8. *In Horeb provocasti.* Per vituli adorationem, Exod. 32.
10. *Concio.* Cœtus populi.

Digitized by Google

18. *Et étant remonté sur la montagne,* je me prosternai devant le Seigneur, comme j'avais fait auparavant, *et je demeurai de nouveau* quarante jours et quarante nuits sans boire ni manger, à cause de tous les péchés que vous aviez commis contre le Seigneur, et par lesquels vous aviez excité sa colère contre vous.

19. Car j'appréhendais l'indignation et la fureur qu'il avait conçue contre vous, et qui le portait à vouloir vous exterminer. Et le Seigneur m'exauca encore pour cette fois.

20. Il fut aussi extrêmement irrité contre Aaron, et il voulut le perdre; mais je l'apaisai de même en priant pour lui.

21. Je pris alors votre péché, c'est-à-dire le veau que vous aviez fait, et l'ayant brûlé dans le feu, je le rompis en morceaux; je le réduisis tout à fait en poudre, et je le jetai dans le torrent qui descend de la montagne, *afin de vous faire mieux sentir le néant de cette fausse divinité.*

22. Vous avez aussi irrité le Seigneur dans les trois lieux dont l'un fut appelé l'Embrasement, l'autre la Tentation, et le troisième les sépulcres de la Concupiscence.

23. Et lorsque le Seigneur vous envoya de Cadesbarné, en *vous* disant: Montez et allez prendre possession de la terre que je vous ai donnée, vous méprisâtes le commandement du Seigneur votre Dieu; vous ne crûtes point ce qu'il vous disait, et vous ne voulûtes point écouter sa voix;

24. Mais vous lui avez toujours été rebelles depuis le jour que j'ai commencé à vous connaître.

18. Et procidi ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus et noctibus panem non comedens, et aquam non bibens, propter omnia peccata vestra quæ gessistis contra Dominum, et eum ad iracundiam provocastis:

19. Timui enim indignationem et iram illius, qua adversum vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudivit me Dominus etiam hac vice.

20. Adversum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, et pro illo similiter deprecatus sum.

21. Peccatum autem vestrum quod feceratis, id est vitulum, arripiens, igne combussi, et in frusta comminuens, omninoque in pulverem redigens, projeci in torrentem, qui de monte descendit.

22. In Incendio quoque et in Tentatione, et in sepulcris Concupiscentiæ provocastis Dominum:

23. Et quando misit vos de Cadesbarne, dicens: Ascendite, et possidete terram, quam dedi vobis, et contempsistis imperium Domini Dei vestri, et non credidistis ei, neque vocem ejus audire voluistis:

24. Sed semper fuistis rebelles a die qua nosse vos cœpi.

---

18. *Procidi ante Dominum.* Non statim a confractione tabularum legis: nam prius occidit Moses 23 millia adorantium vitulum, populum increpuit, vitulum contrivit, etc. Vide Exod. 34.

22. *In Incendio quoque.* Cum Deus immisit ignem in eos qui ob laborem itineris murmuraverunt, Num. 11. 1. — *In Tentatione.* Cum hebræi tentaverunt Deum postulantes aquam, Exod. 17. 7. — *Sepulcris Concupiscentiæ.* Vide Num. 11. 34.

* 23. *Non credidistis.* Nam eo ascendere noluistis nisi præmissis exploratoribus, quod Deo displicuit, quamvis ut id fieret sit assensus. Num. 13. 3.

Digitized by Google

§ II. *Prière de Moïse pour demander à Dieu le pardon des péchés de son peuple.*

25. Et jacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum suppliciter deprecabar, ne deleret vos ut fuerat comminatus :

26. Et orans dixi : Domine Deus, ne disperdas populum tuum, et hæreditatem tuam, quam redemisti in magnitudine tua, quos eduxisti de Ægypto in manu forti.

27. Recordare servorum tuorum, Abraham, Isaac et Jacob. Ne aspicias duritiam populi hujus, et impietatem atque peccatum :

28. Ne forte dicant habitatores terræ, de qua eduxisti nos : Non poterat Dominus introducere eos in terram, quam pollicitus est eis, et oderat illos : idcirco eduxit, ut interficeret eos in solitudine ;

29. Qui sunt populus tuus et hæreditas tua, quos eduxisti in fortitudine tua magna, et in brachio tuo extento.

25. *Après donc que j'eus brisé votre idole, je remontai sur la montagne,* et je me prosternai devant le Seigneur *durant* quarante jours et quarante nuits, le priant et le conjurant de ne vous point perdre, selon la menace qu'il en avait faite :

26. Et je lui dis dans ma prière : Seigneur *mon* Dieu, ne perdez point votre peuple et votre héritage; ne perdez point ceux que vous avez rachetés par votre grande puissance, que vous avez tirés de l'Egypte par la force de votre bras.

27. Souvenez-vous de vos serviteurs Abraham, Isaac et Jacob. Ne considérez point la dureté de ce peuple, ni leur impiété et leur péché,

28. De peur que les habitants du pays d'où vous nous avez tirés ne disent : Le Seigneur ne pouvait les faire entrer dans le pays qu'il leur avait promis; mais comme il les haïssait, il les a tirés *de l'Egypte* pour les faire mourir dans le désert. *Il est vrai, Seigneur, que leurs iniquités méritent que vous les traitiez ainsi ;*

29. *Mais* ils sont votre peuple et votre héritage, et ce sont eux que vous avez fait sortir *de l'Egypte* par votre grande puissance, et en déployant toute la force de votre bras. *Ne perdez donc pas maintenant ceux pour qui vous avez eu tant de bonté.*

CHAPITRE X.

§ I. *Secondes tables de la loi. Arche de l'alliance. Mort d'Aaron. Campements des Israélites.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. In tempore illo dixit Dominus ad me : Dola tibi duas tabulas lapideas, sicut priores fuerunt,

1. En ce temps-là le Seigneur me dit : Taillez-vous deux tables de pierre, comme étaient les premières, et montez vers moi

---

25. *Jacui.* Redit ad id quod supra dixerat. Aliqui putarunt Mosen ter fuisse in monte per 40 dies et 40 noctes.

26. *Domine Deus.* Similem per omnia fere habes Mosis orationem ante descensum primum de monte cum primis tabulis lapideis, Exod. 32, n. 11 et seq. — *In magnitudine tua.* Hoc est, cum magnis et admirandis prodigiis.

CAP. X. 1. *Dola tibi duas tabulas.* Vide Exod. 34. 1, et deinceps. — *Faciesque arcam ligneam.* Arca constructa est a Mose post acceptas a Deo se-

Digitized by Google

sur la montagne; et *lorsque vous en serez descendu* vous ferez une arche de bois, *pour les mettre ainsi que je vous l'ai ordonné.*

2. J'écrirai sur ces tables les commandements qui étaient sur celles que vous avez rompues auparavant; et vous les mettrez dans l'arche, *comme vous y auriez mis les premières, si elles avaient subsisté.*

3. Je fis donc *faire dans la suite* une arche de bois de sétim *sur le modèle que le Seigneur m'en avait donné*, et *cependant* ayant taillé deux tables de pierre comme les premières, je montai la montagne, les tenant entre mes mains.

4. Et le Seigneur écrivit sur ces tables, comme il avait fait sur les premières, les dix commandements qu'il vous fit entendre en vous parlant du haut de la montagne, du milieu du feu, lorsque le peuple était assemblé; et il me les donna.

5. Je revins ensuite, et descendis la montagne, *et quelque temps après* je mis les tables dans l'arche que j'avais faite, où elles sont demeurées jusqu'aujourd'hui, selon que le Seigneur me l'avait commandé.

6. Or, les enfants d'Israël *étant partis du mont Sinaï, et ayant longtemps erré dans le désert*, décampèrent de Béroth qui appartenait aux enfants de Jacan, et ils allèrent à Mosera, *située au pied du mont Hor*, où Aaron est mort et a été enseveli, Éléazar, son fils, lui ayant succédé dans les fonctions du sacerdoce.

et ascende ad me in montem: faciesque arcam lignsam,

2. Et scribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas ante confregisti, ponesque eas in arca.

3. Feci igitur arcam de lignis setim. Cumque dolassem duas tabulas lapideas instar priorum, ascendi in montem, habens eas in manibus.

4. Scripsitque in tabulis, juxta id quod prius scripserat, verba decem, quæ locutus est Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus est: et dedit eas mihi.

5. Reversusque de monte, descendi, et posui tabulas in arcam, quam feceram, quæ hucusque ibi sunt, sicut mihi præcepit Dominus.

6. Filii autem Israel moverunt castra ex Beroth filiorum Jacan in Mosera, ubi Aaron mortuus ac sepultus est, pro quo, sacerdotio functus est Eleazar filius ejus.

---

cundas tabulas legis, ut patet Exod. 34. 28, conferendo cum Exod. 37. 1; sed ante eas jussit Deus arcam fabricari, Exod. 25. 10.

6. *Filii autem Israel moverunt castra.* Quia inciderat mentio de tabulis legis et arca, hic per parenthesim usque ad numerum decimum quædam interseruntur de levitis et Eleazaro successore Aaronis in pontificatu: opportune autem hæc narrantur, quia hi custodes erant sacrorum, et præsertim arcæ et tabularum quæ in Sancto sanctorum, utpote res sanctissima asservabantur. — *Ex Beroth... in Mosera.* At Num. 33. 31, contra potius indicatur eos ex Moseroth castrametatos esse in Benejaacan. Cum longissima fuerit filiorum Israel peregrinatio per desertum totis 40 annis, videtur non improbabile utrumque accidisse, ut scilicet semel ex Moseroth iverint in Benejaacan, et rursus semel hinc in Moseroth; ita Bonfrerius. Alii putant Mosera et Moseroth non esse idem, sicut nec Beroth Benjaacan, et Benejaacan, quamvis nomina sint similia, ita Cornelius a Lapide. Vide Bonfrerium late de hoc disputantem. — *Ubi Aaron mortuus ac sepultus est.* Bonfrerius putat montem Hor, et Mosera, et Moseroth eumdem locum fuisse, ad quem secundo redierunt Israelitæ, ita tamen ut mons solus Hor dictus

Digitized by Google

7. Inde venerunt in Gadgad : de quo loco profecti, castrametati sunt in Jetebatha, in terra aquarum atque torrentium.

7. Ils vinrent de là, *c'est-à-dire de Bénéjacan*, à Gadgad, d'où étant partis, ils campèrent à Jétébatha, qui est une terre pleine d'eaux et de torrents.

§ II. *Séparation des lévites. Leurs fonctions. Exhortation à observer la loi du Seigneur, et à ne jurer que par lui seul.*

8. Eo tempore separavit tribum Levi, ut portaret arcam fœderis Domini, et staret coram eo in ministerio, ac benediceret in nomine illius usque in præsentem diem.

8. En ce temps-là, le Seigneur sépara *de nouveau* la tribu de Lévi *des autres tribus*, afin qu'elle portât l'arche d'alliance du Seigneur, quelle assistât devant lui dans les fonctions de son ministère, et qu'elle donnât la bénédiction *au peuple* en son nom, comme elle fait encore aujourd'hui.

9. Quamobrem non habuit Levi partem, neque possessionem cum fratribus suis : quia ipse Dominus possessio ejus est, sicut promisit ei Dominus Deus tuus.

9. C'est pourquoi Lévi n'a point eu part avec ses frères au pays qu'ils possèdent, parce que le Seigneur est lui-même son partage, selon que le Seigneur votre Dieu le lui a promis *en récompense du zèle avec lequel ils se joignirent à moi, pour venger l'injure que vous lui aviez faite en adorant le veau d'or.*

10. Ego autem steti in monte, sicut prius, quadraginta diebus ac

10. *Après que nous eûmes ainsi apaisé la colère du Seigneur et satisfait sa jus-*

---

fuerit, in quo Aaron obiit; adjacens vero locus, in quo castrametata, dictus fuerit Mosera, seu Moseroth.

7. *Inde venerunt in Gadgad.* Ut quæ hic dicuntur cohæreant cum iis quæ habemus Num. 33. 30, ita viderentur disponendæ mansiones : ut de Hesmona itum sit in Moseroth, inde in Benejaacan, inde rursus in Moseroth, de Moseroth vero in Gadgad, ut habetur hic. Cum autem dicitur c. illo 33 de Benejaacan et non de Moseroth itum in Gadgad, intelligendum mediate, transeundo scilicet rursus per Moseroth. Quod si hoc itu et reditu ad eumdem locum crescat numerus mansionum, dici fortasse poterit non censeri diversas mansiones eas in quibus plusquam semel non multo temporis intervallo populus castra fixerit. — *In terra aquarum atque torrentium.* In qua multæ aquæ et multi torrentes.

8. *Eo tempore separavit.* Dominus scilicet. Particula *eo tempore* designat id quod gestum est Aarone pontifice, Num. 3. 6, licet hic obiter ista narratio interseratur. — *Ut portaret arcam.* Quod communium levitarum erat, et a sacerdotibus fieri poterat, si libuisset, et fortasse fiebat, cum solemnior aliqua pompa duceretur. Vide dicta Josue 3. 3. — *Staret coram eo in ministerio.* Quod erat sacerdotum qui stabant coram Domino ministrantes in tabernaculo, et sacrificantes. — *Benediceret in nomine illius.* Si benedicere in nomine sit idem quod benedicere nomen, hoc conveniebat etiam levitis inter quos aliqui cantores erant concinendis divinis laudibus destinati. Si benedicere sit bene precari populo, videtur tantum ad sacerdotes pertinuisse.

9. *Dominus possessio ejus.* Quia Dei intuitu primitiæ, decimæ, et alia jura illis debentur, ad alimenta aliasque necessitates.

10. *Ego autem steti in monte sicut prius quadraginta diebus.* Aliqui putant Mosen ter per 40 dies fuisse in monte Sina, et hanc tertiam esse vicem.

Digitized by Google

tice, les enfants de Lévi restèrent dans le camp : et pour moi, *je retournai vers le Seigneur,* je demeurai encore sur la montagne quarante jours et quarante nuits, comme j'avais fait la première fois ; et le Seigneur m'exauça encore pour lors, et ne voulut pas vous perdre.

11. Il me dit ensuite : Allez et marchez à la tête de ce peuple, afin qu'ils entrent en possession de la terre que j'ai promis avec serment à leurs pères de leur donner.

12. Maintenant donc, Israël, qu'est-ce que le Seigneur votre Dieu demande de vous, sinon que vous craigniez le Seigneur votre Dieu, que vous marchiez dans ses voies, que vous l'aimiez, que vous serviez le Seigneur votre Dieu de tout votre cœur, et de toute votre âme,

13. Et que vous observiez les commandements et les cérémonies du Seigneur, que je vous prescris aujourd'hui, afin que vous soyez heureux?

14. Vous voyez que le ciel est le ciel des cieux, la terre et tout ce qui est dans la terre, appartiennent au Seigneur votre Dieu :

15. Et cependant le Seigneur a fait une étroite alliance avec vos pères ; il les a aimés, et il a choisi leur postérité après eux, c'est-à-dire vous-mêmes, d'entre toutes les nations, comme il paraît visiblement en ce jour.

16. Ayez donc soin, *pour répondre à une faveur si singulière,* de circoncire votre cœur ; et ne vous endurcissez pas davantage *contre les exhortations que je vous fais, de n'avoir point d'autre Dieu que le Seigneur qui seul mérite d'être craint, aimé et adoré,*

17. Parce que le Seigneur votre Dieu est lui-même le Dieu des dieux, et le Seigneur

noctibus : exandivitque me Dominus etiam hac vice, et te perdere noluit.

11. Dixitque mihi : Vade, et præcede populum, ut ingrediatur, et possideat terram, quam juravi patribus eorum ut traderem eis.

12. Et nunc, Israel, quid Dominus Deus tuus petit a te, nisi ut timeas Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus, et diligas eum, ac servias Domino Deo tuo in toto corde tuo, et in tota anima tua :

13. Custodiasque mandata Domini, et ceremonias ejus, quas ego hodie præcipio tibi, ut bene sit tibi?

14. En Domini Dei tui cœlum est, et cœlum cœli, terra, et omnia quæ in ea sunt :

15. Et tamen patribus tuis conglutinatus est Dominus, et amavit eos, elegitque semen eorum post eos, id est vos, de cunctis gentibus, sicut hodie comprobatur.

16. Circumcidite igitur præputium cordis vestri, et cervicem vestram ne induretis amplius.

17. Quia Dominus Deus vester, ipse est Deus deorum, et Dominus

---

Hæc non tertia, sed secunda est atque eadem cum illa de qua c. præcedenti, n. 18. Quare hic est hysteron proteron. Hic enim versus recto ordine ponendus esset ante initium capitis.

14. *Cœlum est, et cœlum cœli.* Per cœlum, intellige cœlos mobiles; per cœlum cœli, empyreum cœlum.

15. *Conglutinatus est.* Quæ metaphora vehementis amoris effectum significat.

16. *Circumcidite igitur præputium cordis vestri.* LXX, *duritiam cordis.* Præputium metaphorice cordi tribuitur, et significat voluntatem pravitate, luxuria vanitate et cæcitate obtectam et obduratam.

Digitized by Google

dominantium, Deus magnus et potens, et terribilis, qui personam non accipit, nec munera.

18. Facit judicium pupillo et viduæ, amat peregrinum, et dat ei victum atque vestitum;

19. Et vos ergo amate peregrinos, quia et ipsi fuistis advenæ in terra Ægypti (1).

20. Dominum Deum tuum timebis, et ei soli servies : ipsi adhærebis, jurabisque in nomine illius.

21. Ipse est laus tua, et Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia et terribilia, quæ viderunt oculi tui.

22. In septuaginta animabus descenderunt patres tui in Ægyptum : et ecce nunc multiplicavit te Dominus Deus tuus sicut astra cœli.

des seigneurs, le Dieu grand, puissant et terrible, qui n'a point d'égard à la qualité des personnes, qu'on ne gagne point par les présents,

18. Qui fait justice à l'orphelin et à la veuve, qui aime l'étranger, et qui lui donne de quoi vivre et de quoi se vêtir.

19. Aimez donc aussi les étrangers, parce que vous l'avez été vous-mêmes dans l'Egypte, *et soyez en tout fidèles au Seigneur.*

20. *Si cela est ainsi,* vous craindrez le Seigneur votre Dieu, et vous ne servirez que lui seul; vous lui demeurerez attachés, et vous ne jurerez que par son nom.

21. *Pourriez-vous penser à jurer par un autre?* c'est lui-même qui est votre gloire et votre Dieu, c'est lui qui a fait en votre faveur ces merveilles si grandes et si terribles dont vos yeux ont été témoins.

22. Vos pères n'étaient qu'au nombre de soixante-dix personnes lorsqu'ils descendirent en Egypte; et vous voyez maintenant que le Seigneur votre Dieu vous a multipliés comme les étoiles du ciel.

CHAPITRE XI.

§ I. *Continuation de l'exhortation à l'amour de Dieu, à la reconnaissance de ses bienfaits, à la fidèle observation de ses commandements.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Ama itaque Dominum Deum tuum, et observa præcepta ejus et cerimonias, judicia atque mandata, omni tempore.

2. Cognoscite hodie quæ ignorant filii vestri, qui non viderunt disciplinam Domini Dei vestri, magnalia ejus et robustam manum extentumque brachium,

3. Signa et opera quæ fecit in

1. Aimez donc le Seigneur votre Dieu, et gardez en tout temps ses préceptes et ses cérémonies, ses lois et ses ordonnances.

2. *Rappelez dans votre esprit, et* considérez *attentivement* aujourd'hui ce que vos enfants ignorent, eux qui, *étant nés dans le désert,* n'ont point vu les châtiments du Seigneur votre Dieu, ses merveilles, et *les effets de* sa main toute-puissante, et de la force de son bras.

3. Les miracles et les œuvres *prodi-*

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 178.

---

21. *Ipse est laus tua.* Objectum et materia laudis tuæ.
22. *In septuaginta animabus.* Hoc explicatum est Genes. c. 46, n. 27.

CAP. XI. 2. *Cognoscite.* Considerate. — *Disciplinam.* Castigationem qua vos Deus erudivit.

Digitized by Google

gieuses qu'il a faites au milieu de l'Egypte sur le roi Pharaon et sur tout son pays,

4. Sur toute l'armée des Egyptiens, sur leurs chevaux et leurs chariots; de quelle sorte les eaux de la mer Rouge les ont enveloppés lorsqu'ils vous poursuivaient; le Seigneur les ayant exterminés *d'une manière si terrible que* jusqu'aujourd'hui *l'Egypte n'a pu s'en relever.*

5. *Souvenez-vous* aussi de tout ce qu'il a fait à votre égard dans ce désert, jusqu'à ce que vous fussiez arrivés en ce lieu-ci;

6. De quelle sorte il punit Dathan et Abiron, fils d'Eliab, qui était fils de Ruben, la terre s'étant entr'ouverte, et les ayant abîmés avec leurs maisons, leurs tentes et tout ce qu'ils possédaient au milieu d'Israël.

7. Vous avez vu de vos yeux toutes ces œuvres merveilleuses que le Seigneur a faites *devant vous,*

8. Afin que, *touchés de ces prodiges et instruits par ces exemples,* vous gardiez tous ces préceptes que je vous prescris aujourd'hui, que vous puissiez vous mettre en possession de la terre où vous allez entrer,

9. Et que vous viviez longtemps en cette terre où coulent des ruisseaux de lait et de miel, et que le Seigneur avait promise avec serment à vos pères et à leur postérité.

medio Ægypti Pharaoni regi, et universæ terræ ejus,

4. Omnique exercitui Ægyptiorum, et equis ac curribus : quomodo operuerint eos aquæ maris Rubri cum vos persequerentur, et deleverit eos Dominus usque in præsentem diem :

5. Vobisque quæ fecerit in solitudine, donec veniretis ad hunc locum :

6. Et Dathan atque Abiron filiis Eliab, qui fuit filius Ruben : quos aperto ore suo terra absorbuit, cum domibus et tabernaculis, et universa substantia eorum, quam habebant in medio Israel.

7. Oculi vestri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit,

8. Ut custodiatis universa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, et possitis introire, et possidere terram, ad quam ingredimini,

9. Multoque in ea vivatis tempore : quam sub juramento pollicitus est Dominus patribus vestris, et semini eorum, lacte et melle manantem.

§ II. *Différence qu'il y a entre la terre promise et l'Egypte. Exhortation à l'exacte observation de la loi du Seigneur. Bénédiction sur ceux qui l'observeront; malédiction sur ceux qui la violeront.*

10. Car la terre dont vous allez entrer en possession n'est pas comme la terre d'Egypte d'où vous êtes sortis, où, après qu'on a jeté la semence, on fait venir l'eau

10. Terra enim, ad quam ingrederis possidendam, non est sicut terra Ægypti, de qua existi, ubi jacto semine in hortorum

---

4. *Deleverit eos.* Ægyptios. — *Usque in præsentem diem.* Omnino, ita ut nunc nemo superstes sit, qui vobis noceat.

6. *Filius Ruben.* De tribu Ruben. — *Cum domibus.* Cum filiis et familia.

8. *Ut custodiatis universa mandata illius.* Hoc est, quæ res vobis stimulo esse debet ad Dei mandata custodienda.

10. *Jacto semine.* Quod in Ægypto fit post Nili inundationem. — *Ubi... aquæ ducuntur irriguæ.* Hebr. *Quam rigabas pede sicut hortum;* labore pedum, dum aqua portatur; vel dum huc illuc pedibus discurrendum est, ut aqua areolas omnes hortorum infundat. Vidi in hortis olitores, dum per sulcos ad sua olera derivant, pedis oppositu, vel aquam sistentes, alio deflectentes. Vitruvius lib. 10, c. 10, de Rotis molendinorum verba faciens, ait illarum pennas fluminis impetu versari, *sine operarum calcatura :* ex quo

Digitized by Google

morem aquæ ducuntur irriguæ :

11. Sed montuosa est et campestris, de cœlo exspectans pluvias,

12. Quam Dominus Deus tuus semper invisit, et oculi illius in ea sunt a principio anni usque ad finem ejus.

13. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, ut diligatis Dominum Deum vestrum, et serviatis ei in toto corde vestro, et in tota anima vestra,

14. Dabit pluviam terræ vestræ temporaneam et serotinam, ut colligatis frumentum et vinum et oleum,

15. Fœnumque ex agris ad pascenda jumenta et ut ipsi comedatis ac saturemini.

16. Cavete ne forte decipiatur cor vestrum, et recedatis a Domino, serviatisque diis alienis, et adoretis eos :

17. Iratusque Dominus claudat cœlum, et pluviæ non descendant, nec terra det germen suum, pereatisque velociter de terra op-

par des canaux pour l'arroser, comme on fait dans les jardins; *et cela avec beaucoup de dépense, de peine et de travail :*

11. Mais c'est une terre de montagnes et de plaines, qui attend les pluies du ciel, *et qui les reçoit à propos,*

12. Que le Seigneur votre Dieu a toujours visitée, et sur laquelle il jette des regards favorables, depuis le commencement de l'année jusqu'à la fin.

13. Si vous obéissez donc aux commandements que je vous fais aujourd'hui d'aimer le Seigneur votre Dieu, et de le servir de tout votre cœur et de toute votre âme,

14. Il donnera à votre terre les premières et les dernières pluies; *il l'arrosera après les semailles et avant la moisson,* afin que vous recueilliez de vos champs le froment, le vin et l'huile *avec abondance,*

15. Et du foin pour nourrir vos bêtes, et que vous ayez vous-mêmes de quoi manger et vous rassasier.

16. *Mais aussi* prenez bien garde que votre cœur ne se laisse pas séduire, et que vous n'abandonniez pas le Seigneur pour servir et adorer des dieux étrangers,

17. De peur que le Seigneur étant en colère ne ferme le ciel, que les pluies ne tombent plus, que la terre ne produise plus son fruit, et que vous ne soyez exterminés

---

colligitur rotas aliquas fieri solitas, quæ pedum calcatura ad hauriendam aquam, aut ad alios usus versarentur; et hoc fortasse est quod hic dicitur *rigabas pedes, sicut hortum;* tales enim machinæ in hortis præsertim sunt opportunæ, ad minuendum laborem olitorum, ut etiam tollenones. Philo 1, de Confusione linguarum rem ita describit : *Qualis est aquaria machina, quæ helix vocatur, in cujus medio gradus quidam sunt, quos rusticus, quoties agros vult rigare, scandit, ac mox necessario delabitur, et ne continue cadat, proximum fulcrum utraque manu retinet, quo totum corpus sustentat. Interim pedes manuum, manus vero pedum funguntur officio; insistit enim manibus, quarum est agere; operatur pedibus quorum est stare.*

11. *De cœlo exspectans pluvias.* Quæ si suis adsit temporibus, utilior et satis est arboribus. Hebr. *de pluvia cœli bibit aquam.*

12. *Deus tuus semper invisit.* Quasi intentus ad benefaciendum illi temporibus opportunis.

14. *Temporaneam et serotinam.* Pluvia temporanea est quæ mature et tempestive mense octobri, jactis in terram seminibus, in Judæa depluit et semina germinare facit. Serotina est quæ sero mense aprili aut maio depluit, frugesque et fructus ad maturitatem perducit. Significat ergo hæc phrasis omnem pluviam tempestivam opportunam frugibus.

Digitized by Google

en peu de temps de cette terre excellente que le Seigneur va vous donner.

18. Gravez ces paroles que je vous dis dans vos cœurs et dans vos esprits, tenez-les attachées à vos mains, et présentes à vos yeux pour vous en souvenir.

19. Apprenez-les à vos enfants, afin qu'ils les méditent; *instruisez-les* lorsque vous êtes assis en votre maison, ou que vous marchez, lorsque vous vous couchez, ou que vous vous levez;

20. Ecrivez-les sur les poteaux et sur les portes de votre logis,

21. Afin que vos jours et ceux de vos enfants se multiplient dans la terre que le Seigneur a promis avec serment de donner à vos pères, pour la posséder tant que le ciel couvrira la terre.

22. Car si vous observez et si vous pratiquez les commandements que je vous fais d'aimer le Seigneur votre Dieu, de marcher dans toutes ses voies, et de demeurer très-étroitement unis à lui,

23. Le Seigneur exterminera devant vos yeux toutes ces nations qui sont plus grandes et plus puissantes que vous, et vous posséderez leur pays.

24. Tout lieu où vous aurez mis le pied sera à vous : les confins de votre pays seront depuis le désert *de l'Arabie-Pétrée, qui est au midi*, jusqu'au Liban, *qui est au septentrion, et* depuis le grand fleuve d'Euphrate, *qui est à l'orient*, jusqu'à la mer *Méditerranée* qui est à l'occident.

25. Nul ne pourra subsister devant vous. Le Seigneur votre Dieu répandra la terreur et l'effroi de votre nom sur toute la terre où vous devez mettre le pied, selon qu'il vous l'a promis.

26. Vous voyez que je vous mets aujourd'hui devant vous la bénédiction et la malédiction :

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 151.

tima, quam Dominus daturus est vobis.

18. Ponite hæc verba mea in cordibus et in animis vestris, et suspendite ea pro signo in manibus, et inter oculos vestros collocate.

19. Docete filios vestros ut illa meditentur, quando sederis in domo tua, et ambulaveris in via, et accubueris atque surrexeris (1).

20. Scribes ea super postes et januas domus tuæ :

21. Ut multiplicentur dies tui, et filiorum tuorum in terra quam juravit Dominus patribus tuis, ut daret eis quandiu cœlum imminet terræ.

22. Si enim custodieritis mandata quæ ego præcipio vobis, et feceritis ea, ut diligatis Dominum Deum vestrum, et ambuletis in omnibus viis ejus, adhærentes ei,

23. Disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram, et possidebitis eas, quæ majores et fortiores vobis sunt.

24. Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit. A deserto, et a Libano, a flumine magno Euphrate usque ad mare occidentale erunt termini vestri.

25. Nullus stabit contra vos : terrorem vestrum et formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis, sicut locutus est vobis.

26. En propono in conspectu

---

18. *Suspendite ea pro signo.* Assidue ea vobis proponite : vide dicta c. 6, n. 8.

19. *Quando sederis in domo tua.* Ubique, omni tempore et loco.

21. *Quandiu cœlum imminet terræ.* Proverbialis forma dicendi; significat *in æternum.* In hebr. est, *juxta dies cœli super terram.*

22. *Viis ejus.* Mandatis ejus.

24. *Omnis locus quem calcaverit pes vester, vester erit.* Intellige intra terminos illis a Deo assignatos : neque enim totam terram, vel quidquid ubivis terrarum vestigio premèrent, voluit Deus illorum possessioni adscribi, ut suo more rabbini somniant.

26. *Propono.* Optionem do.

Digitized by Google

vestro hodie benedictionem et maledictionem :

27. Benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri, quæ ego hodie præcipio vobis :

28. Maledictionem, si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via, quam ego nunc ostendo vobis, et ambulaveritis post deos alienos, quos ignoratis.

d'hui devant les yeux la bénédiction et la malédiction :

27. La bénédiction, si vous obéissez aux commandements du Seigneur votre Dieu, que je vous prescris aujourd'hui.

28. Et la malédiction, si vous n'obéissez point aux ordonnances du Seigneur votre Dieu, et si vous vous retirez de la voie que je vous montre maintenant, pour courir après des dieux étrangers que vous ne connaissez pas.

§ III. *Moïse ordonne de prononcer des malédictions sur le mont Hébal contre les transgresseurs de la loi du Seigneur, et des bénédictions sur le mont Garizim pour ceux qui en seront les fidèles observateurs.*

29. Cum vero introduxerit te Dominus Deus tuus in terram ad quam pergis habitandam, pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal,

30. Qui sunt trans Jordanem, post viam quæ vergit ad solis occubitum, in terra Chananæi, qui habitat in campestribus contra Galgalam, quæ est juxta vallem tendentem et intrantem procul.

31. Vos enim transibitis Jordanem, ut possideatis terram, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, ut habeatis et possideatis illam.

32. Videte ergo ut impleatis cerémonias atque judicia, quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

29. Mais lorsque le Seigneur votre Dieu vous aura fait entrer dans la terre que vous allez habiter, vous mettrez *six tribus pour prononcer* la bénédiction sur la montagne de Garizim, et *six autres tribus pour prononcer* la malédiction sur la montagne d'Hébal,

30. Qui sont au delà du Jourdain, à côté du chemin qui mène vers l'occident, dans les terres des Chananéens qui habitent dans les plaines, vis-à-vis de Galgala, près d'une vallée qui s'étend et s'avance bien loin.

31. Car vous passerez le Jourdain pour posséder la terre que le Seigneur votre Dieu vous doit donner, afin que vous en soyez les maîtres, et qu'elle soit votre héritage.

32. Prenez donc bien garde à accomplir les cérémonies et les ordonnances que je vous proposerai aujourd'hui.

---

29. *Pones benedictionem super montem Garizim, maledictionem super montem Hebal.* Cum Israelitæ pervenissent in montem Hebal, sex tribus in eo constiterunt, aliæ sex in primo jugo montis Garizim. Interim sacerdotes inter utrumque jugum consistentes modo benedictiones in observatores legis, modo maledictiones et diras in eam violantes jacebant; populus vero ad singulas sive maledictiones, sive benedictiones respondebat, *Amen.* Cum ergo benedictio pronuntiata fuerat, munus respondendi pertinebat ad eos qui erant in monte Garizim; cum maledictio ad eos qui erant in jugo Hebal. Itaque *pones benedictionem et maledictionem,* idem est ac benedicentes aut maledicentes; ut explicatum est. Vide infra, c. 27, et Josue c. 8. a n. 30 usque ad finem.

30. *Juxta vallem tendentem et intrantem procul.* Juxta Aulon vallem in ingentem quamdam longitudinem protensam. Hæc vallis illa est quæ Genes. 12. 6, vocatur *convallis Illustris.*

Digitized by Google

CHAPITRE XII.

§ I. *Moïse ordonne aux Israélites de ruiner l'idolâtrie dans le pays que Dieu doit leur donner. Il leur défend d'offrir leurs sacrifices autre part que dans le lieu que Dieu aura lui-même choisi.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Or voici, *dans un plus grand détail,* les préceptes et les ordonnances que vous devez observer *lorsque vous serez* dans le pays que le Seigneur, le Dieu de vos pères, vous doit donner, afin que vous le possédiez pendant tout le temps que vous serez sur la terre.

2. Renversez tous les lieux où les nations dont vous posséderez le pays ont adoré leurs dieux sur les hautes montagnes, et sur les collines, et sous tous les arbres couverts de feuilles.

3. Détruisez leurs autels, brisez leurs statues, brûlez leurs bois *profanes,* réduisez en poudre leurs idoles et effacez de tous ces lieux la mémoire de leur nom.

4. Vous ne vous conduirez pas comme ces nations à l'égard du Seigneur votre Dieu: *vous ne lui offrirez pas des sacrifices dans vos maisons ni dans les lieux profanes,*

5. Mais vous viendrez au lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi d'entre toutes vos tribus pour y établir son nom, et pour y habiter;

6. Et vous offrirez dans ce lieu-là vos holocaustes et vos victimes, les dîmes et les prémices *des ouvrages* de vos mains, vos vœux et vos dons, les premiers-nés de vos bœufs et de vos brebis.

1. Hæc sunt præcepta atque judicia, quæ facere debetis in terra, quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi, ut possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradieris.

2. Subvertite omnia loca, in quibus coluerunt gentes, quas possessuri estis, deos suos super montes excelsos, et colles, et subter omne lignum frondosum.

3. Dissipate aras eorum, et confringite statuas, lucos igne comburite, et idola comminuite : disperdite nomina eorum de locis illis.

4. Non facietis ita Domino Deo vestro :

5. Sed ad locum, quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, ut ponat nomen suum ibi, et habitet in eo, venietis:

6. Et offeretis in loco illo holocausta et victimas vestras, decimas et primitias manuum vestrarum, et vota atque donaria, primogenita boum et ovium.

Cap. XII. 2. *Gentes quas.* Quarum terram et opes possessuri estis. — *Subter omne lignum frondosum.* In montibus, collibus, lucis idololatræ suos colebant deos; horum ritus imitati sunt Judæi cum in idololatriam lapsi.

3. *Nomina eorum.* Ut ne memoria quidem idolorum relinquatur, sed penitus aboleatur.

4. *Non facietis ita Domino Deo vestro.* Non imitabimini hos idololatras : legimus tamen sanctos viros nonnullos, ut Samuelem, in excelsis immolasse, haud dubie peculiari Dei dispensatione.

5. *Ut ponat nomen suum ibi.* Tabernaculi, vel templi locum intelligit.

6. *Primitias manuum vestrarum.* Primitias frugum, quas manibus et labore vestro messuistis. — *Vota.* Oblationes ex voto. — *Boum et ovium.* Sub ovibus, ut alias frequenter, capras intellige; vox enim hebræa ad utramque speciem communis est.

Digitized by Google

7. Et comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri : ac lætabimini in cunctis, ad quæ miseritis manum vos et domus vestræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester.

8. Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur (1).

9. Neque enim usque in præsens tempus venistis ad requiem, et possessionem, quam Dominus Deus vester daturus est vobis.

10. Transibitis Jordanem, et habitabitis in terra, quam Dominus Deus vester daturus est vobis, ut requiescatis a cunctis hostibus per circuitum : et absque ullo timore habitetis.

11. In loco quem elegerit Dominus Deus vester, ut sit nomen ejus in eo; illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocausta, et hostias, ac decimas, et primitias manuum vestrarum : et quidquid præcipuum est in muneribus, quæ vovebitis Domino.

7. Vous mangerez là en la présence du Seigneur votre Dieu, et vous y goûterez avec joie, vous et vos familles, de tous *les fruits des* travaux de vos mains que le Seigneur votre Dieu aura bénis.

8. Vous ne vivrez plus alors comme on vit ici aujourd'hui, où chacun suit ce qui paraît droit à ses yeux, *sans s'assujettir à la plupart des cérémonies de la loi que les mouvements continuels où vous avez été ne vous ont pas permis jusqu'à présent de pratiquer.*

9. Car vous n'êtes point encore entrés jusqu'à ce jour dans le repos et l'héritage que le Seigneur votre Dieu vous doit donner.

10. *Mais* vous passerez le Jourdain, et vous habiterez dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous donnera, afin que vous y soyez en repos du côté de tous les ennemis qui vous environnent, et que vous demeuriez sans aucune crainte.

11. Dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y établir *sa gloire et* son nom. Ce sera là que vous apporterez, selon l'ordre que je vous prescris, vos holocaustes, vos hosties, vos dîmes, et les prémices *des ouvrages* de vos mains, et tout ce qu'il y aura de meilleur dans les dons que vous aurez fait vœu d'offrir au Seigneur.

(1) Lettres de quelques Juifs, tome I, page 214. — Bible vengée, Nombres, note XI, alinéa : *Les incrédules citent :*

---

7. *Comedetis.* De hostiis pacificis, sive de oblationibus, quibus licitum est vesci laicis. Nam hostiis pro peccato votivis et holocaustis vesci non poterant laici, ut patet Num. 18. 9 et 15. Vel etiam hic sermo est de Israelitarum more, qui solebant in iis solemnitatibus, quibus Jerosolymam, vel ad locum tabernaculi conveniebant, ter scilicet in anno, agitare convivia et epulas in urbe, in qua erat templum, vel tabernaculum, et hoc erat comedere, lætari aut epulari coram Domino. — *In cunctis ad quæ miseritis manum.* Quæ scilicet labore vestro vobis paraveritis, in his lætabimini, epulando ex iis coram Domino.

8. *Singuli quod sibi rectum videtur.* Non enim servabant Hebræi ceremonialia hæc præcepta in deserto.

11. *In loco.* Vel hæc conjungenda cum versiculo præcedenti, hoc modo, *habitabitis in loco, etc.;* et sensus erit : habitabitis secure in loco ubi erit tabernaculum, quando ter in anno ad illud omnis Israel, juxta præceptum meum, confluet; non metuentes ne hostes fines vestros invadant. Vel, *in loco, etc.,* initium est periodi, et sensus erit, quem exhibet textus hebræus, chald. et LXX, apud quos hæc sententia ita effertur : *Erit locus quem elegerit Dominus Deus vester, ut habitare faciat nomen suum ibi, illuc afferetis*

Digitized by Google

12. C'est là que vous ferez des festins de réjouissance devant le Seigneur votre Dieu, vous, vos fils et vos filles, vos serviteurs et vos servantes, et les lévites qui demeurent dans vos villes : car ils n'ont point d'autre part, et ils ne possèdent point autre chose parmi vous *que les offrandes que vous ferez au Seigneur.*

13. Prenez bien garde de ne point offrir vos holocaustes dans tous les lieux que vous verrez, *et que vous croirez propres à y offrir des sacrifices ;*

14. Mais offrez vos hosties dans celui que le Seigneur aura choisi en l'une de vos tribus, et observez-y tout ce que je vous ordonne ici aujourd'hui.

12. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro, vos et filii ac filiæ vestræ, famuli et famulæ, atque levites qui in urbibus vestris commorantur; neque enim habet aliam partem et possessionem inter vos.

13. Cave ne offeras holocausta tua in omni loco, quem videris :

14. Sed in eo, quem elegerit Dominus, in una tribuum tuarum offeres hostias, et facies quæcumque præcipio tibi.

§ II. *Défense de manger du sang des bêtes. Ordre de ne pas abandonner les lévites.*

15. Que si vous voulez manger *de la viande*, si vous aimez à vous nourrir de chair, tuez *des bêtes*, et mangez-en selon la bénédiction que le Seigneur votre Dieu vous aura donnée dans vos villes; soit que ces bêtes soient impures, c'est-à-dire qu'elles aient quelque tache ou quelque défaut dans les membres du corps; soit qu'elles soient pures, c'est-à-dire entières et sans tache, comme celles qui peuvent être offertes à Dieu; mangez-en, ainsi que *vous mangez* de la chèvre et du cerf.

16. Abstenez-vous seulement de manger

15. Sin autem comedere volueris, et te esus carnium delectaverit, occide, et comede juxta benedictionem Domini Dei tui, quam dedit tibi in urbibus tuis : sive immundum fuerit, hoc est, maculatum et debile : sive mundum, hoc est, integrum et sine macula, quod offerri licet, sicut capream et cervum, comedes,

16. Absque esu duntaxat san-

---

omnia, etc. — *Primitias manuum vestrarum.* Aquila, Symmachus, Theodotion, *spontaneas oblationes* interpretantur.

12. *Coram Domino.* Vel coram tabernaculo, aut templo : vel in urbe in qua erit tabernaculum, aut templum. — *Atque levites.* Invitans ad epulas tuas levitas, ut etiam pupillos, viduas, advenas, ut dicitur infra, c. 16, n. 11 et 14. — *Neque enim habet aliam partem.* Quia scilicet agros et vineas non sunt sortiti in partitione terræ.

13. *Holocausta tua.* Sub holocaustis intelligit etiam cætera genera hostiarum. — *In omni loco quem videris.* Ubicumque visum fuerit, nullo habito loci delectu, sit ne is, in quo Deus offerri sacrificia vult, an non.

15. *Sin autem comedere volueris.* Non immolando Deo, sed comestione communi et profana. — *Comede juxta benedictionem Domini Dei tui.* Comede de illis quæ benefice et largiter dederit tibi Deus. Vel, juxta opes et facultates tuas. — *Sive immundum fuerit, hoc est, maculatum.* Maculatum, id est, mancum; opponitur enim integro, verbi gratia, si fuerit cæcum, claudum, mutilum; hæ enim sunt maculæ victimarum, ut patet Levit. 22. 22.— *Sicut capream et cervum, comedes.* Sensus est, comedes quæ Domino immolari possunt, v. g., oves et boves, quamvis sint mancæ, quæ propter hunc defectum non sunt apta sacrificio, sicut capream et cervum potes comedere, quæ tamen animalia sacrificare non licet.

Digitized by Google

guinis, quem super terram quasi aquam effundes.

17. Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti : et vini, et olei tui, primogenita armentorum et pecorum, et omnia quæ voveris, et sponte offerre volueris, et primitias manuum tuarum :

18. Sed coram Domino Deo tuo comedes ea, in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, tu et filius tuus et filia tua, et servus et famula, atque levites qui manet in urbibus tuis : et lætaberis et reficieris coram Domino Deo tuo, in cunctis ad quæ extenderis manum tuam.

19. Cave ne derelinquas levitem in omni tempore quo versaris in terra.

20. Quando dilataverit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut locutus est tibi, et volueris vesci carnibus, quas desiderat anima tua :

du sang, et ayez soin de le répandre sur la terre comme de l'eau.

17. Vous ne pouvez manger dans vos villes, *et ailleurs*, la dîme de votre froment, de votre vin et de votre huile, ni les premiers-nés des bœufs et des autres bestiaux, ni rien de ce que vous aurez voué ou que vous voudrez de vous-mêmes offrir à Dieu, ni les prémices *des ouvrages* de vos mains :

18. Mais vous mangerez de ces choses devant le Seigneur votre Dieu, dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi, vous, votre fils et votre fille, votre serviteur et votre servante, et les lévites qui demeurent dans vos villes, et vous prendrez votre nourriture avec joie devant le Seigneur votre Dieu, en recueillant le fruit de tous les travaux de vos mains.

19. Prenez bien garde de ne pas abandonner le lévite pendant tout le temps que vous serez sur la terre.

20. Quand le Seigneur votre Dieu aura étendu vos limites, selon qu'il vous l'a promis, et que vous voudrez manger de la chair dont vous aurez envie,

---

16. *Super terram quasi aquam effundes.* Quasi rem profanam, cujusmodi est aqua, et nullo ritu sacro.

17. *Non poteris comedere in oppidis tuis decimam frumenti.* D. Hieron. in Ezech. c. 45, cum verba fecisset de decimis, quæ Levitis dabantur, et de decimarum decimis, quas δευτεροδεκάτας appellari dicit, de decimis, de quibus hic est sermo, ita scribit : *Erant quoque et aliæ decimæ, quas unusquisque de populo Israel in suis horreis separabat, ut comederet eas, cum iret ad templum in urbe Jerusalem, et in vestibulo templi, et sacerdotes ac levitas invitarent ad convivia. — Primogenita armentorum et pecorum.* Non mascula, quæ integra sacerdotibus cedebant, ut patet Num. 18. 17; sed generis feminei, quæ, licet Deo peculiari consecratione non dedicarentur, absumebantur tamen more pacificorum, illa immolando; et in sacris illis epulis Jerosolymis consumendo, ut colligi potest c. 14, infra, n. 23 : ex quo fiebat ut etiam horum primogenitorum portio aliqua ad sacerdotes perveniret. — *Et omnia quæ voveris.* Ut, v. g. si quis vovisset vitulum in harum epularum usum; nam si absolute Deo vovisset, sacerdotibus cedebant, ut patet ex Num. 18. 14, et ibi notavi. — *Et primitias manuum tuarum.* Fortasse accipi potest de primitiis fructuum qui ex nova arbore, quarto a plantatione anno colligebantur, qua de re mentio fit Levit. 19. 24, quos fructus Deo fuisse consecrandos, et in his solemnibus epulis consumendos tradit Josephus l. 4. Antiq. c. 8. Dicuntur primitiæ manuum, id est primitiæ laboris manuum, qui labor impenditur in serendis arboribus, etc.

18. *In cunctis ad quæ extenderis manum.* In omnibus bonis et facultatibus tuis.

20. *Dilataverit... terminos tuos.* Sermo est de dilatatione Abrahæ promissa Gen. 15. 18, usque ad flumen Euphraten, quæ vitio Israelitarum facta non est, nisi imperfecte sub Davide et Salomone.

Digitized by Google

21. Si le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y établir son nom est *près, vous répandrez en sa présence le sang des animaux que vous tuerez; mais si ce lieu est* éloigné, vous pourrez tuer des bœufs et des brebis que vous aurez, selon que je vous l'ai ordonné, et vous en mangerez dans vos villes comme vous le désirerez.

22. Vous mangerez de cette chair comme vous mangez de celle des chèvres et des cerfs : et le pur et l'impur en mangeront indifféremment.

23. Gardez-vous seulement de manger du sang de ces bêtes; car leur sang est leur vie; et ainsi vous ne devez pas manger avec leur chair *ce qui est* leur vie.

24. Mais vous répandrez ce sang sur la terre comme de l'eau,

25. Afin que vous soyez heureux, vous et vos enfants après vous, ayant fait ce qui est agréable aux yeux du Seigneur.

26. Quant aux choses que vous aurez consacrées et que vous aurez vouées au Seigneur, vous les prendrez; et étant venus au lieu que le Seigneur aura choisi,

27. Vous présenterez en oblation la chair et le sang sur l'autel du Seigneur votre

21. Locus autem, quem elegerit Dominus Deus tuus ut sit nomen ejus ibi, si procul fuerit, occides de armentis et pecoribus, quæ habueris, sicut præcepi tibi, et comedes in oppidis tuis, ut tibi placet.

22. Sicut comeditur caprea et cervus, ita vesceris eis : et mundus et immundus in commune vescentur.

23. Hoc solum cave, ne sanguinem comedas; sanguis enim eorum pro anima est : et idcirco non debes animam comedere cum carnibus :

24. Sed super terram fundes quasi aquam,

25. Ut bene sit tibi et filiis tuis post te, cum feceris quod placet in conspectu Domini.

26. Quæ autem sanctificaveris, et voveris Domino, tolles, et venies ad locum, quem elegerit Dominus :

27. Et offeres oblationes tuas carnem, et sanguinem super altare

---

21. *Locus autem quem elegerit Dominus.* Non quod ii qui Jerosolymis v. g. habitabant, solerent, ut aliqui putant, oves, boves, et capras, quas domi erant comesturi, ad sacerdotes jugulandos adducere, etiamsi ad hoc non tenerentur, ideoque absentibus indulgeatur, ut propter distantiam locorum hoc non servent; sed quod in publico festo et epulo ea animalia, quæ vel profana mactatione poterant occidere, vel sacra per sacerdotes illa immolando, frequenter sacra occiderent : ideo monet ne irreligioni condemnarent, qui longe a templo dissiti erant, si secus facerent, et communi profanaque jugulatione conficerent.

22. *Sicut comeditur.* Poterat enim esse major ratio dubitandi an carnibus animalium, quæ Deo immolari poterant, licitum esset vesci, quam an caprea et cervo. — *Mundus et immundus in commune vescentur.* Intellige de immundo legali immunditia minore; hæc enim contagione non communicabatur, non autem de majore immunditia, cujusmodi immundi erant qui cadaver tetigissent, seminiflui, menstruatæ, leprosi, puerperæ; quamvis enim hi has carnes comedere possent, non tamen in communi, ne alios inficerent, nisi omnes pari immunditia immundi essent, ut fiebat cum tota una familia erat ob cadaver hominis polluta.

23. *Sanguis enim eorum pro anima est.* Vide dicta Genes. 9. 4.

26. *Quæ autem sanctificaveris, et voveris Domino.* Quæ semel Deo ex præcepto, vel obligatione voti consecraveris, ac seposueris in sacras epulas consumenda, cujusmodi erant ea de quibus dictum est n. 17.

Digitized by Google

Domini Dei tui : sanguinem hostiarum fundes in altari : carnibus autem ipse vesceris.

28. Observa et audi omnia quæ ego præcipio tibi, ut bene sit tibi et filiis tuis post te in sempiternum, cum feceris quod bonum est et placitum in conspectu Domini Dei tui.

Dieu ; vous répandrez le sang des hosties autour de l'autel : et pour vous, vous en mangerez la chair.

28. Observez et écoutez bien toutes les choses que je vous ordonne, afin que vous soyez heureux pour jamais, vous et vos enfants après vous, lorsque vous aurez fait ce qui est bon et agréable aux yeux du Seigneur votre Dieu.

§ III. *Moïse avertit les Israélites de ne pas imiter les nations que Dieu doit exterminer devant eux, et dont ils doivent posséder les terres.*

29. Quando disperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gentes, ad quas ingredieris possidendas, et possederis eas, atque habitaveris in terra earum :

30. Cave ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subversæ, et requiras cerimonias earum, dicens : Sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita et ego colam.

31. Non facies similiter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes, quas aversatur Dominus, fecerunt diis suis, offerentes filios et filias, et comburentes igni (1).

32. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino : nec addas quidquam, nec minuas.

29. Quand le Seigneur votre Dieu aura exterminé devant vous les nations dont vous allez posséder le pays, que vous en serez actuellement en possession, et que vous habiterez dans leurs terres ;

30. Prenez bien garde de ne pas imiter ces nations, après qu'elles auront été détruites à votre entrée, et de vous informer de leurs cérémonies, en disant : Je veux suivre moi-même le culte dont ces nations ont honoré leurs dieux.

31. Vous ne rendrez point de semblable culte au Seigneur votre Dieu ; car elles ont fait, pour *honorer* leurs dieux, toutes les abominations que le Seigneur a en horreur, en leur offrant *en sacrifice* leurs fils et leurs filles, et les brûlant dans le feu.

32. Faites seulement en l'honneur du Seigneur ce que je vous ordonne, sans y rien ajouter, ni rien ôter.

CHAPITRE XIII.

§ I. *Les faux prophètes et tous ceux qui voudraient porter le peuple à l'idolâtrie seront lapidés.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Si surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, et prædixerit signum atque portentum,

2. Et evenerit quod locutus est,

1. S'il s'élève au milieu de vous un prophète ou quelqu'un qui dise qu'il a eu une vision en songe, et qui prédise quelque chose d'extraordinaire et de prodigieux,

2. Et que ce qu'il avait prédit soit ar-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 45 *et* 46.

31. *Offerentes filios et filias.* Vide Lev. c. 18, n. 21.
32. *Nec addas quidquam, nec minuas.* Vide dicta c. 4, n. 2.

CAP. XIII. 1. *Prophetes.* Falsus propheta, qui se pro vero venditat. Vel propheta verus, si subversus ipse, alios subvertere conaretur.

Digitized by Google

rivé, et qu'il vous dise en même temps : Allons, suivons les dieux étrangers qui vous sont inconnus, et servons-les;

3. Vous n'écouterez point les paroles de ce prophète ou de cet inventeur de visions *et* de songes, parce que le Seigneur votre Dieu, *en permettant que leurs prédictions arrivent, n'approuve pas ce qu'ils disent; mais il* vous éprouve, afin qu'il paraisse clairement si vous l'aimez de tout votre cœur et de toute votre âme, ou si vous ne l'aimez pas de cette sorte.

4. *Si vous l'aimez véritablement*, suivez le Seigneur votre Dieu, craignez-le, gardez ses commandements, écoutez sa voix, servez-le, et attachez-vous à lui seul.

5. Mais que ce prophète ou cet inventeur de songes soit puni de mort, parce qu'il vous a parlé pour vous détourner du Seigneur votre Dieu qui vous a tirés de l'Egypte et qui vous a rachetés de la maison de servitude; et pour vous détourner de la voie que le Seigneur votre Dieu vous a prescrite. Et vous ôterez *ainsi* le mal du milieu de vous.

6. Si votre frère, fils de votre mère, ou votre fils, ou votre fille, ou votre femme qui vous est si chère, ou votre ami que vous aimez comme votre vie, veut vous persuader et vous vient dire en secret : Allons et servons les dieux étrangers qui vous sont inconnus, comme ils l'ont été à vos pères,

7. *Les dieux* de toutes les nations dont nous sommes environnés, soit de près ou de loin, depuis un bout de la terre jusqu'à l'autre;

8. Ne vous laissez point aller à ces discours, et n'y prêtez point l'oreille, et que la compassion ne vous porte point à l'épargner ou à lui donner retraite;

9. Mais tuez-le aussitôt, *non de votre*

et dixerit tibi : Eamus, et sequamur deos alienos quos ignoras, et serviamus eis :

3. Non audies verba prophetæ illius aut somniatoris : quia tentat vos Dominus Deus vester, ut palam fiat utrum diligatis eum an non, in toto corde, et in tota anima vestra.

4. Dominum Deum vestrum sequimini, et ipsum timete, et mandata illius custodite, et audite vocem ejus : ipsi servietis, et ipsi adhærebitis.

5. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur : quia locutus est ut vos averteret a Domino Deo vestro, qui eduxit vos de terra Ægypti, et redemit vos de domo servitutis : ut errare te faceret de via, quam tibi præcepit Dominus Deus tuus : et auferes malum de medio tui.

6. Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus, vel filia, sive uxor quæ est in sinu tuo, aut amicus, quem diligis ut animam tuam, clam dicens : Eamus, et serviamus diis alienis, quos ignoras tu, et patres tui,

7. Cunctarum in circuitu gentium, quæ juxta vel procul sunt, ab initio usque ad finem terræ,

8. Non acquiescas ei, nec audias neque parcat ei oculus tuus ut miserearis et occultes eum,

9. Sed statim interficies; sit

2. *Quos ignoras.* Quos hactenus non coluisti, nec pro diis habuisti.

3. *Tentat.* Tentari permittit. — *Ut palam fiat.* Hebr. *ad sciendum,* quod verti potest, *ut sciat,* vel *ut sciatur;* ut sciat, quia Deus ad modum tentantis et explorantis seu scire volentis se gerit.

5. *De via.* De ritu vivendi et serviendi Deo.

6. *Frater tuus filius matris tuæ.* Additur hoc ad distinctionem cujuslibet judæi, qui fratres vocabantur, quia ex eodem populo et communi patriarcharum stirpe oriundi.

9. *Statim interficies.* Non privata auctoritate, sed crimen ad judices defe-

Digitized by Google

primum manus tua super eum, et postea omnis populus mittat manum (1).

10. Lapidibus obrutus necabitur : quia voluit te abstrahere a Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo servitutis :

11. Ut omnis Israel audiens timeat, et nequaquam ultra faciat quippiam hujus rei simile.

autorité privée, mais en le déférant au juge qui le condamnera à être lapidé. Alors qu'il reçoive le premier coup de votre propre main, et que tout le peuple le frappe ensuite.

10. Qu'il périsse accablé de pierres, parce qu'il a voulu vous arracher du culte du Seigneur votre Dieu qui vous a tirés de l'Egypte, de ce séjour de servitude *où vous gémissiez ;*

11. Afin que tout Israël entendant cet exemple soit saisi de crainte, et qu'il ne se trouve plus personne qui ose entreprendre rien de semblable.

§ II. *Si une ville abandonne le Seigneur pour suivre les idoles, ses habitants seront passés au fil de l'épée, et elle sera entièrement détruite.*

12. Si audieris in una urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos :

13. Egressi sunt filii Belial de medio tui, et averterunt habitatores urbis suæ, atque dixerunt : Eamus, et serviamus diis alienis quos ignoratis :

14. Quære sollicite et diligenter, rei veritate perspecta, si inveneris certum esse quod dicitur, et abominationem hanc opere perpetratam,

15. Statim percuties habitatores urbis illius in ore gladii, et delebis eam, ac omnia quæ in illa sunt, usque ad pecora (2);

16. Quidquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum ejus, et cum ipsa civitate

12. Si dans quelqu'une de vos villes que le Seigneur votre Dieu vous aura données pour les habiter, vous entendez dire à quelques-uns :

13. Que des enfants de Bélial, *des ministres du démon,* sont sortis du milieu de vous et ont perverti les habitants de leur ville, en leur disant : Allons, et servons les dieux étrangers qui vous sont inconnus :

14. Informez-vous avec tout le soin possible de la vérité de la chose ; et après l'avoir connue, si vous trouvez que ce qu'on vous avait dit est certain, et que cette abomination a été commise effectivement,

15. Vous ferez passer aussitôt au fil de l'épée les habitants de cette ville, et vous la détruirez avec tout ce qui s'y rencontrera, jusqu'aux bêtes.

16. Vous amasserez aussi au milieu des rues tous les meubles qui s'y trouveront. et vous les brûlerez avec la ville, consu-

(1) Bible vengée, Deutéronome, note IV.—Livres saints vengés, tome I, p. 509.
(2) Bible vengée, note IV.

---

rendo. — *Sit primum manus tua super eum.* Lapidationem exordiens, ut præcipitur infra, c. 17. 7.

13. *Filii Belial.* Homines impii, facinorosi, diabolici, quasi viri absque jugo a בלי *beli, et* עול *hol,* absque jugo, vel, quod idem est, *exleges, prævaricatores, summe impii.* Sumitur nomen Belial aliquando in Scriptura pro diabolo. Sic III. Reg. 21. 13, vertit D. Hieron. ubi pro filiis Belial, dixit *filiis diaboli.*

14. *Abominationem hanc.* Criminis idololatriæ.

15. *Statim percuties.* Senioribus scilicet, et in primis supremo pontifice sententiam anathematis ferente : ad hanc enim pertinet præcedens illa veritatis inquisitio.

Digitized by Google

mant tout en l'honneur du Seigneur votre Dieu, en sorte que cette ville demeure éternellement ensevelie sous ses ruines qui ne soient jamais relevées :

17. Il ne demeurera rien dans vos mains de cet anathème, afin que le Seigneur votre Dieu apaise sa colère et sa fureur, et qu'il ait pitié de vous, et vous multiplie comme il a juré à vos pères, *et comme il le fera en effet,*

18. Tant que vous écouterez la voix du Seigneur votre Dieu, et que vous observerez toutes ses ordonnances que je vous prescris aujourd'hui, afin que vous fassiez tout ce qui est agréable aux yeux du Seigneur votre Dieu, *et que vous soyez comblés de biens.*

succendes, ita ut universa consumas Domino Deo tuo, et sit tumulus sempiternus; non ædificabitur amplius,

17. Et non adhærebit de illo anathemate quidquam in manu tua : ut avertatur Dominus ab ira furoris sui, et misereatur tui, multiplicetque te sicut juravit patribus tuis,

18. Quando audieris vocem Domini Dei tui, custodiens omnia præcepta ejus, quæ ego præcipio tibi hodie, ut facias quod placitum est in conspectu Domini Dei uti.

CHAPITRE XIV.

§ I. *Défense de se faire des incisions et de se couper les cheveux pour pleurer les morts. Règlement pour la distinction des animaux purs et impurs.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Montrez-vous les enfants du Seigneur votre Dieu, *par une conduite pleine de sagesse et de probité;* ne vous faites point d'incisions, et ne vous faites point tondre pour pleurer les morts *comme font les idolâtres.*

2. *Vous devez être bien éloignés de ces pratiques superstitieuses,* parce que vous êtes un peuple saint *et consacré* au Seigneur votre Dieu, et qu'il vous a choisis de toutes les nations qui sont sur la terre, afin que vous fussiez particulièrement son peuple.

3. Ne mangez point de ce qui est impur.

4. Voici les animaux dont vous devez manger : le bœuf, la brebis, la chèvre,

1. Filii estote Domini Dei vestri : non vos incidetis, nec facietis calvitium super mortuo;

2. Quoniam populus sanctus es Domino Deo tuo : et te elegit ut sis ei in populum peculiarem, de cunctis gentibus quæ sunt super terram.

3. Ne comedatis quæ immunda sunt.

4. Hoc est animal quod comedere debetis, bovem, et ovem, et capram,

---

16. *Sit tumulus sempiternus.* Nunquam ea civitas reædificetur.
17. *Non adhærebit.* Nihil tibi reservabis.

CAP. XIV. 1. *Filii estote Domini Dei vestri.* Idem his verbis significatur quod alibi, cum dicitur : *Sancti estote, quia ego sanctus sum,* Lev. 11. 44, et alibi. — *Non vos incidetis.* Vide dicta de hoc Levit. 19. 28. — *Calvitium super mortuo.* Vide dicta Levit. 19. 27. Hic in hebræo est : *Non ponetis calvitium inter oculos vestros ad mortuum,* anteriorem scilicet capitis partem pilis nudando, tondendo, aut radendo.

Digitized by Google

5. Cervum et capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygem, camelopardalum.

6. Omne animal, quod in duas partes findit ungulam, et ruminat, comedetis.

7. De his autem quæ ruminant, et ungulam non findunt, comedere non debetis, ut camelum, leporem, chœrogryllum : hæc quia ruminant, et non dividunt ungulam, immunda erunt vobis.

8. Sus quoque, quoniam dividit ungulam, et non ruminat, immunda erit; carnibus eorum non vescemini, et cadavera non tangetis.

9. Hæc comedetis ex omnibus quæ morantur in aquis: quæ habent pinnulas et squamas, comedite :

10. Quæ absque pinnulis et squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt.

11. Omnes aves mundas comedite.

12. Immundas ne comedatis : aquilam scilicet, et gryphem, et haliætum,

13. Ixion, et vulturem ac milvum juxta genus suum :

5. Le cerf, la chè vre sauvage, le buffle, le chèvre-cerf, le chevreuil l'oryx, la girafe.

6. Vous mangerez de tous les animaux qui ont la corne divisée en deux, et qui ruminent.

7. Mais vous ne devez point manger de ceux qui ruminent, et dont la corne n'est point fendue, comme du chameau, du lièvre, du chœrogrille. Ces animaux vous seront impurs, parce qu'encore qu'ils ruminent, ils n'ont point la corne fendue.

8. Le pourceau aussi vous sera impur, parce qu'encore qu'il ait la corne fendue il ne rumine point. Vous ne mangerez point de la chair de ces animaux. et vous n'y toucherez point lorsqu'ils seront morts.

9. Entre tous les animaux qui vivent dans les eaux, vous mangerez de ceux qui ont des nageoires et des écailles.

10. Vous ne mangerez point de ceux qui n'ont point de nageoires ni d'écailles, parce qu'ils sont impurs.

11. Mangez de tous les oiseaux qui sont purs :

12. Mais ne mangez point de ceux qui sont impurs, qui sont l'aigle, le griffon, l'aigle de mer,

13. L'ixion, le vautour et le milan, selon ses espèces ;

---

5. *Bubalum.* Hebræa, יחמור *jachmur*, LXX βούβαλον. Lib. III. Reg. c. 4. 23, inter cibos regios Salomonis, et venatione apprehensos bubali numerantur; quod non videtur convenire bubalis italicis, quos vernacula lingua appellamus *bufali*. Plin. lib. 8, c. 13, docet bubalos gignere Africam, vituli cervice quadam similitudine. Aristoteles bubalum cervo conjungit, quorum sanguinem negat spissari et concrescere. His consentit Hesychius, cui βούβαλος est δορκάδιον, *parva caprea*. — *Tragelaphum.* Hircocervum; animal corporis forma cervum, cornibus et barba hircum referens; de quo videri potest Plin. lib. 8, c. 33. — *Pygargum.* Capreæ genus, damis simile, de quo Plinius, lib. 8, c. 53. — *Orygem.* Sic etiam LXX. Alii, *bovem sylvestrem*, sive *urum* verterunt. Orygem in caprarum sylvestrium genere reponit Plin. l. 8, c. 53, Aristot. lib. 2, de Historia animalium, c. 1, et Plin. lib. 11, c. 46, bifulcum et unicorne hoc animal faciunt. — *Camelopardalum.* Animal est camelum et pardalim referens : camelum capite et oblongo aliquantulum collo : pardalim, seu pantheram macularum toto corpore varietate. Vide Plin. l. 8, c. 18.

6. *Omne animal quod in duas partes findit ungulam, et ruminat, comedetis.* Cujusmodi sunt decem species duobus versibus præcedentibus commemoratæ; sed non dubium id etiam pluribus aliis competere.

7. *Camelum, leporem, chœrogryllum.* Vide Levit. c. 11. n. 4 et deinceps.

13. *Ixion.* Est avis ex vulturum genere.

Digitized by Google

14. Les corbeaux, et tout ce qui est de la même espèce,

15. L'autruche, la chouette, le larus, avec l'épervier, et tout ce qui est de la même espèce :

16. Le héron, le cygne, l'ibis,

17. Le plongeon, le porphyrion, le hibou,

18. L'onocrotalus, le charadrius, chacun selon son espèce ; la huppe et la chauve-souris.

19. Tout ce qui rampe sur la terre et qui a des ailes sera impur, et l'on n'en mangera point.

20. Mangez de tout ce qui est pur.

21. Ne mangez d'aucune bête qui sera morte d'elle-même : mais donnez-la, ou vendez-la à l'étranger qui est dans l'enceinte de vos murailles, *et qui ne fait pas profession de votre religion*, afin qu'il en mange ; parce que, pour vous, vous êtes le peuple saint du Seigneur votre Dieu. *Vous vous accoutumerez à avoir compassion des hommes en l'exerçant envers les animaux mêmes ; ainsi* vous ne ferez point cuire le chevreau lorsqu'il tète encore le lait de sa mère, *ni dans le lait de sa mère ; ce qui serait une espèce de cruauté.*

14. Et omne corvini generis,

15. Et struthionem, ac noctuam, et larum, atque accipitrem juxta genus suum :

16. Herodium ac cygnum, et ibin,

17. Ac mergulum, porphyrionem, et nycticoracem,

18. Onocrotalum, et charadrium, singula in genere suo : upupam quoque et vespertilionem.

19. Et omne quod reptat et pennulas habet, immundum erit, et non comedetur.

20. Omne quod mundum est, comedite.

21. Quidquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino, qui intra portas tuas est, da ut comedat, aut vende ei : quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. Non coques hædum in lacte matris suæ.

§ II. *Règlements pour les dîmes qu'on devait payer tous les ans, et pour les repas qu'on devait faire en la présence du Seigneur.*

22. Vous mettrez à part chaque année le dixième de tous vos fruits qui naissent de la terre, *pour le donner aux lévites,*

23. Et, *outre cette dîme,* vous mangerez en la présence du Seigneur votre Dieu, au lieu qu'il aura choisi, afin que son nom y soit invoqué, la dixième partie de votre froment, de votre vin et de votre huile,

22. Decimam partem separabis de cunctis fructibus tuis qui nascuntur in terra per annos singulos.

23. Et comedes in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit, ut in eo nomen illius invocetur, decimam frumenti tui, et vini, et olei, et primogenita de ar-

---

21. *Quidquid autem morticinum est.* De mundis scilicet animalibus ; nam de immundis nihil erat opus præcipere. Vide Levit. 11. 39 et seq. Porro sub morticinis intellige etiam ea quæ casu aliquo, vel lapsu, vel suffocatione in aquis, aut aliter necabantur. — *Peregrino... da ut comedat.* Gentili, in gentilismo manenti, qui legibus judaicis de cibis mundis aut immundis non tenetur. — *Quia tu populus sanctus.* Quem nihil indecens facere convenit ; hoc autem ex legis præscripto indecens et illicitum est. — *Non coques hædum in lacte.* Vide de hoc Exod. 23, 19. * Quod de hædo dicitur, ad agnos etiam et vitulos pertinere videtur propter rationis paritatem.

22. *Decimam partem.* Vide dicta supra, c. 12, n. 17.

23. *Primogenita.* Vide dicta eodem c. 12, n. 17.

Digitized by Google

mentis et ovibus tuis : ut discas timere Dominum Deum tuum omni tempore.

24. Cum autem longior fuerit via, et locus quem elegerit Dominus Deus tuus, tibique benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare,

25. Vendes omnia, et in pretium rediges, portabisque manu tua, et proficisceris ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus :

26. Et emes ex eadem pecunia quidquid tibi placuerit, sive ex armentis, sive ex ovibus, vinum quoque et siceram, et omne quod desiderat anima tua : et comedes coram Domino Deo tuo, et epulaberis tu et domus tua;

27. Et levites qui intra portas tuas est : cave ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua.

28. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore : et repones intra januas tuas.

29. Venietque levites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, et peregrinus ac pupillus et vidua, qui intra portas tuas sunt, et comedent et saturabuntur : ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

et les premiers-nés de vos bœufs et de vos brebis, afin que vous appreniez à craindre le Seigneur votre Dieu en tout temps.

24. Mais lorsque vous aurez un trop long chemin à faire, *pour aller* jusqu'au lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi et que le Seigneur votre Dieu vous ayant béni vous ne pourrez lui apporter ces dîmes,

25. Vous vendrez tout, et en aurez de l'argent que vous porterez en votre main, et vous irez au lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi.

26. Vous achèterez de ce même argent tout ce que vous voudrez, soit des bœufs, soit des brebis, du vin aussi et du cidre, et de tout ce que vous désirerez, et vous en mangerez devant le Seigneur votre Dieu, vous réjouissant, vous et votre famille,

27. Avec le lévite qui est dans l'enceinte de vos murailles; prenez bien garde de ne le pas abandonner, parce qu'il n'a point d'autre part dans la terre que vous possédez *que cette portion que vous devez lui donner.*

28. Tous les trois ans vous séparerez encore une autre dîme de tous les biens qui vous seront venus en ce temps-là; et *au lieu de les porter dans l'endroit que le Seigneur aura choisi*, vous les mettrez en réserve dans vos maisons;

29. Et le lévite qui n'a point d'autre part dans la terre que vous possédez, l'étranger, l'orphelin et la veuve qui sont dans vos villes, viendront en manger *chez vous* et se rassasier, afin que le Seigneur votre Dieu vous bénisse dans tout le travail que vous ferez de vos mains.

---

24. *Tibique benedixerit.* Annuis proventibus locupletaverit, ut proinde cumulus bonorum in sanctam civitatem deferendus excrescat.

26. *Sive ex armentis.* Hoc est, e bobus; ex his enim solis armenta conflabantur eorum quæ immolari et edi possent; et in hebræo diserte bos exprimitur. — *Sive ex ovibus.* Sub quibus et capras intellige. — *Siceram.* De sicera dictum est Levit. 10. 9.

27. *Levites qui intra portas tuas est.* Qui in urbe tua habitat.

28. *Anno tertio.* LXX, μετὰ τρία ἔτη, post tres annos, ultimo anno e tribus. — *Aliam decimam.* Hæc decima ad templi locum deferenda non erat; sed in levitas et pauperes loci distribuenda.

29. *Et comedent et saturabuntur.* Hujus decimæ nullo modo erat particeps ei qui eas e bonis suis dabat, sicut erat particeps earum quæ deferebantur ad spulas, quibus intererat etiam deferens.

Digitized by Google

CHAPITRE XV.

§ I. ***La septième année sera l'année de la remise générale de toutes les dettes des Juifs. Ils pourront se faire payer de tout ce qui leur sera dû par les étrangers. Soin des pauvres.***

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. La septième année sera l'année de la remise.

2. Elle se fera en cette manière : un homme à qui il sera dû quelque chose par son ami, ou son prochain et son frère, ne pourra le redemander *durant cette année*, parce que c'est l'année de la remise du Seigneur.

3. Vous pourrez l'exiger de l'étranger et de celui qui est venu du dehors en votre pays; mais vous n'aurez point le pouvoir de le redemander à vos concitoyens et à vos proches.

4. Et *non-seulement vous ne redemanderez pas ce qui vous sera dû, mais* il ne se trouvera parmi vous aucun pauvre ni aucun mendiant, *par le soin que vous aurez de leur procurer tout ce qui leur sera nécessaire*, afin que le Seigneur votre Dieu vous bénisse dans le pays qu'il vous doit donner pour le posséder.

5. Si toutefois vous écoutez la voix du Seigneur votre Dieu, et que vous observiez ce qu'il vous a commandé, et ce que je vous prescris aujourd'hui, c'est alors qu'il vous bénira comme il vous l'a promis.

6. *Alors* vous prêterez à beaucoup de peuples, et vous n'emprunterez rien vous-mêmes de personne; vous dominerez sur plusieurs nations, et nul ne vous dominera.

1. Septimo anno facies remissionem,

2. Quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini.

3. A peregrino et advena exiges: civem et propinquum repetendi non habebis potestatem.

4. Et omnino indigens et mendicus non erit inter vos : ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in terra, quam traditurus est tibi in possessionem.

5. Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, et custodieris universa quæ jussit, et quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, ut pollicitus est.

6. Fœnerabis gentibus multis, et ipse a nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, et tui nemo dominabitur.

Cap. XV. 2. *Ab amico, vel proximo ac fratre suo.* Sermo est de Judæo qui genere frater est, ideoque amicus et proximus; proselyti enim anno septimo non liberabantur suis debitis, sed tantum Judæi. Porro debitum intellige ex mutuo, aut vendito, non autem ex commodato; quia hoc proprie non est debitum, sed alienum, sive res ad alium spectans.

3. *A peregrino et aliena exiges.* Etiamsi proselytus sit, poteris exigere. — *Civem et propinquum.* Gente Judæum.

4. *Mendicus non erit inter vos.* Non est promissio, aut benedictio, sed præceptum; ne quem patiantur mendicum, sed illi, aut liberaliter largiendo, aut saltem mutuo dando ferant opem. Erant quidem aliqui pauperes, qui privatim egebant, ut patet ex hoc capite n. 11, sed mendici, qui publice stipem colligerent, nulli, ut etiamnum fit in bene ordinatis rebuspublicis.

5. *Ego hodie præcipio tibi.* De mutuo dando, et obligatione remittenda anno septimo.

6. *Fœnerabis.* Mutuum dabis, quia abundabis.

Digitized by Google

7. Si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuæ, in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem venerit : non obdurabis cor tuum, nec contrahes manum;

8. Sed aperies eam pauperi, et dabis mutuum, quo eum indigere perspexeris.

9. Cave ne forte subrepat tibi impia cogitatio, et dicas in corde tuo : Appropinquat septimus annus remissionis, et avertas oculos tuos a paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat mutuum commodare : ne clamet contra te ad Dominum, et fiat tibi in peccatum (1).

10. Sed dabis ei : nec ages quippiam callide in ejus necessitatibus sublevandis : ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, et in cunctis ad quæ manum miseris.

11. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ : idcirco ego præcipio tibi, ut aperias manum fratri tuo egeno et pauperi, qui tecum versatur in terra.

7. Si, étant dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous doit donner, un de vos frères qui demeurera dans votre ville tombe dans la pauvreté, vous n'endurcirez point votre cœur et ne resserrerez point votre main *à son égard;*

8. Mais vous l'ouvrirez au pauvre, et vous lui prêterez ce dont vous verrez qu'il aura besoin.

9. Penez garde de ne vous point laisser surprendre à cette pensée impie, et de ne pas dire dans votre cœur : La septième année, qui est l'année de la remise, est proche; et de détourner ainsi vos yeux de votre frère qui est pauvre, sans vouloir lui prêter ce qu'il vous demande, de peur qu'il ne crie contre vous au Seigneur, et que cela ne vous soit imputé à péché;

10. Mais vous lui donnerez *ce qu'il désire;* et vous n'userez d'aucune finesse, lorsqu'il s'agit de le soulager dans sa nécessité, afin que le Seigneur votre Dieu vous bénisse en tout temps, et dans toutes les choses que vous entreprendrez.

11. *Vous aurez toujours lieu d'attirer par vos charités cette bénédiction sur vous, car* il y aura toujours des pauvres dans le pays où vous habiterez. C'est pourquoi je vous ordonne d'ouvrir votre main aux besoins de votre frère qui est pauvre et sans secours, et qui demeure avec vous dans votre pays, *afin de vous rendre le Seigneur favorable.*

§ II. ***Un esclave hébreu sera renvoyé libre la septième année. S'il consent de demeurer avec son maître, il sera son esclave pour toujours.***

12. Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, et sex annis servierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberum :

13. Et quem libertate donaveris, nequaquam vacuum abire patieris :

14. Sed dabis viaticum de gre-

12. Lorsque votre frère ou votre sœur, hébreux d'origine, vous ayant été vendus, vous auront servi six ans, vous les renverrez libres la septième année;

13. Et vous ne laisserez pas aller les mains vides celui à qui vous donnerez la liberté;

14. Mais vous lui donnerez pour subsis-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome II, page 172 *et suiv.*

9. *Appropinquat septimus annus.* Cum remissio debiti facienda est.—*Commodare.* Mutuum dare. — *Fiat tibi in peccatum.* Irascatur tibi Dominus et puniat te; peccatum ponitur pro pœna peccati.

10. *Nec ages quippiam callide.* Non dando mutuum metu adventantis septimi anni.

12. *In septimo anno dimittes eum liberum.* Vide dicta Exod. 21. 2.

Digitized by Google

ter dans le chemin quelque chose de vos troupeaux, de votre grange et de votre pressoir, comme des biens que vous avez reçus par la bénédiction du Seigneur votre Dieu.

15. Souvenez-vous que vous avez été esclaves vous-mêmes dans l'Égypte, et que le Seigneur votre Dieu vous a mis en liberté; c'est pour cela que je vous ordonne ceci maintenant.

16. Que si votre serviteur vous dit qu'il ne veut pas sortir, parce qu'il vous aime vous et votre maison, et qu'il trouve son avantage à être avec vous,

17. Vous prendrez une alène, et vous lui percerez l'oreille à la porte de votre maison, et il vous servira pour jamais. Vous ferez de même à votre servante; *vous ne la laisserez point aller sans lui donner de quoi subsister durant le chemin.*

18. Ne détournez point vos yeux de dessus eux, après que vous les aurez renvoyés libres, *mais soyez attentifs à leurs besoins. Ils méritent cette attention de votre part,* puisqu'ils vous ont servi pendant six ans comme vous aurait servi un mercenaire; *ne la leur refusez donc pas,* afin que le Seigneur votre Dieu vous bénisse dans toutes les choses que vous ferez.

gibus, et de area, et torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi.

15. Memento quod et ipse servieris in terra Ægypti, et liberaverit te Dominus Deus tuus, et idcirco ego nunc præcipio tibi.

16. Sin autem dixerit : Nolo egredi : eo quod diligat te, et domum tuam, et bene sibi apud te esse sentiat,

17. Assumes subulam, et perforabis aurem ejus in janua domus tuæ, et serviet tibi usque in æternum; ancillæ quoque similiter facies (1).

18. Non avertas ab eis oculos tuos, quando dimiseris eos liberos : quoniam juxta mercedem mercenarii per sex annos servivit tibi : ut benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus quæ agis.

§ III. ***Tous les premiers-nés seront consacrés au Seigneur. Ceux qui auront quelque défaut ne pourront être offerts en sacrifices.***

19. Vous consacrerez au Seigneur votre Dieu tous les mâles d'entre les premiers-nés de vos bœufs et de vos brebis. Vous ne labourerez point avec le premier-né du bœuf, et vous ne tondrez

19. De primogenitis, quæ nascuntur in armentis, et in ovibus tuis, quidquid est sexus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito

(1) **Lettres de quelques Juifs, tome III, page 159 *et suiv.***

---

16. *Sin autem dixerit : Nolo egredi.* Vide dicta eodem c. 21, n. 21.

17. *Ancillæ quoque similiter facies.* Refert hoc ad viaticum, non ad auris perforationem, quæ in ancillis locum non habuit : vide Exod. 21. 7.

18. *Non avertas ab eis oculos tuos.* Non ages dure aut inhumaniter. — *Quoniam juxta mercedem mercenarii... servivit tibi.* Servivit tibi sex annos non minus quam mercenarius, cujus operam si conduxisses, mercedem numerare debuisses. Æquum ergo est ut mercedis loco anno septimo eum manumittas cum aliquo viatico. * Vel sensus est, mercenarii ad triennium operas suas locare consueverunt, ut colligitur ex c. 16 Isaiæ, n. 14. Ne ergo tibi grave sit servum anno septimo liberum cum donis dimittere; servivit enim tibi duplo longiori tempore, quam mercenarii faciant. Favet textus hebræus, in quo habemus, *quia duplex merces mercenarii,* scilicet illi debetur.

19. *Non operaberis in primogenito bovis.* Sermo est de primogenitis fe-

Digitized by Google

bovis, et non tondebis primogenita ovium.

20. In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos, in loco quem elegerit Dominus, tu et domus tua.

21. Sin autem habuerit maculam, vel claudum fuerit, vel cæcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo;

22. Sed intra portas urbis tuæ comedes illud : tam mundus quam immundus similiter vescentur eis, quasi caprea et cervo.

23. Hoc solum observabis, ut sanguinem eorum non comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

point les premiers-nés de vos moutons.

20. Mais vous les mangerez chaque année, vous et votre maison, en la présence du Seigneur votre Dieu au lieu que le Seigneur aura choisi *pour y recevoir vos offrandes.*

21. Que si le premier-né a une tache, s'il est boiteux ou aveugle, s'il a quelque difformité ou quelque défaut en quelque partie du corps, il ne sera point immolé au Seigneur votre Dieu *et il ne lui sera point offert en sacrifice;*

22. Mais vous le mangerez dans l'enceinte des murailles de votre ville : le pur et l'impur en mangeront indifféremment, comme on mange du chevreuil et du cerf.

23. Vous prendrez garde seulement de ne point manger de leur sang; mais vous le répandrez sur la terre comme de l'eau.

CHAPITRE XVI.

§ I. *Obligation de célébrer les trois fêtes de Pâques, de la Pentecôte et des Tabernacles. Cérémonies qu'on y doit observer.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Observa mensem novarum frugum, et verni primum temporis, ut facias Phase Domino Deo tuo : quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Ægypto nocte.

2. Immolabisque Phase Domino Deo tuo de ovibus, et de bobus,

1. Observez le mois des grains nouveaux, qui est au commencement du printemps, en célébrant la Pâque en l'honneur du Seigneur votre Dieu, parce que c'est le mois où le Seigneur votre Dieu vous a fait sortir de l'Egypte pendant la nuit.

2. Vous immolerez la Pâque au Seigneur votre Dieu, *et vous célébrerez cette fête*

---

minei generis; nam loquitur de iis primogenitis de quibus laicus vesci poterat, ut patet ex n. 20 sequenti; primogenita autem mascula tota erant Dei et sacerdotum, adeo ut nihil rediret ad eum qui offerebat; quemadmodum aliquid redibat cum feminei generis primogenita offerebantur ritu victimarum pacificarum.

22. *Sed intra portas.* Mactando illud alia mactatione communi et profana. — *Tam mundus quam immundus.* Quod locum non haberet, si animal immolatum fuisset ritu pacificorum; ex hujusmodi enim sacrificio soli mundi participare poterant. Levit. 7. 20 et seq. et alibi.

CAP. XVI. 1. *Mensem novarum frugum.* Mensem nisan, sive martium, quo in terra promissionis incipiunt spicæ hordeaceæ florescere; illæ enim offerebantur in Paschate, scilicet secundo die azymorum, ut patet Lev. 2. 14. et Lev. 23. 10.

2. *Phase... de ovibus et de bobus.* Phase, id est, victimas paschales, quæ in

Digitized by Google

durant sept jours, en lui sacrifiant des brebis et des bœufs dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y établir *la gloire de* son nom.

3. Vous ne mangerez point pendant cette fête de pain avec du levain ; mais pendant sept jours vous mangerez du pain sans levain, *qui étant moins agréable au goût sera pour vous* un pain d'affliction, parce que vous êtes sortis de l'Egypte *en grande hâte* et dans une grande frayeur; *ainsi vous mangerez de ce pain fait à la hâte,* afin que vous vous souveniez du jour de votre sortie d'Egypte tous les jours de votre vie.

4. Il ne paraîtra point de levain dans toute l'étendue de votre pays, pendant les sept jours *de cette solennité;* et il ne demeurera rien de la chair de l'hostie qui aura été immolée au soir du premier jour, jusqu'au matin.

5. Vous ne pourrez pas immoler la Pâque indifféremment dans toutes les villes que le Seigneur votre Dieu vous doit donner;

6. Mais seulement dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y établir son nom : et vous immolerez la Pâque le soir au soleil couchant, qui est le temps que vous êtes sortis d'Egypte.

7. Vous ferez cuire l'hostie, et vous la mangerez au lieu que le Seigneur votre

in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi.

3. Non comedes in eo panem fermentatum : septem diebus comedes absque fermento, afflictionis panem, quoniam in pavore egressus es de Ægypto : ut memineris diei egressionis tuæ de Ægypto, omnibus diebus vitæ tuæ.

4. Non apparebit fermentum in omnibus terminis tuis septem diebus, et non remanebit de carnibus ejus quod immolatum est vespere in die primo usque mane.

5. Non poteris immolare Phase in qualibet urbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi;

6. Sed in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi : immolabis Phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Ægypto.

7. Et coques, et comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus,

---

solemnitate paschali de ovibus et de bobus offerri jubentur, Num. 28. 19. Non enim potest intelligi hoc loco *Phase* de victima illa, quæ ad vesperum diei decimæ quartæ immolabatur, quia hæc non aliud quam agnus aut hædus esse poterat, non autem vitulus aut bos. — *Ut habitet nomen ejus ibi.* Ut illic colatur Deus, et invocetur nomine suo.

3. *Non comedes in eo.* Cum eo scilicet Phase. — *Panem fermentatum.* Totis enim septem diebus paschalibus comedebant panes azymos cum agno, et aliis sacrificiis et cibis etiam communibus. — *Afflictionis panem.* Vel quia monumentum afflictionis quam passi fuerant in Ægypto, vel maxime quia is panis insuavis, insipidus et stomacho gravis est. — *In pavore.* Hebr. *cum festinatione;* utrumque verum, et cum pavore, et cum festinatione egressi sunt, adeo ut panes fermentatos parandi tempus non habuerint.

5. *Immolare Phase.* Proprie dictum, hoc est, agnum paschalem. Hunc tantum in loco ubi esset tabernaculum aut templum immolare poterant.

6. *Quando egressus es.* Particula *quando* non significat præcise tempus vesperæ, vel occasus solis, sed totam noctem, ut sensus sit : immolabis occumbente sole ad noctis vesperam, qua nocte de Ægypto egressus es. Vel egressus nomine intellige etiam apparatum ad egressum.

Digitized by Google

maneque consurgens vades in tabernacula tua.

8. Sex diebus comedes azyma : et in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus.

9. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris;

10. Et celebrabis diem festum Hebdomadarum Domino Deo tuo, oblationem spontaneam manus tuæ, quam offeres juxta benedictionem Domini Dei tui :

11. Et epulaberis coram Domino Deo tuo, tu, filius tuus, et filia tua, servus tuus, et ancilla tua, et levites qui est intra portas tuas, advena ac pupillus et vidua, qui morantur vobiscum : in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, ut habitet nomen ejus ibi (1) :

12. Et recordaberis quoniam servus fueris in Ægypto : custodiesque ac facies quæ præcepta sunt.

13. Solemnitatem quoque Tabernaculorum celebrabis septem diebus, cum collegeris de area et torculari tua.

Dieu vous aura choisi : et vous levant le matin, vous retournerez dans vos maisons *si vous le voulez;*

8. Mais vous mangerez des pains sans levain pendant six jours ; et le septième jour vous ne ferez point d'œuvre *servile*, parce que ce sera le jour de l'assemblée solennelle instituée en l'honneur du Seigneur votre Dieu.

9. Vous compterez sept semaines depuis le jour que vous aurez mis la faucille dans les grains, *qui sera le lendemain de Pâques;*

10. Et vous célébrerez la fête des Semaines en l'honneur du Seigneur votre Dieu, en lui présentant l'oblation volontaire *du travail* de vos mains, que vous lui offrirez, selon que le Seigneur votre Dieu y aura donné sa bénédiction :

11. Et vous ferez devant le Seigneur votre Dieu des festins de réjouissance, vous, votre fils et votre fille, votre serviteur et votre servante, le lévite qui est dans l'enceinte de vos murailles, l'étranger, l'orphelin et la veuve qui demeurent avec vous, dans le lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi pour y établir son nom.

12. Vous vous souviendrez que vous avez été vous-même esclave en Egypte, et vous aurez soin d'observer et de faire ce qui vous a été commandé.

13. Vous célébrerez aussi la fête solen-

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 82.

---

7. *Maneque consurgens.* Mane quod omnem paschalem solemnitatem exactam consequitur; nam proximo die a comestione agni longum iter capessere non poterant, quia erat dies festus.

8. *Sex diebus comedes azyma.* Septem erant dies azymorum; excluditur autem hic septimus dies, de quo statuerat mox aliquid peculiare subnectere. —*Collecta est Domini.* De festo collectæ, seu cœtus, vide dicta Levit. 23. 36.

9. *Ab ea die qua falcem.* Dies oblationis manipuli designatur, qui in Paschatis festum immediate sequebatur, eratque decimus sextus mensis nisan. De hoc festo vide Levit. 23. 10. Jubentur autem numerari septem hebdomadæ ad diem Pentecostes constituendum.

10. *Festum Hebdomadarum.* Pentecosten. — *Oblationem spontaneam.* Supplenda vox *secundum*, vel *juxta*, secundum spontaneas oblationes quas ofterre volueris.

11. *Et epulaberis coram Domino.* De hisce epulis, vide dicta c. 12, n. 17.

12. *Custodiesque ac facies quæ præcepta sunt.* Sensus est : propterea custodies ac facies, libenti scilicet animo, ex beneficiorum acceptorum memoria, quibus excitamur ad divinarum legum custodiam.

13. *Solemnitatem quoque Tabernaculorum.* De qua Levit. 23, a n. 34 et deinceps.

Digitized by Google

nelle des Tabernacles pendant sept jours, lorsque vous aurez recueilli de l'aire et du pressoir les fruits de vos champs ;

14. Et vous ferez des festins de réjouissance en cette fête, vous, votre fils et votre fille, votre serviteur et votre servante, avec le lévite, l'étranger, l'orphelin et la veuve qui sont dans vos villes.

15. Vous célébrerez cette fête pendant sept jours en l'honneur du Seigneur votre Dieu, dans le lieu que le Seigneur aura choisi : et le Seigneur votre Dieu vous bénira dans tous les fruits de vos champs, et dans tout le travail de vos mains, et vous serez dans la joie.

16. Tous vos enfants mâles paraîtront trois fois l'année devant le Seigneur votre Dieu, dans le lieu qu'il aura choisi, à la fête solennelle des Pains sans levain, à la fête solennelle des Semaines, et à la fête solennelle des Tabernacles. Ils ne paraîtront point les mains vides devant le Seigneur.

17. Mais chacun offrira à porportion de ce qu'il aura, selon que le Seigneur son Dieu y aura donné sa bénédiction.

bernaculorum celebrabis per septem dies, quando collegeris de area et torculari fruges tuas.

14. Et epulaberis in festivitate tua, tu, filius tuus et filia, servus tuus et ancilla, levites quoque et advena, pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt.

15. Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis, in loco quem elegerit Dominus : benedicetque tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, et in omni opere manuum tuarum, erisque in lætitia.

16. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui, in loco quem elegerit : in solemnitate Azymorum, in solemnitate Hebdomadarum, et in solemnitate Tabernaculorum. Non apparebit ante Dominum vacuus.

17. Sed offeret unusquisque secundum quod habuerit juxta benedictionem Domini Dei sui, quam dederit ei.

§ II. *Etablissement des juges et des magistrats dans les villes. Règles qu'il doivent observer. Fuite de l'idolâtrie.*

18. Vous établirez des juges et des magistrats à toutes les portes des villes que le Seigneur votre Dieu vous aura données, en chacune de vos tribus, afin qu'ils jugent le peuple selon la justice,

19. Sans se détourner ni d'un côté ni d'autre. *Voici les règles que vous leur prescrirez :* Vous n'aurez point d'égard à la qualité des personnes, et vous ne recevrez point de présents, parce que les présents aveuglent les yeux des sages et corrompent les sentiments des justes.

20. Vous vous attacherez à ce qui est juste, dans la vue de la justice, afin que

18. Judices et magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas : ut judicent populum justo judicio,

19. Nec in alteram partem declinent. Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, et mutant verba justorum.

20. Juste quod justum est persequeris : ut vivas et possideas

---

18. *Magistros.* Bonfrerius in Exod. c. 18, n. 25, putat fuisse superiores quosdam judices toti uni tribui præfectos, aut certe fuisse judicum paredros et assessores quos judices consulerent, ut omnia juxta divinæ legis præscriptum fierent. Ipsum vide late de hoc disputantem. — *In omnibus portis.* In omnibus urbibus et prætoriis ubi jus dicitur.

19. *Non accipies personam.* Eamdem sententiam habes Exod. 23. 8.

Digitized by Google

terram, quam Dominus Deus tuus dederit tibi.

21. Non plantabis lucum, et omnem arborem juxta altare Domini Dei tui (1).

22. Nec facies tibi, neque constitues statuam, quæ odit Dominus Deus tuus.

vous viviez et que vous possédiez la terre que le Seigneur votre Dieu vous aura donnée :

21. Vous ne planterez ni de grands bois, ni aucun arbre auprès de l'autel du Seigneur votre Dieu.

22. Vous ne vous ferez et vous ne dresserez point de statue, parce que le Seigneur votre Dieu hait toutes ces choses.

CHAPITRE XVII.

§ I. ***Juifs qui tombent dans l'idolâtrie punis de mort. Consulter les prêtres dans les causes difficiles. Obéir à leur jugement sous peine de la vie.***

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Non immolabis Domino Deo tuo ovem, et bovem, in quo est macula, aut quippiam vitii : quia abominatio est Domino Deo tuo.

2. Cum reperti fuerint apud te, intra unam portarum tuarum quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, et transgrediantur pactum illius,

3. Ut vadant et serviant diis alienis, et adorent eos, solem et lunam, et omnem militiam cœli, quæ non præcepi :

4. Et hoc tibi fuerit nuntiatum, audiensque inquisieris diligenter, et verum esse repereris, et abominatio facta est in Israel :

5. Educes virum ac mulierem, qui rem sceleratissimam perpe-

1. Vous n'immolerez point au Seigneur votre Dieu une brebis ni un bœuf qui ait quelque tache ou quelque défaut, parce que c'est une abomination devant le Seigneur votre Dieu.

2. Lorsque l'on aura trouvé parmi vous dans une des villes que le Seigneur votre Dieu vous doit donner un homme ou une femme qui commettent le mal devant le Seigneur votre Dieu, et qui violent son alliance,

3. En servant les dieux étrangers et les adorant, savoir, le soleil et la lune et toutes les étoiles du ciel, contre le commandement que je vous ai fait,

4. Et qu'on vous en aura fait rapport : si après l'avoir appris vous vous en êtes informés très-exactement, et que vous ayez reconnu que la chose est véritable, et que cette abomination a été commise dans Israël,

5. Vous amènerez à la porte de votre ville l'homme ou la femme qui auront fait une

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 194.

---

21. *Non plantabis lucum.* Ne videaris imitari ritus gentilium qui in honore suorum deorum lucos sacrabant.

22. *Statuam.* Qualem gentiles suis diis, vel idolis constituunt.

CAP. XVII. 1. *In quo est macula.* Vide dicta Exod. 12. 5.

2. *Intra unam portarum.* Urbium. — *Malum.* Idololatriam, ut patet ex sequentibus. — * *Transgrediantur pactum.* Transgredi pactum dicuntur ii qui a religione deficiunt. Vide ad Hebr. 10. 29.

3. *Militiam cœli.* Astra, quæ sunt quasi milites Deo famulantes, et pro eo cum opus est depugnantes.

Digitized by Google

chose si détestable, et ils seront lapidés.

6. Celui qui sera puni de mort sera condamné sur la déposition de deux ou trois témoins, et nul ne mourra sur le témoignage d'un seul.

7. Les témoins lui jetteront les premiers la pierre de leur propre main; et ensuite tout le reste du peuple le lapidera, afin que vous ôtiez le mal du milieu de vous.

8. Lorsqu'il se trouvera une affaire embrouillée, et où il soit difficile de juger et de discerner entre le sang et le sang, entre une cause et une cause, entre la lèpre et la lèpre; si vous voyez que dans les assemblées qui se tiennent à vos portes les avis des juges soient partagés, allez au lieu que le Seigneur votre Dieu aura choisi,

9. Et adressez-vous aux prêtres de la race de Lévi, et à celui *d'entre eux* qui, *en qualité de grand prêtre,* aura été établi en

trarunt, ad portas civitatis tuæ, et lapidibus obruentur.

6. In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur, uno contra se dicente testimonium.

7. Manus testium prima interficiet eum, et manus reliqui populi extrema mittetur, ut auferas malum de medio tui.

8. Si difficile et ambiguum apud te judicium esse perspexeris inter sanguinem et sanguinem, causam et causam, lepram et lepram : et judicum intra portas tuas videris verba variari : surge, et ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus,

9. Veniesque ad sacerdotes levitici generis, et ad judicem qui fuerit illo tempore : quæresque ab

---

5. *Ad portas civitatis.* Extra civitatem. Moris enim erat Hebræis extra urbem vel extra castra extremo supplicio afficiendum educere : sic et Christus, et S. Stephanus extra urbem passi sunt.

6. *In ore duorum.* Eamdem sententiam habes infra, c. 19. 15. Chaldæus vertit : *Per dictum duorum, aut trium testium reus convictus occidatur.*

7. *Manus testium.* Testes primi, deinde reliquus populus in eum mittent lapides.

8. *Inter sanguinem et sanguinem.* Si homicidii causa ambigua sit, aliis ut involuntarium excusantibus; aliis ut voluntarium et destinatum puniendum esse pronuntiantibus. Vel sensus est : si controversia difficilis et ambigua existat inter cognationes (quod enim hic habemus, inter sanguinem et sanguinem, D. Hieron. II. Paral. 19. 10, vertit inter cognationem et cognationem), hoc est, inter eos qui sunt diversarum cognationum, cujusmodi oriri subinde poterant vel circa possessiones, vel circa res alias, veniendum erit ad sacerdotes, etc. — *Causam et causam.* Litem super quacumque re. — *Lepram et lepram.* Aliis asserentibus lepram esse ejus generis quæ a sacris arcet, aliis vero negantibus. — * *Verba variari.* In hebræo est : *verba contentionum,* id est, si eo usque procedat judicum minorum contentio ut inter illos convenire non possit, tunc ad sacerdotes et pontificem recurrendum. — *Ad locum quem elegerit Dominus.* In Jerusalem, ubi est templum in quo habitat Dominus; vel ante templum constructum, ad tabernaculum.

9. *Veniesque ad sacerdotes levitici generis, et ad judicem.* Per judicem hic vel intellige pontificem, ut vult Vatablus et alii; vel ejus vicarium. Sane causæ spirituales, quæ ad religionem, sacras ceremonias et similia spectabant, ad pontificem pertinebant. Reliquæ vero civiles disceptabantur a sæculari judice, cujusmodi erant reges et magistratus inferiores. Verum quia non suis legibus, sed divinis rempublicam gubernabant, si quid vel in jure vel in facto obscuritatis esset, quæ alias exhauriri non posset, ipsis judicibus laicis, atque adeo et ipsi regi recurrendum erat ad pontificem, ut difficultatis exortæ solutionem acciperet.

Digitized by Google

eis, qui indicabunt tibi judicii veritatem.

ce temps-là le juge du peuple. Vous les consulterez, et ils vous découvriront la vérité du jugement que vous en devez porter.

10. Et facies quodcumque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, et docuerint te

10. Vous ferez tout ce qu'auront dit ceux qui président au lieu que le Seigneur aura choisi, et tout ce qu'ils vous auront enseigné

11. Juxta legem ejus; sequerisque sententiam eorum; nec declinabis ad dexteram neque ad sinistram.

11. Selon la loi; et vous suivrez leur avis, sans vous détourner ni à droite ni à gauche.

12. Qui autem superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, et decreto judicis, morietur homo ille, et auferes malum de Israel:

12. Mais celui qui s'enflant d'orgueil ne voudra point obéir au commandement du pontife qui en ce temps-là sera le ministre du Seigneur votre Dieu, ni à l'arrêt du juge, *qui l'aura condamné*, il sera puni de mort, et vous ôterez le mal du milieu d'Israël;

13. Cunctusque populus audiens timebit, ut nullus deinceps intumescat superbia.

13. Afin que tout le peuple entendant ce jugement soit saisi de crainte, et qu'à l'avenir nul ne s'enfle d'orgueil.

§ II. *Election d'un roi parmi les Juifs. Lois qu'il sera obligé d'observer.*

14. Cum ingressus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, et possederis eam, habitaverisque in illa, et dixeris : Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes (1) :

14. Quand vous serez entrés dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous doit donner, que vous en serez en possession, et que vous y demeurerez, si vous venez à dire : Je choisirai un roi pour me commander, comme en ont toutes les nations qui nous environnent,

15. Eum constitues, quem Dominus Deus tuus elegerit de numero

15. Vous établirez celui que le Seigneur votre Dieu aura choisi du nombre de vos

(1) Rép. crit., tome II, page 156.

---

10. *Docuerint te juxta legem ejus.* Qui consulunt sacerdotem, acquiescere debent, et existimare sacerdotum et pontificis judicium datum esse juxta legem Domini; nam, ut ait Malach. c. 2. 7 : *Labia enim sacerdotis custodient scientiam, et legem requirent ex ore ejus : quia angelus Domini exercituum est.*

12. *Sacerdotis imperio.* Pontificis. — *Qui eo tempore ministrat Domino.* Qui eo tempore fungitur pontificatu. — *Et decreto judicis.* Ejusdem pontificis cujus est ista judicare, an scilicet juxta legem fiant, necne. — *Morietur homo ille.* Morte punietur. — *Auferes malum.* Perniciosum hominem.

14. *Et dixeris : Constituam super me regem.* Non id vult Deus, ut rex illis præficiatur; satis enim liquet id Deo magnopere displicuisse, cum petierunt sibi constitui regem, I. Reg. 8. 5 et seqq.; et c. 10. 19; et c. 12. 17 et seqq. Si tamen id pertinacius petant ac desiderent Israelitæ, indicat Deus se permissurum, uti et postea permisit, I. Reg. 8. 22, certis tamen conditionibus quas omnino, si regem velint, servari vult ac præcipit.

15. *Quem Dominus Deus tuus elegerit.* Id servatum in Saulis electione, item Davidis, deinceps successione ad regnum ventum est, quanquam et Salomon e pluribus fratribus ad regnum Dei peculiari electione vocatus est. —

Digitized by Google

frères. Vous ne pourrez prendre pour roi un homme d'une autre nation, *et* qui ne soit point votre frère.

16. Et lorsqu'il sera établi roi, il n'amassera point un grand nombre de chevaux, et il ne ramènera point le peuple en Egypte, s'appuyant sur le grand nombre de sa cavalerie, principalement après que le Seigneur vous a commandé de ne retourner plus à l'avenir par la même voie.

17. Il n'aura point une multitude de femmes qui se rendent maîtresses de son esprit, ni une quantité immense d'or et d'argent.

18. Après qu'il sera assis sur le trône, il fera transcrire pour soi dans un livre ce Deutéronome et cette loi *du Seigneur*, dont il recevra une copie des mains des prêtres de la tribu de Lévi;

19. Il l'aura avec soi, et il la lira tous les jours de sa vie, pour apprendre à craindre le Seigneur son Dieu, et à garder ses

fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem regem facere, qui non sit frater tuus (1).

16. Cumque fuerit constitutus, non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Ægyptum, equitatus numero sublevatus, præsertim cum Dominus præceperit vobis, ut nequaquam amplius per eamdem viam revertamini.

17. Non habebit uxores plurimas, quæ alliciant animum ejus, neque argenti et auri immensa pondera.

18. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis hujus in volumine; accipiens exemplar a sacerdotibus leviticæ tribus,

19. Et habebit secum legetque illud omnibus diebus vitæ suæ, ut discat timere Dominum Deum

(1) Rép. crit., tome II, page 157.

Qui non sit frater tuus. Hebræus, *de gente tua,* ne, si alienigena sit, ad aliam religionem subditos pertrahat, utque suos amet, et ab illis vicissim diligatur. * Intellige hoc de rege electo, non de eo quem induxit necessitas, cui parendum.

16. *Non multiplicabit sibi equos.* Non vetantur equi aut eorum usus, sed nimia eorum copia : tum ne in bello illis nimium confidat, quia *fallax equus ad salutem,* Psal. 32. 17; tum ne erigatur in superbiam, magnoque fastu et pompa incedat. Alia ratio statim subditur. — *Nec reducet populum in Ægyptum.* Quasi illud regnum suæ ditioni adjuncturus, equitatui suo fidens. * In hebræo, *ne redire faciat populum in Ægyptum ad multos equos habendos;* et sensus esse videtur, ne cupiat populus equorum amore in Ægyptum reverti. — *Cum Dominus præceperit vobis.* Nusquam id præceptum disertis verbis in Scriptura reperitur; implicite tamen indicatur, quia cum injectus est sermo ab Israelitis de reditu in Ægyptum, graviter illis Dominus succensuit. — *Per eamdem viam.* Quacumque via quæ ducat in Ægyptum, et sit eadem ratione termini.

17. *Non habebit uxores plurimas.* Aliquas uxores habere poterant, ut David; plurimas, ut Salomon, salvo officio non poterant. — *Quæ alliciant animum ejus.* Effeminent, flectant ad vitium; id etiam vetitum ne pravo exemplo rex populo noceret, neve illum nimiis impensis gravaret. — *Neque argenti et auri immensa pondera.* Ne rex ex cupiditate auri et opum subditos spoliet, et ne ex opibus in fastum et luxum diffluat.

18. *Describet sibi.* Philo, lib. de Creatione principis, ait debuisse regem manu propria describere. Alii censent potuisse uti aliena manu. — *Deuteronomium.* Quia hic liber est quoddam Mosaicæ legis compendium. — *Accipiens exemplar a sacerdotibus.* Ut ex incorrupto exemplari describat.

19. *Legetque illud omnibus diebus vitæ suæ.* Non quod continue vel quotidie illud legere teneatur; sed frequenter legat, ut memor sit eorum quæ in

Digitized by Google

suum, et custodire verba et cerémonias ejus, quæ in lege præcepta sunt.

20. Nec elevetur cor ejus in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram, ut longo tempore regnet pse, et filii ejus, super Israel.

paroles et ses cérémonies, qui sont prescrites dans la loi.

20. Que son cœur ne s'élève point d'orgueil au-dessus de ses frères; et qu'il ne se détourne ni à droite ni à gauche *de la loi du Seigneur,* afin qu'il règne longtemps lui et ses fils sur le peuple d'Israël.

CHAPITRE XVIII.

§ I. *Les prêtres et les lévites ne posséderont point d'héritage dans Israël. Ils vivront des oblations, et le Seigneur sera lui-même leur héritage.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Non habebunt sacerdotes et levitæ, et omnes qui de eadem tribu sunt, partem et hæreditatem cum reliquo Israel, quia sacrificia Domini, et oblationes ejus comedent,

2. Et nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum : Dominus enim ipse est hæreditas eorum, sicut locutus est illis.

3. Hoc erit judicium sacerdotum a populo, et ab his qui offerunt victimas : sive bovem, sive ovem immolaverint, dabunt sacerdoti armum ac ventriculum :

4. Primitias frumenti, vini, et

1. Les prêtres ni les lévites, ni aucun de ceux qui sont de la même tribu, n'auront point de part ni d'héritage avec le reste d'Israël, parce qu'ils mangeront des sacrifices du Seigneur et des oblations qui lui seront faites :

2. Et ils ne prendront rien autre chose de ce que leurs frères posséderont, parce que le Seigneur est lui-même leur héritage, selon qu'il le leur a dit :

3. Voici ce que les prêtres auront droit de prendre du peuple et de ceux qui offrent des victimes : soit qu'ils immolent un bœuf ou une brebis, ils donneront au prêtre l'épaule et la poitrine :

4. Ils lui donneront aussi les prémices

---

libro illo scripta sunt. — *Ut discat timere Dominum.* Timor enim Dei maxime inculcatur in Deuteronomio, quod est perpetua ardensque concio Mosis, incitans Hebræos ad cultum Dei et legis observationem.

20. *Nec elevetur cor ejus in superbiam.* Ne insolescat, nec tyrannicos mores induat. — *Super frater suos.* Gentem suam. — *Neque declinet in partem dexteram vel sinistram.* A lege Dei et rationis præscripto quacumque ratione deflectat. — *Ut longo tempore regnet ipse, et filii ejus.* Exemplis enim ex sacris Litteris discimus reges eos, qui pietatem non coluerunt, aut regno excidisse, aut ad filios suos, aut certe ad longam nepotum seriem regnum non transmisisse.

CAP. XVIII. 1. *Non habebunt sacerdotes.* Vide supra, Num. 18. 20.

3. *Hoc erit judicium sacerdotum.* Hoc erit quod de jure debetur sacerdotibus. — *Offerunt victimas.* Intellige hoc de pacificis. — *Sive ovem.* Cum qua intellige et capram; vox enim hebræa utramque complectitur. — *Armum ac ventriculum.* Armum et pectusculum, ut habetur Exod. c. 29, n. 27; et Levitic. c. 7, n. 31.

4. *Primitias.* Græci vocant ἀφαίρεμα, quæ vox oblationem, seu potius id quod aufertur et seligitur, significat : debebat hoc esse non minus parte sex-

Digitized by Google

du froment, du vin et de l'huile, et une partie des laines, lorsqu'ils feront tondre leurs brebis.

5. Car le Seigneur votre Dieu l'a choisi d'entre toutes vos tribus, afin qu'il assiste devant le Seigneur et qu'il serve à *la gloire de* son nom, lui et ses enfants pour toujours.

6. Si un lévite sort de l'une de vos villes répandues dans tout Israël, dans laquelle il habite, et qu'il veuille aller demeurer au lieu que le Seigneur aura choisi,

7. Il sera employé au ministère du Seigneur votre Dieu, comme tous les lévites ses frères, qui assisteront pendant ce temps-là devant le Seigneur.

8. Il recevra la même part que les autres des viandes qui seront offertes, outre la part qui lui est acquise dans sa ville par la succession aux droits de son père.

olei, et lanarum partem ex ovium tonsione.

5. Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis, ut stet, et ministret nomini Domini ipse, et filii ejus in sempiternum.

6. Si exierit levites ex una urbium tuarum ex omni Israel in qua habitat, et voluerit venire, desiderans locum quem elegerit Dominus,

7. Ministrabit in nomine Domini Dei sui, sicut omnes fratres ejus levitæ, qui stabunt eo tempore coram Domino.

8. Partem ciborum eamdem accipiet, quam et cæteri : excepto eo, quod in urbe sua ex paterna ei successione debetur.

§ II. *Fuite de l'idolâtrie. Défense de consulter les devins, les augures, et d'user d'enchantement et de magie.*

9. Lorsque vous serez entrés dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous donnera, prenez bien garde de ne pas vouloir imiter les abominations de ces peuples, *auxquels vous succéderez;*

10. Et qu'il ne se trouve personne parmi vous qui prétende purifier son fils ou sa fille en les faisant passer par le feu, ou qui consulte les devins, ou qui observe les songes et les augures, ou qui use de maléfices,

9. Quando ingressus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, cave ne imitari velis abominationes illarum gentium;

10. Nec inveniatur in te qui lustret filium suum, aut filiam, ducens per ignem : aut qui ariolos sciscitetur, et observet somnia atque auguria, nec sit maleficus,

---

agesima fructuum. — *Et lanarum partem.* Primitiarum titulo, nam lanarum detonsio inter annuos fructus et proventus censetur.

5. *Nomini Domini.* Ipsi Domino.

6. *Si exierit levites.* Si levita devotione ductus, et cupiens extra vices suas reliquo vitæ tempore ministrare Deo in tabernaculo, ut fecit Samuel.

7. *Qui stabunt.* Per vices ministrabunt.

8. *Partem ciborum eamdem accipiet.* Intellige vel alimenta ex ærario templi, vel ex aliqua decimarum portione a pontifice seposita in levitarum actu ministrantium alimenta. — *Ex paterna ei successione.* Habere enim poterant in urbibus suis domos, suburbana, armenta, etc.

10. *Ducens per ignem.* Exurens in honorem Moloch, de quo Lev. 18. 21. — *Ariolos sciscitetur.* Ab iis responsa et divinationes quærens. — *Observet somnia.* Superstitiose existimans illis futura significari, aut exspectans a dæmone responsum per somnium, aut ex visis nocturnis, quæ nullam habent cum rebus agendis connexionem, consilium capiendo.— *Auguria.* Non solum ex avium garritu, volatu, pastu, sed alio quocumque modo omina rerum futurarum captando.—*Maleficus.* LXX, *veneficus,* præstigiator, ut indicant hebræa.

Digitized by Google

11. Nec incantator, nec qui pythones consulat, nec divinos, aut quærat a mortuis veritatem;

12. Omnia enim hæc abominatur Dominus, et propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo;

13. Perfectus eris, et absque macula cum Domino Deo tuo.

14. Gentes istæ, quarum possidebis terram, augures et divinos audiunt : tu autem a Domino Deo tuo aliter institutus es.

11. De sortiléges *et* d'enchantements, ou qui consulte ceux qui ont l'esprit de Python et qui se mêlent de deviner, ou qui interrogent les morts pour apprendre la vérité :

12. Car le Seigneur a en abomination toutes ces choses, et il exterminera tous ces peuples à votre entrée, à cause de ces sortes de crimes qu'ils ont commis.

13. Vous serez parfaits et sans tache avec le Seigneur votre Dieu.

14. Ces nations dont vous allez posséder les pays écoutent les augures et les devins; mais pour vous, vous avez été instruits autrement par le Seigneur votre Dieu, *et vous avez appris à n'écouter que lui et ceux qui vous parlent de sa part.*

§ III. *Le Seigneur suscitera dans Israël un grand prophète. Dieu punira lui-même ceux qui refuseront de l'écouter. Faux prophètes punis de mort. Marque pour les connaître.*

15. Prophetam de gente tua et de fratribus tuis sicut me, suscitabit tibi Dominus Deus tuus : ipsum audies,

16. Ut petisti a Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est, atque dixisti : Ultra non

15. *Quand je ne serai plus avec vous,* le Seigneur votre Dieu vous suscitera un *grand* PROPHÈTE, *qui sera,* comme moi, de votre nation et d'entre vos frères, c'est lui que vous écouterez,

16. Selon la demande que vous fîtes au Seigneur votre Dieu près du mont Horeb, où tout le peuple était assemblé, en lui

---

11. *Incantator.* Qui susurris quibusdam, et mussitationibus mira quædam facit. — *Pythones.* Pythones proprie dicebantur ii qui dæmonem responsa dantem haberent in ventre, vel ipsi dæmones e ventre loquentes. LXX appellant ἐγγαστριμύθους, *ventriloquos.* — *Nec divinos.* LXX, τερατοσκόπον, *portentorum inspectorem.* Alibi eamdem vocem hebraicam vertunt γνώστην, *gnosten,* cognitorem scilicet rerum arcanarum, qui profitetur se talia nosse, earum causas et significationes. — *Quærat a mortuis veritatem.* Quod necromanticorum est, qualis mulier illa erat, quæ Sauli Samuelem suscitavit, I. Reg. 28. 11.

13. *Perfectus eris et absque macula.* In divino cultu et religione quam nullis superstitionibus gentilium maculabis, ut patet ex versu sequenti.

15. *Prophetam de gente tua... suscitabit tibi Dominus.* Vel sensus est : Dominus subinde prophetam suscitabit tibi, qui te doceat; vel dabit tibi Messiam Christum eximium prophetam, doctorem, legislatorem, etc. — *Prophetam... sicut me.* Dicitur *sicut me,* id est, 1. quoad ducatum populi et legislationem; 2. quia liberabit ex servitute Ægypti, diaboli scilicet, et vitiorum; 3. quia nos in terram beatorum deducet, ut Moses populum in terram promissionis; 4. quia multa patrabit miracula, ut Moses in Ægypto; 5. quia sicut cum Mose loquebatur Deus ore ad os familiariter, ita et cum Christo, idque longe excellentius; erat enim Christus quo ad naturam humanam Verbo Dei, Deoque intime unitus.

16. *Quando concio congregata est.* Quo die totus populus ad accipiendam a Deo legem ad montis Sinai radices convenit, Exod. 20. 21.

Digitized by Google

disant : Que je n'entende plus la voix du Seigneur mon Dieu, et que je ne voie plus ce feu effroyable, de peur que je ne meure.

17. Et le Seigneur me dit : Tout ce que ce peuple vient de dire est raisonnable.

18. Je leur susciterai du milieu de leurs frères un prophète semblable à vous ; je lui mettrai mes paroles dans la bouche, et il leur dira tout ce que je lui ordonnerai.

19. Que si quelqu'un ne veut pas entendre les paroles que ce prophète prononcera en mon nom, ce sera moi qui en ferai la vengeance.

20. Si un prophète corrompu par son orgueil entreprend de parler en mon nom, et de dire des choses que je ne lui ai point commandé de dire ; ou s'il parle au nom des dieux étrangers, il sera puni de mort.

21. Que si vous dites secrètement en vous-mêmes : Comment puis-je discerner une parole que le Seigneur n'a point dite *d'avec celle qu'il a dite?*

22. Voici le signe que vous aurez *pour le connaître :* si ce que ce prophète a prédit au nom du Seigneur n'arrive point, c'est une marque que ce n'était point le Seigneur qui l'avait dit, mais que ce prophète l'avait inventé par l'orgueil *et* l'enflure de son esprit. C'est pourquoi vous n'aurez aucun respect pour ce prophète, *et vous l'exterminerez comme un séducteur.*

audiam vocem Domini Dei mei, et ignem hunc maximum amplius non videbo, ne moriar.

17. Et ait Dominus mihi : Bene omnia sunt locuti.

18. Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui : et ponam verba mea in ore ejus, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi ;

19. Qui autem verba ejus, quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam.

20. Propheta autem qui arrogantia depravatus voluerit loqui in nomine meo, quæ ego non præcepi illi ut diceret, aut ex nomine alienorum deorum, interficietur.

21. Quod si tacita cogitatione responderis : Quomodo possum intelligere verbum, quod Dominus non est locutus?

22. Hoc habebis signum : quod in nomine Domini propheta ille prædixerit, et non evenerit : hoc Dominus non est locutus, sed per tumorem animi sui propheta confinxit : et idcirco non timebis eum.

CHAPITRE XIX.

§ I. *Villes de refuge pour ceux qui avaient commis un homicide involontaire. Punition des homicides volontaires.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Quand le Seigneur votre Dieu aura exterminé les peuples dont il vous doit

1. Cum disperdiderit Dominus Deus tuus gentes, quarum tibi

---

18. *Ponam verba mea in ore ejus.* Hoc et prophetis convenit, et etiam Christo qui de seipso dicebat, Joan. 14. 10 : *Verba, quæ ego loquor vobis, a meipso non loquor.*

20. *Ex nomine alienorum deorum.* Revelatione aut responso a dæmonibus accepto.

21. *Responderis.* Objeceris.

22. *Et non evenerit.* Quæ enim Deo inspirante prædicuntur a prophetis, ea semper eveniunt ; neque enim Deus mentitur, aut mentiri potest. — *Non timebis eum.* Nec minas aut prædictiones illius. LXX, *non abstinebitis ab eo :* manus scilicet ultrices, sed, ut par est, curabitis ut pœnas debitas luat.

Digitized by Google

traditurus est terram, et possederis eam, habitaverisque in urbibus ejus et in ædibus :

2. Tres civitates separabis tibi in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem,

3. Sternens diligenter viam : et in tres æqualiter partes totam terræ tuæ provinciam dividens : ut habeat e vicino qui propter homicidium profugus est, quo possit evadere.

4. Hæc erit lex homicidæ fugientis, cujus vita servanda est; qui percusserit proximum suum nesciens, et qui heri et nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur :

5. Sed abiisse cum eo simpliciter in silvam ad ligna cædenda, et in succisione lignorum securis fugerit manu, ferrumque lapsum de manubrio amicum ejus percusserit, et occiderit : hic ad unam supradictarum urbium confugiet, et vivet :

6. Ne forsitan proximus ejus, cujus effusus est sanguis, dolore stimulatus, persequatur, et apprehendat eum si longior via fuerit, et percutiat animam ejus, qui non est reus mortis : quia nullum contra eum, qui occisus est, odium prius habuisse monstratur.

7. Idcirco præcipio tibi, ut tres civitates æqualis inter se spatii dividas.

8. Cum autem dilataverit Do-

donner la terre, que vous en serez en possession, et que vous demeurerez dans les villes et dans les maisons du pays,

2. Vous vous destinerez trois villes au milieu du pays dont le Seigneur votre Dieu vous doit mettre en possession;

3. Vous aurez soin d'en rendre le chemin aisé, et de séparer en trois parties égales toute l'étendue du pays que vous posséderez, afin que *chacune de ces villes étant au milieu de chaque partie,* celui qui sera obligé de s'enfuir pour avoir tué un homme *involontairement et par malheur,* ait un lieu proche, où il puisse se retirer en sûreté.

4. Voici la loi que vous garderez à l'égard de l'homicide fugitif à qui l'on devra conserver la vie : si quelqu'un a frappé son prochain par mégarde, et qu'il soit prouvé qu'il n'avait aucune haine contre lui quelques jours auparavant,

5. Mais qu'il s'en était allé avec lui simplement en une forêt pour couper du bois, et que le fer de sa cognée, lorsqu'il en voulait couper un arbre, s'est échappé de sa main, et sortant du manche *où il était attaché* a frappé son ami et l'a tué, il se retirera dans l'une de ces trois villes, et sa vie y sera en sûreté :

6. De peur que le plus proche parent de celui dont le sang a été répandu, étant emporté par la douleur, ne poursuive l'homicide et ne l'atteigne si le chemin est trop long, et ne tue celui qui n'est point digne de la mort, parce qu'il ne paraît point qu'il ait eu auparavant aucune haine contre celui qui est tué.

7. C'est pourquoi je vous ordonne de mettre ces trois villes dans une égale distance de l'une à l'autre.

8. Mais lorsque le Seigneur votre Dieu

CAP. XIX. 2. *Tres civitates separabis.* Sermo est de civitatibus refugii, quæ transito Jordane constituendæ restabant; tres enim jam Moses ipse constituerat.

3. *Sternens diligenter viam.* Ne impedita sit, et fugam retardet ad asylum confugientium.

4. *Qui percusserit... nesciens.* Soli enim involuntario homicidæ et inculpato consedebant jus asyli. Vide Num. 35. 11.

5. *Simpliciter.* Absque dolo vel fraude.

6. *Proximus ejus.* Cognatus occisi. — *Percutiat animam ejus.* Percutiat eum, occidat. — *Nullum... odium prius habuisse monstratur.* Ex quo capitur conjectura non dolo, sed casu occisum.

8. *Dilataverit.* Vide dicta supra, c. 12. 20. — *Sicut juravit patribus tuis.*

Digitized by Google

aura étendu vos limites, selon qu'il en a assuré vos pères avec serment, et qu'il vous aura donné toute la terre qu'il leur a promise,

9. (Au cas néanmoins que vous gardiez ses ordonnances, et que vous fassiez ce que je vous prescris aujourd'hui, qui est d'aimer le Seigneur votre Dieu, et de marcher dans ses voies en tout temps), vous ajouterez trois autres villes à ces premières, et vous en doublerez *ainsi* le nombre,

10. Afin qu'on ne répande pas le sang innocent au milieu du pays que le Seigneur votre Dieu vous doit faire posséder, et que vous ne deveniez pas vous-mêmes coupables de l'effusion du sang *innocent*.

11. Mais si quelqu'un haïssant son prochain, a cherché l'occasion de le surprendre et de lui ôter la vie, et que l'attaquant, il le frappe et le tue, et qu'il s'enfuie dans l'une de ces villes,

12. Les anciens de cette ville-là l'enverront prendre ; et l'ayant tiré du lieu où il s'était mis en sûreté, *ils examineront sa cause; et s'ils le trouvent coupable* ils le livreront entre les mains du parent de celui dont le sang aura été répandu, et il sera puni de mort.

13. Vous n'aurez point de pitié de lui, et vous ôterez du milieu d'Israël le crime commis par l'effusion du sang innocent, afin que vous soyez heureux.

minus Deus tuus terminos tuos, sicut juravit patribus tuis, et dederit tibi cunctam terram, quam eis pollicitus est

9. (Si tamen custodieris mandata ejus, et feceris quæ hodie præcipio tibi, ut diligas Dominum Deum tuum, et ambules in viis ejus omni tempore), addes tibi tres alias civitates, et supradictarum trium urbium numerum duplicabis :

10. Ut non effundatur sanguis innoxius in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi possidendam, ne sis sanguinis reus.

11. Si quis autem odio habens proximum suum, insidiatus fuerit vitæ ejus, surgensque percusserit illum, et mortuus fuerit, fugeritque ad unam de supradictis urbibus,

12. Mittent seniores civitatis illius, et arripient eum de loco effugii, tradentque in manu proximi cujus sanguis effusus est, et morietur.

13. Non misereberis ejus, et auferes innoxium sanguinem de Israel, ut bene sit tibi;

§ II. *Ne point toucher aux bornes. Punir les faux témoins. Peine du talion.*

14. Vous ne lèverez point et vous ne transporterez point les bornes de votre

14. Non assumes, et transferes terminos proximi tui, quos fixe-

---

Abrahæ facta est ista promissio, Genes. 15. 18, terminis etiam undequaque assignatis : eadem deinde confirmata Isaac, Genes. 26. 3; et Jacob, Gen. 28. 13, et 35. 12.

9. *Si tamen custodieris.* Ex quo patet promissionem hanc non absolute, sed cum conditione, quæ hic exprimitur, factam. — *Addes tibi tres alias civitates.* Si dilatatio illa, de qua n. 8, futura erat extra Chananæam, etiam civitates hæ tres addendæ, extra Chananæam eligendæ erant.

10. *Ut non effundatur sanguis.* Quod factu proclive esset, si asyla longe abessent. — *Ne sis sanguinis reus.* Ob hanc legem neglectam.

12. *Seniores civitatis illius.* Non civitatis refugii, sed civitatis occisi.

13. *Auferes innoxium sanguinem.* Innoxii sanguinis culpam et reatum tolles ab Israel, qui reatus tandiu adhæret populo Israelitico, quandiu impunita ea cædes relinquitur.

14. *Terminos proximi tui.* Terminos agrorum, vicinum submovendo, et quæ illius sunt occupando.

Digitized by Google

runt priores in possessione tua, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra, quam acceperis possidendam.

15. Non stabit testis unus contra aliquem, quidquid illud peccati et facinoris fuerit : sed in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum.

16. Si steterit testis mendax contra hominem, accusans eum prævaricationis,

17. Stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum et judicum qui fuerint in diebus illis.

18. Cumque diligentissime perscrutantes, invenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium :

19. Reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit et auferes malum de medio tui :

20. Ut audientes cæteri timorem habeant, et nequaquam talia audeant facere.

21. Non misereberis ejus, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges.

prochain, placées par vos prédécesseurs dans l'héritage que le Seigneur votre Dieu vous donnera dans le pays que vous devez posséder.

15. Un seul témoin ne suffira point contre quelqu'un *pour le faire condamner*, quelle que soit la faute ou le crime dont on l'accuse : mais tout passera pour constant sur la déposition de deux ou trois témoins; *cependant un seul temoin suffira pour faire une enquête.*

16. Si *donc* un faux témoin entreprend d'accuser un homme d'avoir violé la loi, *et que cet homme le nie*,

17. Dans ce démêlé qu'ils auront ensemble, ils se présenteront tous deux devant le Seigneur, en la présence des prêtres et des juges qui seront en charge en ce temps-là :

18. Et lorsqu'après une très-exacte recherche ils auront reconnu que le faux témoin a avancé une calomnie contre son frère,

19. Ils le traiteront comme il avait dessein de traiter son frère; et vous ôterez le mal du milieu de vous,

20. Afin que les autres, entendant ceci, soient dans la crainte, et qu'ils n'osent entreprendre rien de semblable.

21. Vous n'aurez point compassion du coupable, mais vous ferez rendre vie pour vie, œil pour œil, dent pour dent, main pour main, pied pour pied, *mettant une juste proportion entre le péché et la punition.*

CHAPITRE XX.

§ 1. *Lois pour la guerre. Qui sont ceux qui doivent être renvoyés de l'armée.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Si exieris ad bellum contra

1. Lorsque vous irez faire la guerre

15. *Stabit omne verbum.* Confirmabitur omnis accusatio, omne dictum, omnis res.

16. *Prævaricationis.* Culpæ contra legem admissæ.

17. *Ambo, quorum causa est.* Tam accusator quam reus, inter quos controversia est. — *Ante Dominum.* In loco ubi erit tabernaculum aut templum. — *In conspectu sacerdotum et judicum.* Causæ cognitione ad sacerdotes rei provocatione devoluta, vel a judicibus laicis juxta præscriptum hujus legis remissa.

19. *Reddent ei sicut fratri suo facere cogitavit.* Lege talionis. — *Auferes malum.* Calumniatorem vel calumniam.

21. *Animam pro anima.* Vitam pro vita, etc.

Digitized by Google

contre vos ennemis, et qu'ayant vu leur cavalerie et leurs chariots vous trouverez que leur armée sera plus nombreuse que la vôtre, vous ne les craindrez point, parce que le Seigneur votre Dieu, qui vous a tirés de l'Egypte, est avec vous.

2. Et quand l'heure du combat sera proche, le pontife se présentera à la tête de l'armée, et il parlera ainsi au peuple :

3. Ecoutez, Israël : vous devez aujourd'hui combattre contre vos ennemis : que votre cœur ne s'étonne point, ne craignez point, ne reculez point devant eux, et n'en ayez aucune peur ;

4. Car le Seigneur votre Dieu est au milieu de vous, et il combattra pour vous contre vos ennemis, afin de vous délivrer du péril.

5. Les officiers aussi crieront chacun à la tête de son corps, en sorte que l'armée l'entende : Y a-t-il quelqu'un qui ait bâti une maison neuve, et qui n'y ait pas encore logé ? qu'il s'en aille, et qu'il retourne en sa maison, de peur qu'il ne meure dans le combat, et qu'un autre ne loge le premier dans sa maison.

6. Y a-t-il quelqu'un qui ait planté une vigne, laquelle ne soit pas encore en état que tout le monde ait la liberté d'en manger ? qu'il s'en aille et retourne en sa maison, de peur que s'il vient à mourir dans le combat, un autre ne fasse ce qu'il devait faire.

7. Y a-t-il quelqu'un qui ait été fiancé à une fille, et qui ne l'ait pas encore épou-

hostes tuos, et videris equitatus et currus, et majorem quam tu habeas adversarii exercitus multitudinem, non timebis eos : quia Dominus Deus tuus tecum est, qui eduxit te de terra Ægypti.

2. Appropinquante autem jam prælio, stabit sacerdos ante aciem, et sic loquetur ad populum :

3. Audi, Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis, non pertimescat cor vestrum, nolite metuere, nolite cedere, nec formidetis eos :

4. Quia Dominus Deus vester in medio vestri est, et pro vobis contra adversarios dimicabit, ut erust vos de periculo,

5. Duces quoque per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt : Quis est homo qui ædificavit domum novam, et non dedicavit eam? vadat, et revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, et alius dedicet eam.

6. Quis est homo qui plantavit vineam, et necdum fecit eam esse communem, de qua vesci omnibus liceat? vadat, et revertatur in domum suam : ne forte moriatur in bello, et alius homo ejus fungatur officio.

7. Quis est homo qui despondit uxorem, et non accepit eam? va-

---

Cap. XX. 5. *Et non dedicavit eam.* Et nondum eam inhabitavit. Vox hebræa significat *dedicare, initiare,* eademque in templi altarisque dedicatione usurpatur, et in genere quotiescumque cum solemni aliquo ritu vel convivio rei cujuspiam usus inchoatur.

6. *Necdum fecit eam esse communem.* In hebr. *necdum profanavit eam.* Commune Hebræis idem significat, quod immundum aut pollutum. Porro vitis, et alia quævis arbor ante annum quintum censebatur quodammodo sacra; neque enim tribus annis primis licebat ejus fructus attingere, donec anni quarti fructus Domino fuissent consecrati, ut habetur Levit. 19. 24; quo facto, anno tandem quinto incipiebat fieri communis, et per communem usum quodammodo a sacro ad profanum usum transire. Simplicius dici potest hic *commune* illud appellari, quod cum prius esset intactum, jam usu et tactu quodammodo profanatur : talis vinea, de qua in suos usus dominus nondum fructus decerpsit; est enim impolluta, et, ut sic loquar, quodam sensu quasi virgo.

7. *Et non accepit eam.* Necdum nuptias celebravit, aut domum non deduxit, aut eam adhuc habet virginem, nec eam attigit.

Digitized by Google

dat, et revertatur in domum suam, ne forte moriatur in bello, et alius homo accipiat eam.

8. His dictis addent reliqua, et loquentur ad populum : Quis est homo formidolosus, et corde pavido? vadat, et revertatur in domum suam, ne pavere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est.

9. Cumque siluerint duces exercitus, et finem loquendi fecerint, unusquisque suos ad bellandum cuneos præparabit.

sée? qu'il s'en aille, et s'en retourne en sa maison, de peur qu'il ne meure dans le combat, et qu'un autre ne l'épouse.

8. Après avoir dit ces choses ils ajouteront encore ce qui suit, et ils diront au peuple : Y a-t-il quelqu'un qui soit timide et dont le cœur soit frappé de frayeur? qu'il s'en aille, et retourne en sa maison, de peur qu'il ne jette l'épouvante dans le cœur de ses frères, comme il est déjà tout effrayé et saisi de crainte.

9. Et lorsque les officiers de l'armée auront cessé de parler, chacun préparera ses bataillons pour le combat.

§ II. ***Ordonnances pour les sièges de villes. Leur offrir la paix avant de les attaquer. Passer au fil de l'épée tous les mâles de celles qui seront prises par force. Exterminer tous les habitants de la terre promise. Conserver les arbres fruitiers.***

10. Si quando accesseris ad expugnandam civitatem, offeres ei primum pacem (1).

11. Si receperit, et aperuerit tibi portas, cunctus populus, qui in ea est, salvabitur, et serviet tibi sub tributo.

12. Sin autem fœdus inire noluerit, et cœperit contra te bellum, oppugnabis eam.

13. Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua, percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladii,

14. Absque mulieribus et infantibus, jumentis et cæteris quæ in civitate sunt. Omnem prædam exercitui dividés, et comedes de spoliis hostium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi.

10. Quand vous approcherez d'une ville pour l'assiéger, d'abord vous lui offrirez la paix.

11. Si elle l'accepte et qu'elle vous ouvre ses portes, tout le peuple qui s'y trouvera sera sauvé, et vous sera assujetti moyennant le tribut.

12. Que si elle ne veut point recevoir les conditions de paix, et qu'elle commence à vous déclarer la guerre, vous l'assiégerez.

13. Et lorsque le Seigneur votre Dieu vous l'aura livrée entre les mains, vous ferez passer tous les mâles au fil de l'épée,

14. En réservant les femmes, les enfants, les bêtes et tout le reste de ce qui se trouvera dans la ville. Vous distribuerez le butin à toute l'armée, et vous vous nourrirez des dépouilles de vos ennemis, que le Seigneur votre Dieu vous aura données.

(1) Bible vengée, Josué, note VI, alinéa : *La loi même.* — Lettres de quelques Juifs, tome III, page 33.

---

10. *Ad expugnandum civitatem.* Sermo est de civitatibus extra terram promissam. — *Offeres ei primum pacem.* Invitabis ad deditionem pacificam et incruentam. * Nimirum ut Terentius ait :

Omnia prius experiri, quàm armis sapientem decet.

13. *In ore gladii.* Vide dicta Exod. 17. 13.

14. *Absque mulieribus.* A mulierum enim et infantium cæde in bello temperandum est, quanquam aliqui sunt casus in quibus etiam hi possunt interfici. Sic factum Num. 31. 17. * *Puerum ætas excusat, feminam sexus,* ut ait Seneca l. 3, de Ira, c. 24. — *Jumentis et cæteris.* Cur enim ista vastentur, quæ nihil commerita sunt?

Digitized by Google

15. C'est ainsi que vous en userez à l'égard de toutes les villes qui seront fort éloignées de vous, et qui ne sont pas de celles que vous devez recevoir pour les posséder.

16. Mais quant à ces villes qu'on vous doit donner pour vous, vous ne laisserez la vie à aucun de leurs habitants :

17. Mais vous les ferez tous passer au fil de l'épée, c'est-à-dire les Héthéens, les Amorrhéens, les Chananéens, les Phérézéens, les Hévéens et les Jébuséens, comme le Seigneur votre Dieu vous l'a commandé ;

18. De peur qu'ils ne vous apprennent à commettre toutes les abominations qu'ils ont commises eux-mêmes dans le culte de leurs dieux, et que vous ne péchiez contre le Seigneur votre Dieu.

19. Lorsque vous mettrez le siége devant une ville, et que le siége durera longtemps, vous élèverez tout autour des forts *et* des remparts, afin de la prendre ; vous n'abattrez point les arbres qui portent du fruit dont on peut manger ; et vous ne renverserez point à coups de cognées tous les arbres du pays d'alentour, parce que ce n'est que du bois, et non pas des hommes qui puissent accroître le nombre de vos ennemis.

20. Que si ce ne sont point des arbres fruitiers, mais des arbres sauvages qui servent aux autres usages de la vie, vous les abattrez, pour en faire des machines, jusqu'à ce que vous ayez pris la ville qui se défend contre vous.

15. Sic facies cunctis civitatibus, quæ a te procul valde sunt, et non sunt de his urbibus, quas in possessionem accepturus es.

16. De his autem civitatibus, quæ dabuntur tibi, nullum omnino permittes vivere :

17. Sed interficies in ore gladii, Hethæum videlicet, et Amorrhæum, et Chananæum, Pherezæum, et Hevæum, et Jebusæum, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus (1) ;

18. Ne forte doceant vos facere cunctas abominationes, quas ipsi operati sunt diis suis : et peccetis in Dominum Deum vestrum (2).

19. Quando obsederis civitatem multo tempore, et munitionibus circumdederis ut expugnes eam ; non succides arbores de quibus vesci potest, nec securibus per circuitum debes vastare regionem : quoniam lignum est, et non homo, nec potest bellantium contra te augere numerum (3).

20. Si qua autem ligna non sunt pomifera, sed agrestia, et in cæteros apta usus, succide, et instrue machinas, donec capias civitatem, quæ contra te dimicat.

(1) Bible vengée, Josué, note VI, alinéa : *Si refusant.* — (2) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 125. — (3) Bible vengée, ibid.

---

16. *Quæ dabuntur tibi.* Intra terræ promissæ terminos. — *Nullum omnino permittes vivere.* De hominibus tantum hoc intellige, non de animalibus et jumentis.

19. *Arbores de quibus vesci potest.* Arbores frugiferas. Pythagoras apud Jamblicum præcipiebat ἥμερον φυτὸν, καὶ ἔγκαρπον μήτε βλάπτειν, μήτε φθείρειν ; *stativam et fructiferam arborem nec lædere, nec perdere.* — *Quoniam lignum est.* Quia tibi in bello nocere non potest.

Digitized by Google

CHAPITRE XXI.

§ I. *Expiation d'un meurtre dont on ignore l'auteur.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Quando inventum fuerit in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadaver occisi, et ignorabitur cædis reus,

2. Egredientur majores natu, et judices tui, et metientur a loco cadaveris singularum per circuitum spatia civitatum :

3. Et quam viciniorem cæteris esse perspexerint, seniores civitatis illius tollent vitulam de armento, quæ non traxit jugum, nec terram scidit vomere,

4. Et ducent eam ad vallem asperam atque saxosam, quæ nunquam arata est, nec sementem recepit : et cædent in ea cervices vitulæ :

5. Accedentque sacerdotes filii Levi, quos elegerit Dominus Deus tuus ut ministrent ei, et benedicant in nomine ejus, et ad verbum eorum omnis causa et lepra dijudicetur.

1. Lorsque, dans le pays que le Seigneur votre Dieu vous doit donner, il se trouvera le corps mort d'un homme qui aura été tué, sans qu'on sache qui est celui qui a commis ce meurtre,

2. Les anciens et ceux que vous aurez pour juges viendront et mesureront l'espace qui se trouvera depuis le corps mort jusqu'à toutes les villes d'alentour :

3. Et ayant reconnu celle qui en sera la plus proche, les anciens de cette ville-là *feront les frais de l'expiation, et pour cela ils* prendront dans le troupeau une génisse qui n'aura point encore porté le joug ni labouré la terre ;

4. Ils la mèneront dans une vallée toute raboteuse et pleine de cailloux, qui n'ait jamais été ni labourée ni semée, et ils couperont là le cou à la génisse, *comme on devrait le couper au meurtrier dont elle tient la place.*

5. Les prêtres, enfants de Lévi, que le Seigneur votre Dieu aura choisis pour exercer les fonctions de leur ministère, afin qu'ils donnent la bénédiction en son nom,

---

CAP. XXI. 2. *Egredientur majores natu et judices.* Præmissa tamen de auctore cædis inquisitione sedula. Majores vero natu, et judices, de quibus hic sermo, erant magistratus oppidorum viciniorum agro in quo cædes facta erat. — *Metientur.* Si constabat de locorum distantia, non erat necessario adhibenda dimensio.

3. *Et quam viciniorem cæteris esse perspexerint.* In hanc enim cædis præsumptio cadebat ratione vicinitatis. — *Quæ non traxit jugum.* Fortasse ad indicandum occisorem virum fuisse sine jugo legis, quales Scriptura vocat filios Belial. Vide dicta supra, c. 13. 13. Vitula hæc cædenda homicidæ typum gerebat, in cujus locum, cum ille non reperiretur, mactabatur.

4. *Ad vallem asperam atque saxosam.* Hebr. *ad vallem ethan,* quod tamen nomen proprium non est, sed appellativum, significans locum quemcumque depressum, et, ut additur, inaratum et incultum. Locus hic asper et confragosus occisoris animi duritiem refert; cavitas vallis malitiæ profunditatem designare potest. — *Cædent in ea cervices vitulæ.* Nulla in hac cæde censenda est fuisse ratio sacrificii.

5. *Accedentque sacerdotes.* Non ut judicent, cum reus inventus non sit, sed ut manus lavent super vitula simul cum magistratu civitatis ac senioribus. — *Et benedicant in nomine ejus.* Vide dicta c. 10, n. 8. — *Omne negotium.* Lis, controversia.

Digitized by Google

et que toute affaire qui survient, tout ce qui est pur ou impur, se juge par leur avis, s'approcheront;

6. Et les anciens de cette ville-là viendront près du corps de celui qui aura été tué, ils laveront leurs mains sur la génisse qu'on aura fait mourir dans la vallée,

7. Et ils diront : Nos mains n'ont point répandu ce sang, et nos yeux ne l'ont point vu *répandre*.

8. Seigneur, soyez favorable à votre peuple d'Israël que vous avez racheté, et ne lui imputez pas le sang innocent qui a été répandu au milieu de votre peuple. Ainsi le crime de ce meurtre ne tombera point sur eux.

9. Et vous n'aurez aucune part à cette effusion de sang innocent, lorsque vous aurez fait ce que le Seigneur votre Dieu vous a commandé.

bum eorum, omne negotium, et quidquid mundum, vel immundum est, judicetur.

6. Et venient majores natu civitatis illius ad interfectum, lavabuntque manus suas super vitulam, quæ in valle percussa est,

7. Et dicent: Manus nostræ non effuderunt sanguinem hunc, nec oculi viderunt;

8. Propitius esto populo tuo Israel, quem redemisti, Domine, et ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel. Et auferetur ab eis reatus sanguinis :

9. Tu autem alienus eris ab innocentis cruore, qui fusus est, cum feceris quod præcepit Dominus.

§ II. *Règles à observer à l'égard d'une femme prise à la guerre, qu'on veut épouser. Obligation à un père de conserver à son fils aîné son droit d'aînesse. Punition d'un fils rebelle et débauché. Enterrer le même jour le corps d'un homme qui a été pendu.*

10. Si ayant été combattre vos ennemis, le Seigneur votre Dieu vous les livre entre les mains; et que, les emmenant captifs,

11. Vous voyiez parmi les prisonniers de guerre une femme qui soit belle, que vous conceviez pour elle de l'affection, et que vous vouliez l'épouser,

12. Vous la ferez entrer dans votre maison où elle se rasera les cheveux et se coupera les ongles, *comme on fait dans le deuil;*

10. Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos, et tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captivosque duxeris,

11. Et videris in numero captivorum mulierem pulchram, et adamaveris eam, voluerisque habere uxorem,

12. Introduces eam in domum tuam : quæ radet cæsariem, et circuncidet ungues,

---

6. *Lavabuntque manus suas super vitulam.* Vitula interfecta in valle, cadaver hominis fortasse jacere potuit in agro; vel ergo cadaver deportatum ad vallem vitulæ, vel vitula ad locum cædis ubi cadaver.

7. *Nec oculi viderunt.* Nescimus auctorem cædis; si sciremus, non pateremur inultum.

8. *Redemisti.* Educens de Ægypto. — *Et ne reputes sanguinem.* Ne populo imputes innocentis cædem, ab eoque pœnas repetas. — *Auferetur ab eis.* Senioribus populi. — *Reatus sanguinis.* Non erunt rei effusi sanguinis, non illis imputabitur peccatum, nec illius pœnam luent.

9. *Tu autem alienus eris.* Alloquitur Moses populum, cui homicidium, si non expiaretur, imputabatur.

11. *Voluerisque habere uxorem.* Sermo est de ea quæ ad judaicam religionem transire parata est; alioqui Judæis vetitum erat cum gentilibus matrimonia jungere.

12. *Radet.* Cur istæ usurparentur ceremoniæ, varia dicuntur. Probabilius

Digitized by Google

13. Et deponet vestem, in qua capta est: sedensque in domo tua, flebit patrem et matrem suam uno mense: et postea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, et erit uxor tua (1).

14. Si autem postea non sederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam: quia humiliasti eam.

15. Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam, et alteram odiosam, genuerintque ex eo liberos, et fuerit filius odiosæ primogenitus,

16. Volueritque substantiam inter filios suos dividere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum, et præferre filio odiosæ;

17. Sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitque ei de his quæ habuerit cuncta duplicia: iste est enim principium liberorum ejus, et huic debentur primogenita.

18. Si genuerit homo filium

13. Elle quittera la robe avec laquelle elle a été prise; et se tenant assise en votre maison, elle pleurera son père et sa mère un mois durant; après cela vous la prendrez pour vous, vous dormirez avec elle, et elle sera votre femme.

14. Que si dans la suite du temps elle ne vous plaît pas, vous la renverrez libre, et vous ne pourrez point la vendre pour de l'argent, ni l'opprimer par votre puissance, parce que vous l'avez humiliée.

15. Si un homme a deux femmes dont il aime l'une et n'aime pas l'autre, et que ces deux femmes ayant eu des enfants de lui, le fils de celle qu'il n'aime pas soit l'aîné;

16. Lorsqu'il voudra partager son bien entre ses enfants, il ne pourra pas faire le filsde celle qu'il aime, son aîné, ni le préférer au fils de celle qu'il n'aime pas;

17. Mais il reconnaîtra pour l'aîné le fils de celle qu'il n'aime pas, et lui donnera une double portion dans tout ce qu'il possède, parce que c'est lui qui est le premier de ses enfants, et que le droit d'aînesse lui est dû.

18. Si un homme a un fils rebelle et in-

(1) Bible vengée, note V.

---

eas pertinere ad luctum et funebrem habitum, quod etiam satis patet ex n. 13. Ubi illi indulgetur ut per unum mensem patrem ac matrem suam fleat. — *Cæsariem.* Permittitur hoc gentili captivæ, ut gentis suæ more raso capite mortuos fleat; alioqui enim Hebræis id erat vetitum Deut. 14. 1. — *Circumcidet ungues.* Fortasse etiam hoc servabatur a gentilibus in mœroris argumentum. Textus hebr. habet, *faciet ungues,* quod videtur significare, *crescere sinet.* At LXX et Vulgata et Philo, resectos ungues significant.

13. *Deponet vestem.* In luctu vestis mutabatur. II Reg. 14. 2. dicitur: *Lugere te simula, et induere veste lugubri.* — *Uno mense.* Tandiu enim mortuos lugere solebant, ut patet in funere Aaronis, Num. 20. 30, et Mosis, Deut. cap. ult. 8.

14. *Non sederit animo tuo.* Non placuerit. — *Quia humiliasti eam.* Pudicitiam ejus deflorando. * Est hæc qualiscumque expletæ libidinis pœna, quod dominus belli jure factus, feminam cognitam nec vendere poterat, nec ad serviles operas adigere, sed aut ducere eam debebat, aut liberam dimittere.

* 16. *Substantiam... dividere.* Jus ergo pater habebat assignandi cuique filiorum suas portiones donando, sive testando, quæ valebant usque ad jubilæum. Ecclesiastici 33. 24, dicitur: *In die consummationis dierum vitæ tuæ, et in tempore exitus tui distribue hæreditatem tuam.*

17. *Dabitque ei... cuncta duplicia.* Hoc enim jus duplicis in hæreditate portionis præ cæteris fratribus afferebat jus primogenituræ. — *Principium liberorum.* Vide similem dicendi formulam explicatam Genes. 49. 3.

* 18. *Filium contumacem.* Quia lex satis dura, et, ut loqui solemus, odiosa,

Digitized by Google

solent, qui ne se rende au commandement ni de son père ni de sa mère, et qui en ayant été repris refuse avec mépris de leur obéir,

19. Ils le prendront et le mèneront aux anciens de sa ville, et à la porte où se rendent les jugements.

20. Et ils leur diront : Voici notre fils qui est un rebelle et un insolent; il méprise et refuse d'écouter nos remontrances, et il passe sa vie dans les débauches, dans la dissolution, et dans la bonne chère.

21. Alors le peuple de cette ville le lapidera, et il sera puni de mort, afin que vous ôtiez le mal du milieu de vous, et que tout Israël entendant cet exemple soit saisi de crainte.

22. Lorsqu'un homme aura commis un crime digne de mort, et qu'ayant été condamné à mourir il aura été attaché à une potence,

23. Son corps mort ne demeurera point à cette potence; mais il sera enseveli le même jour, parce que celui qui est pendu au bois est maudit de Dieu. Et vous prendrez garde de ne pas souiller la terre que le Seigneur votre Dieu vous aura donnée pour la posséder.

contumacem et protervum, qui non audiat patris aut matris imperium, et coercitus obedire contempserit :

19. Apprehendent eum, et ducent ad seniores civitatis illius, et ad portam judicii,

20. Dicentque ad eos : Filius noster iste protervus et contumax est, monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat, et luxuriæ atque conviviis :

21. Lapidibus eum obruet populus civitatis et morietur, ut auferatis malum de medio vestri, et universus Israel audiens pertimescat.

22. Quando peccaverit homo quod morte plectendum est, et adjudicatus morti appensus fuerit in patibulo :

23. Non permanebit cadaver ejus in ligno, sed in eadem die sepelietur : quia maledictus a Deo est qui pendet in ligno : et nequaquam contaminabis terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

---

strictam accipit interpretationem, ut scilicet non porrigatur ad filiam, nec ad puerilem ætatem, quod malitiæ non adeo sit capax nec ad filios emancipatos. — *Coercitus.* Parentum monitionibus, reprehensionibus, castigationibus.

19. *Ad portam judicii.* Olim enim juxta portas civitatum prætoria constituebantur, et judicia exercebantur; cujus rei passim exempla occurrunt in Scripturis.

22. *Appensus fuerit in patibulo.* Quod ambiguum est, an intelligendum sit de affixione in cruce, an de suspensione per funem intercluso spiritu, ut modo passim fieri solet. Late hic Bonfrerius de hoc disputat.

23. *Quia maledictus a Deo est, qui pendet in ligno.* Homo suspensus ob genus supplicii infame Deo quodammodo est exsecrabilis et maledictus, quia Dei etiam ipsius judicio summa infamia notatus. Et ipsa mors per suspendium in dedecus quodammodo Dei, et ignominiam cedit, quod homo ad Dei similitudinem factus, tanquam luce hac indignus tam atroci turpique supplicio fuerit afficiendus.

Digitized by Google

CHAPITRE XXII.

§ I. *Charité envers le prochain. Conserver ce qui lui appartient. Lui rendre ce qu'il a perdu. Ne point se revêtir des habits d'un autre sexe. Ne point prendre la mère avec les petits dans un nid. Ne point laisser les plates-formes des maisons sans un mur d'appui.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Non videbis bovem fratris tui, aut ovem errantem, et præteribis; sed reduces fratri tuo,

2. Etiamsi non est propinquus frater tuus, nec nosti eum : duces in domum tuam, et erunt apud te quandiu quærat ea frater tuus, et recipiat (1).

3. Similiter facies de asino, et de vestimento, et de omni re fratris tui, quæ perierit : si inveneris eam, ne negligas quasi alienam.

4. Si videris asinum fratris tui aut bovem cecidisse in via, non despicies, sed sublevabis cum eo.

5. Non induetur mulier veste virili, nec vir utetur veste feminea : abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc (2).

6. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum avis inveneris, et matrem pullis vel ovis

1. Lorsque vous verrez le bœuf ou la brebis de votre frère égarés, vous ne passerez point outre; mais vous les amènerez à votre frère.

2. *Or ce frère est généralement tout homme, quel qu'il soit : ainsi* quand il ne serait point votre parent, et que même vous ne le connaîtriez pas, *vous ne les abandonnerez point; mais* vous les mènerez à votre maison, et ils y demeureront jusqu'à ce que votre frère les cherche et les reçoive de vous.

3. Vous ferez de même à l'égard de l'âne, ou du vêtement, ou de quoi que ce soit que votre frère ait perdu; et quand vous l'aurez trouvé, vous ne le négligerez point, sous prétexte qu'il n'est point à vous, mais à un autre.

4. Si vous voyez l'âne ou le bœuf de votre frère tombé dans le chemin, vous n'y serez point indifférents, mais vous l'aiderez à le relever.

27. Mais j'ai différé *ces effets de ma vengeance* pour *ne pas satisfaire* la fureur des ennemis de *mon peuple,* de peur que leurs ennemis ne s'élevassent d'orgueil *à la vue de ces châtiments,* et ne dissent : Ce n'a point été le Seigneur, mais c'est notre main très-puissante qui a fait toutes *ces choses contre Israël :*

28. *Mais* ce peuple n'a point de sens, il n'a aucune sagesse, *et il ne sait point profiter de ces ménagements dont j'use à son égard.*

29. Ah! s'ils avaient de la sagesse, ah! s'ils comprenaient *les maux qu'ils s'attirent par leurs impiétés,* et qu'ils prévissent *ce qui leur arrivera à* la fin! *ils n'auraient garde de commettre ces crimes dont ils sentent déjà les fâcheuses suites.*

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome II, page 576.

---

in eis. Hebr. *consumam*, vel *exhauriam :* tam multas calamitatum sagittas immittam, ut pharetra mea quodammodo exhauriatur.

24. *Devorabunt eos aves.* Sermo est de hominibus viventibus qui ab avibus quantumvis rapacibus devorari non solent; quanquam carnivoras aliquas, ut aquilas et vultures, aliquando in homines involasse incredibile non est, et si Deus immittat, sane proclive. — *Cum furore.* Pagninus vertit, *cum veneno.* — *Trahentium super terram.* Trahentium se, quod reptilia faciunt, serpentes scilicet.

26. *Dixi : Ubinam sunt?* Hebr. *exterminabo eos.* LXX, *dispergam eos,* ut scilicet de eis quæri possit : Ubinam sunt? — *Cessare faciam ex hominibus memoriam.* Delebo memoriam.

27. *Sed propter iram inimicorum distuli.* Distuli propter inimicos iratos et vindictæ cupidos, quibus sit justitiæ meæ ministris in hac ultione usus fuissem, eam non mihi, ut sequitur, sed sibi arrogarent, quasi suis viribus effecissent.

28. *Gens absque consilio est.* Qui sibi victorias tribuunt, absque consilio et prudentia sunt.

29. *Utinam saperent.* Divinam in hoc manum agnoscentes. — *Ac novissima*

Digitized by Google

30. *En effet* comment se peut-il faire qu'un seul ennemi batte mille *Hébreux*, et que deux en fassent fuir dix mille? n'est-ce pas à cause que leur Dieu les a vendus, et que le Seigneur les a livrés en proie *à leurs ennemis pour les punir de leurs abominations?*

30. Quo modo **persequatur unus** mille, et duo fugent decem millia? nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos, et Dominus conclusit illos?

31. Car notre Dieu n'est point comme les dieux de ces *idolâtres. Il n'abandonne point son peuple quand ce peuple ne lui manque point de fidélité. J'en prends* pour juges nos ennemis mêmes. *Ils savent ce que le Seigneur a fait en faveur des enfants d'Israël, lorsqu'ils lui ont été fidèles.*

31. Non enim est Deus noster ut dii eorum : et inimici nostri sunt judices.

32. *Mais maintenant ce sont des enfants corrompus, des enfants pervertis :* leurs vignes sont des vignes de Sodome; des vignes des faubourgs de Gomorrhe; leurs raisins sont des raisins de fiel, et leurs grappes ne sont qu'amertume.

32. De vinea Sodomorum, vinea eorum, et de suburbanis Gomorrhæ : uva eorum uva fellis, et botri amarissimi.

33. Leur vin est un fiel de dragon, c'est un venin d'aspic contre lequel il n'y a point de remède, *en un mot ils ne portent que des fruits d'iniquité qui leur causeront mille maux, et qui enfin leur donneront la mort.*

33. Fel draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile.

34. *En effet,* toutes ces *abominations qu'ils commettent,* ne sont-elles pas renfermées, *dit le Seigneur,* dans les secrets de ma connaissance? et ne les tiens-je pas scellées dans mes trésors, *pour les punir dans le temps que j'ai marqué?*

34. Nonne hæc condita sunt apud me, et signata in thesauris meis?

---

providerent. Quid ipsis tandem propter superbiam hanc aliaque scelera eventurum sit.

30. *Quo modo persequatur unus mille.* Qui fieri possit, nisi divina virtute cui proinde victoria adscribenda est.—*Vendidit eos.* Vendere in Scriptura non infrequenter significat tradere. — *Conclusit illos.* In manibus scilicet inimicorum suorum.

31. *Non enim est Deus noster ut dii eorum.* Qui peccata dissimulet et non puniat. — *Et inimici nostri sunt judices.* Cujus rei inimici nostri testes esse possunt, qui divinæ ultionis vim experti sunt ipsi, et quid peccantes Israelitæ passi sunt, non ignorant.

32. *De vinea Sodomorum, vinea eorum, et de suburbanis Gomorrhæ.* Populus hic, qui fuerat mihi vinea electa, factus est vinea Sodomorum, degenerans in vitia, et pessimus evadens. — *Uva earum, uva fellis.* Fructus quos producunt, opera scilicet eorum fellea sunt, amara, pessima.

33. *Fel draconum vinum eorum, et venenum aspidum insanabile.* Non tantum sunt mala eorum opera, sed venenata, et præsentissimam afferentia perniciem, alios scilicet inficiendo, et ad impietates trahendo.

34. *Nonne hæc condita sunt apud me, et signata in thesauris meis?* Non

Digitized by Google

35. **Mea est ultio**, et ego retribuam in tempore, ut labatur pes eorum : juxta est dies perditionis, et adesse festinant tempora.

35. *Oui, elles y sont en réserve, parce que* la vengeance est à moi; et je leur rendrai en son temps ce qui leur est dû : *alors* leurs pieds ne trouveront que piéges, *et ce temps n'est pas éloigné; car* le jour de leur perte s'approche, et les moments s'en avancent.

36. **Judicabit Dominus populum suum, et in servis suis miserebitur : videbit quod infirmata sit manus, et clausi quoque defecerunt, residuique consumpti sunt (1).**

36. Le Seigneur se vengera de son peuple *infidèle,* et il aura pitié de ses serviteurs : *il les délivrera des mains de ceux qui les oppriment; mais ce ne sera que quand* il verra *ce peuple humilié, quand toute* leur force *sera* affaiblie, que ceux qui étaient renfermés *dans les citadelles* seront péris, et que ceux qui étaient restés *et qui avaient échappé à la fureur de l'ennemi* seront consumés *par la faim.*

37. **Et dicet : Ubi sunt dii eorum, in quibus habebant fiduciam?**

37. Alors, *insultant à leur attachement pour les vaines idoles,* il dira : Où sont leurs dieux en qui ils avaient mis leur confiance?

38. **De quorum victimis comedebant adipes, et bibebant vinum libaminum : Surgant, et opitulentur vobis, et in necessitate vos protegant.**

38. *Ces dieux qu'ils invoquaient* lorsqu'ils mangeaient de la graisse des victimes qu'on leur offrait, et qu'ils buvaient du vin de leurs sacrifices *profanes?* Qu'ils se lèvent *maintenant, ces dieux;* qu'ils viennent à votre secours, et qu'ils vous protègent dans l'extrémité où vous êtes.

39. **Videte quod ego sim solus, et non sit alius Deus præter me : ego occidam, et ego vivere faciam : percutiam, et ego sanabo,**

39. *C'est ce qu'ils ne sauraient faire. Reconnaissez donc au moins à présent leur faiblesse, et* considérez que je suis le Dieu unique, qu'il n'y en a point d'autre

(1) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 555.

---

propterea quod ultionem differo, scelerum populi oblitus sum; hæret memoria illorum, et tandem in vindictam erumpet.

35. *Mea est ultio, et ego retribuam in tempore.* Meum est, qui justus sum, hæc ulcisci, quod faciam suo tempore. — *Ut labatur pes eorum.* Ut corruant et pereant.

36. *Judicabit.* Ulciscetur et puniet. — *Et in servis suis miserebitur.* Puniet noxios, puros a scelere et integros non eodem cum impiis excidio involvet. Vel quos punivit, pœnitentia tandem ductos, iterum fovebit, quippe servos ac filios suos. — *Videbit quod infirmata sit manus.* Videbit eos omnem plane potentiam defecisse ad resistendum, scilicet inimicis. — *Et clausi quoque defecerunt.* Mœnibus et arcibus inclusi. — *Residuique consumpti.* Ad paucitatem redacti.

37. *Et dicet.* Per prophetas suos. — *Ubi sunt dii eorum?* Idola gentilium, in quibus sperastis.

38. *De quorum victimis comedebant adipes.* Insultando hoc dicit; nam in vero et ordinato Dei cultu omnis adeps victimarum a nemine comedi, sed soli Deo adoleri debebat, ut patet Levitic. 3. 17. — *Et bibebant vinum libaminum.* Quod soli Deo libari et effundi debebat.

39. *Ego occidam, et ego vivere faciam.* Quos voluero.

Digitized by Google

que moi seul. C'est moi qui fais mourir, et c'est moi qui fais vivre; c'est moi qui blesse, et c'est moi qui guéris; et nul ne peut se soustraire à mon souverain pouvoir.

40. Je lèverai *donc* ma main au ciel, et je dirai : *Comme il est vrai que* je vis éternellement,

41. *Il est vrai aussi que*, si je rends mon épée aussi pénétrante que les éclairs, et que j'entreprenne d'exercer mon jugement selon ma puissance, je me vengerai *infailliblement* de mes ennemis, et je traiterai ceux qui me haïssent comme ils m'ont traité.

42. J'enivrerai mes flèches de leur sang, et mon épée se soûlera de leur chair, *mes armes* seront teintes du sang des morts; mes ennemis perdront la liberté avec la vie.

43. Nations, louez le *bonheur* du peuple *qui est fidèle au Seigneur*, parce qu'il vengera le sang de ses serviteurs : il tirera vengeance de leurs ennemis, et il se rendra favorable à la terre de son peuple, *en y répandant ses bénédictions, et en la mettant à couvert des violences de ceux qui sont jaloux de sa gloire et de son bonheur.*

44. Moïse prononça donc avec Josué, fils de Nun, toutes les paroles de ce cantique devant le peuple *qui l'écoutait.*

45. Et après qu'il eut achevé de le réciter devant tout Israël,

et non est qui de manu mea possit eruere.

40. Levabo ad cœlum manum meam, et dicam : Vivo ego in æternum.

41. Si acuero ut fulgur gladium meum, et arripuerit judicium manus mea : reddam ultionem hostibus meis, et his qui oderunt me retribuam.

42. Inebriabo sagittas meas sanguine, et gladius meus devorabit carnes, de cruore occisorum, et de captivitate, nudati inimicorum capitis.

43. Laudate gentes populum ejus, quia sanguinem servorum suorum ulciscetur : et vindictam retribuet in hostes eorum et propitius erit terræ populi sui.

44. Venit ergo Moyses, et locutus est omnia verba cantici hujus in auribus populi, ipse et Josue filius Nun.

45. Complevitque omnes sermones istos, loquens ad universum Israel;

---

40. *Levabo ad cœlum manum meam.* Id est, jurabo. Hæc et sequentia usque ad versum 43 videntur dirigi ad hostes populi judaici. — *Vivo ego in æternum.* Per vitam meam, quæ æterna est, juro.

41. *Si acuero ut fulgur gladium meum.* Cum paravero gladium ultionis meæ, ut sicut fulgur terreat, et citissime penetret. — *Et arripuerit judicium manus mea.* Cœpero exercere judicium et ultionem.

42. *De cruore occisorum, et de captivitate, nudati inimicorum capitis.* Puniam gentes propter fusum cruorem occisorum Israelitarum, et propter eosdem Israelitas in captivitatem adductos, et propter nudata capita rasione in morem mancipiorum, eorumdem Israelitarum gentibus inimicorum.

43. *Laudate, gentes, populum ejus.* O gentes, dum hæc intelligitis, laudate populum Domini, eo quod tam propitium et justum habeat Dominum. — *Sanguinem servorum suorum.* Siquidem et boni cum malis in communi plaga affligebantur et cædebantur. Vel per servos intellige resipiscentes, quos tamen inimici vexare pergebant.

44. *Ipse et Josue.* Ita ut in canendo adjutorem haberet Moses Josuam, jam in imperio collegam et successorem, idque eo fine ut Josue condisceret officii sui esse populum ab omni idololatria avertere.

Digitized by Google

46. Et dixit ad eos : Ponite corda vestra in omnia verba, quæ ego testificor vobis hodie : ut mandetis ea filiis vestris custodire et facere, et implere universa quæ scripta sunt legis hujus (1) :

47. Quia non incassum præcepta sunt vobis, sed ut singuli in eis viverent : quæ facientes longo perseveretis tempore in terra, ad quam, Jordane transmisso, ingredimini possidendam.

46. Il leur dit : Gravez dans votre cœur toutes les protestations que je vous fais aujourd'hui, *afin de vous engager à observer fidèlement la loi du Seigneur;* et recommandez à vos enfants de garder, de pratiquer et d'accomplir tout ce qui est écrit en cette loi;

47. Parce que ce n'est pas en vain que ces ordonnances vous ont été prescrites; mais c'est afin que chacun de vous y trouve la vie, et que les gardant vous demeuriez longtemps dans le pays que vous allez posséder après que vous aurez passé le Jourdain.

§ II. *Moïse par l'ordre de Dieu monte sur la montagne d'Abarim, et considère de là la terre de Chanaan.*

48. Locutusque est Dominus ad Moysen in eadem die, dicens :

49. Ascende in montem istum Abarim, id est, transituum, in montem Nebo, qui est in terra Moab contra Jericho : et vide terram Chanaan, quam ego tradam filiis Israel obtinendam, et morere in monte (2).

50. Quem conscendens jungeris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, et appositus populis suis :

51. Quia prævaricati estis contra me, in medio filiorum Israel, ad aquas Contradictionis in Cades deserti Sin : et non sanctificastis me inter filios Israel.

52. E contra videbis terram, et

48. Le même jour le Seigneur parla à Moïse, et lui dit :

49. Montez sur cette montagne d'Abarim, c'est-à-dire des passages, sur la montagne de Nébo qui est au pays de Moab vis-à-vis de Jéricho, et considérez la terre de Chanaan que je donnerai en possession aux enfants d'Israël; et *après l'avoir considérée de loin,* mourez sur la montagne. *C'est ce qui va vous arriver.*

50. *Car* quand vous l'aurez montée vous serez réuni à votre peuple, comme Aaron votre frère est mort sur la montagne de Hor, et a été réuni à son peuple;

51. Parce que vous avez péché contre moi au milieu des enfants d'Israël, aux eaux de Contradiction, à Cadès, au désert de Sin, et que vous ne m'avez pas traité selon ma sainteté devant les enfants d'Israël, *en paraissant douter de ma puissance ou de ma bonté.*

52. C'est pourquoi vous verrez devant

(1) Lettres de quelques Juifs, tome III, page 152. — (2) Histoire véritable des temps fabuleux, tome III, page 552.

---

46. *Ponite corda vestra.* Animum advertite. — *Quæ ego testificor.* Serio prædico, adhibitis testibus cœlo et terra.

47. *Ut singuli in eis viverent.* Per eorum observationem feliciter viverent.

49. *Abarim, id est, transituum.* Vox *transituum* a D. Hieron. addita est, ut explicaret quid significaret *Abarim.* — *In montem Nebo.* Nebo erat jugum vel cacumen montis Abarim.

50. *Jungeris populis tuis.* Morieris, congregaberis ad populum tuum, ut alibi loquitur Scriptura.

51. *Quia prævaricati estis.* Vide Num. 20.

52. *E contra.* E regione.

Digitized by Google

vous le pays que je donnerai aux enfants d'Israël, et vous n'y entrerez point.

non ingredieris in eam, quam ego dabo filiis Israel.

CHAPITRE XXXIII.

Moïse avant sa mort bénit les douze tribus et prédit les choses qui leur doivent arriver.

1. Voici la bénédiction que Moïse, homme de Dieu, donna aux enfants d'Israël avant sa mort.

2. Il dit : Le Seigneur est venu de Sinaï; il s'est levé sur nous de Seir, il a paru sur le mont Pharan, et des millions de saints *anges étaient* avec lui. Il portait en sa main droite la loi *écrite* de *son doigt, qu'il nous a donnée au milieu du* feu, *par un effet de son amour pour nous.*

3. *Car* il a aimé *les enfants de Jacob; il les a choisis d'entre* les peuples *pour son héritage.* Tous les *enfants d'Israël qui sont* saints *et consacrés à son service* sont dans sa main : *ils sont sous sa protection puissante;* et *tous* ceux qui se tiennent à ses pieds, *et qui sont soumis à ses lois,* recevront *ses instructions et* sa doctrine; *c'est ce que nous avons éprouvé nous-mêmes.*

1. Hæc est benedictio, qua benedixit Moyses, homo Dei, filiis Israel ante mortem suam.

2. Et ait : Dominus de Sinai venit, et de Seir ortus est nobis : apparuit de monte Pharan, et cum eo sanctorum millia. In dextera ejus ignea lex.

3. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt : et qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius.

CAP. XXXIII. 1. *Homo Dei.* Homo divinus, homo totus ad Dei voluntatem factus.

2. *Dominus de Sinai venit.* Cum inde nobis legem dedit et promulgavit. — *De Seir ortus est nobis : apparuit de monte Pharan.* Dicitur de Seir ortus, et de Pharan apparuisse, quod ab ea parte, in qua ad montem Sinai existentibus Hebræis cernebantur juga montis Seir et Pharan, quæ in eadem eremo conspicua erant, visus sit primo divinus splendor apparere, et paulatim ad montem Sinai accedere, ubi tandem resedit, totumque montem nebula, fumo igne complevit. — *Sanctorum millia.* Angelorum scilicet. — *Ignea lex.* Quia Deus eam ex igne, seu monte igneo et ardente dedit Israeli. Dicitur lex ista in dextera ejus esse, ad modum scilicet dantis, vel eam dare volentis.

3. *Dilexit populos.* Vel positus est numerus pluralis pro singulari; vel per populos intelligit Israeliticas tribus quarum unaquæque integri populi instar habebat. Hæ tribus vocantur populi et gentes, Genes. 48. 19. — *Omnes sancti in manu illius sunt.* Totus populus Dei cultui dedicatus, illique sepositus et sanctificatus, sunt in manu, id est, potestate et gubernatione Dei. — *Et qui appropinquant.* Verti potest, *qui appropinquaverunt.* — *Pedibus ejus.* Ad radices montis, ex quo a Deo lex dabatur. * Verum quia ex hebræo etiam verti potest, *ipsi juncti sunt ad pedem tuum,* sensus esse potest : *ipsi sunt discipuli tui :* mos enim discipulorum sedere ad pedes magistrorum. Vide. Act. c. 22, n. 3; et sequitur explicatio, *accipient de doctrina illius.* — *Accipient de doctrina illius.* Verti potest, *acceperunt de doctrina illius,* sanctam scilicet legem qua ad omnem honestatem vitam componerent.

Digitized by Google

4. Legem præcepit nobis Moyses, hæreditatem multitudinis Jacob.

5. Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel.

6. Vivat Ruben, et non moriatur, et sit parvus in numero.

7. Hæc est Judæ benedictio : Audi, Domine, vocem Judæ, et ad populum suum introduc eum : manus ejus pugnabunt pro eo, et adjutor illius contra adversarios ejus erit.

8. Levi quoque ait : Perfectio tua, et doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, et judicasti ad aquas Contradictionis,

4. *Car* Moïse nous a donné *de sa part* une loi, pour être l'héritage de tout le peuple de Jacob, *et pour attirer sur lui les bénédictions du Seigneur.*

5. Elle-tiendra lieu de roi dans *Jacob*, tant qu'il aura le cœur droit, *tant que* les princes du peuple seront unis avec les tribus d'Israël.

7. *Moïse dit ensuite* : Que Ruben vive, et qu'il ne meure pas; mais qu'il soit en petit nombre, *pour le punir de l'inceste qu'il a commis avec la femme de son propre père.*

7. Voici la bénédiction de Juda : Seigneur, écoutez la voix de Juda, et donnez-lui parmi son peuple la part que vous lui avez destinée; ses mains combattront pour Israël, et il sera son protecteur contre ceux qui l'attaqueront.

8. Il dit aussi à Lévi : *O Dieu*, votre perfection et votre doctrine *a été donnée* à l'homme que vous vous êtes consacré, que vous avez éprouvé dans la tentation, et que vous avez jugé aux eaux de Contradiction *indigne d'entrer dans la terre que vous nous avez promise*,

---

4. *Hæreditatem multitudinis Jacob.* Hoc est, quæ quasi hæreditario jure sic ad Jacobi posteros transitura, et in eo populo permansura.

5. *Erit apud rectissimum rex.* Verti potest, *fuit apud dilectum rex*, et sensus erit : habuit dilectus populus regem, hoc est, ducem, gubernatorem ac legislatorem Mosen, qui ut rex monarchico modo Israel gubernavit. Vel sensus est : habebit reges populus dilectus, quod factum est in Saule et aliis deinceps.

6. *Vivat Ruben, et non moriatur.* Allusum est ad prædictionem Jacob qui de Ruben dixerat : *Effusus es sicut aqua, non crescas*, Genes. 49. 4. Confirmat hoc Moses docens non fore quidem delendam tribum illam de populo Israel, sed numero capitum non admodum augendam.

7. *Audi, Domine, vocem Judæ.* Tribus Judæ precantis ut promissa terra potiri liceat. — *Et ad populum suum introduc eum.* Et ad terram, quam occupatura est, introduc eam. — *Manus ejus pugnabunt pro eo.* Populo expellendo, et ineunda possessione terræ. — *Et adjutor illius.* Deus scilicet.

8. *Perfectio tua et doctrina tua viro sancto tuo.* Supple, data est. Virum sanctum appellat Aaronem, quia sanctificatus per consecrationem in pontificem. Huic datam perfectionem et doctrinam, quæ gestabat in rationali, habemus Exod. c. 28, n. 30. Laudat ergo Moses tribum Levi a pontificatu illi concesso. — *Quem probasti in tentatione.* Deus Aaron et Mosen, eorumque fiduciam tentavit et exploravit, cum populus in Cades propter aquæ defectum murmuravit, de quo vide Num. 20. 12, et ibi dicta. — *Et judicasti.* Judicatus est Aaron, qui a terra promissionis propter illud peccatum exclusus est, ut etiam Moses. — *Ad aquas Contradictionis.* Ubi contradixit et murmuravit populus.

Digitized by Google

9. Qui a dit à son père et à sa mère : Je ne vous connais point; et à ses frères : Je ne sais qui vous êtes. *C'est ce qu'ont fait les lévites;* car ils n'ont point connu leurs propres enfants, *et il n'ont point été touchés de compassion pour eux, lorsqu'il s'est agi de venger l'outrage fait au Seigneur.* Ce sont ceux-là qui ont exécuté votre parole, *ô mon Dieu,* et qui ont gardé votre alliance;

9. Qui dixit patri suo, et matri suæ : Nescio vos; et fratribus suis : Ignoro vos : et nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, et pactum tuum servaverunt,

10. *Qui ont observé* vos ordonnances, ô Jacob, et votre loi, ô Israël; ce sont ceux-là *aussi, ô mon Dieu,* qui offriront de l'encens dans *le temps de* votre fureur, et qui mettront l'holocauste sur votre autel, *par un privilége singulier que vous avez accordé à la tribu de Lévi.*

10. Judicia tua, o Jacob, et legem tuam, o Israel : ponent thymiama in furore tuo, et holocaustum super altare tuum.

11. Bénissez sa force, Seigneur, et recevez les œuvres de ses mains. Chargez à dos ses ennemis; et que ceux qui le haïssent *tombent,* sans pouvoir se relever.

11. Benedic, Domine, fortitudini ejus, et opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum ejus : et qui oderunt eum, non consurgant.

12. Moïse dit aussi à Benjamin : *Ce peuple, qui est* le bien-aimé du Seigneur, demeurera en lui avec confiance; il habitera tout le jour *autour de son temple,* comme dans sa chambre nuptiale : et il se reposera entre ses bras, *s'y trouvant à couvert de la violence de ses ennemis.*

12. Et Benjamin ait : Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo : quasi in thalamo tota die morabitur, et inter humeros illius requiescet.

13. *Moïse* dit aussi à Joseph : Que la terre

13. Joseph quoque ait : De be-

---

9. *Qui dixit patri suo et matri suæ : Nescio vos.* Quasi dicat : Levitæ in punitione idololatrarum, qui vitulum adoraverant, Exod. c. 32, n. 28, non sunt miserti amicorum, cognatorum, fratrum ac filiorum, matrum aut patrum, sed eos æque ac alios idololatras occiderunt.—*Hi custodierunt eloquium tuum, et pactum tuum servaverunt.* Pactum cum Deo initum, Exod. 24. 8.

10. *Judicia tua, o Jacob, et legem tuam, o Israel.* Nectenda hæc cum superioribus per appositionem, quasi dicat : Hi custodierunt pactum et eloquia tua, quæ nihil aliud sunt quam judicia et lex tua. — *Ponent thymiama in furore tuo.* Ad te placandum : quod et fecisse Aaronem legimus Num. 16. 47.

11. *Benedic, Domine, fortitudini ejus.* Laudetur bellica fortitudo levitarum, quæ maxime enituit in Machabæis.

12. *Amantissimus Domini.* Quemadmodum Jacob Benjamin eximie dilexit, ita et Dominus; quare ex hac tribu primus rex Israeli datus est Saul, et in finibus Benjamin ædificatum est templum.—*Habitabit confidenter in eo.* Hebr. *super eum,* Dominum scilicet, cum, ut dixi, intra fines suos templum haberent Benjamitæ, et Dominum in eo habitantem. — *Quasi in thalamo... morabitur.* Dominus in templo. — *Et inter humeros illius requiescet.* Chaldæus vertit, *et in terra ejus habitabit majestas Domini.* Dicitur Deus super humeros Benjamin requiescere, quia futurum erat ut templum Dei super edito monte Moria exstructum ad eum modum emineret, quo caput eminet super humeros.

13. *De benedictione Domini terra ejus.* Terra ejus a Deo erit benedicta,

Digitized by Google

nedictione Domini terra ejus, de pomis cœli, et rore, atque abysso subjacente.

14. De pomis fructuum solis ac lunæ;

15. De vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum :

16. Et de frugibus terræ, et de plenitudine ejus. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Joseph, et super verticem Nazaræi inter fratres suos.

17. Quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus, cornua rhinocerotis cornua illius : in ipsis ventilabit gentes usque ad terminos terræ; hæ sunt multitudines Ephraim; et hæc millia Manasse.

de Joseph soit remplie des bénédictions du Seigneur, des fruits du ciel, de la rosée, et des sources d'eaux cachées sous la terre,

14. Des fruits produits par la vertu du soleil et de la lune,

15. Des fruits *qui croissent* sur le haut des montagnes anciennes, et sur les collines éternelles,

16. De tous les grains et de toute l'abondance de la terre. Que la bénédiction de celui qui a paru *à Moïse* dans le buisson *ardent* vienne sur la tête de Joseph, sur le haut de la tête de celui qui à été *comme* un Nazaréen entre ses frères, *par son élévation au-dessus d'eux et son attachement au Seigneur.*

17. Sa beauté est semblable au premier-né du taureau; ses cornes sont semblables à celles du rhinocéros; *sa force et sa puissance sont très-grandes;* il enlèvera en l'air *tous* les peuples jusqu'aux extrémités de la terre. Telles seront *les merveilles qu'opéreront* les troupes innombrables d'Ephraïm, et les millions *de peuples qui composeront la tribu* de Manassé.

---

mire fertilis et amœna : convenit tota hæc benedictio utrique tribui, Manassis scilicet et Ephraim, sed præcipue Ephraim. — *De pomis cœli.* Optimis fructibus, ob clementiam cœli et benignos in terram illam influxus. — *Et rore, atque abysso subjacente.* Facit enim ad fertilitatem ros decidens in sata et fructus, et aquarum profunda fluenta juxta arbores decurrentia, juxta illud Psalmi 1. 3 : *Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo.*

14. *De pomis fructuum solis ac lunæ.* Hæc enim duo astra ad bonitatem et maturitatem fructuum maxime concurrunt : luna de nocte humorem subministrando; sol diurno calore humorem excoquendo.

15. *De vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum.* Laudat fructus a soli bonitate : meliores enim sunt ii qui in supinis collibus, quam qui proveniunt in planitie. Colles dicuntur æterni et montes antiqui, quia cum ipsa terra a Deo creati sunt.

16. *Et de frugibus terræ.* Campestris et planæ. — *Et de plenitudine ejus.* Abundantia et copia. — *Et super verticem Nazaræi.* Joseph, qui cur dictus sit Nazaræus, vide supra, Genes. 49. 26.

17. *Quasi primogeniti tauri pulchritudo ejus.* His verbis regni Israelitici, quod in tribu Ephraim præcipuam sedem habuit, gloria et fortitudo describitur. Taurus qui in armento dominatur, regis symbolum est. Dicitur primogenitus, ut alludatur ad primogenitorum jus quod ablatum a Ruben consecutus est Joseph. — *Cornua rhinocerotis cornua illius.* Cornua in Scriptura sæpe sunt fortitudinis symbolum; hinc Psal. 74, extollere et confringere cornua, est potentiam extollere et deprimere. Nominatim vero rhinocerotis cornua celebrantur, ut cum dicitur Num. 23. 22 : *Cujus fortitudo similis est rhinocerotis.* — *Hæ sunt multitudines Ephraim, et hæc millia Manasse.* Quibus hæ benedictiones conveniunt.

Digitized by Google

18. *Moïse* dit ensuite à Zabulon : Réjouissez-vous, Zabulon, dans votre *partage qui vous donne une* sortie *sur la mer, et vous met en état de trafiquer dans les pays les plus éloignés. Pour* vous, Issachar, *vous vous réjouirez dans le repos que vous goûterez* dans vos tentes, *et dans l'abondance que vous procurera votre riche et fertile pays.*

18. Et Zabulon ait : Lætare, Zabulon, in exitu tuo, et Issachar, in tabernaculis tuis.

19. *Vos enfants, ô Zabulon, porteront la connaissance du vrai Dieu chez les étrangers;* ils appelleront les peuples *les plus éloignés* sur la montagne *consacrée au Seigneur,* où ils *lui* immoleront des victimes de justice, *telles qu'il les demande.* Ils suceront comme le lait les richesses de la mer, *que leur attirera leur commerce;* et *ils découvriront* les trésors cachés dans le sable, *d'où ils sauront tirer l'or et l'argent.*

19. Populos vocabunt ad montem : ibi immolabunt victimas justitiæ. Qui inundationem maris quasi lac sugent, et thesauros absconditos arenarum.

20. *Moïse* dit à Gad : Gad a été comblé de bénédictions dans l'étendue *de son partage.* Il s'est exposé comme un lion *fort et puissant qui ne craint rien de la part de ses ennemis. Quand ils ont osé l'attaquer, il leur* a saisi le bras et la tête, *et il les a soumis.*

20. Et Gad ait : Benedictus in latitudine Gad : quasi leo requievit, cepitque brachium et verticem.

21. Il a *demandé le premier pays qui a été conquis sur les ennemis du Seigneur, parce qu'il a* reconnu sa prérogа-

21. Et vidit principatum suum, quod in parte sua doctor esset repositus : qui fuit cum principibus

---

18. *Lætare, Zabulon, in exitu tuo.* Occasione exportationis mercium; nam Zabulon proximus mari mercaturæ addictus fuit. — *Et Issachar, in tabernaculis tuis.* Tentoriis, casis, mapalibus agricolarum ac pastorum vitam securam et quietam ducentium.

19. *Populos vocabunt ad montem.* Lætæ et alacres hæ duæ tribus; quippe divitiis et terræ fructibus abundantes; ascendent statis temporibus ad templum, et sua alacritate alias tribus ad idem officium religionis provocabunt. — *Victimas justitiæ.* Quæ immolantur, ut legis præscripto satisfiat. — *Qui inundationem maris quasi lac sugent.* Opibus et deliciis externis, quæ navibus invehuntur, affluent : convenit hoc etiam Issachar, quæ tribus, dato Zabuloni frumento, etc., opes illas marinas vicissim accipiebat. — *Thesauros absconditos arenarum.* Vel aurifodinas intelligit, vel thesauros ac gemmas ab exteris allatas, quæ e terra, vel arenis extrahi et colligi solent.

20. *Benedictus in latitudine Gad.* Vel latitudine terræ spatiosæ, quam trans Jordanem accepit; vel per latitudinem prosperitatem intelligit. — *Quasi leo requievit.* Hostes suos non timens. — *Cepitque brachium et verticem.* Fortes adversarios suos, et reges eorum.

21. *Vidit principatum suum.* Excellentiam quamdam suam præ aliis tribubus agnovit, et ea gavisus est. — *Quod in parte sua.* In finibus suis. — *Doctor esset repositus.* Moses sepultus esset, licet locus nesciretur. — *Qui fuit cum principibus populi.* Qui Moses in egressu ex Ægypto, et vaga per deser-

Digitized by Google

populi, et fecit justitias Domini, et judicium suum cum Israel.

22. Dan quoque ait : Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan.

23. Et Nephthali dixit : Nephthali abundantia perfruetur, et plenus erit benedictionibus Domini : mare et meridiem possidebit :

24. Aser quoque ait : Benedictus in filiis Aser, sit placens fratribus suis, et tingat in oleo pedem suum.

25. Ferrum et æs calceamentum

tive, en ce que *Moïse*, le docteur *d'Israël*, devait, *après sa mort*, être mis dans *le voisinage de cette terre qu'il demandait pour* son partage. *Avant de s'y reposer*, il a marché avec les princes de son peuple *contre leurs ennemis*, et il a *ainsi* observé à l'égard d'Israël les lois du Seigneur et les ordres qu'on lui avait *prescrits de sa part, et auxquels il s'était soumis.*

22. *Moïse* dit ensuite à Dan : Dan est comme un jeune lion *qui cherche sa proie;* il se répandra *de même au delà* de Basan, et il s'étendra bien loin, *ne pouvant se tenir dans les bornes étroites de son partage.*

23. *Moïse* dit aussi à Nephthali : Nephthali jouira en abondance de toutes choses : il sera comblé des bénédictions du Seigneur; il possédera la mer, *ou le lac de Génésareth*, et le *pays qui est au* midi.

24. Il dit ensuite à Aser : Qu'Aser soit béni entre tous les enfants *d'Israël;* qu'il soit agréable à ses frères, et qu'il trempe son pied dans l'huile. *C'est l'avantage que lui procurera son riche et fertile pays.*

25. Sa chaussure sera de fer et d'airain;

---

tum peregrinatione, dux et comes cæterorum populi principium fuit. — *Et fecit justitias Domini et judicium suum cum Israel.* Juste rexit populum juxta divinam legem.

22. *Dan catulus leonis.* Vel ad totam tribum, vel ad Samson peculiariter refertur. — *Fluet largiter.* Tribus Dan terram suam sortita est ad meridiem Judæ; aliqua tamen pars hujus tribus, relicta possessione sibi attributa, aliam sibi sedem quæsivit, et extrema terræ promissæ ad aquilonem et Libanum incoluit, ubi et urbs nomine Dan exstitit. Non procul ab hac urbe duo fontes Jor et Dan oriuntur, qui Jordanem efficiunt; quia ergo fluvius hic terræ sanctæ præcipuus est, dicitur Dan fluere, hoc est, aquas suppeditare ad faciendum flumen, et terram rigandam. — *De Basan.* In regione Basan, quæ et Batanea dicitur, lacus exiguus est, qui *Phiala* dicitur, ex quo aquæ per subterraneos meatus influunt in fontem Dan, ex quo postea Jordanis.

23. *Nephthali abundantia perfruetur.* Fuit enim regio ejus amœnissima et uberrima. — *Mare et meridiem possidebit.* Delicias et opes quæ per mare advehuntur : quasi dicat : Nihil deerit huic tribui, solum habebit uberrimum, et insuper aliunde deliciis abundabit, a Sidoniis, Tyriis, ac Phœnicibus conterminis suis importatis.

24. *Benedictus in filiis Aser.* Propter copiosam et decoram prolem. — *Sit placens fratribus suis.* Ejus virgines ad connubia expetentur ab aliis tribubus. — *Tingat in oleo pedem suum.* Tanta olei copia abundabit, ut eo etiam pedes lavare possit, ut Job. 29. 6, dicebat : *Quando lavabam pedes meos butyro.*

25. *Ferrum et æs calceamentum ejus.* Claviculis ferreis et æreis in calceis ad ornamentum infixis. — *Sicut dies juventutis tuæ, ita et senectus tua.* Senectus viridis et vegeta, juventuti non absimilis.

Digitized by Google

les jours de ta vieillesse, *ô Aser*, seront comme ceux de ta jeunesse, *pleins de santé, de force et de vigueur. Il n'en faut pas être surpris.*

26. Il n'y a point d'autre Dieu qui soit comme le Dieu du *peuple d'Israël, qui puisse, comme lui, combler de biens ceux qui ont le cœur* droit. *En effet* votre protecteur, *ô Jacob*, est celui qui monte au plus haut des cieux. C'est par sa haute puissance qu'il règle le cours des nuées.

27. Sa demeure est au plus haut des cieux : et au-dessous il fait sentir les effets de son bras éternel. Il fera fuir devant vous vos ennemis, et il leur dira : Soyez réduits en poudre.

28. *Ainsi sous sa protection puissante*, Israël habitera *sur la terre*, dans une pleine assurance, et il y habitera seul. L'œil de Jacob *verra* sa terre *pleine* de blé et de vin; et l'air sera obscurci par l'eau *de la pluie* et de la rosée *qui tombera sur les terres pour les rendre fécondes.*

29. Tu es heureux, ô Israël! Qui est semblable à toi, ô Jacob! ô peuple qui trouves ton salut dans le Seigneur! Il te sert de bouclier pour te défendre et d'épée pour te procurer une glorieuse victoire. Tes ennemis refuseront de te reconnaître; *mais tu te les assujettiras*, et tu leur mettras le pied sur le cou.

ejus. Sicut dies juventutis tuæ, ita et senectus tua.

26. Non est Deus alius ut Deus rectissimi : ascensor cœli auxiliator tuus. Magnificentia ejus discurrunt nubes,

27. Habitaculum ejus sursum, et subter brachia sempiterna : ejiciet a facie tua inimicum, dicetque : Conterere.

28. Habitabit Israel confidenter, et solus. Oculus Jacob in terra frumenti et vini, cœlique caligabunt rore.

29. Beatus es tu, Israel : quis similis tui, populе, qui salvaris in Domino? scutum auxilii tui, et gladius gloriæ tuæ : negabunt te inimici tui, et tu eorum colla calcabis.

---

26. *Rectissimi.* Dilecti populi Israelis. — *Ascensor cœli auxiliator tuus.* Qui cœlum inhabitat, et illi quodammodo inequitat. — *Magnificentia ejus.* Magna ejus sapientia et potentia.

27. *Sursum.* Scilicet in cœlo. — *Et subter brachia sempiterna.* Brachia sua æterna extensa ad opem ferendam nobis qui inferiores sumus. — *Conterere.* Est imperativus passivus : non dicet tantum, sed faciet, conteretque; nam dicere Dei est efficax.

28. *Confidenter, et solus.* Etiam solus absque alio præsidio securus erit. — *Oculus Jacob in terra frumenti et vini.* Oculi Israelitarum contemplabuntur terram feracem vini et frumenti, quam possidebunt. — *Cœlique caligabunt rore.* Ros per stillas defluit; et si quando copiosus sit, caligine et nebula solem obtegit, donec, rore subsidente, sol nobis reddatur. Promittit ergo copiam roris.

29. *Salvaris in Domino.* Per Dominum. — *Scutum auxilii tui.* Scutum ad auxilium tibi ferendum.—*Et gladius gloriæ tuæ.* Neque enim solum scuto protegeris ab hostibus, sed gladio etiam illos impetes. — *Negabunt te.* Resistent, contradicent tibi, subjici nolent. — *Eorum colla calcabis.* Eosque coges tibi ignominiosa subjectione parere.

Digitized by Google

CHAPITRE XXXIV.

§ I. *Moïse monte sur le mont Nébo. Il considère de là la terre promise. Il meurt par l'ordre de Dieu. Il est enterré par un ange dans la vallée de Moab. Son sépulcre est demeuré inconnu.*

LA MÊME ANNÉE 2553.

1. Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra Jericho : ostenditque ei Dominus omnem terram Galaad usque Dan,

2. Et universum Nephthali, terramque Ephraim et Manasse, et omnem terram Juda usque ad mare novissimum,

3. Et australem partem, et latitudinem campi Jericho civitatis Palmarum usque Segor.

4. Dixitque Dominus ad eum : Hæc est terra, pro qua juravi Abraham, Isaac, et Jacob, dicens : Semini tuo dabo eam. Vidisti eam oculis tuis, et non transibis ad illam.

5. Mortuusque est ibi Moyses servus Domini, in terra Moab, jubente Domino :

1. Moïse monta donc de la plaine de Moab sur la montage de Nébo, au haut de Phasga, *qui était la pointe de cette montagne située* vis-à-vis de Jéricho, et le Seigneur lui fit voir de là tout le pays de Galaad jusqu'à Dan.

2. Tout Nephthali, toute la terre d'Ephaïm et de Manassé, et tout le pays de Juda, jusqu'à la mer occidentale, *c'est-à-dire la mer Méditerranée*,

3. Tout le côté du midi, toute l'étendue de la campagne de Jéricho, qui est la ville des Palmes, jusqu'à Ségor.

4. Et le Seigneur lui dit : Voilà le pays pour lequel j'ai fait serment à Abraham, à Isaac et à Jacob, en leur disant : Je donnerai ce pays à votre postérité. Vous l'avez vu de vos yeux, et vous n'y passerez point; *mais vous mourrez ici.*

5. Moïse, serviteur du Seigneur, mourut ainsi en ce même lieu, dans le pays de Moab, par le commandement du Seigneur,

---

CAP. XXXIV. 1. *De campestribus Moab.* In quibus hactenus Israelitarum castra trans Jordanem stationem habuerunt. — *Super montem Nebo, in verticem Phasga.* Nebo mons altissimus montium Abarim. Phasga vertex sublimissimus montis Nebo. Eo ascendit, quia inde late patebat prospectus promissæ terræ. — *Terram Galaad.* Late capitur terra Galaad pro tota ea terra quam Rubenitæ, Gaditæ, Manassitæ possederunt trans Jordanem. — *Usque Dan.* Usque ad eam urbem, quæ, postmodum a Danitis possessa, dicta fuit Dan, cum antea *Lesem* vel *Lais* diceretur. Vide superiori cap. n. 22.

2. *Et universum Nephthali.* Quæ scilicet Nephthalitis attribuenda erat. Idem intellige de aliis tribubus Ephraim, Manasse, Juda, etc. — *Usque ad mare novissimum.* Mare Mediterraneum ad occidentem.

3. *Et australem partem.* Quam tribus Juda et Simeon terminabant. — *Latitudinem campi Jericho.* Hæc cum sua longissimi campi planitie in tribu Benjamin exstitit. — *Civitatis Palmarum.* Jericho, quæ sic alibi appellatur, Jud. 1. 16, et 3. 13; et II. Paral. 28. 15. Ita dicta a multitudine palmarum. — *Usque Segor.* Juxta Asphaltitem lacum, in quem se recepit Loth. Genes. 19. 23.

5. *Mortuusque est ibi Moyses.* Ultimum hoc caput Deuteronomii, aut saltem mortem Mosis, alii ab Esdra, alii, quod verisimilius, a Josue scriptam existimant. — * *In terra Moab.* In terra quæ olim Moabitarum fuerat, sed postea ab Amorrhæis occupata vetus nomen adhuc retinebat.

Digitized by Google

6. Qui l'ensevelit dans la vallée du pays de Moab, vis-à-vis de Phogor : et nul homme jusqu'aujourd'hui n'a connu le lieu où il a été enseveli.

7. Moïse avait six-vingts ans lorsqu'il mourut : sa vue ne baissa point *pendant tout ce temps*, et ses dents ne furent point ébranlées.

6. Et sepelivit eum in valle terræ Moab contra Phogor : et non cognovit homo sepulcrum ejus usque in præsentem diem.

7. Moyses centum et viginti annorum erat quando mortuus est : non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti sunt (1).

§ II. *Israël pleure Moïse durant trente jours. Josué prend sa place. Eloge de Moïse.*

8. Les enfants d'Israël le pleurèrent dans la plaine de Moab pendant trente jours ; et le deuil de ceux qui le pleuraient finit ensuite.

9. Pour ce qui est de Josué, fils de Nun, il fut rempli d'esprit et de sagesse, parce que Moïse lui avait imposé les mains ; et les enfants d'Israël lui obéirent en faisant ce que le Seigneur avait commandé à Moïse.

10. Il ne s'éleva plus dans Israël de prophète semblable à Moïse, à qui le Seigneur parlât, *comme à lui*, face à face,

11. Ni qui ait fait des miracles et des prodiges comme ceux que le Seigneur envoya faire par Moïse dans l'Egypte, aux yeux de Pharaon, de ses serviteurs et de tout son royaume ;

12. Ni qui ait agi avec un bras si puissant, et qui ait fait des œuvres aussi grandes et aussi merveilleuses que celles que Moïse a faites devant tout Israël.

8. Fleveruntque eum filii Israel in campestribus Moab triginta diebus : et completi sunt dies planctus lugentium Moysen.

9. Josue vero filius Nun repletus est spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filii Israel, feceruntque sicut præcepit Dominus Moysi.

10. Et non surrexit ultra propheta in Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem,

11. In omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, ut faceret in terra Ægypti Pharaoni, et omnibus servis ejus, universæque terræ illius,

12. Et cunctam manum robustam, magnaque mirabilia, quæ fecit Moyses coram universo Israel.

(1) Bible vengée, note I, alinéa : *Nous disons avec.*

---

6. *Et sepelivit eum.* Dominus angelorum ministerio. — *Contra Phogor.* E regione ejus loci in quo Phogor idolum colebatur. — *Et non cognovit homo sepulcrum ejus usque in præsentem diem.* Id propterea factum a Deo, ne Israelitæ ad idololatriam propensi eum pro deo colerent.

8. *Fleveruntque eum.* Justa funebria illi persolverunt. * Idque triginta diebus, quot dies etiam Aaronis et Mariæ luctui impensos narrat Josephus lib. 4 Antiq. cap. 4. Aliocui luctus septimo die finiebatur, Eccles. c. 22, n. 13.

9. *Repletus est.* Repletus fuerat ; factum enim hoc est aliquanto ante mortem Mosis. — *Posuit super eum manus.* Posuerat.

10. *Sicut Moyses.* Hoc est, similis Mosi quoad ea quæ sequuntur. — *Quem nosset Dominus facie ad faciem.* Cum quo Deus ita familiariter ageret et colloqueretur.

11. *Quæ misit per eum, ut faceret in terra Ægypti.* Cui Deus concessit tot signa et prodigia facere, propter quæ facienda miserat eum.

FIN DU TOME PREMIER.

Besançon. Imprimerie d'Outhenin-Chalandre fils.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google